


JACOBI Blumen J.U.D.
ET AUGUSTISSIMI CAMERÆ IMPERIALIS JUDICII QUONDAM ADVOCATI

PROCESSUS CAMERALIS,

Ex Ordinationibus Cameralibus, Recessibus Imperii, Recessibus & Memorialibus Visitationum, Consultis Cameræ, ejusdemque communibus Decretis ac præcipuis rerum Cameralium Scriptoribus, imprimis autem ex concepto renovatæ Ordinationis Cameralis, Recessu imperii de Anno 1654. recentioribus communibus Decretis compilatus, in quo Juris Cameralis solida Fundamenta, præmemoratarumque Sanctionum genuinus Sensus, ut & earundem Abrogationes, Derogationes, ac Mutationes dilucidè proponuntur, atque Modus juxta Stylum novissimum in dicto Judicio procedendi in utilitatem Praxeos Cameralis Cupidorum breviter ac nervosè exhibetur:

Adjecto Indice Rerum & Verborum locupletissimo.

Editio Novissima, ab ipso Authore recognita ac pluribus in locis aucta & locupletata.





COLONIÆ AGRIPPINÆ,

Ex Officina VIDUÆ WILH. METTERNICH & FILII, Bibliop.

Sub Signo Gryphi. Anno M.D.CC.XXXVIII.



INDEX TITULORUM.

INDEX

LXVII.



EXPLI-



EXPLICATIO NOTARUM
Brevitatis gratiâ in hoc Tractatu usurpatarum.

C. Conceptum renovatæ Ordinationis Cameralis v. g. C.p.1. t.2 §.3. id est: Concept. parte 1. titulo 2. §.3. NB. Hoc Concepto loco Ordinationis Cammeralis hic in allegando usus sum ex rationibus in præfatione eidem Concepto præmissa à me adductis.

O. C. Ordinatio Cameralis, ex gr. O. C. 1495. 1500. 1521. &c. id est: Ordin. Cam. de Anno 1495. 1500. 1521. &c. Sed per O. C. p.t.§. intelligo Ordinationem Cameralem Anno 1555. promulgatam.

R. Recessus Imperii, oder Reichs-Abscheid.

Deput. Deputations-Abscheid.

Visit. Visitations-Abscheid.

Mem. Jud. Ass. Procur. Memoriale Judicis, Assessorum, Procuratorum &c.

Consult. Consultum Cameræ.

G. B. Gemein Bescheid.

CATA-

CATALOGUS LIBRORUM.

Officinæ Librariæ VIDUÆ WILH. METTERNICH & FILII

Bibl. Colon. designans quosdam Libros, qui propriis Illorum Sumptibus & Typis prodierunt, aut quorum illis Copia suppetit.

A.

Aguire de tacita onerum & condit. repetitione. fol.
Aicher Epitome Chronolog Historiæ sacræ & prophanæ ab orbe condito ad hæc usque tempora 3. vol. 4
Altimari Opera de Nullitatibus sententiarum, Laudorum. Arbitramentorum & Contractuum, &c. tomi VIII. fol.
—— Ejusdem de Nullitatibus Contractuum tom. III IV.V.VI.V I & VIII.separat. fol.
Ambrosini processus Informativus cum Decis. Prosperi Farinacii. 4
Amydenii Tractatus de Officio Jurisdictione Datarii, nec non de stylo Datariæ. fol.
Apparat Roial ou nouveau Dictionaire Francois, Allemand, Latin, & Allemand, Francois, Latin. 2. volum. 8
Ab Axel in Jus Canonicum. 4
Andreoli controversiæ forenses. fol.

B.

Balthasar de Operis subditorum. 4
Barbosa de officio & potestate Parochi. 4
Berchorii Opera VI. Tomi. fol.
Bersani Opera omnia. fol.
Bessels introductio in Jus publicum Romano Ecclesiasticum. 4
Le Blanc Comm. in Psalm. Davidis VI. Tomi. fol
Blumii Processus Cameralis. 1738. 4
——Supplicationes Camerales. 4
Branden Collectanea super Con ordatis inter sacram sedem Apostolicam & inclytam nationem Germaniæ. 4

C.

Cævallos de Cognit. in Causa violent. fol.
Curtius junior de Feudis. 8
Canisii Opera Canonica. 4
—— Institutiones Juris Canonici. 12
Carocii tractat. de locato & conductu. 8
Concioli opera cum addit. Romagueræ. fol.
Corderi Colloquia Scholastica. 8

D.

Dessel'i Protemata Juris Canonici. 12
Duez Guidon de la langue Francoise renouvelle, augmenta par Simon Herbavv. 8

E.

Van Espen Jus Ecclesiasticum universum hodiernæ disciplinæ præsertim Belgii. Germaniæ, Galliæ &c. accommodatum. 3. vol. 1729 fol.
—— Opuscula varia Canonica, seu Juris Ecclesiastici Pars IV. & V 1730. fol.
—— Tractatus varii, sive Juris Eccl. Pars VI. fol.
—— Supplementum in Jus Ecclesiasticum universum cum brevi Commentario ad Decretum Gratiani. fol.
Eschenbrender (Andr. S. J.) instructio pro eligendo vitæ statu 1733. 12

F.

Ferrettus de mora & interesse. 8
Frisii Dictionarium Latino Germanicum nec non Germanico-Latinum 2. vol. 8

G.

Gailii Observationes cum notis & annot. J. W. Gericke 1721. 4
Gericke repetitionis Gailii. 4
Gerresheim Clavis alphabetica Juris utriusque. 12
Gisebertus de Reconventione. 8

H.

Heigii quæstiones Juris Civilis & Saxonic. 2. Partes 4
Heeseri Loci Communes de Communione bonorum inter Conjuges & de adquæstu Conjugali 2. Partes 1709. 4
Hugonis pia desideria cum fig. 18

I.

Institutiones Juris Justinianei sive textus. 24

K.

Klockius de Contributionibus. fol.

L La-



JACOBI



JACOBI Blumen PROCESSUS CAMERALIS,

TITULUS I.

DE PROCESSU CAMERALI IN GENERE.

1.



POstquam PROCESSUM CAMERALEM pro exigui ingenii viribus conscribere animum induxerim, rationem Nominis *Processus* primò indagandam putavi. Nam quandoquidem Nomina, [*verba, voces, vocabula*,] sive uno sive pluribus verbis constent, sint signa Res repræsentantia, ac sine illis hæ cognosci nequeant, necessitas requirit, ut quoties ad tractationem Rerum descendimus, ei earundem Rerum Nominis significatum vel præmittamus, vel minimum adjungamus seu subnectamus, imprimis si ille non cuilibet adeò notus, aut etiam varius sit, qualis sæpissimè est. *Cùm Nomina sint signa Rerum.*

2. Nam haud infrequenter unum Nomen non dumtaxat pluribus Rebus in diversis significantibus, utpote uni in lato, alteri in stricto, uni in proprio, alteri in improprio seu metaphorico, vel etiam planè abusivo, sed quoq; plura Nomina alioquin varios significatus complectentia uni eidemque Rei in uno eodemque significatu attribuuntur. Imò nonnullis Nominibus partim antiquis, partim noviter excogitatis, quæ hodie in foro usurpantur, significationes Romanis JCtis incognitæ in superioribus barbaris Sæculis à Dd. attributæ sunt. *Sed variis ambiguitatibus involuta.*

3. Ex qua diversimoda attributione obscuritatem ambiguitatemque Nominum non oriri non oportuit, ob quas cùm certa significatio huic aut illi Nomini quovis loco attributa non semper ex continuata oratione, vel contextu seu aliunde *Ideò cujuslibet Rei tractationi*

A

Nominum explicatio præmittenda.

de ab audiente vel legente penetrari indagative potuerit, ac propterea uterque sub incertitudine & incognitâ potestate Nominis hallucinari, pretiosumque tempus inutiliter conterere cogatur, ejusmodi Nominis prævia explanatio nonnunquam tum utilis tum necessaria erit.

Quare Exemplis docetur.

4. Nam, Quæso, quid juvat, ex Ordinatione Camerali Imperiique Constitutionibus diu ad nauseam inculcare, *Processum inverso ordine institutum esse ipso jure nullum, Privilegium Austregarum ac Recessus imperii in decernendis Processibus observari oportere, Processus in primo termino, aut minimùm post illum intra*
6. *Juridicas sub præjudicio circumductionis Termini esse reproducendos, Protocolla quolibet die Sabbathi, ut à prolixitate Recessuum abstineatur, visitanda esse, Eventualia dilatoriis Exceptionibus sub præjudicio præclusionis debere annecti, Attentata post insinuatam inhibitionem commissa, si sint notoria, extrajudicialiter esse revocanda, Formalia Appellationis in primo termino esse justificanda, Exceptiones desertionis & non devolutionis in dicto termino esse producendas, Termino præjudiciali neglecto, illum purificari, &c.* Nisi priùs noveris quid & quotupliciter significent Nomina *Processus, Recessus, Protocolla, Austrega, Eventualia, Attentata, Extrajudicialiter revocare, Formalia Appellationis justificare, Desertio, Non-devolutio, Terminus primus, ejus circumductio, Terminus præjudicialis, eundem negligi, purificari, &c.*

Illud in hoc Tractatu maximè necessarium esse.

5. Ex his igitur manifestissimè patet, dictæ Ordinationis reliquarumque Sanctionum veram mentem ac genuinum sensum, quæ in hoc tractatu, quantum potis ero, proponendi animus est, proponere parùm possibile esse, nisi Nominum *num præced.* recensitorum aliorumque deinceps hinc inde allegatorum ambiguitas ac propria significatio simul perspicuè proponatur. Quapropter si in hoc postea interdum multus fuero, mihi eò minùs vitio vertetur, præsertim à novitiis Practicis, quibus illa Nomina fortassis adhuc parùm cognita, in quorum tamen gratiam hunc laborem inprimis suscepi. Ut itaque ad Propositum revertar, à Nomine *Processus* inchoabo.

Notanda igitur hic venit Processus Cameralis (1.) Etymologia.

6. Descendit verò Nomen *Processus* à verbo *Procedere*, quod inter alios significatus, quos apud Lexicographos invenire licet, significat *Progredi*, ac propriè denotat eam actionem, quâ Animantia se ex uno loco in alium movent. Atque hoc significatu *in l. 4. C. de dilation.* Judex dicitur procedere, qui pro tribunali non sedet, sed ex uno loco ad alium progreditur.

7. Posterioribus autem sæculis JCti verbum *Procedere* sibi quoque appropriarunt, istud per Metaphoram usurpantes de judice & partibus telam judiciariam in disceptatione rei controversæ pertexentibus, quatenus ii in illa disceptatione ab uno actu ad alium se commovent. *Ita sumitur in Clem. Sæpè. fin. de V. S. ac passim tum apud Dd. tum in Ordinatione Camerali cæterisque Imperii constitutionibus. Add. Calvin. Lexic. Jurid. Voc. Procedere. & Voc. Processus.*

8. Et hac ratione Nomen *Processus* nihil aliud denotat quàm ordinem judiciarium in disceptanda lite observandum. *Eoque sensu accipitur in alleg. Clem. Sæpe. in fin. Item in cap. 11. de Probat. Et à Bald. ad cap. 24. n. 14. de Offic. Delegat.* Justinianus

nianus (*cui hoc Nomen* Processus, *uti & verbum* Procedere *in ista significatione fuere ignota*, solitum ordinem judiciorum vocat *in l. 4. C. de sent. & interlocut.* Jam quatenus iste Processus in Augustissimo Cameræ imperialis Judicio, *de quo postea tit.* 3. observandus venit, adjectum Epitheton nactus est ac nominari consuevit *Processus Cameralis.*

9. Quod Nomen duplici modo accipitur, [1] pro ordine seu modo in prælaudato Judicio procedendi, *C.p.2.t.ult.& t.31.§.9.eod. R.1654.* Es sollen / 137. (2) Pro Citatione, Mandato, aliisque litteris, quæ à judice decernuntur, & adversum litigantes emanant, *C.p.3.t.12.pr.& §.7.R.1654.§.* Dieselm nechst 34. *cum seq. ac passim*, idque per Synechdochen totius pro parte quatenus ab his non solummodò Processus Cameralis inchoatur, sed eædem sæpè isti continuando expediendoque inserviunt. (2.) Homonymia.

10. De processu posteriori modo sumpto infra *tit.64.n.2.& 97.* tractetur. Hic eundem priori modo acceptum considerabo. Vocatur alias Der Proceß deß Kammergerichts, *prealleg t.ult.* der Kammergerichtliche Proceß. *d. §. 137.* der rechtliche Proceß, *C.p.1.t.64.§.13.* der gerichtliche Proceß / *C.p.3.t.ult.princ.* Die Practique (sc. deß Kammergerichts) *d.p.1.t.63.§.5.& 6.* Communiter etiam *Praxis Cameralis* appellari as solet ac ita definiri potest. (3.) Synonymia.

11. Processus Cameralis est legitima multorum actuum ad disceptationem rei controversæ in foro Camerali perficiendam necessariorum series. (4.) Definitio

12. Dixi *Processum Cameralem esse seriem legitimam*, quia ista series, quæ in lege, *id est, in Ordinatione seu jure Camerali* præscribitur, observari huicque conformiter institui debet, ut nimirum Judex non ante Processus decernat, quam Actor pro iis supplicet, nec Reum ante condemnet, quam istum ad Actoris instantiam legitimè citaverit, neque definitiva conclusio Litis contestationem anteverrat, nec conclusionem sententia, &c. & ejusque explanatio.

13. Deinde adjeci, *Multorum actuum ad disceptationem necessariorum*, quia disceptationem alicujus controversiæ in foro Camerali uno actu expedire impossibile, idcircò plures ad eandem pefirciendam, absolvendam, seu consummandam omninò necessarii erunt, quos infra *t. 64. & 11. seqq.* enumeraturus sum, ubi de materia Processus agetur. Verba verò *Disceptationem rei controversa* denotant Objectum Definiti *de quo paulò post t.3. usque 63. inclusivè plura dicam.*

14. Postremò subnexi, *In foro Camerali*, id est, in loco, in quo Judicium Cameræ exercetur, seu in quo Judex & Assessores Cameræ jurisdicendi gratia consistunt, *per l.4. in fin. de Interrog. Act. junct. c.10. de V.S.* Quò inter Processum Cameralem atque inter Processum Juris communis, nec minus illum, qui in hoc vel illo judicio inferiori observatur, differentiam specificam constituerem.

15. Processus Cameralis dividitur *in generalem & specialem.* Ille dicitur, qui omnibus causis ad Cameralem spectantibus communis est. Hic verò qui in earundem nonnullis duntaxat observari debet, eumque singulis locis, ubi istas causas pertractavero commoditatis gratiâ contiguè subnectam, generalem Processum per totum hoc opus perstricturus. (5) Divisio.

 16. Uter-

Ejusque ſubdiviſio. 16. Uterque ſubdividitur *in ordinarium & Summarium.* Ordinarius (*plenarius, ſolennis,*) eſt, quò res controverſæ ordine conſueto in foro camerali ritè ac plenariè diſceptantur. Summarius (*minus ſolennis, extraordinarius*, eſt, in quo res controverſæ omiſſis quibusdam Actibus judicialibus minùs plenariè ac celeriùs pertractantur. Ad hunc pertinent cauſæ ſummariæ, harum 30. recenſentur *in C.p.*3.*t.*3. quibus adhuc 32. alias annumerat Gilhauſ. *A.I.C.c.*2.*n.*4. Reliquæ cauſæ omnes habentur pro Ordinariis, & ordinario proceſſu diſceptandæ veniunt.

17. In cauſis ſummariis Proceſſus juxta illarum naturam ac ſtylo judicii conformiter inſtituendus, inque eo duntaxat ſummariè ac quam celerrimè procedendum, *C.p.*3.*t.*43. Quamobrem in his cauſis termini aliàs in ordinariis præfigi ſoliti ad dimidietatem abbreviari debent, *d.p.* 3.*t.* 10.§.8. Quæ abbreviatio tamen hodie fermè nunquam obſervari, ſed termini æquè longi in cauſis ordinarii atque ſummariis præfigi ſolent, ut ſic inter utrasque quoad celeritatem Proceſſus vel nulla vel admodum exigua differentia ſit.

(6.) Propria. 18. Porro circa Proceſſum Cameralem in genere conſideratum notari debet, (1.) quòd iſte juxta Ordinationem Cameralem exactè, quò omnis nullitas evitetur, inſtituendus ſit, in cunctis vero caſibus, in quibus illa ordinatio nihil peculiariter & expreſsè diſponat, jus commune habeat locum, *C.p.*3.*t.ult.pr.* (2.) Quòd eundem Proceſſum quoque in Judicio Aulico per omnia ſervari oporteat, hoc unico excepto, ut ibidem loco Reviſionis in Camera uſitatæ, parti gravatæ ad Cæſaream Majeſtatem ſupplicare licitum ſit, *J.P. art.* 5.§. *Quoad proceſſum* 54. (3.) Quod dictus Proceſſus ſimiliter in alia Judicia inferiora, quantum illorum commoditas ferret, introduci ibique obſervari debeat, *C.p.* 2.*t.* 31.§.9. Salvo tamen modo, qui ibidem forſan introductus & hucusque ſine interruptione continuatus ſit, attamen diſpoſitis in Receſſu imperii de Anno 1654. de amputanda prolixitate Scriptorum nihilominus obſervatis, *d.R.*§. Es ſollen. 137.

19. Diſpoſitio autem de amputanda prolixitate ſcriptorum hæc eſt, quòd modus libellum articulandi & ad Articulos reſpondendi uſquedum malè uſurpatus planè abolitus ſit, *R.*1654.§. Dieſem nechſt 34. Deinde quòd Peremptoriales, Eliſivi, aliique id generis Articuli, exceptis ſolis Probatorialibus, prorſus ſint exploſi, *ibid.*§. Es ſollen auch 137. &. §. Dieweil aber. 41. Quæ ſaluberrima diſpoſitio tamen in multis inferioribus Judiciis cum maximo litigantium damno hactenus nondum obſervata.

Enucleatio R 1654. § Es ſollen auch 137. 20. Sed quæritur, num diſpoſitio ſupra memorata quoque intelligi debeat de illa, qua diſponitur, quod in nulla cauſa ejusve puncto ultra Duplicas ſine ſpeciali permiſſu Judicis progredi liceat, *per* 1654.§. Im übrigen 52.*pr.*&§. wie auch. 55 *junct.*G.B 13.*Decembris* 1659.§.4.*verſ.* Die Schrifftwechslung. Et quòd in puncto Rotuli cuivis parti (*non duo, ut olim ſed*) unicum duntaxat Scriptum exhibere permiſſum ſit, *R.*1654.§. Und demnach. 56.& *ſeq.* Reſp. Quanquam verba: Der *Productorum* Weitläuffigkeit; quæ in alleg. §.137. habentur, ſolummodò de prolixitate unius Scripti, non verò de multitudine ſcriptorum intelligi poſſ ent

possent, opinor tamen à mente Legislatoris haud alienum esse, si & dispositio jam *d.* §. 137. de amputanda multitudine scriptorum, ne nim. liceat triplicare, multò minùs sextuplicare, octuplicare, non tandem decuplicare, sicuti nonnunquam in inferiobus Judiciis fieri solet, accipiatur. Quæ si prætereà observaretur, certè in istis Judiciis lites etiam mortaliores redderentur.

21. Jam perstringenda venit Cameralis Processûs causa efficiens, quam facio Jus Camerale seu Ordinationem Cameralem latè dictam, eamque Tit. seq. pertractabo. Quâ pertractatâ agam de ejus objecto videl. de Judicio Cameræ imperialis, circa quod d. Processus versatur. Hinc me conversurus ad illius materiam, nempe istos Actus, ex quibus tanquam ex partibus totus Processus componitur. Posthæc progrediar ad ejus formam, quæ præcipuè consistit in Terminis istorum Actuum expeditioni peculiariter præfinitis. Ultimò ejusdem Finis & Effectus meum laborem terminabunt.

(7.) Causa efficiens. (8.) Objectum. (9.) Materia. (10.) Forma. (11.) Finis & Effectus.

22. Quæcunque autem in hoc opere tradidero, illa cuncta à me scripta sint, salvis Statuum Imperii & cujuscunque juribus ac privilegiis, salvo rectius sentientium judicio. Quod semel pro semper hîc admonuerim.

Autoris Protestatio.

TITULUS II.

DE JURE CAMERALI.

Juris Cameralis Definitio & Divisio.

JUs Camerale est Ordinatio modum res controversas in foro Camerali disceptandi præscribens. Estque duplex: Scriptum & Non-Scriptum. Illius species sunt (1.) Ordinatio Cameralis strictè sic dicta, quæ est Constitutio Imperii de personis, Jurisdictione & Processu Cameræ peculiariter promulgata. Vocatur die Cammergerichts-Ordnung / *C. p. 1. t. 1. §. ult.* Des Reichs Ordnung / *C. p. 2. t. 8. §. 2. & 15.* Unser (sc. Käyserl. Maj.) und des Reichs Ordnung / *d. p. 2. t. 28. pr.* Reichs- und Cammergerichts-Ordnung / *d. t. 8. §. 1.* Item simpliciter, die Ordnung / *d. t. 1. §. 3. & passim.*

Juris Cameralis scripti species sunt novem, (1.) Ordinatio Cameralis.

2. Non una verò, sed plures diverso tempore promulgatæ sunt ejusmodi ordinationes, & quidem primam concinnari curavit Imperator Maximilianus I. eamq; 7. Aug. 1495. promulgavit, uti apparet ex O. C. 1495. *Præfat. & Art. ult.* Idem fecit & alias Ordinationes, seu potiùs illam primam aliquot Articulis auxit An. 1496. 1500. & 1507. Quibus posteà quoque alii Articuli mandato prælaudati Maximiliani per Visitatores Cameræ adjecti. *Vid. O. C. 1496. 1500. 1507. & 1517.*

Primam Ordin. Cam. concinnari curavit Maximil. I. A. 1495. Eamque aliquoties auxit.

3. Defuncto Maximiliano Carolus V. Anno 1521. ex istis ordinationibus Articulisque Ordinationem noviter conscriptam promulgavit, *vid. O. C. 1521.* Deinceps Regimentum Imperii (*de quo videatur infrà tit. 24. n. 7.*) alios Articulos Processum concernentes adjunxit, *vid. O. C. 1523.* Quibus & Camera ipsa suos superaddit *vid. O. C. 1527.* Anno 1531. Visitatorum reformatio novos Articulos progeneravit, de quibus legi potest *O. C. 1531.* Ex his quidam mutati sunt *per R. 1532. art.* das Cammergericht betreffend. 2. Hanc mutationem secuta alia Visitato-

Secundam Ord. Cam. promulgavit Carol. V. An. 1521. Quæ etiam post aliquoties aucta.

sitatorum reformatio, *vid. O.C.* 1533. Denique quorundam punctorum revocatio per Judicem Assessoresque publicata accessit. *Vid.O.C.*1538.

Tertiam Ord.Cam. Idem Carol.V. conscribi fecit An 1548.

4. Cùm verò hæc omnia in Recessibus Imperii & ordinationibus Cameræ sparsim ac confusè tradita essent, ita ut non sine molesto labore investigarentur, prætereaque quidam Articuli aliqua declaratione, quidam novâ decisione indigerent, isthæc Carolus V. Anno 1548. per quasdam personas rerum Cameralium peritas in formam decentem redigi novamque ordinationem in tres partes divisam conscribi curavit. *Vid. R.* 1548. §. und nachdem. 36. Quam posteà revisam multisque in locis auctam & correctam anno 1555. promulgavit. *Vid. O.C.*1555. *Præfat.* Atque hæc est illa Ordinatio, quæ in allegando hactenus usurpata est ac in Codice Recessuum Imperii, Recessui de anno 1555. adimpressa extat. In eodem Codice etiam habentur reliquæ ordinationes suprà enumeratæ, exceptâ unicâ de anno 1496. quam vide apud Goldast. Reichs-Satz. *pag.* 209. *& seqq.*

Eamque auctam ac correctam promulgavit A. 1555.

Quarta & ultima Ordin. Cam. jussu Rudolphi compilata, nondum tamen ratificata est.

5. Novâ illâ Ordinatione de anno 1555. sequenti tempore pro occasione & circumstantiis causarum multis in locis per Recessus Imperii, Deputationum, Visitationumque, item per Memorialia, Consulta Cameræ ac communia Decreta mutatâ, declaratâ auctâque, necessarium & utile visum fuit, ut hæc cuncta in unum componerentur, quò circa Rudolphus II. Judicem Assessoresque jussit, ut ex suis quosdam deputarent, qui aliam novam ordinationem conscriberent, eamque ad Cancellariam Moguntinam, quò illinc Imperatori ac Statibus ad ratificandam typisque imprimendam communicaretur, transmitterent. *R.*1598. §. wir seynd auch 69. *& seq.* Ad quem jussum præmemorata ordinatio conscripta ac Statibus communicata, nondum tamen ratificata est, *per Not. ad C.p.*2. *t.*33. *§.ult.* Vulgo nominatur CONCEPT der Cammergerichts-Ordnung ac nuper cum meis Annotatis in lucem prodiit.

(2) Recessus Imperii strictè dicti & Deputations-Abschiede.

6. (II.) Recessus Imperii, [Reichs-Abschiede/] quibus hinc inde multa de judicio ac processu Camerali inferi placuit. Hi verò sunt Constitutiones de Negotiis Romani Imperii à Cæsare consilio Statuum promulgatæ. Subdividuntur in Recessus Imperii strictè dictos, & in Recessus Deputationum, vulgò Deputations-Abschiede. Illi dicuntur, qui in Comitiis Imperii universalibus, auff den Reichs-Tägen. Hi qui in Conventu particulari, aliàs Reichs-Deputations-Tag nominato, promulgantur.

Reichs-Deputirte/

7. Iste autem Conventus nominatur Reichs-Deputations-Tag à certis illis Statibus, qui specialiter ad illum deputati, & appellantur Deputirte Fürsten und Stände/*R.* 1555. §. und im Fall.66. *& seq.* Item des Reichs ordinari-Deputirte Stände/ *R.*1641. §. über dieses. 92. Tales Deputati verò sunt primò omnes Electores, deinde ex Statibus Catholicis Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Episcopus Würtzburgensis, Constantiensis & Monasteriensis, Dux Bavariæ, Abbas Weingartensis, Comes Fürstenbergensis, Civitas Colonia, Aquisgranum & Uberlinga. Ex Evangelicis Dux Saxo-Altenburgicus, Brandenburgo-Culmbacensis, Brunsvvicensis, Pomeraniæ, Mecklenburgensis, Würtenbergensis, Land-

Landgravius Hassiæ, unus Comitum Wetteravienſium, civitas Ratisbona, Norimberga & Argentoratum, *R.* 1654. §. und dieweil nach. 194.

8. Hic Conventus primùm anno 1555. fuit inſtitutus, videl. eam ob cauſam, ut ſi motus adeò graves in Imperio exorirentur, quibus compeſcendis, unus pluresve Circuli non ſufficerent, hi illud indicarent Electori Moguntino, qui deputatos Status ad conſultandum de ejuſmodi motibus ſedandis nomine Cæſareo convocaret, *R.* 1555. §. So ſich dann. 65 *junct. C. p.* 2. *t.* 18. Iſte Conventus hodiè etiam inſtituitur ob quædam Puncta, quæ in habitis Comitiis componi nequivere. *Vide R.* 1641. §. wiewol wir dann. 90. & *R.* 1654. §. den zweiten puncten. 191. Et quamvis ille primò ad certas perſonas reſtrictus tamen poſteà ad hæredes & ſucceſſores extenſus fuit, *R.* 1559. § Auff das dann. 50. *Reichs Deputations Tag primum institutus An. 1555.*

9. Prædictis Receſſibus etiam ſunt annumerandæ Aurea Bulla, Capitulationes Cæſareæ, ordinatio Politica, Conſtitutiones de Pace religioſa & prophana, de Anabaptiſtis, de Notariis, &c. quæ non minùs à Camera obſervari debent. *Vide C. p.* 1. *t.* 52. *atque p.* 2. *t.* 10. & 21. Notandum verò, Cameram illos Receſſus cæterasq; ſanctiones, licet in imperio ſint publicatæ, in judicando non obſervare, niſi eidem priùs à Moguntino inſinuentur (*quod de obſervantia per nudas litteras fit.*) injungaturque, ut in poſterum juxta illas in cauſis judicet, *Magenb. O.* 64. Hinc Receſſus de anno 1654. in Imperio 17. Maji publicatus, demum 2. Octobr. ejusd. Anni in Camera obſervatus fuit, G. B. 7. *Sept.* 1654. Et Receſſus de anno 1570. demum in menſe Auguſto Anno 1571. obſervari cœpit. G. B. 1. *Jun.* 1571. *Receſſibus Imperii affines conſtitutiones, quæ etiam à Camera obſervandæ.*

10. (III.) Receſſus Viſitationum, Viſitations-Abſchiede. Hi dicuntur conſtitutiones de negotiis judicii Cameralis à Viſitatoribus, (*de quibus infrà tit.* 24. *latius,*) nomine Cæſaris ac reliquorum Imperii Statuum ſancitæ. Hi Receſſus, uti & Memorialia, de quibus mox agam, typis impreſſa non ſunt, quare cùm paucorum manibus terantur, loca ex iſtis in Concepto renovatæ. Ord. Cam. allegata ubique adimprimi Anno 1663. curavi. *(3.) Receſſus Viſitationum.*

11. (IV.) Memorialia Viſitationum, Viſitations-Memorialen. Hæc ſunt deſignationes certa puncta perſonis Cameralibus, quò ſingulæ illorum in obitione ſui muneris meminerint, à Viſitatoribus ſeparatim præſcripta complectentes. Nominantur aliàs Verzeichnüſſen/ *Articuli, Puncta*, ac interdum quoque *Decreta.* *(4.) Memorialia Viſitationum.*

12. (V.) Conſulta cameræ. Hæc nihil aliud ſunt quàm quæſtionum dubiarum in Collegio Camerali conſultatarum reſolutarumque deciſiones. Cæteroquin appellantur *Concluſa Cameræ ſeu Collegii; Communia Concluſa, Reſolutiones Dubiorum.* Conſulta hæc de anno 1583. 1585. & 1595. (*alii* 1594. *legunt*,) extant apud Gylm. *tom.* 1. *part.* 3. *pag.* 121. 127. & 133. Atque de An. 1590. (1592. *in ejusd. Gylm. tom.* 3. *ſeu Præjudiciis vulgò ponitur*,) apud Eund. *tom.* 2. *part.* 2. *pag.* 170. & *ſeqq.* Sed de Anno 1576. 1580. 1586. 1587. 1600. & 1603. typis non ſunt impreſſa, neque hæc Spiræ præſens nec hactenus invenire potui. *(5.) Conſulta Cameræ.*

13. (VI.) Communia Decreta, Gemeine Beſcheide. Ea ſunt Statuta Collegii Cameralis in Proceſſu, vel etiam à ſolis perſonis Cameralibus obſervanda. Nam Decretum (Ein Beſcheid) dicitur omne illud, quicquid Collegium Camerale *(6.) Communia Decreta.*

rale in cognitionibus causarum statuit, atque sic complectitur non tantùm Decreta Supplicationum, & sententias judiciales, sed etiam quicquid ipsi in aliis negotiis statuere placuit. *Add. C. p. 2. t. ult. R.* 1654. §. **Auff den unverhofften.** 94.

Quæ sunt vel Judicialia vel extrajudicialia.

14. Cùm autem ista communia Decreta ut plurimùm in Audientia post prælectionem sententiarum, quæ singulas, causas in specie concernunt, acsæpissimè etiam **Bescheide** nominentur, publicati consuevêre, & in genere Processum litigantesque concernant, **Gemeine Bescheide** sunt appellata. Dixi *ut plurimum*, quia quædam istorum Decretorum, præsertim ea, quæ solas personas Camerales concernunt, extrajudicialiter promulgantur. Hinc dividuntur in Judicialia & extrajudicialia, à meque collecta & primâ vice Anno 1661. secundâ autem An. 1667. cum Sententiis Cameralibus in lucem edita sunt, & tertiâ vice proximè edentur.

(7) Jus commune.

15. (VII.) Jus commune, *arg. C. p. 1. t. 19. pr. R.* 1654. §. **Beneben sollen.** 105. *R.* 1570. §. **Nachdem auch.** 100. *ubique verb.* **Gemeine Rechte.** Definiri potest esse illud, quod ubique per totum Imperium viget. Idem Jus ab Assessoribus tam in decidendis causis, quàm decernendis Processibus jugiter observari debet, *prealleg. pr. & §.* 105. Locum verò per omnia habet, ubi quid Ordinatione expressè mutatum abrogatumque non reperitur, *C. p. 3. t. ult. pr. & p. 2. t. 24. §. ult.*

(8.) Jus statutarium, & consuetudines cujuslibet loci.

16. (VIII.) Jus statutarium cujuslibet loci, *arg. d. t. 19. pr. verb.* **Erbare Ländische Ordnungen/** Statuten. *& d. §.* 105. uti sunt Ordinationes provinciales & Statuta municipalia, **Lands- Stadt- Gerichts- Ordnungen.** Hûc pertinent quoque consuetudines cujuslibet loci, *per d. pr. verb.* **redliche Erbare Gewohnheiten der Fürstenthumben/ Herrschafften und Gericht.** Quæ non minus ac Recessus imperii, & jus commune in decisionibus causarum decernendisque Processibus attendi debent, *d. §.* 105. modò allegentur, *d. pr. verb.* **die für sie bracht werden** Atque id facturos esse Assessores in ingressu sui officii jurare tenentur, *C. p. 1. t. 71. Gail. 1. O. 36. n. 14. & seqq. item 2. O. 31. n. 12. cum 2. seqq.* Ista Statuta & consuetudines verò, cùm sint Facti, probari debent, *vid. Sent. Cam. num.* 292. 519. 912. 945. *& in Mantiss. num.* 32.

Utraque verò debent esse rationabilia, aliàs à Camera non attenduntur.

17. Ista Statuta & Consuetudines verò debent rationabilia à Camera judicari, cæteroquin non attenduntur, *Gylm. voc. Consuetudo. §. Consuetudo quæ. & voc. Successio. §. 1. Add. Gail. d. loc.* Nec attenduntur, si Constitutionibus Imperii contrariantur. Sic consuetudinem per Westphaliam & Saxoniam inferiorem introductam, ut 6. pro 100. quotannis solvantur, juxta quam in judiciis ibidem pronuntiatur, Camera non attendit, sed illam pronuntiationem etiam ex officio reformat solùm 5. pro 100. concedens, quoniam Constitutiones Imperii plura haud concedunt, **Policey Ordnung.** 1577. *tit. 17. pr. & §. antepen. vid. Sent. Cam. num.* 10. 33. 144. 301. 321. 382. 615. 648. 725. 888. 897. *& 988. Add. infra t. 34. n. 95.*

(9.) Privilegia Statuum Imperii.

18. (IX.) Privilegia Statuum Imperii, suntque ea vel Appellationum vel primarum instantiarum, quò pertinent etiam Privilegia Electionis fori. *De quibus singulis infra tit. 47. latiùs.* Isthæc omnia strictè ab Assessoribus circa Processus decernendos attendi oportet, *sæpe alleg. §.* 105. *& §.* **Schließlich.** 123. *Cod. p. 2. t. 31. §. 12. & p. 1. t. 22. §. 6.*

19. Jus

19. Jus Camerale non scriptum est stylus (*consuetudo, observantia*) Cameræ, *arg.C.p.1.t.19.pr.verb.* Nach dem löblichen alten Brauch und Stylo unsers Kays. Kammergerichts / wie die jederzeit auff sie bracht. Qui definiri potest Jus non-scriptum, quô Camera circa disceptationem rerum controversarum in casibus, ubi jus scriptum deficit, utitur. Hic non minùs quàm jus commune in decernendis Processibus decisionibusque causarum tenaciter servandus, *C.p. 1.t.22.§.4. & p.2.t.25. §.11.* Nam vim legis habet, *per §.9. I. de I.N.G & C.Gail.1.O.1.n.1. & obs.65.n.ult.* Quamobrem sententia adversus illum lata æquè nulla, ac si contra legem lata esset, *Menoch.2. Præsumpt.8.n.18. Gail. de pignorat. Obs.13.n.ult.* Et judex illum non observans litem suam facit atque in Syndicatu tenetur, *Jason. in Auth. Jubemus C. de Judic. n.2.* — *Jus Camerale non scriptum est Stylus, Consuetudo & Observantia Cameræ.*

20. Cùm vero novitii Assessores in ingressu sui muneris statim styli Cameralis gnari esse nequeant, primò Judex veteranos requirat, isthunc, quantum factu possibile, scripto comprehensum Novitiis tradant, *C.p.1.t.14. lit.I.* Deinceps utrosque, quò Novitii à Veteranis illum Stylum insuper addiscant, in Senatibus conjungat, *d.t.14.§.8.* Atque hoc etiam ideò, ut æqualitas circa eundem in decernendo Processus ac decidendo causas servetur, *d.t.14.§.7.* Ad quam æqualitatem eò magis servandam Novitii cum Veteranis quoque sua consilia semper conferant, *C.p. 1.t.22.§.7.* — *Quomodo à Novitiis Assessoribus addisci oporteat.*

21. Porro circa vocem *Stylus* notandum, quòd ea in significatu supra usurpato Rom. JCtis quidem ignota, attamen pro genere scribendi sumpta fuerit; *uti in l. 1. C.de SS. Eccles. ac passim apud alios Authores.* Hinc recentiores JCti, quandoquidem Actus judiciales ut plurimùm in scriptis consistant, illam vocem ad usum fori applicarunt, eandem generaliter pro modo seu consuetudine in judicio procedendi, sive iste modus in scribendo, sive in aliis Actibus consistat, usurpantes Quæ consuetudo vulgò vocatur *Stylus judicii, Stylus curæ.* Justinianus *observationem judicialem* nominat, *l. 12.§.5. C. de R.C. Add. Calvin. Lexic. Jurid. Voc. Stylus.* — *Nominis Stylus significatio.*

22. Juxta hodiernum tamen usum accuratè loquendo inter se differunt Stylus, (Gebrauch /) consuetudo, (Gewohnheit) & observantia, (observatio, ein Herkommen.) Et quidem quod Stylum ac Consuetudinem attinet, (1.) ille in scribendo, hæc in aliis Actibus consistit. (2.) ille propriè versatur circa modum procedendi in judicio, hæc circa definitionem decisionemque causarum. (3.) ille est particularis vigens duntaxat in isto judicio, in quo est in usu, hæc autem generalis, *Menoch.2. præsumpt.8.n.3.4. & 5.* — *Et differentia à consuetudine*

23. Deinde Observantia differt à consuetudine, (1.) Quòd in illa præscriptio temporis, & alia in probanda consuetudine necessaria, *de quibus vid.Gail.2.O.31. & Mynſ.6.O.41.* in ejusdem observantiæ probatione non requirantur, *Speid. Specul. Juridic. voc. Observantia.* (2.) Quòd ad consuetudinem introducendam minimùm duo actus desiderentur, *Gail. nu.8. & Mynſ. n.7. in præalleg. loc.* Observantia autem unico etiam actu & sententia inducatur, sitque frequens ille usus, ex quo tandem consuetudo oritur, *Speid. d.loc.* Ex quibus etiam patet, quomodo — *Atque ab observantia.*

Item à Ritu. modo Stylus & Observantia differant. Ritus est quidam modus Actui ordinando solennitatem præbens, *Menoch. d. præsumpt.* 8. *n.* 6.

Stylo Cameræ affinia sunt Præjudicia Cameralia. 24. Stylo Cameræ affinia sunt Præjudicia Cameralia, quæ à nonnullis etiam *Observationes Camerales.* Item *Res in Camera judicatæ* indigitantur. Cujusmodi collegêre Gailius, Mynsingerus, Gylmannus, Schvvanmannus, Wilhelmus Scipio, & alii. Nomen *Præjudicium* verò, quod à voce *Præ*, id est, ante seu priùs, & verbo *Judicare* cæteroquin notissimæ significationis descendit, nihil aliud denotat quàm res antehac judicata. Hinc *Præjudicium allegare* est Judici ostendere, hunc vel illum casum judicando antehac ita decisum esse, quocirca etiam præsentem Casum, qui casui prius deciso per omnia similis, sic decidi oportere.

Quæ tamen allegata ibi casuum diversitatem nihil relevant. 25. Notanter dixi *per omnia similis*, Nam si casus ante decisus à jam decidendo etiam in minimo differat, allegatum Præjudicium nihil relevat, *Gylm. tom.* 2. *part.* 2. *pag.* 118. *n.* 3. & 4. Quare cùm vix centesimus casus alteri per omnia similis sit, ac sæpissimè quoque ignorentur Rationes decidendi, profectò frustraneus labor est ingentes Præjudiciorum fasciculos ignoratis Rationibus decidendi ita promiscuè conscribere, ac posteà ad fundandam suam intentionem allegare. Multò fructuosius temporis illud in addiscendis solidis fundamentis Juris Cameralis, iisque feliciter addoctis ad probandam suam intentionem congruè allegandis conteritur.

Præjudicia contraria sunt ab Assessorib. evitanda. 26. Assessores verò in casibus similibus eandem decisionem adhibere contrariaque præjudicia evitare omninò tenentur, *R.* 1654. §. So viel aber 136. Cujus §. sensus, ut eò rectiùs percipiatur, sciendum cùm nonnulli Advocati de contrariis Præjudiciis Cameræ conquesti essent, Statuum Deputatos, qui Francofurti Anno 1643. convenerant, in punctis super quibus assessorum Considerationes desiderabant, inter alia in puncto XI. Assessores de hactenus perceptâ contrarietate *Præjudiciorum*, quæ plerumque Advocatos dubios redderet, utrum ulteriùs contendere an cedere debeant, in posterum vitanda admonuisse. Hanc imputationem à se devolventes Assessores regerebant, in Camera, considerata Facti specie ac circumstantiis, quarum minima subinde decisionem subverteret, quoniam jus ex facto oriatur, nulla contraria præjudicia extare, sed sæpè Advocatos ac procuratores in culpa esse, dum ex juris imperitia vel affectibus pro contrario præjudicio haberent, quod tamen reverâ tale minimè esset. Hinc in præalleg. §. 136. dicitur, quanquam non immeritò de illis Advocatis istud asseri queat, tamen Assessores nihilominus etiam ejusmodi contraria præjudicia, quæ reverà forsan adesse possent, præcavere atque in pleno se concordare debere.

TIT. III.

DE JUDICIO CAMERALI IN GENERE.

Judicium Cameræ unde denominatum. Pertractatâ Processus Cameralis causâ efficiente, sequitur jam ejus Objectum, videlicet Judicium Camerale, quod suum nomen sortitum est à quodam

dam Judicio antehac in Aula Cæsarea sub nomine Kammergericht exercito, *vide A.B. Tit.* 11. cujus vices hodie sustinet Judicium aulicum, der Käyserl. Reichs-Hof-Raht. Alias appellatum das Käyserl. Hofgericht/ item deß Reichs Hofgericht/ uti jam olim quoque nominatum fuit *in d. t.* 11. *& R.* 1442. *art. ult. in fin.* Et quamvis in antiquum illud Judicium continuè exerceri deberet vigore Constitutionis Friderici II. anno 1236. promulgatæ & typis impressæ apud Goldast. *Statut. & Rescript. Imper. tom.* 1. *pag.* 84. in qua sancitum, daß der Hof-Richter alle Tag soll zu Gericht sitzen/ ohn den Sonntag und die heiligen Tage. Tamen istud ob frequentes commigrationes Aulæ Cæsareæ haud factum ac propterea Justitia admodum tardè administrata. Hinc Maximilianus I. aliud novum Judicium instituit, uti tit. seq. uberius dicetur, idque etiam vocavit *Camerale.*

Vocis Camera æquivocatio.

2. Vox *Camerale* verò descendit à voce *Camera*, quæ significat (1.) Fornicem seu Arcum ædificii, ein Schwiebogen/ (2.) Conclave concameratum, cujus superior pars instar fornicis est constructa, Gewölbe. (3.) Conclave quodcunque seu pars ædificii circumclusa, sive illa sit concamerata, sive non, ein Gemach/ ein Kammer. (4.) Conclave in quo Pecunia Principis seu Reipubl. asservatur, ein Schatzkammer/ Kammerey. De quo latiùs infra, *tit.* 30. ubi de causis fiscalibus agetur. (5.) Judicium Camerale, *C. p.* 1. *t.* 14. §. 8. *& p.* 2. *t.* 9. *pr.* Sed quæritur, in quo significatu vox Camera sumatur, quatenus supra laudatum vetus Judicium ab ea denominatum est *Camerale*? Puto, eam sumi in tertio significatu, atque hoc Judicium ita appellatum à Conclavi, cui nomen Camera fortassis inditum, & in quo illud celebratum fuit.

Judicii Cameralis (1.) Etymologia.

3. Judicium Camerale vocatur alias (1.) die höchste Justitz im heiligen Reich. *C. p.* 1. *t.* 5. §. 17. (2.) Die Käyserliche Justitz. *d. p* 1. *t.* 10. §. 1. *& t.* 56. §. 1. (3.) Unser (sc. Käys. Maj.) und des H. Reichs Kammer-Gericht. *R.* 1654. §. In Fallen. 162. (4.) Käys. Kammer-Gericht. *C. p.* 1. *t. pr.* Denominatione à membro potiori hoc Judicium constituenti sumpta. Antiquitus nominabatur Königlich Kammer-Gericht / *uti in O. C.* 1495. *&* 1507. *in Rubr. Item O. C.* 1500. *art.* 1. *&* 3. Quia Maximilianus I. dictum Judicium instituens nondum creatus erat Imperator Romanus. (5.) Das Kammer-Gericht. *C. p.* 1. *t.* 1. *pr. & passim.* (6.) Camera, *C. p.* 1. *t.* 14. §. 8. *atque p.* 2. *t.* 9. *pr. & t.* 28. §. *ult.* (7.) Vulgò Judicium Cameræ Imperialis, Camera Imperialis, Die Kammer/ die Kammer zu Speyer rc.

(2.) Synonymia.

4. Porro Judicium Camerale sumitur (1.) Pro disceptatione Judicaria seu pro Actu trium personarum, sc. Judicis Cameræ, actoris & Rei, *C. p.* 2. *t.* 37. *& O. C.* 1495. *art.* Wie offt. 21. (2.) Pro Jurisdictione Camerali, *C. p.* 1. *t.* 61. §. *ult. & t.* 63. *pr. ibi.* zum Kammergericht gehörend. (3.) Pro foro Camerali, *C. p.* 2. *t.* 28. *cum* 6. *seqq. ubique in Rubr. & passim d. p.* 2. *per tot.* (4.) Pro loco in quo istud Judicium commoratur, *C. p.* 1. *t.* 61. §. 1. *&* 63. *cum* 2. *seqq.* (5.) Pro personis Cameralibus, *d. t.* 63. §. 1. *ibi:* zwischen uns. Käys. Kammergericht. (6.) Pro Collegio Camerali, *id est*, pro Judice, Præsidibus atque assessoribus. *C. p* 1. *t.* 5. §. 5. *& t.* 28. §. 1. Quanquam aliàs Nomen Collegium Camerale triplici modo accipiatur, & quidem (1.) Latè pro omnibus personis Cameralibus, *C. p.* 1. *t.* 15.

(3.) Homonymia.

§.7.& 9. *Item tit.* 53 *l.A.* & §.*fin. eod. Item p.*3.*t.*1.§.1.*R.* 1654.§. Als auch. 167.
(2.) Strictè pro Judice, Præsidibus atque Assessoribus, *d.t.*15.§.5.& *t.*63.§.10.*eod.*
(3.) Strictissimè pro solis Assessoribus, *C.p.*1.*t.*10. §. 1.

(4) Definitio ejusque enodatio.

5. Hoc loco Nomen *Judicium Camerale* sumitur in primo significatu & definiri potest ita : Judicium Camerale est legitima rei controversæ in foro Camerali disceptatio. Dixi (1.) *Legitima*, quoniam hæc disceptatio legi, id est, *Ordinationi Camerali* conformis esse debet. (2.) *Disceptatio rei controversæ*, *arg. l.* 3. *C. de Judic.* Et quanquam non solùm res controversa disceptari, sed quoque tam litigantes desideria sua Amicive in jure exponentes, vel alterius desideriis contradicentes, *v. l.* 2. §. 6. *de O.I. l.* 34. *de Neg. gest.* quàm Judex controversias dirimens, *v.l.* 25.*pr.C.de Episc.* & *Cleric. l.*3.§.1. *de Arbit. l.*3 §.13. *Ad exhib. c.*10.*vers. Judex. de V.S.* disceptare dicantur, quoniam tamen tum Judex litigantes sint causa efficiens istius Judicii : causa verò efficiens non sit de Essentia Rei, ast Definitio rei strictò dicta essentiam Definiti *seu Rei definiendæ* explicet, sequitur, quòd præmemoratæ causæ, *Judicis scil.* & *Litigantium*, in Definitione supra traditâ absque vitio superfluitatis mentio fieri nequivisset. (3.) *In foro Camerali*, id est, in loco, ubi Judex Cameralis seu potiùs Collegium Camerale juris dicendi gratiâ consistit, *per tradita suprà t.* 1. *n.* 14. Ad constituendam Differentiam specificam inter hoc Camerale & alia Judicia.

(5.) Duo necessaria Requisita, videlicet Persona disceptantes, & Res disceptanda.

6. Postremò cùm dixerim Judicium Camerale esse disceptationem, quæ est actus sed actio ; ad omnem actionem verò necessariò requirantur duo, nempe Agens & Patiens, consequitur quoque ad illud Judicium instituendum duo necessariò requiri, videlicet Personæ disceptantes tanquam *Agens*, & Res controversæ *seu causa disceptanda* tanquam *Patiens*. De his itaque duobus Requisitis in sequentibus agam. Priùs tamen in tit. seq. de Origine sæpè nominati Judicii in gratiam Antiquitatis cupidorum pauca præmittam.

TIT. IV.

DE ORIGINE ET PROGRESSU JUDICII CAMERALIS.

Ad avertruncanda intestina bella.

1. Circa Originem Judicii Cameralis cognoscendam sciendum, quòd Maximilianus I. postquam ille ad Majestatem Regiam evectus curam Rom. Imperii suscepisset, statim de hujus tuitione deliberaverit, dilacerationi ejusdem detruncationique occursum meditatus. Hoc autem nullâ meliori via, quàm si omnia intestina bella ac prælia in communem pacem publicam transformarentur, obtineri posse existimans, consensu Statuum imperii Constitutionem pacis publicæ promulgavit, Landfr. 1495. *Præfat.* Et cùm omnis Constitutio frustrà promulgetur, nisi etiam perpetua conservatione confirmetur, dictam Constitutionem cuilibet observandam seriò mandavit, Handhab. Landfr. 1495. *Præfat.* Cunctaque bella, invasiones ac spoliationes prohibuit, inprimisque Diffidationes in *A.B.tit.*17.& *R.* 1442. *art.* 2. & 3. permissas sustulit, Landfr. 1495. *art.* 1. & 2.

2. Quan-

2. Quandoquidem verò pax publica sine legitimâ, honestâ & repentinâ Justitiæ administratione vix subsistere possit, *O.C.* 1495. *Præfat.* Et Maximilianus ipse publicis Imperii Rom. curis ac gravissimis domi forisque bellis impeditus, se litibus privatorum dirimendis minus incumbere posse putaret, atque cùm jam olim litigantes magnis sumptibus Imperatorem ejusque Curiam sequi tenerentur, ut eorum expensis consuleretur, & tantò expeditiùs administraretur justitia. *Vid. R.* 1566. §. Nachdem dan. 72. Sine quâ æqualiter administratâ nullum Imperium subsistere potest, *R.* 1603. §. Wie hoch und viel. 45. Ideò utilitate publica & necessitate sic suadente, præmaturo consilio Electorum Statuumque præter Aulam Cæsareâ de certo adhuc alio Tribunali instituendo in Comitiis Anno 1495. Wormatiæ habitis deliberatum est, *O. C.* 1495. *Præfat. Speid. Voc.* Cammergericht. & *latissimè Barth. Sent. tom. 1. in Epistol. dedicat.*

Et ad constervanó dam promulgatam pacem publicam Maximilianus I. Judicium Cam. instituit.

3. Ac postquam placuit, ut Maximilianus cum consensu Procerum Imperii ordinaret Judicem & 16. Assessores, qui dimidia ex parte essent Jurisperiti, atque ex dimidia Nobiles, *O. C.* 1495. *art.* 1. Et quidem ex diversis Nationis Germanicæ provinciis sumpti, *prealleg. art.* 1. *junct. O.C.* 1500. *art.* 1. *vers.* und ob einer. Illud Judicium die Saturni 31. Octobr. 1495. Francofurti ad Mœnum institutum fuit, ubi Maximilianus in ædibus Braunsfeldianis inter horam 9. & 10. ante meridiamm, in persona à Judice & 7. Assessoribus tum præsentibus, vigore Ordinationis Cameralis in dictis Comitiis 7. Aug. tunc proximè præced. promulgatæ, Juramentum sibi præstari curavit, ac confestim in præsentia multorum circumstantium cùm priùs per Dominum Vitum ab Wolckenstein nominatim à Zollern serio & cum admonitione præstiti Juramenti mandavisset, ut Judex nomine suæ Regiæ Majestatis Judicio Camerali vigore præmemoratæ Ordinationis fideliter præsideret, ipsi in manum Sceptrum tradidit, ac Sedile Judicis commisit, jubens ut Judex & Assessores jus dicerent, cunctisque justitiam administrarent, & posthac à reliquis, qui huic celeberrimo Tribunali quovis modo præesse aut inservire debuerint, suo quemque juramento adstringerent, *Barth, sentent. Tom.* 1. *pag.* 1. & 2. *Author Anonymus in Annot. de Person. Camer. ad Annum* 1495. Mox eodem die d. Judex in præsentia Regiæ Majestatis, ejusdem nomine 2. Advocatos, 8. Procuratores, unum Pedellum ac 3. Nuncios recepit, juramentumque ab illis omnibus sibi præstari curavit, Quo facto die Martis 3. Novembr. proximè sequentis prima Audientia celebrata est, atque 7. Ejusd. primò sententiæ publicatæ, *Barth. d. loc.*

Anno 1495. modo hic enarrato.

4. Cùm deinceps placitus numerus 16. Assessorum ultra 13. non excresceret, imò sæpè pauciores essent. *vid. O.C.* 1500. *art.* und erstlich. 4. § 1. Atque initio Anni 1499. Sportulæ litigantium, *de quibus vide O.C.* 1495. *art.* von den Sporteln. 15. ob nonnullorum obtrectationes abrogarentur, *præcit. Anonym. ad Annum* 1499. *junct. O. C,* 1500. *art.* von Sporteln 10. idque Procuratoribus mense Januario publicè denunciaretur, & aliunde non esset certum Assessoribus salarium, actum ut ii passim dilaberentur, donec tande mense Octobri Judex, ne penitùs solutum Tribunal videretur, repentinas ferias indiceret. Acceperat enim à

Quod Judicium ob sportulas abrogatas primò vice obdormivit Anno 1499.

Cæsare promissionem, se brevi curaturum, ut Judicium restauraretur ac perpetuo ordine conservaretur. Quo modo usque ad alterum Annum litium fervor obdormivit, *Anonym. d. loc. Add. O. C.* 1500. *art.* 1. Et 20. Septembris, 1499. ultima vice sententiæ publicatæ, ut videre licet ex Barth. *Sent. tom.* 1. *pag.* 160. Has enim publicare nonnisi Judice & 8. Assessoribus sedentibus juxta O. C. Lindaviæ Anno 1496. promulgatam licebat, d. *Anonym. ad Annum* 1498.

Judicium Cam. ab eod. Maximil. I. restauratum Anno 1500.

5. Posthæc in Comitiis Augustanis Anno 1500. habitis Maximiliano ac Statibus Imperii utile necessariumque visum fuit Judicium Camerale restaurare, atque ut hanc ob causam istis Electoribus & Provinciis, de vel ex quibus antehac Assessores sumi placuit, scriberetur, quo 3. vel 4. Assessores ante Festum Michaelis præsentarent, ex quibus Maximilianus & Regimentum Imperii unum in Assessorem cooptare possent, vel dicta præsentatione neglecta Maximilianus ejusve Vicarius ac præfatum Regimentum aliquem in Assessorem recipiendi potestatem haberent, quo numerus Assessorum adimpleretur, *O. C.* 1500. *art.* 1. Dicto tamen toto Anno Justitium perpetuatum, quia dum alii eligunrur, alii deliberant, alii ad novam vitæ rationem sarcinas colligunt, præceps temporis cursus labitur, *Anonym. ad Annum* 1500. Et sequenti Anno Assessores vix ægrè convenêre tanto numero, ut in mense Martio possent aperire tribunal, (*vid. n. præced. in fin.*)

Sed secunda vice obdormivit Anno 1501.

sed illud demum ad 14. Calend. April. factum, *Anonym ad Annum.* 1501. Et sententiæ 11. ejusdem April. publicatæ ac Judicium usque ad 22. Decembris dicti Anni rursus exercitium, uti apparet ex Barth. *Sent. tom.* 1. *pag.* 161. *usque* 191. Quo ipso cùm Salaria Assessoribus negligenter subministrarentur, Judicium rursus obdormivit, *Anonym. d. loc.*

Anno 1502. Judicium Cam. exercedit. Maxim. I per Proceres suæ Aulæ. Illud verò renovavit Anno 1503. Sed renovatum tertia vice cecidit An. 1504.

6. Anno 1502. Maximilianus hoc ægrè ferens idem Judicium per Proceres suæ Aulæ exercuit, Ipsemetque bis circa finem mensis Septembris Tribunali Augustæ præsedit, paulò autem pòst edixit, se posthac Ratisbonæ sedem Judicii delegisse, nempe ut ibi proximis Idibus Januariis renovari controversiæ deberent, *Anonym. ad Annum* 1502. Quæ tamen renovario demum circa finem Aprilis, quia Assessores justo numero ante non convenerant, subsecuta est, *Anonym. ad Annum* 1503. Atque sententiæ à 10. Maij usque ad 29. Mart, 1504. publicatæ sunt, *Banrh. d. pag.* 191. *usque* 221. Ubi excitatâ per mortem Georgii Bavariæ Ducis quæstione de Successione inrer Palatinos Rheni & Albertum alterum Bavariæ Ducem Maximilianus Assessores Augustam ad se vocavit Consultaturus cum ipsis, quis potiore jure causam defendere videretur, Eam ob rem in medio Aprili Procuraroribus indictum est Justitium ad tres hebdomadas quod tamen post propter secuta bella plus toto biennio duravit, *teste d. Anonym. ad Annum* 1504.

Anno 1507. Judicium Camerale renovatum est.

7. Posteà Maximiliano & Proceribus Imperii in Comitiis Anno 1507. Constantiæ habitis placuit, ut ad 6. annos Judex & 16. Assessores de novo constituerentur, & quidem ita ut Maximilianus præter Judicem duos Assessores, unum ratione Austriæ, alterum ratione Burgundiæ, sex Electores, sex & 6. Circuli (*qui habentur in C. p.* 1. *t.* 2. & *anno* 1500. *primum instituti sunt, Ordn. deß Regim. eod. anno.*

anno. art. wie zwantzig. 4. §. *ult. & art. seqq.*) reliquos octo præsentandi potestatem haberent, *O. C. Constant.* 1507, *Præfat. Item art.* ~~Das Kammergericht~~ 19. §. *fin.* Hòc additò, ut si quis ex istis 16. Assessoribus intra istos 6. Annos vitam obiret, qui illum præsentasset, intra 3. proximos menses, postquam ei mors à Collegio Camerali denunciata, 2. vel 3. idoneas personas ejusdem conditionis, cujus demortua fuit, nominaret, ex quibus maximè Assessoratu dignam annui Visitatores ac Collegium Camerale eligerent, vel hac nominatione omissa, aliam ejusdem Conditionis atque ex eadem provincia eligendi potestatem haberent, *ibid. art.* 2. Proinde in iisdem Comitiis ex aliquot nominatis 16. Assessores electi, *vid. ibid. art.* Der Erste Kreyß. 20. *& seqq.* Qui 1. Decembris ejusdem Anni Ratisbonæ Tribunali assidere cœperunt, *Anonym. ad eund. Ann.* Judiciumque ibidem rursus usque ad mensem April. 1509. exercuere, ubi Judex literis ea de re à Cæsare acceptis cunctos, qui ad judicium pertinerent, proximis Calendis Junii Wormatiæ, quia ibi posthac Judicium celebrandum, adesse jussit, & 13. ejusd. Jun. primùm ibidem causas audivit, *Anonym. ad d. Ann.* 1509.

8. Anno 1513. quodam tumultu Wormatiæ orto, Assessores Spiram aufugere, ibique in Novembri causas audire cœperunt. Manserunt autem ibidem usque in Martium *Anonym. ad Ann.* 1513. Wormatiam redeuntes 13. ejusd. Mart. rursus publicam Audientiam habuere, *Anonym ad Ann.* 1514. Atque hoc, quoniam suprà dicti 6. Anni ad alios 6. extensi erant *in R.* 1512. §. *Item haben wir.* 67. continuatum usque ad Annum 1519. Quo anno duntaxat 7. Assessores remansere, coram quibus (*quia* 8. *requiruntur, supra n.* 4. *in fin.*) Procuratores postulare recusarunt, & mox per mortem Maximiliani Authoritas Judicii plane expiravit. Palatinus verò Elector volens defendere suum jus, instituit Judicium Vicariatus per provincias Rheni, Franconiæ & Bavariæ, quod per suos Consiliarios & unum Assessorem exercuit, qui bis tantum hoc anno Mense Decembri causas litigantium audivere eodem in loco, quo ante Judicium Camerale habebatur. *Anonym. ad Annum* 1519. *& Cisn. ad O. C. pag.* 4. Illud Judicium prælaudatus Elector continuavit usque ad 27. Jun. 1520. quo die Cancellarius publicè denunciavit, electum Imperatorem Carolum V. Imperii fines attigisse, atque ita Palatinum sua authoritate defunctum esse, *Anonym. ad Ann.* 1520.

Et continuatum usq; An. 1519. ubi mortuo Maximil. illud per Vicarium Imperii exercitum.

9. Quo facto Carolus V. ad Imperatoriam Majestatem evectus perspiciens magnam partem rebellionum, bellorum, rapinarum, aliorumque illegitimorum facinorum Statum Imperii Rom. deturbantium ex defectu justitiæ debito modo administratæ originem trahere, *O. C.* 1521. *præfat.* Judicium Camerale renovavit, idque simul cum Regimento Imperii Norimbergæ celebrari voluit, ubi mense Decembri ejusd. Anni Audientia ter habita est, *d. O. C. art.* 5. *Anonym. ad Annum.* 1521. *& Barth Sent. tom.* 1. *pag.* 547. Ad maturiorem verò causarum expeditionem illis 16. Assessoribus duos adhuc adjecit, & quidem ita, ut ipse tanquam Imperator istos duos, & insuper alios duos ratione suarum Provinciarum sub Imperio sitarum daret: deinde ut idem cum Statibus Judicem & duos Comites seu Barones, qui hodiè vocantur Præsides, *infra t.* 6. *n.* 4. eligeret. Item 6. Electores

Judicium Cam. restauravit Carolus V. Anno 1521. & antiquis 16. Assessoribus duos adjunxit.

sex

sex. & 6. Circuli, qui anteà dabant octo, *supra n.7.* jam sex darent, *O. C.* 1521. *art.* 1, & 8.

Et Anno 1530 adhuc sex alii

10. Anno 1530. propter accretam multitudinem causarum laudatissimus Imperator Carolus V. adhuc alios sex ex 6. Circulis sumendos adjunxit, Assessorumque numerus usque ad 24. excrevit, R. 1530. §. Dieweil nun 76. Quibus eodem Anno 8. Doctores, (*Hi tamen non fuere Assessores extraordinarii, quia illorum sententias non ipsi sed Camera publicavit*, *R.* 1530. §. und dieweil. 82.) quorum Carolus V. duos, Electores tres & reliqui status tres darent, ad expediendas veteres causas ad Annum superadditi *praalleg.* §. 82. Horum 7. præstituto mense Anni 1531. Spiræ comparuerunt, injunctaque præstiterunt, *Cisn. ad O C. pag.* 5.

Anno 1544. Collegium Cam. rursus corruit.

11. Deinceps cùm in Comitiis Anno 1544. Spiræ habitis prorogatio triennalis sustentationis Cameræ anteà *per R.* 1541. §. und nachdem. 33. placitæ à Statibus imperii obtineri haud potuerit, finito eo tempore Collegium Camerale necessariò corruit. Cautum tamen, ut idipsum in proximo Conventu renovaretur consultareturque, quo pacto in perpetuum sustentari posset, interim Cæsar Judicem & 4. Assessores (*nec enim pluribus persuadere potuit*,) suis impensis retinuit, qui causas alioquin perituras acceptarent & Supplicationes decernerent, potissimum verò Fisci negotia expedirent. Quo Justitio per integrum quadriennium post judicium laboravit, *R.* 1544. §. Das nun auch 10. *junct. Anonym. ad Ann.* 1544. & *Cisn. ad O. C. pag.* 5.

Sed An. 1548. à Carolo V. rursus erectum & quidem ab eo solo.

12. Quoniam autem in illo proximo Conventu eumque sequenti, qui Anno 1545. & 1546. celebrati fuere, inter Status de præmemorata renovatione non convenit, *R.* 1545. Und wiewohl. 13. & 1546. §. Und nachdem. 7. *cum* 2. & *seqq.* & *Cisn. d. pact.* 5. Posteà Carolus V. novum Conventum Augustæ Anno 1548. cogens cum videret rem quoad judicium Camerale multis ambagibus per Status fore intricatam, si ipsorum arbitrio Assessores eligere permitteret, itaque obtinuit, ut sua solius authoritate, jure præsentandi tamen salvo, præterquàm quòd ille sibi soli potestatem dandi judicem attribuerit, *R.* 1548. Und nachdem. 23. non duntaxat nominatum numerum 24. Assessorum adimpleret, *R.* 1548. Und dieweil. 21. & 4. *seqq. Anonym. ad Ann.* 1547. sed etiam 10. Extraordinarios Assessores ad biennium, vel si tam citò inexpeditæ causæ expediri nequirent, ad triennium assumeret, *R.* 1548. §. Dieweil auch. 26. Quod tempus posteà propter multitudinem causarum ad quartum annum extensum, *R.* 1551. §. Neben diesem. 27. & 2. *seqq.*

Tamen Ann. 1555. antiquus præsentandi modus revocatus est.

13. Post memorati quarti Anni lapsum, cum Anno 1555. Judicium redintegraretur, numerus 24. Assessorum & antiquus præsentandi modus quidem revocatus, tamen in eo ulteriùs mutatus fuit, ut Imperator non cum Statibus sed solus non solummodò judicem sed etiam insuper duos Comites seu Barones daret. *Vid. O. C. p.* 1. *t.* 1. §. 2. Tempore sequenti efflagitante rursus necessitate, 16. Extraordinarii ad causas conclusas expediendas ad Annum cum Quadrante deputati sunt, vel si intra hoc spatium illarum expeditio absolvi nequiret, ad tempus semestre vel Annum ulterius cœptum laborem continuarent, *Deput.* 1577. §. Dieweil auch.

ich 6. & seq. Quæ continuatio postea ulteriùs extensa, R. 1559. §. Als wir uns den ... cum 1. seq. & Vis. 1560. §. Ferners nachdem. pen.

14. Extraordinariis deinceps ad tres redactis, 24. Ordinariis propter novam ...usarum multitudinem 8. Ordinarii, nim. 2. ab Electoribus, & 6. à sex circulis ...indi, adjuncti sunt, inter quos etiam dicti 3. extraordinarii sunt facti Ordinarii, ...imerusque evadit 32. R. 1566. §. Als wir num. 73. & 3. seqq. His 32. adhuc 9. vi...d. unus Comes vel Baro præter duos priores ab imperatore, ex reliquis octo autem ... ab Electoribus, & 6. à sex circulis præsentandi, ad 6. Annumerati, atque ita ...1. Assessores latè sumpti, vid. infra t. 7. n. 2. constituti sunt, R. 1570. §. Dieweil ...an 50. & seq. Qui Assessorum numerus ad alios 6. Annos quidem expressè, R. ...576. §. Neben diesem. 64. Sed tempore prætetlapso tacitè retentus fuit, C. p. 1. t. 1. ... Donec tandem Anno 1648. 4. præsides & 50. Assessores constituere utile ne...ssariumque visum fuit, J. P art. 5. §. præterea 52. Quod in R. 1654. §. Dieweil ...ich 11. repetitum. Ast infelix Sol. Prob dolor, ultra 17. simul hactenus nondum ...dit. Add. infra t. 23. n. 14.

Anno 1566. numerus Assess. rum excrevit ad 32.

Ac deniq; An 1684. usque ad 50.

15. Cùm ex suprà traditis constet sedem Judicii Camerali, in primordio valdè ...utabilem fuisse, & ejus mutationis pertractatio hûc quoque spectet, de illa sede, ...us mutatione & translatione quædam peculariter hic subnectam. Prima autem ...des Judicii Cam. 7. Aug. 1495. electa est Francofurtum, suprà n. 3. Ast illa non ...it diuturnior plus minus uno Anno cum dimidio, nam Status imperii Worma...æ mense Aprili 1497. convenientes dictum Judicium illûc ad se vocarunt, ubi ...rca finem Maji Causæ audiri cœptæ, Anonym. ad Annum 1497. & ult. ejusd. ...laji sententiæ publicatæ sunt, uti patet ex Barth. sent. tom. 1. p. 54. Tertiò placuit, ...t illud Judicium, quò cum Regimento Imperii esset, Norimbergam transferre...it, O. C. 1500. art. 1. Ubi 11. April. 1501. prima sententiarum publicatio habi...ta, vid. suprà n. 5. Quartò Anno 1502. idem Judicium à Maximiliano I. per Pro...ceres suæ Aulæ Augustæ Vindelicorum celebratum fuit, suprà n. 6. Sed nullæ sen...tentiæ inveniuntur publicatæ, teste Barth. sent. tom. 1. p. 190. Quintò prælaudatus ...laximilianus illud Anno 1503. Ratisbonam transtulit, d. n. 6. Sextò mense Jun. ...509. Wormatiam sedem occupavit, suprà n. 7. in fin. Quæ sedes Mense Novemb. ...513. ad tempus Spiram translata, suprà n. 8. Septimò Carolus V. Anno 1521. pro ...majori authoritate illud cum Regimento imperii simul Norimbergæ rursus cele...brari voluit, suprà n. 9. Octavò illud Anno 1524. Eslingam transferre eidem pla...cuit, R. 1524. §. Zum vndern. 2. ibique 23. Maji eod. anno celebratum est, Ano...nym. ad Annum 1524. & Barth. pag. 695. Nonam & ultimam sedem Judicium ...Cam. Mense Aug. 1527. Spiræ sortitum est, Anonym. ad Ann. 1517. & Bart. pag. ...o. Juxta conventionem Statuum Imperii in Comitiis Anno 1526. habitis factam, ...R. 1526. §. Und haben wir. 23.

Judicii Camer. sedes prima fuit Francofurtum. Secunda sedes fuit Wormatia. Tertia sedes fuit Norimberga. Quarta, Augusta Vindelicorum. Quinta, Ratisbona. Sexta, fuit Wormatia. Septima iterum Norimberga. Octava Eslinga. Nova & ultima sedes fuit Spira.

16. Cùm vero ob hanc mutabilem & incertam sedem multi viri longo rerum ...su atque eruditione præpollentes, quibes alias Judicium Camerale, utpote sum...mum in Rom. Imperio, instrui oporteret, R. 1530. §. Dieweil num. 77. C. p. 1. t. 3. ...r. In eo Judicio officia suscipere recusarent, aut suscepta abdicarent, R. 1530. §. Item

Spira hoc dd perpetua & fixa sedes Judici Cam.

Item daß der 76. inter Imperatorem & Status Imperii conventum, ut Spira esset fixa ac perpetua sedes Judicii Cameralis, inde non nisi ex prægnanti causa cum Consensu Imperatoris ac Statuum transferenda, *R.*1530.§. Dazu meinen 84. *C. p.2.t.36.pr.* Et quanquam vigore J.P. *art.5.§.praterea* 52. in Comitiis Anno 1654. habitis de Judicii Cameralis translatione ad alium universis Imperii Statibus commodiorem ac personis Cameralibus tutiorem locum deliberatum sit, tamen istam translationem nondum fieri posse tunc temporis putatum est, *R.*1654.§. Als auch den 167.

Eius sedis perpetua translatio, non nisi ex magna causa facienda.

17. Si ob pestem bellive vim ingruentem Judicium Spiræ tutò exerceri nequeat, Judex & Assessores illud ad alia tutiora commodioraque loca transferendi licentiam habeant, quoad periculi causa cesset, & judicium rursus in consueto loco celebrari possit, *C. p.2.t.36.§.1.* Sin Judex & Assessores Actorum Judicialium translationem necessariam putaverint, id Imperatori maturè indicent. Hoc ejusmodi translationem approbante, celeriter denuntient idem Moguntino, qui curâ præfecti aliarumque fidelium personarum Cancellariæ Acta sub salvo conductu Statuum, per quorum territoria isthæc transvehenda sunt, & communibus impensis ex sustentatione Cameræ depromendis, ad locum translati judicii transvehat, *d.t.36.§.2.* Si ob pestem secessio fiet, Acta necessaria tantummodò transportentur, reliqua Spiræ in Civitatis custodia relinquantur, *d.t.36.§.3.* Sin verò ob bellum judicium transferri debeat, & iter sit tutum, omnia Acta simul transferantur, periculo autem itineris existente, eadem cuncta Spiræ relicta Senatus Spirensis tanquam propria bona pro viribus tueatur, *d.t.36.§.pen.*

Eiusdem sedis temporaria translatio quomodo instituenda.

18. In deliberanda autem Judicii translatione Judex & assessores consilio Advocatorum juxta antiquam observantiam utantur, quia horum Clientum ratione Actorum, quæ suis sumptibus secum pervehere coguntur, quamplurimum interest, *d.t.36.§.ult.* Deinde etiam Advocatis ratione ædium, bonorum & alias non minùs atque Assessoribus mutatio judicii afferre potest præjudicium, quare illorum consilium meritò adhibendum. Ast in dict.36.§.2. dicitur acta communibus Statuum impensis transvehenda esse, ergò Clientes isthæc propriis sumptibus transvehere non cogentur? Resp. distinguendum inter Acta Judicialia & acta à Clientibus jam transmissa, sed adhuc in judicio producenda, seu acta, quæ olim Procuratores ad sui informationem privatim habebant, vulgò Manual-Acten appellata. De his loquitur præalleg. §.ult. De illis verò d. §.2.

Eadem translatio cum Advocatis & Procuratoribus deliberanda.

TIT. V.

DE JUDICE CAMERÆ.

JUdicii Cameralis primum necessarium requisitum esse personas disceptantes dixi, *suprà t.3.n ult.* Quarum consideratio ratione methodi constituenda duplex, una Generalis, altera specialis. Hæc circa personas Camerales in specie sic dictas, *de quibus infrà t.22.* Illa circa omnes & singulas personas disceptantes occupabitur. Hæ personæ verò sunt vel Principales vel Administræ. *de his infrà t.8.*

Personarum in judicio Cam. disceptantium Consideratio duplex, Personæ disceptantes sunt vel Principales vel administræ.

t. 8. *& seqq. agetur.* Principales subdividuntur in litem decidentes & litigantes. *De his vide infra d. t.* 8. Illæ portò distinguuntur in dirigentes, uti sunt Judex & Præsides: atque in litem decidentes strictè dictas, quales sunt Assessores. *Principales sunt vel Litem decidentes vel litigantes, & illa rursus vel dirigentes vel litem decidentes strictè sic dictæ. Haluunt Assessores illa verò Judex & Præsides.*

2. Judex Cameræ est caput judicii Cameralis negotia in eo expedienda ex præscripto Ordinationis dirigens, *C. p.* 1. *t.* 8. §. *pen. & tit.* 10. *pr.* In isto consideranda veniunt ejus Constitutio, conditio, qualitas officium, commeatus & Salarium. *Judicis definitio.*

3. Constitutionem judicis quod attinet, illa fit ab Imperatore, *C. p.* 1. *t.* §. 2. Olim quoque Statuum consensus ad Judicem constituendum requirebatur, *per O. C.* 1495. *art.* 1. *pr. junct. art.* 2. *& O. C.* 1521. *art.* benennung Kammer-Richters. 4. *pr.* Sed postea Carolus V. sibi soli absque consensu Procerum Imperii facultatem constituendi judicem attribuit, *R.* 1548. §. Und nachdem uns. 22. Quam facultatem Imperator adhuc exerceret, *praalleg.* §. 2. *& f. P. art.* 5. §. *Præterea* 52. *Circa Judicem consideranda (1) ipsius constitutio.*

4. Judice autem mortuo, vel munere à se abdicato, Imperator ab Assessoribus exemplò certior factus alium surrogare debet, *C. p.* 1. *t.* 5. *pr.* Et ne interea temporis Judicium suspendatur, si defunctus Judex consensu Assessorum sibi successorem haud nominaverit, ab his unus Comitum vel Baronum Collegii (*Præsides hodiè appellati. v. t. seq. n.* 4.) vice Judicis eligatur, qui munus istud usque ad aliam dispositionem imperatoris obeat. Illo Comite vel Barone autem in officio confirmato, in ejus locum alius Comes vel Baro ab Imperatore substituatur, *d. tit.* 5. §. 1. *Uno Judice decedente, quomodo alius constituendus.*

5. Judex vero constitutus Juramentum, *cujus formulam vide C. p.* 1. *t.* 71. tenetur præstare, & quidem in Senatu, *ex Stylo.* Princeps Anhaltinus Judex secundus in Ordine illud in publica Audientia præstabat, sed ejus successor Jacobus Marchio Badensis id facere dedignatus, in Senatu admissus est, quod communi exemplo omnes Judices secuti, *teste Anonym. in Annot. de pers. Cam. ad Ann.* 1496. *Judex constitutus juramentum præstare debet.*

6. Judicis conditio est, quòd debeat esse (1) Princeps Ecclesiasticus aut Sæcularis, hoc tamen prælato si haberi potest, aut minimùm Comes Barove, *C. p.* 1. *t.* 1. *pr.* (2) In Imperio Nationis Germaniæ natus *C. p.* 1. *t.* 3. *pr.* Ergò extra ditionem Imperii natus judex eligi nequibit. (3) Religioni vel Catholicæ, vel Evangelicæ, vel Reformatæ addictus, *d. t.* 3. §. 3. *ibique Not.* Et ut Cæsar judicem evangelicæ religioni addictum alternativè cum catholico constitueret, Status Evangelici Supplicando ad Maximilianum II. in Comitiis Anno 1576. Ratisbonæ celebratis petierunt, *Gylin. tom.* 1. *part.* 1. *pag. mihi* 276. *(2) Conditio.*

7. Qualitas Judicis in eo consistit, quòd sit vir candidus, prudens idoneus ac peritus, *d. t.* 1. *pr.* Item Strenuus, Germaniæ consuetudinum & observantiæ non solùm benè gnarus, sed etiam Processus judiciarios dirigendi fideliterque provehendi non inscius: & in cæteris ita qualificatus, ut omnes personæ Camerales illum metuant respiciantque, ac suo officio sic perfungatur, quo illæ personæ ad debitam obedientiam præstandam eò magis commoveantur, *d. t.* 3. *pr.* Denique quòd Ordinationem Cameralem sibi probè cognitam habeat, *C. p.* 1. *t.* 10. *pr.* *(3) Qualitas.*

8. Officium judicis quod concernit, istud considerandum vel in genere, vel in speciè. Illo modo consideratum est, (1) Quod Præscripta in Ordinatione Cam. *(4) Officium idque in genere consideratum.*

Olim Judices etiam dicebant Assessores.

 qua-

quatenus ipsum attingunt, omni diligentia sub fide Juramenti desuper præstiti observare teneatur, *C. p.* 1. *t.* 6 §. 2. In quo ipsum alia Juramenta non impediant, *C. p.* 1. *t.* 7. §. *ult.*

9. (2) Quòd soli Judicio Camerali vacet, aliisque negotiis abstineat, *d. t.* 7. pr. nec Commissionibus oneretur, *d. t.* 7. §. 1.

10. (3) Cùm sit caput, per quod omnes causæ & negotia vigore Ordinationis diriguntur *C. p.* 1. *t.* 8. §. *pen.* ejus officii imprimis omnes causas, Processus & negotia juxta Ordinationem Cameralem dirigere, quo circa hanc sibi benè cognitam habere, & ubique diligenter providere, quò illa in omnibus articulis firmiter observetur, Personas Camerales negligentes ac delinquentes ex fide officii, punire, & quod mulctam attinet, eam per Pedellum colligere neque hoc ullius rei intuitu omittere, sed in omnibus se talem gerere debet, quò apud Assessores ejus honor ac reventia & in exequendo munere ex debito timore authoritas inviolata ubique consistat, *C. p.* 1. *t.* 10. *pr.* & §. 3.

11. (4) Quòd personas Camerales prohibitis Sectis adhærentes cum consilio ac præscitu Assessorum sub indignatione Cæsarea ab officio removeat, *C. p.* 1. *t.* 3. §. *pen.* Prohibitis autem Sectis adhærere dicuntur, qui non unam ex Religionibus in Imperio permissis fovent. *Add. infra Tit.* 28. *n.* 12.

Officium Judicis in specie consideratum, quatenus illud versatur circa extraordinaria negotia in Senatu expedienda in tribus consistit. Officium Judicis in observando, ut Assessores sua munia in Senatu ritè obeant.

12. Officium Judicis in specie consideratum versatur circa negotia vel in Senatu, vel in Audientia perficienda. Negotia in Senatu expedienda subdividuntur in ordinaria & extraordinaria. Hæc maximè Collegium concernunt, *de quibus infra n.* 28. *cum seqq.* Illa ad causas Privatorum litesque dirimendas pertinent, *arg. C. p.* 1. *t.* 16. *pr.* Ac consistunt vel in observando, ut Assessores sua munia in Senatu ritè obeant, vel in distribuendo Acta & Supplicationes, vel denique iu instituendo diversos Senatus De ultimo membro infra, *tit.* 99. ubi de Senatibus tractabo, agetur. Secundum membrum perstringetur infra, quando de Actis & Supplicationibus egero. *Quod factum in tit.* 63. & 64.

13. Officium Judicis in observando, ut Assessores sua munia in Senatu rectè obeant, quod attinet, (1) Judex non solum ipse consueta hora in Senatu quovis tempore compareat, sed ut assessores quoque eo modo compareant, & Protonotarius maturè adsit, seriam curam adhibeat, *C. p.* 1. *t.* 11. *pr.* Ipsorumque in Communi Senatorio præviam congregationem haud permittens, quemque suo loco adesse jubeat, *C. p.* 1. *t.* 14. §. 5. Similiter jubeat aliquem in singulis Senatibus citò adesse, qui serò venientes Assessores annotet, annotatos æquali pœna afficiat, nec ullas excusationes præter legitima impedimenta admittat, *d. princ.*

14. (2) Assessorum Relationes ac Vota diligenter attendat, provideatque quò isthæc posthabita omni superfluitate ac inutili retardatione juxta modum in Ordinatione præscriptum habeantur, *d. t.* 11. §. 1. & omnem desidiam, confusionem, inanes disputationes, infructuosas allegationes, supervacuasque repetitiones, per quæ aliarum causarum Relationes retardantur amovens omnimodò celeri Relationum expeditioni studeat, *d. t.* 11. §. 2.

15. (3)

15. (3.) Omnia in Senatu tractanda ut accelerentur, diligentiam adhibeat, vana interloquia ac discessus haud permittat, *d. t.* 11. §. 3.

16. (4.) Ordinem Assessorum in causis referendis Votisque dandis servet, atque Assessorem in suo ordine non referentem hujus rei causam roget, *d. t.* 11. §. 4. Causa irrelevante inventa adversus eundem sæpius ita factitantem tanquam inidoneum juxta Ordinem procedat, *d. t.* 11. §. 5.

17. (5.) Causas eo ordine, quò fuere conclusæ, referri curet, quamobrem ante cujuslibet causæ Relationem suum Repertorium, quod semper in Senatu ad manus habere debet, inspiciat, *d. t.* 11. §. 6. Præsides verò in suis Senatibus à Referente certiores facti, in qua causa sit relaturus, & quando in ea definitivè submissum, apud Judicem vel Lectores inquirant, utrum talis sit causa, quam ante reliquas referri oporteat, *d. t.* 11. §. 7. Assessorem verò causam recens conclusam antiquiori præferentem Judex ac Præsides non admittant, *d. t.* 11. §. 8. Nisi vel causa antiquior ad correferendum à Referente commissa sit, *O. C. p.* 1. *t.* 10. §. 7. *vers.* Es wäre dan. Vel recentior spolium concernat, vel aliàs privilegiata, aut ex causis Collegio approbatis sit cæteris præferenda, *d. t.* 11. §. 9.

18. (6.) Curet, quò Relationes semel cœptæ uno contextu finiantur, nec aliæ intermisceantur, *d. t.* 11. §. 10. Sin autem Relatio propter absentiam Referentis seu alia impedimenta absolvi nequeat: Item, si Assessores Relatione jam habitâ causam ulteriori deliberationi reservent, eos iterum præsentes aut impedimentis sublatis ad illam absolvendam compellat, *d. t.* 11. §. 11.

19. (7.) Assessores in Relationibus ac Votis non turbet, nec à se invicem interpellari sinat: Item nemini interim assurgendi, circumeundi, colloquendi & aliena tractandi licentiam det, *d. t.* 11. §. 12.

20. (8.) Vota diligenter observet, quo scire queat, an isthæc iterarò roganda, nam hoc tum demum fieri debet, si justa causa subesse videtur, *d. t.* 11. §. 13. In hac autem iterata vel tertia Rogatione, priora prolixè repeti prohibeat, *d. t.* 11. §. 14.

21. (9.) Omnia injuriosa verba, fervidas disputationes, inimicitias discordiasque inter Assessores amoliatur, contra rixosos consensu reliquorum suum officium exerceat, *d. t.* 11. §. 15.

22. (10.) Votum suum diu suspendentem ad votandum adigat, *d. t.* 11. §. 16.

23. (11.) Ubi sententia aliqua placuit, Assessores non dimittat, antequam illa in Scripturam redacta, in Senatu prælecta, in librum destinatum inscripta, ac per Referentes subscripta, *d. t.* 11. §. 17.

24. (12.) Supplicationes in Senatu exhibitas & ad referendum distributas, 3. ut 4. dies inexpeditas remanere non sinat, *d. t.* 11. §. 18. sed inexpeditarum supplicationum specificationibus à Notariis quolibet die Saturni traditis, Referentes ad illarum expeditionem compellat, *d. t.* 11. §. 19.

25. (13.) Decreta Supplicationibus non per Assessores sed Notarios inscribi faciat, *d. t.* 11. §. 20.

26. (14.) Operam navet, quò Assessores ad audiendas sententias quavis juridica post meridiem tempestivè in Senatu compareant: similiter ut Proto- & No-

tarii inscriptionem sententiarum ita accelerent, quò sententiis priùs prælectis in puncto Primæ ad Audientiam iri queat, *d.t.*11.§.21. Quæ sententiæ verò ante Primam prælegi nequeunt, illas ad proximam audientiam differat, *d.t.*11.§.22.

Officium Judicis in Senatu circa negotia extraordinaria.

27. (15.) Ne Procuratores per longos Recessus tempus Audientiis destinatum inutiliter conterant, quovis die Sabbati Protocolla per 2. vel 3. Assessores visitari ac in delinquentes æqnaliter animadverti curet, *d.t.*11.§.*ult.*

28. Officium Judicis circa negotia extraordinaria quod concernit, (1.) Causas in pleno Senatu disceptari non sinat, nisi illarum maxima necessitas id exigat atque ipsi Assessoribusque, quorum consilio arbitretur, num & quid ad plenum referendum, an vero à quibusdam Assessoribus expediendum sit, ita visum fuerit, *C.p.*1.*t.*15.*pr.*

29. (2.) Plenum Senatum, quantum possibile erit, evitet, *d.t.*15.*lit. A. & B.* Neque illum Vicarius sine voluntate Judicis aut aliquot peritorum Assessorum convocet, *d.t.*15.§.1. *& lit. E.* Multò minùs id faciat ullus Præses aut Assessor *d. t.*15.§.2. Si quædam pleni Senatus Consultatione digna videbuntur, de his absentis Judicis, si in vicina sit, priùs sententia exploretur, & an interesse velit, voluntas cognoscatur, eo absente Conclusa eidem post renuntientur, *d.t.*15.§.3.

30. (3.) Plenos Senatus extra consuetas horum ordinariarum Relationum, vel necessitate aliud efflagitante, ita tamen instituat, ut minimam remotam Ordinariis Relationibus injiciant, *d.t.*15.§.4.

31. (4.) Plenum Senatum non cogat, nisi novis Assessoribus, Advocatis, Procuratoribus aut aliis personis Cameralibus ascifcundis dimittentisve, seu litteris Cæsareis vel aliorum recitandis, excepto si hæ litteræ contineant facilè expedienda per Deputatos: similiter prægnantibus causis Religionum aliisque negotiis publicis Imperii disceptandis, quæ tamen prius à Deputatis ex auctoritate Judicis deliberentur, & post illorum sententia ad plenum referatur, *d. t.* 15.§.5. Votis à reliquis citra interpellationem aut acerbitatem breviter ac modestè datis, *ibid. lit. M.*

32. (5.) Si legati Statutum ad Collegium missi mandata sua in scriptis exhibere nequeant, sed fortasse coram agere de his jussi sint, illos in pleno Senatu audiat, dato Responso dimittat, *d.t.*15.§.6.

33. (6.) Ob leviores res politicas, licet totum Collegium concernant, utpote lignum, Victualia, similiaque plenum Senatum non habeat, *p.t.*15.§.7. Nec istum habeat ob alias leves causas de more à trinis quaternis vel senis Assessoribus absolvi solitas, *d.t.*15.§.8.

34. (7.) Extraordinariis negotiis Seniores petitioresque Assessores, quô censebit numero deleget, & illos vel omnes vel aliquos per semestria aut annos ex arbitrio mutet, *d.t.*15.§.9. Hi Delegati seu Deputati illa extraordinaria negotia pro sua prudentia sub fide juramenti deliberent atque expediant, ipsis nimis gravia dubiave visa Judex ad plenum aut ad ampliorem deputationem deferat, & conclusa rata sint, *d.t.*15.§.10.

35. (8.) Prospiciat, ut Deputati de negotiis illis deliberaturi extra Relationum

num vel Audientiarum tempora conveniant, *d. t.* 15. §. 11. Nisi res exigat, tunc ii etiam sub audientiis, Judice ita censente cogantur, & tum sessionis onere à reliquis releventur, *d. t.* 15. §. 12. Ratione verò hujus Deputationis nullam sibi præ cæteris eminentiæ prærogativam arrogent, *d. t.* 15. §. 13.

36. (9.) Res in pleno Senatu vel præmemerata Deputatione deliberandas ritè ac ordine proponat, *d. t.* 15. §. 14.

37. (10.) In colligendis Votis inter seniores & juniores ab utroque latere ordinem servet, ne illis inauditis hi jam vicisse numero & negotium decidisse videantur *d. t.* 15. §. 15. Ab istis Assessoribus verò qui deliberationi non interfuêre, nulla vota colligat, *d. t.* 15. §. 17.

38. (11.) Animadvertat, ut Assessorum quisque suum locum occupet, alterum patienter audiat, paucis Votum ferat, acerbis verbis abstineat, nec alterum interrumpat, *d. t.* 15. §. 16.

39. (12.) Proto-vel Notarium consignandis votis conclusisque quovis tempore adhibeat, *d. t.* 15. §. 18. Vel si quid in pleno Senatu deliberabitur, quod Præfectum scripto complecti oporteat, ipsum in Senatum advocet. *d. t.* 15. §. 19.

40. (13.) Consulta in ejusmodi extraordinariis negotiis in peculiarem codicem conscribi curet, quo à reliquis Assessoribus illa quoque observari queant. *d. t.* 15. §. 20. Nec concedat, ut in pleno Senatu semel conclusa per particularem tractationem rescindantur, *d. t.* 15 §. *pen.*

41. (14.) Præter Actorum Repertorium habeat adhuc aliud, in quo cuncta negotia ab ipso in Senatu ratione officii expedienda annotet, idq; inprimis ideò, quò negotia extraordinaria citra præjudicium causarum privatorum tractanda in Senatu tempestivè proponere sciat, *C. p.* 1. *t.* 16. *pr.*

42. (15.) Semel in Senatu conclusa in eundem non revocet, sed exequatur, *d. t.* 16. § 1.

43. (16.) Codicem in quo Statuum Privilegia, Recessus Visitationum & Memorialia conscripta sunt, compleri & in communi Senatorio asservari curet, quò ex illo Assessores se quolibet tempore informare queant, se inscio autem eum Codicem domum portare nulli permittat, *d. tit.* 16. §. 4. Ex eodem Codice Tabulas per duos Assessores confici inq; dicto Senatorio ad continuam memoriam suspendi faciat, *d. t.* 15. §. 4.

44. (17.) Diversæ Dd. opiniones fortasse in Relationibus causarum à Collegio approbatæ per aliquot Assessores colligi, in peculiarem codicem per Proto-notarium duntaxat in modum Conclusionis conscribi ac Cancellariæ Moguntiacæ per Imperatorem & Status in Comitiis ad publicandum transmitti curet, interim conclusis in decernendo Processus & decidendo causas observatis, *d. t.* 16. §. 5. *R.* 654. §. *Ratione Dubiorum.* 135.

45. (18.) De Arcanis Judicii proditis quæstionem acrem instituat, penes quem ille quippiam deprehensum fuerit, indè initio facto continua pervestigatione ad primum Authorem deveniat, *d. t.* 16. §. 6. Quare ad magis evitandum divulgationem ejusmodi Arcanorum prospiciat, ut Protocolla Assessorum in Senatibus con-

conscripta in Archivo relinquantur, *d. t.* 16. §. 7. Similiter Senatoria iis absentibus, quibus in illis adesse licet, claudi faciat, *d. t.* 16. §. 8.

46. (19.) Acta Procuratorum mortuorum minnorennes hæredes relinquentium aliis Procuratoribus relinqui non sinat, *d. t.* 16. §. 9.

47. (20.) Pupillis personarum Cameralium ut citò tutores dentur, provideat atque ab his quolibet anno rationem administrationem exigat, *d. tit.* 16. §. *ult.*

Officium Judicis in Judicial. Audientiis.

48. In Audientiis Judicialibus Judex (1.) ordinet, ut causæ in istis ritè & ordine proponatur, *C. p.* 1. *t.* 17. *pr.*

49. (2.) Citationes ad reassumendum in causis, in quibus nulla Instantia periit, oraliter petitas, si nemo contradicat, in continenti pro Tribunali decernat, *d. t.* 17. §. 2. Quod interloquens solet facere per verbum: Erkant. Et quamvis *ibidem* §. 1. *& lit. A.* dispositum, ut in aliis levioribus submissionibus pro tribunali sedens confestim interloquatur, tamen illud hodie in desuetudinem abiit.

50. (3.) Procuratores ob non inspecta Protocolla supervacaneè submittentes in expensas moræ ex proprio marsupio solvendas condemnet, *d. t.* 17. § 3.

51. (4.) Silentium & attentionem procuret, quò sententiæ publicandæ à circumstantibus exaudiantur, & posthæc Procuratores se invicem intelligere, dictaque à Proto- & Notariis rectè excipi possint, *d. t.* 17. §. 4.

52. (5.) Longiores inanesque Recessus in publica Audientia evestigio interpellans cum arbitraria pœna rejiciat, atque in scriptis agere injungat, *d. t.* 17. §. 5.

53. (6.) Procuratorum dicteria, convitia, dicacitates, injuriosa inutiliaque verba sub condigna pœna inhibeat, *d. t.* 17. §. 6.

54. (7.) Procuratores ad tempestivè in Audientiis comparendum exque illis nondum finitis citra licentiam haud recedendum, nec illorum nomine alios Procuratores sub spe ratificationis audiat, *d. t.* 17. §. 7.

55. (8.) Procuratores non aliter quàm in ipsorum Ordine audiat, & si quis in suo ordine non egerit, alterum non interrumpat, sed dum iste ordo recurrat, expectet, *d t.* 17. §. 8.

56. (9.) Procuratorum verba superflua celeritatemque in dictando nimiam inhibeat, atque ut illi, quæ dictare convenit, inprimis nomina partium clarè, distinctè & ita ut à Proto- & Notariis rectè excipi possint, enuncient, procuret, *d. t.* 17. § *ult.*

(5.) Judicis commeatus seu absentia.

57. Pertractato Officio Judicis pervenio ad ejus commeatum. Quod autem hunc attinet, Judex ratione suæ absentiæ se de absentia Assessorum infra *t.* 7. *n.* 108. *usque* 123. tradendis conformet, *C. p.* 1. *t.* 8. §. *pen.* Præter sex hebdomadas verò Assessoribus concessas, ei insuper quatuor hebdomadas ex legitima atque Assessoribus approbata causa abesse licet, *d.* §. *pen.* Ejusdem verò Neglecta, reliquorum more inter Assessores præsentes non distribuantur, sed Statuum dispositioni asserventur, *d. t.* 8. §. *ult. Add. infra t.* 7. *n.* 132.

Judex absfuturus cuijuas vices deleget.

58. Judex aliquamdiu absfuturus, aut aliàs legitimè impeditus suas vices uni ex Assessoribus illustribus, (*qui hodie appellantur* Præsides, *v. t. seq. n.* 4.) iisve deficien-

ientibus alicui ex Electoriis (*qui Vice-Præses nominari consuevit*,) deleget, *C.p.* :.*t.*18. *pr. verf.* Doch soll.

59. In causis autem Principes concernentibus vel Judex vel unus Assessorum, qui Comes vel Baro est, sedeat: aut iis absentibus Judex alium Principem, Comitem, Baronemve jurejurando Judicis adstringendum interim in suum locum surroget, *d. verf.* Doch soll. Idque consensu Collegii, *O.C.* 1495. *art.* 1. *in fin.*

60. Judex verò unum ex Præsidibus sibi surrogaturus, nunc hunc nunc illum, e unus præ altero gravetur, pro suo arbitrio surroget, *d. t.* 18. *in fin.* Ille surrogeus vocatur Vicarius judicis Cameræ Kammer-Richter-Ampts-Verweser. *C.p.*1. 15. §. 1. & *passim*. Quoniam omnia Officia judicis ipsi incumbunt. Eidem tamen ne consensu judicis aut quorundam petitorum Assessorum plenum Senatum onvocare haud licet, *præcit.* §. 1. Proinde si gravia extraordinaria negotia in pleo Senatu tractanda fuerint, de illo judicem certiorem reddere, atque num ipse tractationi interesse velit, sciscitari & quicquid judice absente tractatum est, huic enuntiare tenetur, *d. t.* 15. §. 2.

In causis Principum qualiter judici absenti surrogandus. Judex Præsides alternatim sibi surroget.

61. Salarium Judicis olim, si iste oriundus ex Comitum Baronumve ordine, 000. flor. erat: Sin verò Princeps, illud contemplatione dignitatis oportebat ugeri, *C.p.* 1. *t.* 47. *pr.* Hodierno tempore ipsi indistinctè 4400. Imperial. pendenos esse puto, *per R.* 1654. §. Dieweil auch. 11. Quoniam in hoc §. 11. illius Distintionis nulla fit mentio.

(6) Judicis Salarium.

TIT. VI.
DE
PRÆSIDIBUS CAMERÆ.

1.

PRæsides Cameræ sunt personæ illustres, quæ loco Judicis in Con-Senatibus præsident, *arg. C.p.* 1. *t.* 11. §. 1. & 4. In Con-Senatibus autem loco judicis præsidere nihil aliud est, quàm judicis absentis vices ibidem sustinere.

Definitio Præsidum.

2. Ubi notandum, quod Nomen Præsides in primordio judicii Cameralis ignotum fuerit, nam tunc temporis omnes, etiamsi essent personæ illustres (*id est Comites vel Barones*,) nomine Assessorum veniebant, suasque Relationes habere : alia Assessorum munera obire cogebantur. Inter istos assessores verò eodem mpore duo Comites Baronesve esse debebant.

Nomen Præsidum antiquitus ignotum fuit.

3. Nam cum in O.C. 1495. *art.* 1. *in fin.* constitutum esset, ut in causis Electo:s, Principes, Principumque dignitate decoratos speciatim concernentibus absente judice sententia ferri nequiret, nisi Comes vel minimum Baro judicis absens vices gereret, & inter Assessores tum receptos unus duntaxat esset Comes, ostea ne hæ causæ ob judicis vel illius Comitis vices judicis absentis gerentis ægritudinem aut alia impedimenta retardarentur, sancitum ut inter 16. Assessores nc eligendos duo Comites vel Barones eligerentur, quò judice aut Comitum aronumve uno absente, alter in illis causis judicio præesse posset, *O.C.* 1500. *art.* nd erstlich. 4. *pr.*

Præsidum origo.

4. Poftquam autem anno 1530. 24. Affeffores conftituti, *fuprà t.4. n.10.* atq; fancitum, ut hi in diverfos Senatus diftribuerentur,& fingulis Senatibus unus Comitum Baronumve loco judicis præfideret, *R.1530.§.* Dieweil u. 77. *O.C. p.1. t.10. §.9. junct.C.p.1. t.14.pr.& t.11.§.1.4.7.12.& 13.* hi duo Comites Baronefve appellari præfides, *uti patet ex text. alleg. & paffim*, atque à Relationibus habendis aliisque muneribus affefforum liberati, in fuis Senatibus vices judicis duntaxat gerere cœperunt, Sub nomine Affefforum fæpiffimè tamen Præfides quoque comprehendi continuarunt non folum in alleg. O. C. p.1. fed etiam in *C.p.1. t.1. pr. ibique Not. t.3. §.1. t.18. pr. t.57. pr. eod. & paffim.*

Præfidum numerus primo fuit binarius.

5. Ex his duobus Comitibus Baronibusve unum dabat Imperator, *O. C. Conftant. 1507. pr.* Alter à Statibus Imperii præfentabatur, *arg. d. pr. & art. feq.* Sed cùm fupra dictis 16. Afefforibus Carolus V. adhuc duos adjiceret, accepit poteftatem illos Comites Baronefve præfentandi, *O.C. 1521. art. 1. & O. C. p.1. t.1. §. 2.* Quam poteftatem ejusdem fucceffores continuarunt.

Deinde factus trinarius ac denique quaternarius.

6. Numero afefforum deinceps amplius aucto illis duobus Præfidibus Maximilianus II. tertium addit, *R.1570.§.* Nemblich wollen. 51. Ac denique quartum Ferdinandus III. ita ut inter iftos quatuor duo fint Catholici, & duo Evangelici, *J.P. art.5.§. Prætereà 52.*

Circa Præfides confideranda (1.) Illorum Conftitutio. (2.) Conditio (3.) Qualitas. (4.) Officium.

7. Circa hos Præfides porrò verò venit confideranda (1.) *Conftitutio* Conftituuntur autem à folo Imperatore, *Cod. p.1. t.§.2. junct. praced. n.5. & 6.* (2.) *Conditio.* Debent enim effe Comites vel minimum Barones, *arg. d. §.2.* idque ex ratione fupra *n.3.* adducta. Quoad cætera eadem in iftis eadem conditio, quæ in judice requiritur, *vid t. prac. n.9.* (3.) *Qualitas.* Quod hanc attinet, quia illi non folum in Con-Senatibus loco judicis præfident, *fuprà n.1. & 4.* fed etiam judicis abfentis vel impediti vices obire tenentur, *t. praced. n.58.* Ideò etiam qualitatibus in Judice *t. praced. n.7.* enumeratis præditi effe debent.

8. (4.) *Officium.* Hoc etiam propter paulò ante tradita in plerisque cum officio judicis, *de quo t. praced. num. 8. & multis feqq.* coincidit. Specialiter verò quædam hic addenda, nempe (1.) Hi præfides fine confenfu judicis plenum Senatum non convocent, *C.p.1. t.15.§.1.* Sed fuis Ordinariis expeditionibus & juftitiæ adminiftrationi, cujus gratia imprimis conftituti funt, ftrenuam operam navent, *d.t.15 lit. E.* (2.) Cum judice tanquam præpofito Capite Cæfareæ Juftitiæ bene congruant, fimulque corrupthelarum emendationi ac nocivæ difcordiæ extirpationi incumbant, *C. p.1. t.10. §.1.* (3.) In Audientiis alternatim fedeant, *C. p.1. t.21. §.9.* (4.) Suum munus ritè exequantur, illis verò id exequentibus, quoniam unà cum judice imperatorem in judicio ac Senatibus præfidendo repræfentant, idem honor, qui judici, eademque obfervantia tribuatur, *d.t. 10. lit. A. & §. ult.*

(5.) Commeatus. (6.) Salarium.

9. (5.) *Commeatus*, in quo idem Juris, quod in Commeatu Afefforum, *v. t. feq. n.108.* atque hi de illorum Neglectis & è contra illi de horum Neglectis participant. (6.) *Salarium.* Illud antiquitus erat 800. flor. *C. p. 1. tit. 57. pr. ibi:* Einem Grafen oder Herrn / der ein Beysitzer ist 800. Gülden.

11. Hodie cuilibet Præsidi quotannis 1371. Imperial. solvuntur, *R.* 1654. §. Dieweil auch. 11.

TIT. VII.

DE ASSESSORIBUS.

1. Assessores dicti sunt ab assidendo, ad similitudinem istorum assessorum quorum mentio fit in *D. de offic. Assess. & C. de Assess.* licet horum diversa fuerit ratio, nam ii Magistratui juris suggerendi causâ assidebant, *de quibus vide Umm. de Process. disp.* 2. *th.* 1. & 2. Illi verò judici Cameræ non suggerunt jus sed ipsi jus dicunt, *arg. C. p.* 1. *t.* 19. *pr. cum §. seq. & p.* 3. *t.* 63. §. 11. Hinc etiam vocantur Judices, Richter / *d. t.* 19. §. 1. & *d. t.* 63. §. 12. *cum seq.* Item Urtheiler / *d. t.* 63. §. 13. 14. *pen. & ult.* Assessorum (1.) Etymologia (2.) Sinonymia.

2. Vox *Assessores* sumitur (1.) latè quatenus etiam comprehendi præsides, *per text. alleg. tit praced. n.* 4. Idque inde factum, quia in primordio judicii Præsides Cameræ ignorabantur, Assessores vero, qui Comites vel Barones erant, licet aliquando Judicis absentis officium administrabant, tamen illo reverso suas Relationes concipere ac habere, quemadmodum reliqui Assessores, tenebantur. Posthæc autem numero assessorum adaucto, conceptio Relationum ipsis planè remissa est, Præsidesque vocari cœperunt, *per tradita d. n.* 4. (3.) Homonymia.

3. (2.) Strictè quatenus Præsidibus opponitur, *C. p.* 1. *t.* 57. §. *fin.* Et definiri potest ita: Assessores Cameræ sunt personæ, quæ res controversas ad forum Camerale pertinentes cognoscunt deciduntque. (4.) Definitio.

4. assessores olim distinguebantur in Ordinarios & extraordinarios, *R.* 1548. Dieweil auch 26. *Deput.* 1557. §. Damit auch. 11. Assessores ordinarii appellabantur, qui ad certum numerum in Ordinatione Cam. determinatum constituti erant. Extraordinarii verò, qui ultra istum numerum propter multitudinem submissarum inexpeditarumque causarum expediendam ad tempus constituebantur, *per praall.* §. 26. & *Deput.* 1557. §. Dieweil auch. 6. (5.) Divisio in ordinarios & extraordinarios.

5. Extraordinarii Juramentum ordinariorum præstabant, *R.* 1548. §. Und haben uns. 27. *Depnt.* 1557. §. So sollen auch. 17. Idem cum his Salarium accipiebant. *Deput.* 1557. §. Damit auch diese. 8. In Relationibus & Votis se Ordinationi Cam. conformes præbere tenebantur, *Deput.* 1517. §. Und dieweil. 10. Ordinarios ab eodem Statu præsentatos in stando, sedendo seu ambulando immediatè sequebantur, *Mem. Jud. & Ass.* 1557. §. Dieweil auch. 18. Habebant etiam 6. Septimanas ad proficiscendum sicut ordinarii, *Vis.* 1559. §. Nachdem ich. 23. Qui extat *apud Cisn. fol.* 27. Extraordinariorum officium & immunitas.

6. Et quanquam antiquitus inter illos 41. Assessores, qui in Judicio Camerali sedebant, *vers. C, pag.* 1. *tit.* 1. *princ.* decem erant extraordinarii, *d. tit.* 1. §. 1. & reliqui Ordinarii, *d. tit.* 1. §. 2. tamen isti 50. hodierni, de quibus mox dicetur, omnes sunt ordinarii. Hodie omnes Assessores sunt ordinarii illique numero quinquaginta.

Circa quos porrò considerandum (1) Ipsorum Constitutio, quæ perficitur præsentando, examinando & cooptando.

7. Circa hos ordinarios Assessores porrò pertractari debet, 1. *Ipsorum Constitutio.* Quæ perficitur præsentando, examinando & cooptando.

Præsentatio à quibus fiat. Schema præsentantium.

8. Præsentatio fit ab Imperatore, Electoribus & Circulis imperii. Quot Assessores verò quivis olim præsentare potuit, videre licet in *C.p.1.t.1.§.2.& 4.* Hodiernam præsentationem ostendunt J. P. *art.5.§.Praeterea.52.& §.pen. junct. R.* 1654. §. Dem nach adch. 169. Quam & in Schemate hic subjecto proponere lubet.

SCHEMA PRÆSENTANTIUM.

9. Et quidem præsentat,

I. Imperator Catholicos.			2.
II. Electores	1. Moguntinus C.		2.
	2. Treverensis C.		2.
	3. Coloniensis C.		2.
	4. Bavaricus C.		2.
	5. Saxonicus A. C. addictos.		2.
	6. Brandenburgicus A. C.		2.
	7. Palatinus A. C.		2.
III. Circuli	1. Austriacus C.		2.
	2. Burgundicus C.		2.
	3. Bavaricus C. Salvis tamen Juribus, privilegiis & libertatibus Statuum Imperii A. C. addictorum, qui sub hoc Circulo comprehenduntur. *J. P. art. 5. §. ult.*		4.
	3. Franconicus	C.	2.
		A. C.	2.
	5. Suevicus	C.	2.
		A. C.	2.
	6. Rhenanus superior	C.	2.
		A. C.	2.
	7. Westphalicus seu Rhenanus inferior	C.	2.
		A. C.	2.
	Et hi 4 Circuli alternando A. C.		1.
	8. Saxonicus superior A. C.		4.
	9. Saxonicus inferior A. C.		4.
	Et hi 2. Circuli alternando A. C.		1.
		Summa	50.

Novem Circuli hodiè Jus præsentandi habent.

10. Patet ex hoc Schemate hodie 9. Circulos jus præsentandi habere, cum tamen antiquitùs solummodò 6. nempe Franconicus, Bavaricus, *qui in ordine po*

sterio

sterior Franconico atque secundus erat. Vid. O. C. 1507. *Art.* Der erste Krayß.. 20. *& O.C. part.* 1. *t.* 2. *princ. unde adhuc hodie Bavarici Assessores Franconicos sequuntur, infra n.* 29. Suevicus, Rhenanus. Westphalicus & Saxonicus illud habuerint, *C.p.* 1. *t.* 2. *Add. suprà t.* 4. *nu.* 7. Accessit verò anno 1570. Circulus Austriacus & Burgundicus, *idque vigere C. p.* 1. *t.* 1. *§. ult.* Et Circulum Saxonicum propter suam amplitudinem in superiorem & inferiorem dividere, ac cuilibet eorum Jus præsentandi concedere anno 1648. complacuit, *Instrum. Pac. art.* 5. *§. pen.* atque ita 9. Circuli facti sunt.

11. Si his 9. Circulis addas Circulum Electorium Rhenanum (Chur Rheinischen Krayß/) habebis illos 10. Circulos, in quos totum Imperium anno 1512. divisum fuit, *R. eod. anno §.* Und ob jemands. 8. *& 4. seqq. Add.* Erklär. Landfr. 1522. *art.* 2. Et quanquam iste Circulus Sustentationem Cameræ etiam solvere teneatur, tamen jus præsentandi non habet. Ratio, quoniam is constat tantummodò ex 4. Electoribus juxta Rhenum habitantibus, *d. art.* 2. *§.* 3. Hi autem aliàs illud Jus habent, prout paulò ante dictum.

Quod jus non habet Circulus El. Rhenanus.

12. Nec omnes Status, qui in reliquis Circulis numerantur, *v. C.p.* 1. *t.* 2. in ejusdem juris possessione sunt, *teste Magenh. ad O.C.p.* 1. *t.* 2. Quod etiam innuere videtur *d. t.* 2. *§. ult.* Neque illis Camera olim scribere debebat, sed in Circulo Franconico scripsit duntaxat Episcopis Wurtzburgensi, Eichstetensi & Marchioni Brandenburgensi tanquam Burggravio Norimbergensi: In Bavarico, Episcopo Saltzburgensi ac Duci Bavariæ: In Suevico, Episcopo Augustano & Duci Würtenbergensi: In Rhenano, Epicopo Strasburgensi, Abbati Fuldensi atque Duci Lotharingiæ: In Westphalico, Episcopo Monasteriensi & duci Juliacensi: In Saxonico, Archi-Episcopo Magdenburgensi & Duci Saxoniæ. Adjectum tamen in litteris, ut hi Principes cæteris Statibus hoc indicare vellent, quod tamen ratò factum, prout hæc omnia refert *Magenh. d. loc.*

Quibus Statibus cujuslibet Circuli olim scriptum, ut Assessores præsentarent. Et quibus hodiè scribatur.

13. Hodie in Circulo Austriæ præsentat sola Domus Austriaca; in Circulo Burgundiæ, Rex Hispaniæ seu ejus Generalis Gubernator Belgii. In Circulo Rhenano superiori in possessione juris præsentandi sunt Episcopi Wormatiensis Spirensis & Strasburgensis: item Pfaltz-Simmern/Zweybrücken und Hessen /R. 1654. §. Jn dem Ober rc. 33. Quinam Status in reliquis Circulis præsentent, ... latet. In quovis autem Circulo scribitur Directoribus, qui deinde illos Status Circuli, quos ordo præsentandi tangit, de præsentatione efficienda admoneant.

14. Suprà n. 9. dixi Imperatorem posse duos assessores præsentare, hos autem portet esse Graduatos Juris, der Rechten gewürdigte. / *id est, Doctores aut Licentiatos Juris.* Quales etiam debent esse, quos Electores Ecclesiastici præsentant, ... d Electores sæculares ex nobili sanguine natos præsentare tenentur: ex Circulis ... rò præsentatorum dimidiam partem Graduatos Juris, & dimidiam ex Nobili... s esse oportet, *C.p.* 1. *t.* 1. *§.* 2. Ratio sine dubio hæc fuit, ut hoc summum judicium ... n minus quam Electorum & Principum Aulica judicia, quæ ex Nobilibus & ... aduatis juris constare solent, etiam constaret. Deinde ut hujus summi Judicii autho-

Cujus conditionis deb. ant esse Assessores à Cæsare ac reliquis præsentandi.

authoritas adeò major evaderet, *juxta* Kammerger. Bedencken auff etlicher Stände *Gravamina de Anno* 1557. §. Erstlich betreffend.

Quando præſentantibus illis conditionis variatio permiſſa.

15. Sin autem Circuli Nobiles ita qualificatos, prout Ordinatio Cameræ requirit, invenire nequeant, horum loco graduatos juris præſentare licet, *C. p.* 1. *t.* 3. §. 2. Ut vero æqualitas inter Circulos & Electores conſtitueretur, ſancitum ut Electoribus Eccleſiaſticis Nobiles, & ſæcularibus Graduatos Juris, ſi nim. hi Nobiles, illi verò Graduatos Juris adhibita omni diligentia invenire nequirent, præſentare licet, *d. t* 1. §. 3. *ibique alleg. Deput.* 1557. Quæ tamen diligentia aliquo indicio manifeſtanda, alioquin Graduati Juris loco Nobilium, aut ècontrà non recipiuntur. Hæc Variatio etiam in Imperatore obtinebit, *Arg. à minori ad Majus ſumpto.*

Aſſeſſores originarii extraneis præferri debent.

16. Deinceps quandoquidem magni interſit, ut Aſſeſſores non ſolum Juris, ſed etiam conſuetudinis Circulorum, unde aſſumuntur, gnari ſint, quilibet Status in ſuo Circulo natos educatosque, dummodo ibi idonei poſſint reperiri, præſentare debet, *C. p.* 1. *t.* 5. §. 9. Originarii enim melius quam extranei cenſentur ſcire Mores & Conſuetudines ejus Provinciæ, ex qua ſunt oriundi, idcircò illos his præferri decet, *Mynſ.* 4. *O.* 30.

Præſentatio.

Aſſeſſores requiſitis ornamentis ſint decorati.

17. Denique præſentandi ſunt tales, qui iis Ornamentis, qualia Ordinatio requirit, ita cumulati exiſtunt, ut primò ſtatim aditu proficuam operam conferre polleant, quò juſtitia maturetur, *præalleg. t.* 5. §. 8.

Aſſeſſore quodam decedente Præſentans requiratur, ut 2. vel 3. intra 6.)) præſentet.

18. Aſſeſſore autem mortuo vel ſuo munere ſe abdicante, Judex id iſti, qui mortuum vel abdicantem præſentaverat, ſine cunctatione denuntiet, eundemque requirat, ut intra 6.)). à die factæ requiſitionis alios duos ſeu tres præſentet, adjecta hac comminatione, niſi id fieret, quod Judex & Aſſeſſores poſt lapſum illius temporis idoneam perſonam recepturi eſſent, *pracit. tit.* 5. §. 4. Quod tempus 6.)). tamen antiquitus non adeò ſtrictè obſervabatur, ſed ſemel atque iterum Statibus ſcribi ſolebat, *Magenh. ad O. C. p.* 1. *t.* 4. *Rubr.* Hodie Collegium Camerale inſuper 14. dies aut longiſſimum 4. hebdomadas præſentationem exſpectare tenetur *R.* 1654. §. Die Erſetz- und Beſtellung. 22.

Non tamen plures quam duo vel tres.

19. Facta hac requiſitione requiſitus intra 6.)). à die factæ requiſitionis proximos, duos ſeu tres, (*quo inter hos Camera opinionem habeat.*) illis qualitatibus cujusmodi Ordinatio expoſcit, ornatos præſentare cogitur, *ſæpè d. t.* 5. §. 6. Plures verò duobus tribusve non præſententur, neque ad examen admittantur: plùribus præſentatis, qui primi ſe ſiſtunt, examinentur, & ex his ſi quis idoneus erit, cooptetur, *dict. t.* 5. §. *ult.*

Nullo præſentato Camera aliquem recipiat.

20. Nullo idoneo inter præſentatos invento, ac tempore 6.)). nondum effluxo (*nam hoc tempus præſentantibus utile eſt, d. t.* 5. *lit. F.*) illud ei, qui priores præſentavit, denuntient poſtulentque, ut alios idoneos præſentet, *d.t.* 5. §. 20. Si prædicto modo requiſitus ſine ulla vel etiam ulteriori præſentatione perſonarum qualitatibus in Ordinatione requiſitis ornatarum 14. dies ſeu longiſſimum 4. hebdomadas ultra præmemoratos 6.)). abire ſinat, Collegium Camerale ex illius requiſiti provincia Circulove aliquem idoneum, aut tali ibi non invento, ex proximo cir-

Circulo in locum vacantem surrogandi potestatem habeat, *d. t.* 5. §. 21. *ibique Notat.* Cessante Collegio hæc potestas Visitatoribus sit concessa, *d. t.* 5. §. 22. Et ne Judicium Camerale personis deficiat, hæc dispositio præcisè observetur, *d. t.* 5. §. 23. Recipiendus verò debet esse ejus Religionis, cujus præsentandus esse debuisset, *R.* 1654. §. Doch soll. 23.

21. Quò autem eò certius sciri possit, quando illa potestas ad prælaudatum Collegium devoluta sit, hæc denunriatio atque requisitio per certum Nuncium est transmittenda & responsio urgenda, *pracit. t.* 5. §. 5.

Illa requisitio per certum Nuncium transmittenda.

22. Prædicto modo præsentatos Collegium Camerale examinare, eorumque idoneitatem per Relationem causæ conclusæ explorare tenetur, *d. t.* 5. §. 12. Præsentatus autem Acta ad eruditionis specimen referenda tradita, se solum sine aliena ope perlecturum ac relaturum ante omnia dextram fidemque Judici Cameræ det, *d. t.* 5. §. 13, Ad inquirendum verò, utrum præsentatus ipse Acta industriè perlegerit, atque ex istis Relationem conceperit, ei Assessores, qui habitæ Relationi interfuêre, ex iisdem Actis opponendi facultatem habeant, *d. t.* 5. §. 14.

Præsentati Assessor quo modo à Collegio Camerali examinandus.

23. Hisce peractis Relatio apud Acta asservetur, atque eodem iterum vel tertium præsentato illa asservata Relatio cum Relationibus novorum Competitorum conferatur, volenti autem de novo referre liberum sit, *d. t.* 5. §. 15.

Examine peracto maximè idoneus eligendus.

24. In hoc præmisso examine maximè idoneus deprehensus in locum vacantem i Collegio Camerali cooptandus est, *d. t.* 5. §. 11. Non attento, quòd in literis præsentatitiis unus alteri sit prælocatus, aut commendatitias secum attulerit, *d. t.* 5. §. 16. Si tamen duo vel omnes præsentati eruditione & virtute sint pares, primò nominatus eligendus, *per leg.* 34. *pr. de usufr.* Quoniam ex ordine scripturæ præsumitur magis dilectus, *Magenh. ad O. C. p.* 1. *t.* 4. §. Wo auch also. 2. Deinde etiam in paritate eruditionis cæteris præferendus, qui à quodam Circulo præsentatus Illius Circuli Statuum majora Vota habuerit, Kammerg. Bedencken auff etlicher Stände *Gravamina, de Anno* 1557. §. Bey dem zweiten.

25. Si ex præsentatis unus duntaxat idoneus deprehenditur, iste absque ulteriori adjunctione recipiendus est, *R.* 1654. §. Sintemaln aber 28. Olim si unus solus præsentatus deprehendebatur idoneus, in potestate Collegii Cameralis erat, an istum recipere vellet nec ne, *C. p.* 1 *t.* 5. §. 23. Hodiè eundem recipere tenetur, *R.* 1654. §. Gleichwol aber 27.

26. Ad variam confusionem suspicionemque evitandam duorum fratrum unus in Assessorem, alter in Procuratorem non recipiatur, *pracit. t.* 5. §. 18. Nec præterea recipiatur prohibitis Sectis adhærens, *infra n.* 34. Postremò neque ullus ex favore aut machinatione promoveatur, sed duntaxat præsentatorum qualitas atque idoneitas attendatur, *d. t.* 5. §. 7.

Ad Assessoratum inæquales non eligendi.

27. In cooptatione Assessorum quivis suum votum non in eventum, sed purè ferat, & si quid restabit scrupuli, perrogatio iteretur, *d. t.* 5. §. 19. Judex verò & Assessores, ut supra dicta cuncta exactè observentur, sub fide juramenti omnem diligentiam adhibeant, *d. t.* 5. §. 17.

In electione Assessores sua vota non suspendant.

28. Assessor jam cooptatus juramentum, *cujus formula habetur C. p.* 1. *t.* 71. præ-

Assessor electus

Juramentum præstare & tres Audientias continuas sedere cogitur. præstat & quidem non in Audientia sed in pleno. *ex stylo.* Quo præstito, à juramento, quod suo Domino antehac præstiterit, relaxatur, *d. t.* 5. §. 10. Deinde tres proximas Audientias cum alio Assessore præter Judicem sedere, & finitis istis Audientiis cum eodem Assessore Procuratores coram Deputato audire tenetur, quasi disciturus ab isto Assessore, quomodo imposterum in sedendo audiendoque se gerere debeat. ~~Ex inveterato more.~~

Sessionis ordo ab Assessoribus observandus. 29. Denique notandum licet cooptatus in locum decedentis substituatur, & decedens priorem locum obtinuerit, tamen substitutus suo Collegæ ab eodem Statu præsentato illum locum relinquere cogitur, *Magenb. ad O. C. p.* 1. *t.* 4. *Rubr.* Assessores verò juxta Ordinem Præsentantium in Schemate supra n. 9. positum sua loca occupant, exceptis Assessoribus Cæsareis, qui post Electorum, [& Bavaricis, qui post Franconicos Assessores suum (*vid. praced n,* 16.) locum habent.] Assessores verò Colonienses & Trevirenses alternant. Ast quæritur, utrum soli primi, an etiam reliqui omnes? Puto, quod etiam reliqui inter se alternare debeant, cum nulla diversitatis ratio possit afferri.

(2.) Assessorum Conditio. 30. II. *Conditio.* Hanc quod attinet, Assessores debent esse, (1.) Honestæ ac integræ vitæ *C. p.* 1. *t.* 3. §. 1. Nam non sola eruditio sufficit, sed etiam boni mores requiruntur, quia illaudabilis est scientia, quam vita maculat, imò mores scientiæ præferendi sunt, *Magenb. ad O. C. p.* 1. *t.* 3. §. 1. *verb.* sollen die Beysitzer. (2.) Ex Natione Germanica oriundi, *C. p.* 1. *t.* 3. §. 1. Germani enim melius quam Extranei mores & consuetudines Germaniæ scire ac suæ Patriæ fideliores esse præsumuntur. *Add. Mynf.* 4. *Obs.* 30. *& alleg.* §. 1. *versic.* Und derselben *Nation.*

31. (3.) Ex legitimo matrimonio prognati, *præallegat. t.* 3. §. 1. Spurii enim & ex illegitimo matrimonio nati, cùm sint infames, *Mynf.* 4. *O.* 31. quibus portæ dignitatum non patent, *l.* 2. *C. de Dignit.* ad Assessoralem dignitatem haud admittuntur etiamsi essent legitimati, cùm legitimatio similis sit Alchimiæ, quæ facit apparere quod non est, *Mynf. d. loc. & Magenb. ad pracit.* §. 1. *verb.* Auch nichter. Hinc Baldus ait, Legitimatum assimulari homini medicato à morbo, in quo semper remanent aliquæ cicatrices, *teste Mynf. d. loc.* Ideò utcunque Spurii efficiantur legitimi, remanent tamen infames de facto inter bonos & graves viros, *Mynf. ibid. in fin.* Imò non solum ipsi sed etiam ipsorum parentes ex justo matrimonio nati esse debent. Hinc Anno 1556, quidam propterea non fuit admissus, quòd ipsius pater illegitimè natus diceretur, *referente Magenb. ad d.* §. 1. *verb.* Ehrlicher Geburt.

32. (4.) Vel ex Nobili sanguine nati, *C. p.* 1. *t.* 1. §. 2. vel Graduati Juris, *C. p.* 1. *t.* 3. §. 1. *Id est,* Doctores aut Licentiati Juris. Et quidem qui tales creati in quadam Academia ab Imperatore Rom. confirmata, quemadmodum velle videtur præalleg. §. 1. *verb.* von uns *confirmirt,* gelesen. Cùm nemo habeat potestatem legendi seu docendi Jus in Academiis in Imperio Romano sitis, nisi qui in aliqua Academia à Cæsaribus approbata graduatus sit. Utrum verò illa Academia, in qua Honores Doctorales quis assumpsit, in vel extra Imperium sita sit, perinde est, *secundum tradita infra tit.* 9. *n.* 5. *& teste observantia.* Et quia, qui Assessoratum ambit, debet esse Doctor vel Licentiatus ab Academia creatus, sequitur etiam illos, qui à

Comite

Comite Palatino tales creantur, ac vulgò *Bullati Doctores* dicuntur, in numerum Assessorum recipi non posse.

33. Quod Nobiles attinet, quanquam præalleg. §. 2. expresse requirat Nobiles, qui tales nati sunt, tamen Anno 1534. Henricus Fauth à Cæsare noviter Nobilis creatus, receptus est Assessor Austriacus, teste Magenh. *ad O. C. p.* 1. *t.* 1. Multò minus igitur Nobilitas majorum, uti in Capitulis Ecclesiarum Cathedralium fieri solet, hic requiritur, & novitios Nobiles, qui ex parentibus recens Nobilibus creatis nati erant, admissos esse testatur idem Magenh. *d. loc.*

34. (5.) Religionis vel Catholicæ, vel Evangelicæ, vel Reformatæ, *praalleg. t.* 3. §. 3. *ibique Not.* Qui harum nullam rotundè profitentur, vitamque ei conformem ducunt, non admittantur, *C. p.* 1. *t.* 5. §. 16. Admissos autem ab officio cum Consilio & præscitu cæterorum Assessorum judex sub indignatione Cæsarea removeat, *d. t.* 3. §. *pen.*

35. III. *Qualitas.* Hæc est (1.) Quò ex illis, qui sunt Graduati Juris suo nomini (*intellige Doctoris aut Licentiati Juris,*) congruenter suo officio fungi queant, ut sint personæ egregiæ, peritæ, idoneæ, prudentes Germaniæ consuetudinis moriumque, ut & Judiciales controversias referendi ac decidendi gnaræ, *d. t.* 3. §. 1. (3.) *Assessorum qualitas.*

36. (2.) Ut antequam in numerum Assessorum alleguntur, in Universitatibus ab Imperatoribus Rom. confirmatis Jura professi sint, vel minimùm 5. Annos Juribus operam dederint, ac insuper in Praxi versati sint, atque hujus cuncti, ut & suæ peractæ vitæ bonum testimonium habeant, *d.* §. 1.

37. Ast cum hodie multi apud Italos, Gallos, Hollandos, &c. tam linguarum quam aliorum corporis Exercitiorum causâ demorantes ibi simul juri strenuam operam navare soleant: non pauci etiam in Universitatibus Germaniæ viventes intra minus Quinquennio spatium jugi industria fundamenta Juris sufficienter edocti citiùs ad Forum se conferant, in *R.* 1654. §. Sintemal aber. 28. constitutum, ut non adeò rigidè observato studio Juridico quinquennali in Academiis sub Imperio sitis, magis dexteritas & causas juridicas dirimendi experientia attendatur quo adauctus Assessorum numerus in hac penuria verè ac solidè eruditorum virorum eò commodiùs suppleri posset. In Graduatis Juris tamen adhuc requiritur, ut in aliqua Academia à Cæsaribus Romanis confirmata istum Gradum nacti sint, *per tradita praced. n.* 32.

38. Assessores verò recipiendos in Praxi exercitatos esse oportet, *uti dixi supra n.* 36. Ne Juvenibus inexpertis primùm ex Scholis prorepentibus aditus ad hoc Judicium cum Litigantium ingenti damno pateat, *C. p.* 1. *t.* 5. §. 11. Quamdiu verò in memorata Praxi versati esse debeant, nullibi exprimitur. Nec potuit, quoniam inter homines est longa differentia & ingenii & naturæ & doctrinæ & institutionis, *per l.* 31. *de solut.* Ideò Judex & Assessores existimabunt, utrum Præsentati erudirio & juris peritia Assessoratum mereantur.

39. Nobiles denique quod attinet, licet hi in jure non sint graduati, tamen iisdem qualitatibus præditi sint, necesse est, *C. p.* 1. *t.* 3. §. 2.

40. IV. *Officium* Istud duplici modo considerandum venit, nim. in genere & in (4.) *Assesso.*

rum Officium in genere consideratum.

& in specie. Priori modo consideratum quod concernit, Assessores (1.) modò aliàs requisitis qualitatibus prædìti sint, ante lapsum sexennii se à suscepto Assessoratu non abdicent, nisi habeant justas causas ab annuis Visitatoribus cognoscendas, atque tunc horum cognitionem expectent, *C.p.*1 *t.*4.

41. (2.) Ab Assessoratu decedere volentes, suum decessum Judici atque reliquis Assessoribus 6.)). ante eundem denuntient, istos 6.)). verò in suo officio permaneant, & ne hujus rei inscii sint, ejus Judex Assessores recipiendos una cum juramento consueto admoneat, *C.p.*1.*t.*5.§.2. *ibique lit. B.* Sin verò citiùs successorem sortiantur, in illorum arbitrio sit, utrum ei cedere, an dictos 6.)). in suo officio permanere velint, *prealleg. t.* 5. §. 3.

42. (3.) Præscripta in Ordinatione strenuè ac omni diligentia sub fide Juramenti desuper præstiti observent, *C.p.* 1 *t.*6.§.2. Atque in hoc illos nulla alia juramenta impediant, *C.p.* 1 *t.*7.§.*ult.*

43. (4.) Soli Judicio Camerali vacent, aliis negotiis se non immisceant, mercaturam haud exerceant, Advocando & Consulendo penitùs abstineant, *d. t.*7. *pr.* Nec commissiones in se suscipiant, *d.t.*7.§.1.*&* *t.*19.§.4. *eod.* Neque tutelis aliisque negotiis expeditiones causarum in isto Judicio pendentium consequenter impedientibus se onerent, *d. t.* 7. §. 2.

44. (5.) In nulla causa, etiam minima, ex nudo arbitrio aut putata æquitate, propriave conscientia, sed ex legibus, constitutionibus imperii rationabilibus Provinciarum Statutis, probatis consuetudinibus, veteri observantia ac Stylo Cameræ Jus reddant, *C.p.*1 *t.*19.*pr.* Et quidem omnibus æqualiter sine ullius timore, interminatione aut mandato atque sine affectu, *d.*19.§.1.

45. (6.) In votis singularitati malitiosè ac pertinaciter non studeant, *d.t.*19. §. 2.

46. (7.) Nulla negotia causarum progressum retardantia in Senatu seu alibi suscipiant, sed suis Studiis, Relationibus, Votis & sententiarum conceptionibus strenuam operam navent, quo litigantes promoveantur, *d.t.*19.§.3.

47. (8.) A causis in suis Senatibus propositis, in quibus de jure ut judices recusari possent, *Vid. Umm. disp.*1.*n.*55.*& seqq.* penitùs abstineant, *d. t.* 19.§.5. Quare cuidam Assessori 13. Decemb. 1664. injunctum, ut in causis ipsum, suosque concernentibus Assessione abstineret. *Sent. Cam. num.* 999.

48. (9.) Causas, in quibus ante Assessoratum advocarunt, aut aliàs consuluerunt, deferant, nisi illæ causæ ipsos aut partes ipsas proxima cognatione affinitateve junctas concernant, in quibus porrò advocandi ac consulendi facultas iisdem non sit adempta, *d.t.*19.§.8.

49. (10.) Disputationes verbaque inimicitias aut liti remoram concitantia ac deliberatum assensum vitent, præcipuè verò in causis Religionum se pacificos ac sinceros præbeant, *d. t.* 19. §. 9.

50. (11.) In Senatu gesta, votata atque judicata æterno silentio involventes, nulli in jussu Cæsaris aperiant, *d.t.*19.§.10.

51. (12.) Suos Famulos jurejurando astringant, ne ipsos tanquam Referentes nomi-

ꝛominent, nec alias Arcana Judicii forsan comperta revelent, & sua Protocolla à famulis ad Senatum tranaportanda obsignent, *d. t.* 19. §. *pen.*

52. (13.) Honoraria aut præmia durante officio à nemine accipiant, *Mem. Ass.* 556. §. Dieweil auch. 10.

53. (14.) Res proprias extra Senatus seu Audientiæ tempus curent, *O.C.* 1555. §. Fürters als auch 8

54. (15.) Nulla Acta ad referendum sibi sumant, deposcant aut distribui petant, *C. p.* 1 *t.* 20. *pr.*

55 Assessorum Officium in specie consideratum perficitur vel in Senatu vel in Audientia. Officium in Senatu versatur vel circa Senatus frequentationem vel, circa expeditionem tum Supplicationum tum Actorum. **Assessorum officium in specie consideratum in Senatu perficiendum versatur vel circa Senatus frequentationem.**

56. Senatûs frequentationem, quod attinet, (1.) Horâ debitâ in Senatu compareant, nec nisi ex ardua & legitima causa se absentent, ne suâ morâ & absentiâ Relationes præpediantur, *C. p.* 1. *t.* 21. *pr.* & §. 1.

57. (2.) Causas suæ absentiæ per literas judici indicent, *d. t.* 21. §. 2. Hasque literas suâ manu scribant, inque istis illas causas speciatim sub pœna Neglectorum exprimant, *uti ex consult.* 1587. *tradit Denaif. tit.* 129. §. 7. Ab Audientiis sese post meridiem excusantes causæ expressione in specie opus non habeant, sed ejus diei Neglecta non participent, *sic ex Consult.* 1592, *docente Denaif. d. t.* 129. §. *ult.* Si causæ insufficientes, aut ipsi sine omni indicatione se à Senatu totum manè absentent, ejus diei dimidium Salarium, vel pro quavis hora quadrans floreni detrahatur atque Deputatis inter Neglecta dividendum indicetur, *d. t.* 21. §. 3. Alias verò (*intellige post unam alteramve horam*) venientes consueta pœna Baciorum plectantur, *d. t.* 21. §. 4. Ultra horam sæpius emanentes, vel ita se excusantes atque ordinariâ pœnâ floccipendentes, si præmissis aliquot admonitionibus non pareant, contra hos Judex debitè procedat, *d. t.* 21. §. 5. Denique impediti morbo Deputatis id Scripto sub Neglectorum pœna significent, *Consf.* 1587. *ita ref. Den. d. t.* 129. §. 6.

58. (3.) In feriis Canicularibus præsentes in loco Judicii hebdomatim tribus diebus senatum frequentent ac hujus negotia expediant, *d. t.* 21. §. 6.

59. (4.) Dimidia prima promeridiana in Senatu ad audiendas sententias compareant, & posteà ad Audientiam conscendant, *d. t.* §. 7. Non tamen omnes simul sed in duas partes divisi alternatim *d. t.* 21. §. 8.

60. Publicatis sententiis olim duo ex istis Assessoribus in Audientia remanebant, & procuratores sua desideria proponentes audiebant, *d. t.* 21. §. 9. & *t.* 26. §. 1. *vid.* idque per vicissitudines, ne alius præ alio prægravaretur. *d. t.* 26. §. *ult.* Hodie unus, quem ordo sedendi tangit, remanere solet, *teste observantia.*

61. Sin verò ille ob ægritudinem corporis aut iter comparere nequeat, non solummodò se excuset, sed etiam de eo Pedellum certiorem reddat, quo Assessor in ordine sedendi sequens ejus admoneatur, *d. t.* 21. §. 1. Cæteroquin ratione excusationis & non-compatitionis, prout supra n. 57. traditum, procedatur, *d. t.* 21. §. 11.

62. Reliqui ex Audientia descendentes ad expediendas Supplicationes sub pœna Neglectorum in Senatum descendant *d. t.* 26. §. *ult.* & *d.* 21. §. *ult.*

Vel circa expeditionem Supplicationum,

63. Expeditionem Supplicationum quod concernit, Assess. (1.) Supplicationes pro decernendis Processibus exhibitas maturè ac cum diligenti consideratione expediant, *C.p.1. t.22. pr.*

64. (2.) Ex Senatu non discedant antequam expeditis Supplicationibus Decreta decenter sint inscripta, *d.t.12. §.2.*

65. (3.) Has supplicationes domum non auferant, sed in continenti sub Audientiis expediant, *d.t.22.§.3.*

66. (4.) Tam in decernendis Processibus quàm in decisionibus causarum æqualitatem, veterem consuetudinem ac stylum observent, *d.t.22.§.4* & *5*. Quare in casibus dubiis Novitii cum Veteranis conferre jubentur, *d.t.22.§.7.*

67. (5.) Contra Privilegia de non appellando originaliter judicio Camerali insinuata Processus non decernant, *d.t.22.§.6.R.*1654.§. Schließlich. 123.

68. (6) In decernendis Processibus non sint scrupulosi, sed Decreta denegativa sic concipiant, ut supplicans defectum, si suppleri facilè possit, animadvertere queat, *d.t.*22.§.10.

69. (7.) Post petitionem denegatam mutatis Narratis Supplicationis haud facile prioribus Decretis contrarium decernant, *d.t.22.§.13.*

Tum Actorum Circa hanc considerandū quomodo Acta accipi, custodiri, restituique debeant, & quomodo referenda sint.

70. Circa Actorum Expeditionem considerandum, I. Quomodo illa accipi, custodiri ac restitui debeant, II. Quomodo eadem referenda sint.

71. Priori modo Assessores (1.) Nulla acta ad referendum sibi ipsi sumant, deposcant aut distribui petant, *C.p.1.t.20.pr.*

72. (2.) Acta à Judice sibi tradita evestigiò domum portent ac supplicationes citò expediant, *d.t.20.§.1.*

73. (3.) Acta domi bene custodita asservent, *d.t.20.§.2.*

74. (4.) Profecturi Acta non domi relinquant, sed Lectoriæ usque ad suum reditum asservanda restituant *d.t.20 §.3.* Aliàs acta inexpedita sine præscitu Judicis ad Lectoriam haud reportent, aut à se transferant, *d.t.20.§.4.* Expedita verò cum suis Productis ac Consiliis ad debitum locum restituant, *d.t.20.§.5.*

75. (5.) Supplicationes & Acta sibi ad referendum non tradita neque ipsa neque ex istis Producta sub ullo prætextu secum domum portent, *d.t.20. §.6.*

76. (6.) Manualia seu Protocolla Proto- & Notariorum sine præscitu Judicis & non nisi per Lectores vel Notarios tradita inspiciant, domum verò sub fide juramenti haud auferant, *d.t.20.§.7.*

77. (7.) In causis fiscalibus, si Matriculâ Imperii, Collectarum Repertorio aut aliis informationibus indigeant, illa non per se sed per judicem à Fiscale exposcant, *d.t.20.§.pen.*

78. (8.) Acta & Consilia ex Lectoria, vel Concepta emanatorum Processuum ex Cancellaria inspiciendi gratiâ accepta ad locum consuetum sine mora restituant *d.t.20.§.ult.*

In Relatione Actorum perpendi debet modus tum referendi.

79. Denique circa relationem Actorum perpendi debet modus tum Referendi tum Votandi, tum sententias concipiendi.

80. Modum Referendi quod attinet, Assessores (1.) Omnem diligentiam adhibeant, quo causas definitivè aut interlocutoriè conclusas quamprimùm expe-

diant

diant, *C. p.* 1. *t.* 23. *pr* §. 1. 2. & 3. Atque intra Annum 4. 5. vel 6. Definitivas sententias minimùm referant, *d. t.* 23. §. 4. Causas verò vetustiores, privilegiatas, easque in quibus periculum in mora, reliquis præponant, *d. t.* 23. §. 5.

81. (2.) Alterius Relationibus se non ingerant, sed suum Referendi ordinem præstolentur, *d. t.* 23. §. 6.

82. (3.) A. Judicio decessuri Relationes conceptas ante decessum habeant, *d. t.* 23. §. 7. Acta ab ipsis nondum expedita non usque ad eorundem Successoris adventum seponantur, sed statim inter reliquos Assessores, præsertim verò eos, qui in eodem Senatu fuere, distribuantur. *R.* 1654. §. als auch zum dreyzehenden. 155. Quod & observandum Referente vitâ defuncto, in quo casa Correferens sit Referens atque sine mora in Relatione causæ procedatur, *ibid.* §. Welches dann auch 156.

83. (4.) Apud mensam Decretorum cœptam lectionem Protocollorum aut taxationem Expensarum statim, ob impedimenta verò non absolutam ad proximam absolvant, *d. t.* 23. §. 8. *R.* 1654. §. Jngleichen zum zwölfften. 154.

84. (5.) Relaturi priùs probè perpendant, an merita causæ satis deducta & probata, aut adsint alii defectus, *d. t.* 23. §. 9 *R.* 1654. §. Als auch die Erfahrenheit. 153. Inprimis verò Procuratoria benè examinent, *d. t.* 23. §. 10. Existentibus tamen in iis clausulis substantialibus illa scrupulosè non disputent, *d. t.* 23. §. 11.

85. (6.) Si finitis Relationibus demum Procurator se legitimans terminum ad se informandum obtentum negligat, priori conclusione pro repetita habitâ conceptam sententiam publicent. *d. tit.* 23. §. 12.

86. (7.) Protocollationem Actorum ita festinent, quò Correferenti sat temporis, minimùm verò unus mensis ad concipiendam Relationem remaneat, *d. tit.* 23. §. 13. *R.* 1654. §. Diesem nächst. 145. De suo Correferente autem ante tempus non inquirant, *d. t.* 23. §. 14. Correferens tamen, si Referens in Facto erraverit, in sua Correlatione id admoneat, *dict.* §. 145.

87. (8.) Causam, quam referre intendunt, Judici priùs indicent, *d. tit.* 23. §. 5. Quò ille ex suo Registro perspicere possit, utrum istam causam in eo ordine referri liceat, *d.* §. 15.

88. (9.) Referant non ex ipsis Actis sed ex suo Protocollo seu extractu Actorum, *d. t.* 23. §. 16. *R.* 1654. §. Den *modum referendi* 143. Quem Extractum etiam reliquis Assessoribus Relationi interessentibus, qui id desiderant, ad se ex loco eò melius informandum communicent, *R.* 1654. §. und nachdem. 144.

89. (10.) Relationem inchoaturi paucis verbis narrent, super quo submissum & quæ sint merita causæ, *d. tit.* 23. §. 17. Ac quicquid his connexum, *d. tit.* 23. §. 18. Submissa puncta non repetant, *R.* 1654. §. 145. *in fin.*

90. (11.) In Relationibus ac votis unus alterum attentè audiat, nec ejus voto obloquatur: Item non assurgant, circumambulent, de aliis causis loquantur, aut aliena negotia Relationibus nociva tractent, *d. t.* 23. §. 19. Nec alterius definitivæ Relationi suas interlocutorias aut supplicationes intermisceant, *d. t.* 23. §. 20. *R.* 1654. §. Jn allwege aber. 146.

E 3 91. (12.)

91. (12.) Reliqui Aſſeſſores, qui præter Re- & Correferentem Relationibus interſunt, ſcribendo aliove modo eas haud impediant, *d.t.*23.§.21.

92. (13.) Nullus Aſſeſſorum, qui Relationi Definitivarum interſunt, ante ejus finem & antequam ſententia concepta, inſcripta, prælecta atque à Referentibus ſubſcripta in alium ſenatum diſcedat, *d t.*23.§.22. Plura de modo Referendi commodiùs infrà *tit.*75.*n.* 11. *usque* 40. tractabuntur, ubi de Relationibus cauſarum egero.

Tum Votandi.

93. Progreſſum nunc facio admodum Votandi, qui in ſequentibus conſiſtit, (1.) Relatione jam peractâ Referens ſtatim ſuum Votum det, alioquin Judex in præſentia duorum Aſſeſſorum iſtum deſuper interpellet, inque eundem, prout decet, animadvertat. *C.p.*1.*t.*11.§.16.*& t* 24.*pr. eod.* Nec reliqui Vocantes ſua Vota ſuſpendant, *R.*1654.§. Jn alle wege aber. 146.

94. (2.) Vota danda ſunt in præſentia Proto- vel Notarii, qui in ipſo Conſeſſu annotet, quinam Aſſeſſores Relationi interfuere, quæ ſubſtantialia & principalia cauſæ fundamenta, quid concluſum & quæ majora fuere, *d.t.*24 §.1.

95. (3.) In Votando prolixitas ſuperfluitasque cuncta vitetur, præſertim amplæ allegationes juris ac vulgarium regularum, repetitiones Actorum fuſæque diſputationes, *d.t.*11.§.1.*& d.t.*24.§.2.*R.*1654.§. Den *modum referendi.*143.

96. (4.) Referens ſuum Votum non dictet, ſed Concluſiones in quovis puncto, & quid Proto- vel Notarius inter votandum quoad merita cauſæ aut principalia fundamenta percipere poterit, in Protocollo annotari curet, *d. t.* 24. §. 3. *R.*1654. §. Denen *Referenten.* 147. Secus facientem judex de 2. Aſſeſſorum conſilio, ne Viſitatoribus conſulendi durius anſa detur, coerceat, *Mem. Jud.& Aſſ.*1572. §.*ult.*

97. (5.) Relationes cum Voto propriâ manu ſubſcriptæ, clauſæ & obſignatæ Judici ad aſſervandum in certa ciſta in Lectoria poſita tradantur, *d.t.*24.§.4. *&* 5. Quod etiam obtineat, ſi Correferens & reliqui Aſſeſſores omnes, vel per majora cum Referente non conſentiant, *d. t.* 24. §. 6. *R. I.* 1654.§. Vorgehendts dieſes/ n. 150.

98. (6.) Referens ſuum Votum non latè deducat, *d. t.* 24. §.7. Idque nec de Jure, neque de Facto, item nec ante hac relata longè repetat, *R.* 1654. §. Denen *Referent*en. 147.

99. (7.) Si Votans cum Re- vel Correferente conſentiat, id per Verbum: PLACET: indicet, aut ſuum Votum circiter formet: Se ſentire cum Referente, velle cum ipſo concludere, *d.t.*24.§.8. Sed ſi habeat Motivas per Re- aut Correferentem non adductas, eas proponere ipſi liceat, *d.t.*24. §.9. *R.* 1655. §. Würde dann. 148. Sin verò planè diverſæ opinionis ſit, hanc cum narratione Motivarum neceſſariorumque fundamentorum juris proponat, *d.t.*24.§.10.

100. (8.) Supra præſcriptum modum in votando non obſervans remotione ab officio puniatur, vel ad Viſitatores deferatur, *d.t.*24.§.*ult.*

Tum denique Sententias concipiendi.

101. Modum ſententias concipiendi quot attinet, (1.) Quò ſententiæ eò rectiùs & meliùs concipiantur, Acta graviorum cauſarum ad minimumque per duos Aſſeſſores referantur, *C.p.*1.*t.*25.*pr.*

102.

102. (2.) Sententiarum conceptioni minimùm 6. vel 7. Interlocutoriarum verò pro magnitudine causæ 3. 4. vel 5. Assessores intersint, *d. t.* 25. §. 1. Si ob gravitatem causæ ita Referenti visum fuerit, Judex illis unum aut duos Assessores adjungat, *d. t.* 25. §. 2. Etsi quicquam valde dubii incidat, plures quoque asciscantur, *d. t.* 25. §. 3. vel etiam causa denique in pleno decidatur, *d. t.* 25. §. 4. Atque hæc dispositio tam in causis Religionum, quam aliis obtineat, *d. t.* 25. §. 5.

Hactenus ad interlocutoriam 3. vel 4. ad definitivam 6. vel 7. ad supplicationes etiam 3. vel 4. requirebantur.

103. (3.) Votationibus finitis conceptam sententiam, postquam priùs prælecta est, Referentes antequam discedant aut ad alia divertantur, subscribant, *d. t.* 25. §. 6. *R.* 1654. Wan nun fürs siebende. 149.

104. (4.) Nullus Assessorum non præsentibus iis, qui Relationi interfuere, aut extra Senatum sententias Notario inscribendas tradat aut dictet, sed eas post finitam Relationem evestigio in Senatu verbis perspicuis ac distinctis, quò omnis ambiguitas tollatur, conceptas prælegi ac inscribi curet, *d. t.* 25. §. 7.

105. (5.) Si definitivè submissum, sed prius interloquendum, vel etiam interlocutoriè submissum & Definitiva simul concipi queat, causa in 6. aut 7. Assessorum præsentia referatur, *d. t.* 25. §. *ult.*

106. De Officio Assessorum in Audientiis jam actum *suprà n.* 59. 60. & 61.

(5.) Assessorum Vestitus.

106. V. *Vestitus.* Cùm enim Assessores in Augustissimo Cameræ Imperialis Judicio, tanquam perpetui togati Senatores in Senatu Imperii, Imperatorem universosque Status repræsentent, ad conservandum Imperatoris Statuumque, ut & judicii ac sui ipsius honorem & authoritatem, veste decoro, honesto & Rom. Senatore digno utantur, atque reliquis actionibus ita sint conspicui, quò cuncti eo magis ad ipsorum observantiam reverentiamque commoveantur, *C. p.* 1. *t.* 9. *pr.*

107. Deinde Assessores incomitati Famulis foràs non progrediantur, quia illud ipsorum authoritati detrahit, *d. t.* 9. §. *fin.* Contra contumaces in his Judex serio ac æqualiter sine ullo intuitu procedat, *d. §. fin.*

(6.) Assessorum commeatus. Qui præviâ veniâ impetrandus. Et quidem indicatis causis & tempore profectionis.

108. VI. *Commeatus.* Cuilibet enim Assessori ad sua negotia expedienda quotannis 6. hebdomadas à cujusque ingressu computandas, ex justis causis judici indicandis præviâ veniâ ab eodem rogata & cum præscitu ac consilio reliquorum impetrata abesse licet, *C. p.* 1. *t.* 8. *pr.* & §. 1. *ibique lit. A.* Illi tamen, qui per ferias horam sententiis operam dant, cæteros in impetranda venia præcedant, *d. pr. in fin.*

109. Veniam verò impetrare volens non solum istas causas, sed etiam quorsum & quamdiu proficisci habet, priùs judici indicare, illudque posteà in pleno Senatu exponere & ejus Decretum expectare tenetur, *d. t.* 8. §. 2. Ultra præmemoratas 6. hebdomadas tamen nisi ex inevitabili necessitate nemini abesse concedatur, *d. t. ult.* §. 1.

Ultra tempus absentes quomodo puniendi.

110. Si quis vero veniam impetravit ad hebdomadas pauciores quàm sex, & ultra tempus impetratæ veniæ, non tamen ultra istas 6. hebdomadas abest, iis pro ratâ temporis, quod ultra concessas hebdomadas abest, Salario privabitur: aut ultra dictas 6. hebdomadas abest, atque tunc præterea arbitrariè punitur. Vel ex legitima causa ac urgente necessitate plures quàm 6. hebdomadæ ei concessæ, atq; tum aut abest per tempus concessum & suo salario ultra istas 6. hebdomas cætero-

quin

quin eidem competente carebit, aut ultra concessum tempus abest, & hoc casu pro arbitrio judicis atque assessorum simul mulctabitur. Contra hæc nullius gratia intercessione valeat, *d.t.*8. §.3. Atque si quis ultra tempus ordinationis sæpiùs se absentando abutatur & inde causæ cum partium damno inexpeditæ relinquantur, Judex Cameræ ei præterea dimissionem seriò interminetur, *d.t.*8.§.8.

Venia impetranda in præsentia Protonotarii, & tempus absentia. Deputatis indicandum.

111. Deinceps venia impetranda in præsentia Protonotarii, qui diem, quô venia & quamdiu concessa sit, diligenter notet. Insuper veniam impetrans diem profectionis reditusque Deputatis ad Neglecta coram in præsentia Protonotarii sine cunctatione semper indicet, aut illorum dierum Salarium velut Neglectum inter cæteros distribuatur, & istæ dies concessis 6. hebdomadibus detrahantur. Deputati vero Assessori ultra concessum tempus absenti salarium defalcent ac quovis trimestri inter præsentes distribuant, *d.t.*8.§.4.*ibique lit. C* istamque distributionem ad Quæstorem deferant, quò is defalcatum Salarium inter illos præsentes dispertiatur, *O.C.p.*1.*t.*7.§.1.

Ultra tempus absens revocetur.

112. Porrò ultra concessum tempus emanens quamprimùm ad functionem revocetur, nec ulli ultra 3. 4. 5. vel longissimum 6.)) abesse permittatur, *d.t.*8. §.5. Se intra hoc tempus rursum non sistens Cæsari quidem & Statibus Imperii hujus rei rationes reddat, interim alius ipsius locum sine cunctatione ritè sufficiatur, *d.t.*8.§.6.

Ultra 4. 5. aut 6. simul non dimitantur. Abeuntes citra veniam quomodo puniendi.

113. Uno tempore non pluribus quàm 4. 5. aut 6. venia, quæ alias quantum possibile, coarctanda, concedatur, *d.t.*8.§.7.

114. Abeuntes citra omnem veniam per absentiæ tempus & salario & altero tanto plectantur, *sec. tradita ex Consult.* 1587. *cap.* 11. *à Denaif. tit.* 19. §.*pen.* Ad Cal. Maji absentes, exinde nulla obstante venia, Stipendio quoad redierint, fraudentur, *sec tradita ex eod. Conf. cap.* 9. *à Denaif. d.t.*19. §.*ult.*

115. Octiduò post impetratum commeatum abeuntes (*extra quam si certum in petendo tempus designarint*,) Stipendii jacturam faciant, *sec. tradita ex eod. Conf. cap.*8. *à Denaif. t.*75. §.*pen.*

116. Veniâ à Visitatoribus impetratâ, à Collegio quoque petatur: post tempus ordinationis indistinctè negligatur, *sec. tradita ex eod. Conf. cap.* 10. *à Denaif. d. t.* 75. §.*ult.*

117. Profecturi ante abitum Supplicationes sibi traditas expediant, aut illorum abitu moram non ferente, istas judici restituant, *praalleg. t.*8. §.9

118. Circa Relationes occupari ante illarum absolutionem per propria negotia se abduci non sinant, *d.t.*8.§.7. Abeuntes verò inexpedita acta non penes se domi tempore absentiæ retineant, sed usque ad reditum ad asservandum in lectoria tradant; *d. t.*8. §. 10. Sin acta ipsius reditum expectare non possint, aliis ad referendum distribuantur, *d.t.*8.§.11.

119. In unum 2. vel 3. dies abeundi venia per Judicem aut Præsidem his in anno petentibus quidem, ast si à Præside petatur, quovis tempore de consilio duorum assessorum concedatur, *d. t.*8. §. 12. Sed à præside solo absque 2. assessoribus obtentam veniam justis ex causis valere, *ex Conf.* 1587. *c.*3. *testatur Denaif. t.*75. §.14. Quod hodiè observatur.

120. Istæ verò dies annuis 6. hebdomadibus imputentur, *praealleg.* §. 12. Modò fuerint Juridicæ, *uti ex eod. Conf. cap.* 6. *docet Denaif. d. t.* 75. §. 16.

121. Deinde has dies impetrans diem abitus redirusq; Deputatis ad Neglecta sub pœna defalcationis salarii earundem dierum significet, *pracit.* §. 12. & quidem scripto manus propriæ, *quemadmodum ex d. Consult. cap.* 2. *tradit. Denaif. d. t.* 75. §. 13. Præmemoratæ autem dies etiam à Protonotario notandæ sunt, *d.* §. 12.

122. Denique tempora absentiæ de momento ad momentum computentur, *docente Denaif. d. t.* 75. §. 15. *ex praalleg. Conf.* 1587. *cap.* 4. *&* 2. *seqq.*

123. VII. *Salarium.* Hoc antiquitus quotannis erat 700. flor. *C. p.* 1. *t.* 57. *pr.* Hodie est 1000. Imperial. *per R.* 1654. §. Dieweil auch. 11. Assessorum verò mortuorum viduis, aut his etiam mortuis, illorum liberis superstitibus Quadrans istius annui Salarii, nim. 250. Imperial. exsolvitur, *d. t.* 57. §. *fin.* Hic Quadrans vulgò vocatur Gnaden-Gelder / Gratialia Latinè appellaveris, nomine ad Analogiam ejus linguæ formato. (7) *Assessorum Salarium.*

124. VIII. *Pœna.* Quo inprimis spectant Assessorum Neglecta, die Neglecten-Gelder. Neglecta verò dicuntur quidquid Salarii Assessoribus officii ob suam absentiam in Senatu & Audientia neglecti seu non præstiti ergò defalcatur. Hæc sunt duplicia, mortuorum & viventium. (8) *Assessorum pœna. Ad hanc pertinent Neglecta. Qua sunt vel mort. vel viventium.*

125. Mortuos Assessores hic dico non duntaxat illos, qui ultimum spiritum exhalarunt, sed etiam officium suum resignantes vel ab eodem remotos, quoniam utrique æquè ac verè mortui desierunt esse Assessores. Horum verò omnium Neglecta eodem jure censentur, atque dicuntur quicquid salarii illis usque ad ingressum ipsorum Successoris solvi debuisset, si iidem eo usq; suum officium continuassent.

126. Viventes Assessores nomino, qui adhuc in suo officio quidem persistunt, sed illud negligunt eosque subdivido in præsentes & absentes. Illi sunt, qui in loco Judicii nimirum civitate Spirensi quidem commorantur, sed Judicium absq; ulla aut etiam insufficienti excusatione non frequentant. Hi dicuntur, qui extra memoratam civitatem peregrè profecti sunt. Atq; de his actum supra n. 110. & seqq. De illis verò supra n. 57. & 62. *Vel viventium.*

127. Omnia hæc Neglecta tam mortuorum quam viventium antiquitus Assessoribus Judicium frequentantibus, cum iis labor accresceret, accrescebant, ac quovis trimestri inter eosdem distribuebantur, *C. p.* 1. *t.* 8. §. 3. *&* 4. Cùm verò ante Annum 1654. à multis annis hæc distributio non facta nec accretus labor à paucis istis Assessoribus, qui suum munus tunc obiebant, expeditu possibilis esset, ad evitandas varias confusiones restantibus Neglectis cassatis, horum loco pro Residuo cujuslibet annui Salarii, quod tunc erat 700. flor. adauctum Salarium, nempe 1000. Imperiales, exsolvi jussum est, *R.* 1654. §. Und nachdemmal. 12. *Neglecta mortuorum ante Annum 1654. cessa ... esse ta sunt. Hodie Neglecta mortuorum in communi cassa retinentur.*

128. Post Annum 1654. verò Neglecta mortuorum in communi Cassa Sustentationis Cameræ retineri, & sola Neglecta viventium inter Assessores porro uti antehac distribui placuit, *R.* 1654. Und was über. 13.

Mulcta Assessorum quovis trimestri inter obedientes dividenda.

129. Eodem modo aliæ Assessorum mulctæ à Notario conscribi, conscriptæque à Judice sub exitum cujusvis trimestris Quæstori tradi atque ab hoc inter obedientes dividi decent, *C. p. 1. t. 21. lit. D.*

130. Mulcta Baciaria ab his, qui tardius Senatui interveniunt, *supra n.* 57. statim ex crumena quidem solvi, sed tamen etiam quolibet trimestri distribui solet, & quidem inter omnes tam mulctatos quam obedientes. *Ex stylo.* A solutionem renuentibus illa mulcta rigidè exigi, Exactoresque ei rei per Senatus constitui debent, *Mem. Jud. & Ass.* 1586. §. Dabey dennoch. 1.

Ægroti & Absentes non participant Neglecta. Præsides & Assessores invicem sua Neglecta participant; Judicis Neglecta dispositioni Statuum reservantur. Pœna Assessorum male judicantium. Inidoneorum Assessorum pœna.

131. Notandum verò, quod tam ægroti quam legitimo modo absentes quoad vel convalescentiam coram vel reditum in scriptis Deputatorum alteri indicarint, Neglectorum nullam partem faciant, *Ex conf.* 1587. *cap.* 12. *Denais. t.* 129. §. 6. Quod antea in ægrotis secus observatum, *teste Magenh. ad O. C. p.* 1. *t.* 7.

132. Prætereà observandum, quòd Præsides Neglecta Assessorum & hi Præsidum Neglecta participent, *idque ex antiqua observantia.* Quam inde originem traxisse puto, quia Præsides olim munia Assessorum quoque obirent, *supra t.* 7. *n.* 7. Neglecta verò Judicis in communi cassa ad dispositionem statuum retinentur, *supra d. t.* 5. *n.* 57.

133. De pœna Assessorum nulliter aut iniquè judicantium vide infrà *tit.* 79. ubi de Revisione & Syndicatu agetur.

134. Porro Assessoribus in referendo & votando, aut ob pravam vitam aliasque causas inidoneis, vel contra pacem religiosam prohibitis Sectis adhærentibus Judex ipsorum defectus primùm in præsentia 2. vel 3. deinde omnium Assessorum manifestet, illosque dehortetur. Hoc floccipendentes Collegium Camerale sub fide Juramenti ab officio removeat, *C. p.* 1. *t.* 6. *pr.* §. 1. Atque alii in remotorum locum intra 6.)). prout supra n. 18. & seqq. traditum substituantur, *præcit.* §. 1.

135. Ultimò si quis Assessorum Judici in illis, quæ hujus sunt muneris, adversabitur, litesve & jurgia serere conabitur, aliave designabit præter fas decusque, in eum non duntaxat Visitatores, sed ipse etiam Judex adhibitis 2. aut 3. Assessoribus, prout quæque res erit, animadvertat, *R.* 1576. §. Derhalben statuiren. 62.

TIT. VIII.

DE FISCALI CÆSAREO, EJUSQUE ADVOCATO.

Personæ litigantes sunt vel Fiscus Cæsareus, vel Privati.

Visis personis litem in judicio Camerali decidentibus succedunt litigantes, quæ sunt vel Fiscus Cæsareus, vel Privati. Ille nihil aliud est quam commodum ex quibusdam causis institutionibus Imperii expressis obventum ad Imperatorem ceu caput Imperii spectans. De hoc commodius & uberius agetur infra *tit.* 50. ubi de causis quæ alioquin fiscales appellantur, tractaturus sum.

2. Privati sunt personæ suas controversias in Judicio Camerali ratione proprii

nii Interesse prosequentes. Prosequi verò possunt non omnes, sed eæ duntaxat, quæ alias de jure communi legitimam personam standi in Judicio habent, *de quibus vid. Umm. disp. 1. n. 20. usque 37.* Et quoad has vel ratione personæ, vel ratione causæ Jurisdictio Cameræ fundata est. Quomodo autem Jurisdictio Cameræ ratione vel personæ vel causæ fundetur, recensebo infrà tit. 26. usque 58. Jam me ad personas administras converte ns.

3. Personæ administræ dicuntur, quæ principalibus inserviunt. Id verò fit vel in negotiis judicii Cameralis expediendis, vel extra illud judicium. De hoc vide infra 20.

4. In Negotiis judicii Cameralis expediendis inservitur vel solis litigantibus, vel utrisque, videlicet tum litigantibus, tum litem decidentibus. De hoc agetur infrà t. 11.

5. Personæ administræ solis litigantibus inservientes sunt Advocati & Procuratores, iidemque vel Fisci Cæsarei, vel Privatorum. Hos perstringam in duobus tit. proximè seqq.

6. Procurator Fisci Cæsarei, *seu Fiscalis Cæsareus* est, qui causas fiscales nomine Fisci Cæsarei, in judicio Camerali prosequitur. Quænam causæ verò sint fiscales, dicetur infrà *tit.* 30.

7. Circa hunc perpendi debet, I. *Ejus Constitutio.* Constituitur autem ab Imperatore, ast juramentum (*cujus formulam vide C. p. 1. t. 74.* Imperatoris nomine Collegio Camerali præstat, *C. p. 1. t. 27. princ.* Et quidem in publica Audientia, quemadmodum cæteri Procuratores, *Ex stylo.*

8. II. *Conditio & Qualitas.* Harum ratione debet esse persona candida, docta, prudens & Graduata Juris, quæ sciat & intelligat, quid causæ fiscales sint, *præcit. pr.*

9. III. *Officium.* Quod perficitur vel extra Audientiam, vel intra eandem. Illud quod attinet, Fiscalis (1.) Causis privatorum abstineat, ac solis fiscalibus vacet, *d. t. 27. §. 2.*

10. (2.) Omnes causas fiscales consilio, præscitu ac consensu 2. Assessorum, qui ei tanquam Deputati semper adjungendi, inchoet. *C. p. 1. tit. 28. princ.* &. *B. 3. Mart. 1651. §. 2. in fin.* Horum arbitrio non obtemperans à Collegio Camerali arbitrariè puniatur, & si quem sine eorundem voluntate ac consilio Advocati Fisci conveniens succumbat, expensas de suo resarciat, *præalleg. t. 28. §. 1.* Cæteroquin ipse Fiscus, si sic Camera pronuntiaverit, refundat, *d. t. 22. §. 2.* In causa Advocati Fisci & consortes contra Noppeney dictus Advocatus 23. Mart. 1659. in expensas litis condemnatus est, *Sent. Cam. 506.*

11. (3.) De pœnis fiscalibus sine voluntate Deputatorum non transigat. *d. t. 28. §. 3.* Pœnas verò temerè appellationibus impositas Deputati deprecantibus haud remittant seu minuant, quia hæc remissio & deminutio soli Cæsari competit: quare Fiscalem suas partes officiumque exequi sinant, *d. t. 28. §. 4.*

12. (4.) Fisci reditus hinc inde in Imperio sumptibus Fisci diligenter inquirat,

Persona administra Principalibus in vel extra judicium inserviunt. Illa sunt Advocati & Procuratores, iidemque vel Fisci vel privatorum Fiscalis Cæsarei definitio.

Circa Fiscalem perpendenda (1.) ejus Constitutio. (2.) Conditio & Qualitas. [3.] Officium. Quod perficit ipse vel extra Audientiam, vel intra

rat, causas fiscales inprimis fractæ pacis etiam non imploratus ex officio prosequatur, & pœnam mulctatitiam undique contrahat, in quo Camera ipsi assistat, *d. t.* 28. §. 7.

13. (5.) Processus fiscales ex reditibus fiscalibus prosequatur & ejus quod ex illis superest, rationem Visitatoribus reddat. Quantum ad futuras expensas in annum requiretur, in Fisco asservetur, Residuum Cæsari transmittatur, *d. t.* 28. §. *pen.*

14. (6.) Nonnisi prævia venia à Judice & suis Deputatis impetrata peregrè proficiscatur, *d. t.* 28. §. *ult.*

Vel in Audientia. 15. Officium Fiscalis in Audientia quod concernit. (1.) Ille in Ordinaria Audientia ante omnes Procuratores audiendus in scriptis tamen agat inque suis Recessibus brevitati studeat & quoad cætera Ordinationi sicut reliqui Procuratores se conformet, *C. p.* 1. *t.* 29. *pr.* Non tamen agat, antequam ipsi jus realiter acquisitum est. G. B. 2. *Octobr.* 1642. Potest & hoc observari, illum & eo absente ipsius Advocatum in Audientia intra Cancellos Seniori Procuratorum exadversum sedere, cæteros verò Procuratores extra Cancellos suas sedes occupare. Ac licet Fiscalis ejusque Advocatus suos Recessus habentes quoque stent, tamen sedent in publicatione sententiarum, reliquis Procuratoribus stantibus.

16. (2.) Vetustiores causas primum proponat æqualitati adhærescens, nullius cujusquam præter Cæsaris & Statuum è Comitiis mandato contrario inde dimoveatur, *d. t.* 29. §. 1.

17. (3.) Collectas Imperii veteres & novas simul exigat, non novas veteribus prævertens, *d. t.* 29. §. 2. Quò autem hæc exactio eò rectiùs fiat, Fiscali quovis bimestri è Civitatibus depositariis (Leg-Städten) significandum, quis statuum illas Collectas & quantum solverit, *d. t.* 29. §. *ult.*

18. (4.) Diversis quendam Dominatum possidentibus, adversus Possessorem domus gentilitiæ procedat, *d. t.* 29. §. 3.

19. (5.) In causis Exemptionum summariè citraque moram procedat & conclusionem acceleret, *d. t.* 29. §. 4.

20. (6.) Cameralium contributionum moratores per pœnalia Monitoria properè ad earundem exsolutionem compellat, *d. t.* 29. §. 5.

(4.) Salarium. 21. (7.) Per Executoriales ad Residui pensitationem compulsos expensas ejus gratia factas non solventes ad harum solutionem quoq; adigat, *d. t.* 29. §. *pen.*

22. IV. *Salarium.* Hoc antiquitus & hodiè æquiparatum annuo Salario Assessoris, *C. p.* 1. *t.* 59. *& R.* 1654. §. Dieweil auch. 11.

Fiscali Advocatus Fisci adiungendus. 23. Deinceps Imperatori placuit, ut nominato Fiscali personam eruditam idoneamque pro Advocato semper adjungeret, *C p.* 1. *t.* 27. §. 1. Hic eodem modo uti Fiscalis collegio Camerali nomine Imperatoris jurat, cujus juramenti formula habetur, *C. p.* 1. *t.* 75.

Hujus officium. 24. Dicto Advocato ratione officii incumbit, (1.) ut causis privatorum abstineat solisque causis fiscalibus vacet, *d. t.* 27. §. 2. Hinc cùm ille in causa Hansket contra Salice & consort. patrocinium præstaret, 30. Jul. 1662. decretum: Communi-

municetur Advocato Fisci, ut se intra triduum à die communicationis super præstito in hac causa patrocinio purget, *Supplic. Camer. tit.* 8. *num.* 35. (2) ut si Fiscalis suo muneri propter legitima impedimenta vacare haud possit, ille hujus partes sustineat, *d. t.* 27. §. *ult.* Quamobrem Fiscale absente vel aliàs impedito etiam in Audientia comparere atque Recessus habere tenetur, *juxta d.* §. *ult.* Quod cæteris Advocatis Cameræ prohibitum est, *vid. tit. proximè seq. n* 15.

25. Ejusdem Advocati annuum Salarium antiquitùs erat 400. flor. *C. p.* 1. *t.* 59. Moderno tempore est 571½. Imperial. *R.* 1654. §. Dieweil auch. 11. *Et Salarium.*

TITULUS IX.

DE

ADVOCATIS.

1. ADvocati dicuntur, qui suorum Principalium res controversas in Scriptis judici Cameræ exhibendis deducunt. *Advocatorum Definitio Et Divisio.*

2. Dividuntur in Advocatos Cameræ & extraneos. *De his vide infra n.* 18. Illi dicuntur, qui à collegio camerali in numerum Advocatorum allecti ac juramento obstricti sunt.

3. Circa eosdem consideranda venit, I. *Receptio.* Quæ fit à Judice atque Assessoribus postquam his de recipiendorum eruditione, idoneitate, Sinceritate, natalibus, vita moribusque ac graduatione Juris per examen probè constiterit, *C. p.* 1. *t.* 30. *pr.* §. 1. & 3. Fieri verò debet illa Receptio in pleno consilio extra tamen consuetas Senatuum horas, *prealleg.* §. 3. & *p.* 1. *t.* 15. §. 5. Ast recepti advocati juramentum (*cujus formulam vide C. p.* 1. *t.* 76.) in Audientia intra Cancellos post publicationem sententiarum præstant, *more inveterato*. Quotnam autem Advocati recipiendi, certus numerus non est definitus, plures tamen quàm usus exigit, non asciscantur, *C. p.* 1. *t.* 63. §. 10. *Circa Advocatos Cameræ consideranda (1) ipsorum Receptio.*

4. Modum Advocatos recipiendi quod attinet, Advocaturam ambiens supplicam cum adjuncto Documento assumpti Gradualis Honoris ac duobus tribusve Scriptis ab ipso elaboratis & in causis in Camera pendentibus anteà productis ad probandam suam Legalitatem practicam extrajudicialiter exhibet. *Vid. Supplicat. Cameral, tit.* 18. *n.* 93. & 94. Exhibita Supplica cuidam Assessorum ad referendum traditur atque si Relatione in pleno Senatu habita Supplicans sat legalis per majora judicatur, id ei notificatur per Pedellum & ad ulteriorem examinationem vocatur, quæ fit per duos Assessores Supplicantem in præsentia Protonotarii interrogantes de suo nomine, parentibus, patria, natalibus, libertate, ætate, religione, Academiis, ubi studuit, de Gradu & ubi ad hunc promotus. Datæ responsiones in pleno Senatu prælegunturatque si ex his desideratæ conditiones appareant, Pedello jubetur, ut indicet Supplicanti, ipsum in numerum Advocatorum esse receptum & ad præstationem Juramenti admissum. Quô præstitô reliquorum privilegio fruitur.

(2.) Conditio. 5. II. *Conditio.* Hæc est, quod debeant esse, (1.) ex legitimo matrimonio nati. Ratio hîc eadem est, quæ suprà *tit. n.*31. in Assessoribus adducta est. (2.) Graduati juris, *id est,* Doctores aut Licentiati, *præcid.* §.1. Idque non solum, sed debent tales esse creati in quadam Academia ab imperatore Romano confirmata. Nec tamen interest, utrum illa Academia in Imperio Romano, an extra illud sita sit. Hinc ego 9. Jan. 1664. Aureliæ in Gallia Doctoralem Gradum natus, ad supplicam proximo 3.Febr.exhibitam, *quam vide in supplic. Cameral. tit.* 18. *nu.* 39. Advocatus Cameræ 23. Mart. eod. Anno receptus sum. Porrò & hoc notari potest, illos Graduatos Juris, qui tales à Comite Palatino creati sunt & *Bullati* vocari solent, in Camera Advocatos non recipi. (3.) Religionis, prout suprà *t.*7. *nu.*34. de Assessoribus traditum, *d.t.*30. § 2.

(3.) Qualitas. 6. III. *Qualitas.* Ea est, quòd sint eruditi, idonei, sinceri, integræ ac probæ vitæ, *d. t.* 30. §. 1. *Add. Umm. Processf. Judic. dispu.* 2. *thes.* 5. & 6.

(4.) Constitutio. 7. IV. *Constitutio.* Solent verò litigantes ut plurimùm sibi ipsi Advocatos assumere, aliquando etiam Judex Cameræ constituit, quod præcipuè obtinet in litigantibus pauperibus. *De quibus tractetur infrà tit.* 64. *n.*22. *usq;* 45. *inclusivè.*

8. Si litigantes sibi ipsi Advocatos assumunt, in eorum arbitrio est, utrum Advocatos cameræ, an extraneos optare malint. Illis quoque liberum, num unum an plures constituere velint. Atque eosdem ipsorum Procuratores de non assumendis Advocatis suis persuasionibus avertere seriò prohibentur, *C. p.* 1. *tit.* 31. §. 5.

9. Quorum litigantium verò quis est Procurator, eorum & Advocatus, si requiratur, sit: nisi ex causa necessitate patrocinii à judice atque Assessoribus exsolvatur, *d. t.* 31. §. 2. Ast unus Procurator in alterius Procuratoris causis Advocaturâ abstineat, cùm utrique muneri propter multitudinem causarum sufficere haud possit, *d. t.* 31. §. 4.

(5.) Officium. 10. V. *Officium.* Hoc quod attinet, (1.) Suorum Principalium res controversas in jure & facto summâ cum industria perpendant, ne illis ex ipsorum negligentia aliquid præjudicij nascatur, *C. p.* 3. *tit.* 49. *Add. Umm. dict. disp.* 2. *nu.* 40. & 41.

11. (2.) Loca ex Actis priùs exhibitis allegantes semper numerum folii designent, *præcit.* §. 8. Quô Referentes in retrò respiciendo illa Acta labore multùm superfluo supersedere possint, *ibid. lit. F.*

12. (3.) Scripta (Die Schrifften / Handlungen /) à se concepta subscribant, *d.* §. 8. aut minimùm sua nomina ab aliis scribi curent, G. B. 13. *Decembris* 1659. §. 4. *versic.* zumahl von dem. Ab hac subscriptione immunes sunt Consiliarii Statuum Imperii actuales in causis suos Dominos concernentibus, G. B. 9. *Januar.* 1660. §. 3. In quibus Scripta subscribi solent hoc modo: Fürstliche/ Gräffliche/ Stadt N. &c. Cantzley Advocatus causæ. *Add. t.*64. *n.*27.

13. (4.) In punctô Executionis ad illam impediendam merita causæ principalis non repetant nec de novo disputent. Si fiat, Scripta cum reservatâ pœna rejiciantur, *C. p.*3. *t.*57. §.4. Nam bis semel sopita non est resuscitanda, *Gail.*2. *O.*70. *nu.* 8

n. 8. Deinde ſententia niſi Executioni mandetur fruſtranea eſt, *Coler. de Proceſſ. Execut. in Præfat. n.* 4. Nec parum Authoritas Judici per id detrahitur, *Carpz. Juris pr. for. part.* 1. *conſt.* 32. *def. n.* 2. & 3.

14. (5) ipſi eorumque Scribæ Cancellariam non ingrediantur, nec tranſeant, ſed ſua deſideria foris & extra Cancellos promant, *C. p.* 1. *t.* 36. §. 9. Idque ideò ne Arcana Cancellariæ experiantur, nec eidem inſervientes in ſuis negotiis impediant, *dict.* §. 9.

15. (6) In numerum Procuratorum non allecti horum officio abſtineant, *C. p.* 1. *t.* 31. §. 4. Quod adeò procedit, ut ne quidem in cauſis propriis Procuratorum munus ſubire, *id eſt, Receſſus judicialiter habere aut extrajudicialiter pro impetrandis Proceſſibus ſupplicare* queant, *teſte obſervantiâ.* Hinc cum quidam Advocatus Cameræ in propria cauſa mandatum extrahere intenderet, 24. Octobr. 1660. inter alia decretum: Wofern Supplicant durch einen Procuratorem Cameræ die Supplicationes der Ordnung gemäß mit unterſchreiben laſſen wird / ſoll alsdann ferner darauff ergehen / was recht iſt. In cauſis tamen, quæ contra perſonas Camerales extrajudicialiter peraguntur, *vid. infra tit.* 26. *n.* 16. Soli litigantes, ſive ſint Camerales ſive extranei, ſe ſubſcribunt. Qui etiam Procuratores extraneos poſſunt adhibere, *uti factum in cauſa extrajudiciali* J. von Cöllen *contra G. de Marc. ubi Procurator Civitatis Spirenſis Procuratorio Actoris* 17. *Januar.* 1662. *producto admiſſus fuit.*

16. (7) Ad majorem Judicii & ſuorum ipſorum Authoritatem in Audientia intra Cancellos in loco conſueto, dum ſententiæ publicantur, ſuas ſedes occupent, *C. p.* 1. *t.* 36. *t.* 10. Quod tamen moderno tempore in deſuetudinem abiit. Excepto eo ſolo, quòd novi Advocati illo die, quo præſtant Juramentum Advocatorum dictas ſedes. donec Audientia finitur, occupare ſoleant. Ubi & hoc notari poteſt, licet quis ſit ſenior Graduatus, quod tamen Juniori prius recepto tam extra quam in Judicio cedere & inferiorem locum tenere debeat.

17. (8) Pauperibus non minus ac aliis ſua officia ſub pœna remotionis ab officio præſtent, *prealleg. t.* 31. §. 10. & quidem gratis, *C. p.* 1. *t.* 55. *pr.* Cauſis pauperum verò inter Advocatos æqualiter diſtributis Ordo iſte ſervetur, ne alius præ alio prægravatur, *d.* §. 10. *in fin.* Idem jus obtineat in Advocatis extraneis, qui in loco judicii extra hujus tamen Juriſdictionem, *id eſt, in Civitate Spirenſi ſub ejus Magiſtratus Juriſdictione*, demorantur, *Deput.* 1600. §. Als aber auch. 12. *Add. infra tit.* 64. *n.* 31.

18. Extranei Advocati vocantur, qui à Collegio Camerali in numerum Advocatorum non ſunt allecti, ſed tamen in judicio Cameræ litigantibus patrocinium præſtant, ſive iſti degant Spiræ, ſive alibi. Nec refert, utrum Graduati Juris ſint vel non. Neque alias Collegium Camerale de horum conditione ac qualitatibus ſollicitum eſt. Ratione officii tenentur obſervare tradita ſuprà *n.* 10. & 3. *ſeqq.* *Advocati Extranei.*

19. Notandum denique, quòd Procuratores Cameræ Advocatura ejus cauſæ, in qua Procuratores conſtituti non ſunt, abſtinere debeant, *C.* 1. *t.* 31. §. 4. Deinceps quod nec iiſdem Procuratoribus neque Advocatis Cameræ cauſis *Qui in Camera advocare prohibeantur.*

Revi-

Revisionum in Judicio Camerali advocando inservire liceat, idque ob reverentiam Collegii Cameralis, nam in hujus taxationem Revisio vergit. Tertiò quod Notarii quibus causis ex officii ratione adhibiti fuerint, in his advocare sub pœna 4. Marc. aur. pur. prohibeantur, *C. p. 1. t. 52. §. 3. junct. ibidem allegat. Edict.*

Advocatorum Salarium.

20. De Salario Advocatorum vide *tit. proximè seq. n. 67. usque 75. inclusivè.* Ac plura de Advocatis apud Umm. *dict. disp. 2. n. 18. & multis seqq.*

TIT. X.

DE PROCURATORIBUS.

Procuratorum definitio & divisio.

1. PRocuratores sunt, qui suorum Principalium desideria in Judicio Cameræ proponunt. Distinguuntur verò in Procuratores Cameræ & Extraneos.

Procuratores Cameræ.

2. Procuratores Cameræ dicuntur, qui à Judice atque Assessoribus in numerum Procuratorum Cameræ allecti sunt.

Circa hos considerandæ (1) ipsorum Receptio.

3. Circa hos considerari debet, I. *Eorundem Receptio.* Recipiuntur autem à Judice atq; Assessoribus, *C. p. 1. t. 30. pr.* Et quidem ex Advocatis antehac in numerum Advocatorum Cameræ receptis. Nam nemo in numerum Procuratorum in Camera recipitur, qui non ante Advocatus Cameræ receptus, idq; ideò quoniam in Procuratore major peritia Styli Cameralis quam in Advocato requiritur, quandoquidem ille hujus Scripta adversus Stylum Cameralem concepta non solùm corrigere sed quoque totam causam juxta istum Stylum ita instruere tenetur, ne inde suis clientibus aliquid præjudicii emergat, *C. p. 1. t. 31. §. 3.* Et quanquam aliquis dicti Styli sit peritissimus, tamen non eodem die simul Advocatus & Procurator, sed uno die Advocatus & proximè sequenti, quo sententiæ publicantur, Procurator recipitur, *uti meo tempore factum est. Add. Supplic. Camer. t. 18. n. 95.* Ratio est, quoniam Advocatorum & Procuratorum tam officia quàm Juramenta diversa sunt. *Vid. d. t. 31. §. 4. cum seq. tit. 76. & 77.*

4. Recipiendi autem sunt in pleno Senatu extra tamen consuetas Senatuum horas, *d. t. 30. §. 3.* sed Juramentum, *cujus formulam vide C. p. 1. t. 77.* in Audientia intra Cancellos post publicationem sententiarum præstant, atque hoc præstito ultimum locum in sede Procuratorum extra Cancellos statim occupant. *Et Stylo.* Numerus verò illorum ultra 30. non ascendat, *d. t. 30. pr.* Modum recipiendi quod artinet, Procuraturam ambiens pro Receptione in numerum Procuratorum supplicat, non tamen necesse habet adjungere Documenta Gradus & Legalitatis, nec ulterius examinatur, quia Advocatus receptus de sua qualitate & conditione jam docuit, *vid. tit. proximè praced. num. 4. Formulas Supplicationum habes in Supplic. Cameral. tit. 18. n. 95. & 3. seqq.*

(2) Conditio (3) Qualitas.

5. II. *Conditio.* III. *Qualitas.* Utraque eadem est, quæ in Advocatis requiritur. *Vid. Tit. proximè praced. n. 5. & 6.*

(4) Constitutio. Qua sit

6. IV. *Constitutio.* Quæ vel primaria vel secundaria. Hæc alias vocatur *Substitutio.*

stitutio: illa verò *constitutio communiter sic dicta*. Eam quod concernit, Procuratores plerumque sibi constituunt ipsi litigantes, nonnunquam quoque Judex. Posterius regulariter in pauperibus obtinet, quibus ad porrectam supplicam pro Procuratore ex officio constituendo Judex illum, quem ordo tangit, Procuratorem adjungere solet, nam ordo inter eos, ne unus præ altero gravetur, observandus est, *realleg.t.*31.§.10. *Add. infrà tit.* 64. *n.* 31. Aliquando etiam aliis Procuratorem non invenientibus, vel ab his nominatum, vel pro suo arbitrio designatum dat. Antequam verò nominatum dat, solet præmittere tale Decretum: Soll Doctori N. seinen Bericht innerhalb drey Tagen hierüber zu thun zugestellt werden. Hôc Decreto per Pedellum insinuato, si nominatus Procurator à suscipienda Procuratura ex justis causis se excuset, Judex hanc illi remittit: sin verò nullas justas excusationis causas alleget, aut in susceptionem Procuraturæ consentiat, judex eundem confirmat. *vel à Judice vel à Partibus.*

7. Cuivis verò Litiganti in una eademque causa non plures sed duntaxat unum Procuratorem constituere licet, quò reliquæ partes quoque Procuratores inveniri queant, quare etiam nullus Procurator ulli parti in suis causis consulat, nisi ipsum procuratorem constituere velit, *d.t* 31.*pr.*

8. Dixi *uni litiganti in una causa duntaxat unum Procuratorem constituere licere*, hoc verò intelligendum, si ille Procurator constituatur principaliter, nam Procuratori principaliter constituto (*principali, primariò*,) alium & quidem in eum eventum, ut si Principalis Procurator decedat, iste alius in causa procedat, non solummodò olim substituere licuit, *d.t.*31.§.1. sed & hodiè necessariò substitui debet, R.1654. Als auch weiter. 100.

9. In una autem eademque causa si plures sint Consortes, quivis suum Procuratorem separatim ac principaliter constituere, eique alium substituere potest. Quod etiam unus, si diversas causas habeat, in quavis causa potest facere. *arg. præcit. pr.* & §. 1. *nec non teste experientia.*

10. Procuratores sine ratificatione Principalium à conjunctis personis se constitui non sinant, *d.t.*31.§.6. Quocirca nec pater nomine filii, nec maritus nomine uxoris absque speciali mandato Procuratorem constituere potest. Ast hoc tantùm in filii bonis castrensibus procedit, *Fab. in C. lib.* 2. *tit.* 32. *def.* 1. *n.* 3. *vers. Soli patri.* Et in uxoris bonis receptitiis ac paraphernalibus, *Mynf.* 3. *observ.* 53. & *Gail.* 1. *obs.* 133. *per tot.* Quænam verò plures personæ dicantur conjunctæ, tradit Imm. *disp.* 3. *num.* 33.

11. Procuratorum substitutio fit vel ab ipsa parte, vel à principaliter constituto Procuratore. De illa infrà *tit.*67.*n.*19.*usque* 24. *inclusivè* dicetur. Hanc quod attinet, Principalis Procurator Officium suum renuntians aut alias se à causa abdicans sine præscitu & consensu ipsius Partis alium sibi haud substituat, *C.p.* 1.*t.*32.*pr.* Si tamen clausulæ substituendi, si illa cæteroquin Procuratorio inserta, alium de consensu judicis & duorum Assessorum in suum locum quoad arbitratu partis revocatur, jus surrogandi habeat, *d. t.* 32. §. 2. *Procuratorum substitutio à quibus & quomodo fieri debeat.*

12. Ad tempus cum veniâ abfuturo, quem volet, in suum locum intereà substituen-

ſtituendi facultas conceſſa ſit, *d.t.*32.§.3. Ab illo tamen, qui ad alium Dominum tranſiens perpetuò abſuturus, ſubſtitutiones ſuſcipere prohibitum eſt, G. B. 21. *Novembr.* 1537.

13. Hæ Subſtitutiones verò non aliter quàm coram Proto- aut Notariis in Cancellaria factæ ratæ ſint & Protocollis illicò ab iisdem inſerantur, *d.t* 32.§.4.

14. Ubi notandum, (1.) Quòd hæ ſubſtitutiones hodiè admodum raræ ſint, poſtquam in quovis Procuratorio etiam neceſſariò ſubſtitutus eſſe debeat, atque eo tantùm caſu obtineant, ubi Procurator ejuſque Subſtitutus ſimul abſunt. (2) Quod eædem Subſtitutiones tunc non in Cancellaria coram Proto- vel Notariis, ſed privatim domi fiant.

15. Subſtituens verò ſuum Subſtitutum tenetur probè inſtruere, ſecus ſi fiat, uterque pœnâ ordinationis afficitur, *d.t.*32.§.5. G. B. 21 *Junii*, 1625. *in fin.* & 10. *Octobr.* 1642.

16. Deindè Procuratores ad evitandas frequentes ſubſtitutiones retardationeſque cauſarum quot annis ultra 6. Hebdomadas incluſis feriis ſe à Judicio non abſentent, *d.t.*32.§.6. Nec id aliter niſi prævià veniâ ab abituris rus in perſona, à manentibus in civitate per ſchedulam à Judice Cameræ ſub pœna arbitraria impetratâ. *d.t.*32.§.7.

17. Nullus, qui prædicto modo non ſubſtitutus, ſub ſpe ratificationis alterius nomine audiatur, *d. t.* 32. §. 8.

18. Porrò ſi duo Domini ejuſdem Procuratoris opera utentes cauſas controverſas inter ſe ſortiantur, illas Procurator alii Procuratori abſque præſcitu ac conſenſu Principalis non committat, *d. t.*32.§.1.

19. Prætereà Procuratores cauſæ ſemel ſuſceptæ Patrocinium niſi ex magna cauſa judiciſque Decreto haud deſerant, *d. t.* 32. §. *pen.* Exoneratione verò ex cauſis probabilibus petitâ atque obtentâ citatione ad videndum ſe exonerari, nihilo ſeciùs Procurator eò uſque dum per ſententiam liberetur, in lite perſeveret, *d. t.* 32. §. *ult.* Nec ultimò Procuratores niſi adverſa parte conſentiente & poſt judiciale Decretum mutentur, C. *p.*1. *t.*31.§.9.

(5) *Legitimatio.*

20. V. *Legitimatio.* Non enim ſufficit Procuratorem conſtituere, ſed ipſe de factâ conſtitutione ac mandato Domini in judicio etiam docere debet, cæteroquin ceu falſus Procurator non auditur neque admittitur. De qua legitimatione uberiùs dicetur infrà *tit.* 67.*n.*4. & *omnibus ſeqq.*

(6) *Officium in genere conſideratum.*

21. VI. *Officium.* Quod conſideratur vel in genere vel in ſpecie. *De hoc tractabo infrà n.* 37.& *ſeqq.* Illo modo conſideratum conſiſtit in ſequentibus, nempe (1) Procuratores ordinationem Cameralem ſemper ob oculos habeant, eique in omnibus pareant, *C.p.*1.*t.*37.*pr.*

22.(2) In & extra Judicium Judici Aſſeſſoribusque tanquam ſuis Dominis & Superioribus debitam reverentiam exhibeant, eandemque cunctis perſonis cameralibus exhibere ſuos Scribas ſeriò jubeant, *d.t.* 37.§.1. Nec non ad ignominiam & contemptum Judicii Cameralis ejuſque perſonarum facta vi juramenti indicent, G. B. 6 *Jun.* 1537.

23. (3)

23. [3] Status Imperii, quibus quilibet inservit, ad exsolutionem sustentationis Cameræ assiduè adhortentur, *d.t.* 37. §. 2. *ibique alleg.* (S. B) pecuniam eo nomine acceptam unà cum Extractu literarum transmissarum ac priùs à Quæstore lectarum huic absque cunctatione restituant, *d. t.* 37. §. 3.

24. [4] Ad evitandas frequentes petitiones prorogationum, superfluas submissiones ac interlocutiones omnia Scripta ab Adversario in judicio exhibita, quamprimùm illa nacti, suis Principalibus sub fide juramenti transmittant, *d.t.* 37. §. 4.

25. [5] Scribas suos jurejurando astringant, quæ apud se compererint Arcana, ne tum quidem cùm aliò migrârint, eliminaturos, *d.t.* 37. §. 5. Quam ob causam nec nominati Scribæ illorum Protocolla Sollicitatoribus causarum adeundi copiam faciant sed ad Audientiam remittant, *d.t.* 37. §. 6. *Add. infra tit.* 63. *n.* 9. & 10.

26. [6] Clientulos mala fide invicem sibi non subtrahant, secus semel pluriesve facientes ab officio removeantur, *d.t.* 37. §. *pen.*

27. [7] Officium suum resignaturi, id 6.)). antè Collegio Partibusque prænuntient; præmemoratum tempus tamen officium continuantes nisi ob ægritudinem vel alia justa impedimenta citiùs dimissionem impetrent, *d.t.* 37. §. *ult.*

28. [8] Si quem Assessorum ex justis rationibus in quadam causa suspectum habent, rationes suspicionis Judici clanculùm aperiant, *C. p.* 1. *t.* 34. §. *ult.*

29. [9] In honorem Judicii, tum ad majorem Authoritatem terroremque simul cum Judice, Præsidibus atque Assessoribus ex Audientia ad publicationem Banni descendant, *C. p.* 3. *t.* 56. §. *ult.*

30. [10] Quorum sunt Procuratores, horum & Advocati, si requirantur, sint, utrique muneri ut sufficiant, hoc paucioribus causis impediantur: ex causa tamen necessitate patrocinii à Judice & Assessoribus exsolvantur, *C. p.* 1. *t.* 31. §. 2.

31. [11] Causas suo Patrocinio commissas aliis Advocatis junioribus absque partium consensu non credant, quòd si partes consenserint, tamen eorum Scripta fideliter examinentque corrigantque. *d. t.* 31. §. 3. Hi juniores Advocati hodiè *Practicanten* nominantur. Cùm enim nonnulli Procuratores duntaxat Procuratorem agerent ac detrectarent officium Advocationis ut suaviter tantùm possent vivere, *uti Assessor K. in sua Relatione* 1556. *in pleno habita de illis loquitur*, A. 1557. sancitum, ut quoque Advocati munus subirent, *Deput.* 1557. §. und demnach. 48.

32. [12] Quanquam Procuratores utrumque officium *sc. Advocatorum & Procuratorum* sustineant, cùm verò utrique ob multitudinem causarum sufficere nequeant, Advocaturâ ejus causæ, in qua Procuratores non sunt, abstineant, *d. t.* 31. §. 4.

33. [13] Ne plures causas suscipiant, quàm quibus superesse possint, numerum causarum sibi commissarum sub fide Juramenti apud Collegium profiteantur, *d.t.* 31. §. 7. Hanc professionem Collegium minimùm bis in Anno exigat, *d. t.* 31. §. 8.

34. [14) Pauperibus æquè ac aliis sua officia sub pœna remotionis ab officio præstent, *d. t.* 31. §. 10.

35. [15] Solis causis Cameralibus, nisi quas jam antè susceperint, subserviant,

viant, Junioribus tamen, quod citra fraudem negotiorum Cameræ fiat, plusculum hic indulgeatur, *d.t.*31.§.11.

36. [16] Rerum ad Statum Reipubl & Comitia pertinentium Mandata non accipiant, nec his similibusque tractandis transigendisve occupentur, *d. t.* 31. §. *pen.* Neque Commissiones, quæ causis Cameralibus impedimento esse possunt, in se suscipiant, *d. t.* 31. §. *ult.*

Officium Procuratorum coram Senatu.

37. Officium Procuratorum in specie consideratum perficitur vel coram Senatu, vel in Audientiis vel coram Cancellaria. Primum consistit præcipuè in Supplicationum Conceptionibus atque Exhibitionibus, *de quo agetur infrà tit.* 64.

Officium Procuratorum in Audientiis.

38. Officium Procuratorum in Audientiis quod concernit, [1] Illi honesto, dimisso ac ipsorum Statui conveniente vestitu præfinito tempore in Audientiis compareant nec ante harum finem absque concessione Judicis discedant, *C. p. 1. t.* 35.*pr.* Si scilicet hac intentione fiat, ut planè hac Audientiâ redire nolint, G. B. 21.*Junii*, 1625. Alio vestitu utentes Judex arbitrariè puniat, vel Audientiis prohibeat, *Mem. Procur.* 1600.*pr.* & §. 1.

39. [2] Ex legitimis impedimentis comparere non potentes per Schedulam illa impedimenta continentem ipsi apud Judicem se excusent, ejusque veniâ se absentent, *d. t.*35.§ 1. Sub fide juramenti verò hac excusatione & absentatione sine prægnanti causa non utantur, *d. t.* 35. §.2. Absque venia seu justis causis absentes per Pedellum annotentur, & ab iis pœna ordinationis exigatur, *d. t.* 35. §. 3. Similiter sub eadem pœna, qui non ante horam sed demum post illam comparere possunt, id Judici ante horam per Schedulam indicent & veniam petant, G. B. 11. *Octobr.* 1592.

40. Ast quod dixi, Procuratores ipsos apud Judicem per Schedulam se excusare debere, huic videtur obstare, *C. p.* 1.*t.*32.§.7. ubi traditur hanc Schedulam per alios Judici porrigi posse. Verùm distinctio, quâ hæc dissonantia conciliari potest, in alleg. §. 7. habetur. Nam Procuratores se excusantes, aut manent in Civitate, aut rus abeunt. Priori casu per alios, posteriori in persona se excusare debent. *Add. infrà n.* 66.

41. [3] In Audientiis à gestibus, verbis, actionibusque minùs honestis abstineant, sententias latas per ludibrium non cavillentur, sed gravati querelam seorsim ad judicem & modestè deferant, *d.t.*35.§.5. G. B. 21. *Junii*, 1625.

42. [4] Dicteria procacitatemque verborum in Audientiis & coram Cancellaria vitent, neminem linguâ aut scripto lacessant, omnia modestè, breviter & aptè proponant, *d. t.* 35. §. 6.

43. [5] A confabulationibus & circumambulationibus abstineant, in Judicio gesta diligenter attendant, quo suo tempore, quod usus exiget, in jussi queant proferre, *d.t.*35.§.7. G. B. 21. *Junii* 1625.

44. [6] Suos Scribas confabulatione atque circumambulatione quoque prohibeant, *d.t.*35.§. 8.

45. [7] Omnia agenda in Scriptis producant, inque illorum productione pau-

paucis verbis utantur, *d.t.* 35.§.9. *De quibus Scriptis plura tradentur infrà tit.* 63. *n.*20. *usque* 39. *inclusivè.*

46. [8] Suos Recessus ultra 3. vel 4. lineas non extendant, quod paucioribus verbis fieri nequit, in Scriptis exhibeant, *d.t.*35.§.10. Ut autem vitentur longiores Recessus, Judex quovis die Sabbathi Protocolla Judicialia per 2. aut 3. Assessores visitari delinquentesque Procuratores puniri curet, *d.t.*35.§.11. Ac insuper longioribus Recessibus in publica Audientia obloquatur, *d.t.*35.§.12. Si à Procuratoribus ordinaria pœna flocci pendatur, in illos severiùs animadvertatur, *d.t.*35.§.13.

47. [9] Suos Recessus, inprimis nomina Partium clarè, distinctè & tardè ad calamum dictent, quò Protonotarii illos verbo tenus scribere queant, *d. t.* 35.§.14. Eosdem Recessus etiam Procuratorum scribæ annotent, *d.t.*35.§.15.

48. [10] Sub pœna condigna Scripta injuriosa non exhibeant, *d.t.*35.§.16. Nec in Recessibus dicteriis verbisque injuriosis ac inutilibus utantur, *C.p.*1.*t.*17.6.

49. [11] Fiscali non maledicant, sed suo muneri vacari sine molestia sinant, *d.t.*35.§.17. Quòd si ille ratione mulctæ impositæ agit, ipsius Recessum suorum Principalium, (*quibus videl. dimidia pars dicta mulcta competit*,) nomine paucis verbis sine immixtione causæ principalis incontinenti & eadem Audientia repetant ac purè submittant, G. B. 3. *Mart.* 1651. §. *pen.*

50. [12] Suum quisque in recessando ordinem & locum exactè servet sub pœna & rejectione Recessus, *d. t.* 35. §. 18. Et nemo alterum interrumpat, sed quem semel ordo transierit, is dum recurrat, exspectet, *d.t.*35.§.19.

51. [13] Sua Protocolla sub fide juramenti inspiciant, nec inutiles submissiones faciant, *d.t.*35.§.22. *Add. infra tit.*63.*n.*9.& 10. *item n.* 80.

52. [14] Frivolas Exceptiones aut alia supervacanea non proponant, *d. t.* 35. §.23.

53. [15] Litem esse transactam sub pœna arbitraria indicent. *d.t.*53.§.*ult. Plura de modo habendi Recessus reperies infra tit.* 63.*n.*40. *usque ad finem Tituli.*

54. Procuratorum officium coram Cancellaria concernens illi [1] Copias Attestationum, Documentorum probatoriorum, reliquorumque Scriptorum ex Cancellaria pro statuta Taxa redimant, *C.p.*1.*t.*36.*pr.* **Procuratorum officium coram Cancellaria.**

55. [2] Decretas Commissiones, Dilationes, aliosque Processus, ut & memoratas copias maturè sollicitent, *d.t.*36.§.1.

56. [3] Sollicitata & expedita citò redimant, *d. t.* 36. §. 2. G. B. 17. *August.* 1669. §. 12. Redemptionis moram nectentes per servum Cancellariæ admoniti, u intra 14. redimant, à judice Cameræ compellantur, *d.tit.*36.§.3. *Add.* G. B. 6. *Jul.*& 12. *Dec.* 1637. *Item.* 15. *Maji*, 1640.

57. [4] Processus redemptos confestim Magistro Nunciorum restituant, vel pro qualitate causarum ipsi transmittant, nec illos diu domi detineant, multò minus apud Cancellariam instent, ut terminos jam labendos mutet radiatque, sub pœna refundendorum damnorum partibus exinde ortorum, *d.t.*36.§.4.

58. [5] Copias Processuum Nunciis ad exequendum traditorum cum Originali anteà industriè conferant ac corrigant, *d.t.*36.§.5.

59. (6.) In Processum traditione Nuncios certiores reddant de nominibus ac domicilio citatorum, *d.t.36.§.6.*

60. (7.) Si Nuncium cum Processu ablegari volunt, ei pro itinere & insinuatione solvant, *d.t.36.§.7.*

61. (8.) Pecuniam Cancellariæ debitam post acceptionem statim absque permutatione Receptori exsolvant, *d.t.36 §.8.*

62. (9.) Si Procuratores, eorumve partes seu scribæ in Cancellaria agere habeant, neque in aut per eam, neque super transennas eant, sed ante eas sua desiderata sollicitent, *d.t.36.§.9.* Ipsi quoque Procuratores in sollicitando ante Cancellariam se modestè gerant, *d.t.36.§.10.*

63. (10.) Suos scribas, qui post finitam Audientiam latas sententias describere jussi sunt, cogant, ut in prælectione istarum sententiarum diligenter attendant ac celeriter scribant, *d.t.36.§.11.*

64. (11.) Neque Procuratores neque alii, qui ad Acta non jurarunt, Lectoriam ingrediantur, sed foras cum Lectoribus loquantur, *d.t.36.§.12.*

65. (12.) Instrumenta, obligationes, aliaque Documenta in originali cum Copiis exhibita, post illorũ recognitionem, & quando iis in Judicio non ampliùs indigetur, à Procuratoribus repetenda sunt, *d.t.36.§.13.* Antequam verò recognoscantur, reperi haud debent, *d.t.36.§.ult.*

(7.) Procuratorum vestitus.

(8.) Commeatus.

66. VII. *Vestitus. De quo vid. suprà nu. 38.* VIII. *Commeatus.* Procuratores Commeatum à Judice, si peregrè proficiscantur, coram: sin in urbe maneant, etiam per alios, si volent, petant, *C.p.1.t.32.§.7.* ultra 6. hebdomadas verò non emaneant, *Deput.* 1557. §. Nachdem sich. 28. In istud non observantes graviter animadvertatur, G. B. 17. *Aug.* 1661.

(9.) Salarium.

67. IX. *Salarium.* Circa hoc sequentia disposita sunt. Primò Procuratores & Advocati Salariis à Collegio Camerali æstimatis contenti sint, nec partes ultrà gravent, ampliùs capta restituant, illicitis depectionibus abstineant, idque se facturos jurent, *C.p.1.t.60.pr.*

68. Præcipuè partes immodicis Subarrhationibus mercedibusve non onerent, nec invitis annua Salaria extorqueant, multò minus pacta de Quota litis remuneratoria, aliasve reprobatas conventiones sub remotione ab officio aliisque pœnis ineant, sed cum Partibus non congruentes, judiciali Taxâ contenti sint, *d.t.60.§.1.* *Præjudicium, quòd quis ob ejusmodi reprobatam conventionem mulctatus sit, habetur in* G. B. 7. *April.* 1608.

69. Taxa Judicialis verò à Collegio Camerali sic facienda, ne de ea quis meritò conqueri possit, & quò in eadem non solùm moles Scriptorum, sed magis quoque industria ac legalitas cujusque Advocati consideretur, & æstimatio juxta æqualitatem fiat, Referens utpote cui Labor adhibitus optimè cognitus, in quavis causa statim inter referendum Scripta æstimet, atque Taxam cuivis Scripto foris superscribat, *d.t.60.§.2.*

70. In hanc verò æstimationem Recessus inutiles cunctaque Ordinationi adversa haud veniant, *d.t.60.§.3.*

71.

71. Deinde Procuratores in designatione Expensarum Accepta (*præter spontaneas donationes, O.C.* 1531.§. Und sollen. 37. G.B. 25. *Mart.* 1532. *Sub his verò non comprehenduntur arrha, secundum tradita infra t.*75. *n.*52. *in fin.*) profiteantur. Hoc omittentes primâ vice 20. flor. secundâ 40. flor. tertiâ verò remotione ab officio plectantur, *d.t.*60. §.4. Contraque eosdem Collegium Camerale etiam ex officio absque ullâ remissione procedat, *d. t.*60.§.5.

72. Præterea Procuratores, pro descriptionibus in singula folia Semibacium nec plus capiant, *d.t.*60. §.6. G. B. 17. *Maji*, 1605. Ast sic olim obtinuit, hodiernum enim ferreum sæculum plus efflagitat.

73. Denique Procuratoribus pro exigendis taxatis laboribus Monitoria, sed pro Exactione residui Salarii duntaxat Citationes (*ad videndum exigi Salarium*) decernantur, *d.t.*60. §.7.

74. Ratione Actorum ab Advocatorum Procuratorumque hæredibus sub prætextu residui Salarii retentorum Collegium Camerale suum arbitrium interponat, *d t.* 60. §. *ult.*

75. Quanti plures labores Procuratorum proportionabiliter juxta Taxam de Anno 1585. Visitatoribus exhibitam atque tacitè approbatam (*quam vide apud Wehn. Voc. Expens. & Gylm. Tom.*1.*part.*2. *pag.*311, *& seq.*) hodiè Collegium Camerale æstimet, hactenus mihi non est manifestum.

76. (X) *Pœna.* Quæ duplex: Ordinationis & arbitraria. Pœna Ordinationis est mulcta unius floreni Cameralis, quâ plectuntur Procuratores toties, quoties adversus Ordinationem deliquerint, & majori pœnæ locus non sit, *C.p.*1. *t.*66. *pr. & p.* 3. *t.* 46. (10) *Procuratorum Pœna, qua duplex.*

77. Pœna arbitraria sic rursus duplici modo dicitur, (1.) Quando Judex Procuratori alicui absque ulla specificatione simpliciter imponit pœnam suo arbitrio moderandam. Hæc vulgò vocatur Straff nach Ermäßigung/vorbehaltene Straff/ vorbehaltene Straff nach Ermäßigung. Atque pro ea Pedellus exigere solet duos flor. Cam. qui faciunt 40. Batz. seu 1½. Imper. minus 2½. Crucig. *Pœna arbitraria rursus duplici modo dicitur.*

78. (2.) Quando Judex Procuratorem delinquentem puniens impositæ pœnæ quantitatem suo arbitrio moderatam exprimit. v. g. Si imponit pœnam 1. 2. 3. 4. &c. Marc. Argenti vel Auri puri, item Degradationis, temporariæ aut perpetuæ suspensionis ab officio, incarcerationis, aliasve, *Vide d.t.* 66. §.2.

79. Ut verò hæ pœnæ omnibus Procuratoribus sine ullo intuitu æqualiter imponantur, Judex summam diligentiam adhibere debet, *d. t.* 66. §. 3. *Procuratores quomodo & quando puniendi.*

80. Procuratores autem quoties adversus Ordinationem deliquerint, toties præterquàm ubi pœnæ majori locus erit, singulis florenis mulctentur, atque insuper Actitata rejiciantur, nec in taxationem veniant, aut illi aliàs pro qualitate delicti puniantur, *d.t.*66. *princ.*

81. Porrò quibus casibus in Ordinatione certa pœna non exprimitur, arbitraria introducta censeatur, *d. t.*66.§.1.

82. Præterea Judex delicta Advocatorum Procuratorumque pœnâ juris communis, gravi mulctâ, liberâ custodiâ, Carcere, suspensione muneris missioneve, aut

De degradatione et remotione ... vid. ... de a. 1654.

aut mutatione stationis puniendi arbitrium habeat, *d. t. 66. §. 2.* *In mutatione Stationis Prajudicium suppeditant Sent. Cam. n. 427. in fin.*

83. Mulctæ per errorem indictæ depreeantibus remittantur, *d. t. 66. §. 4.* sed inflictæ Procuratori ob Scriptum injuriosum intercedenti Principali non condonentur, *d. t. 66. §. pen.*

84. Procuratores mulctas sibi impositas à suis Clientibus non reposcant, neu delatas ultrò recipiant, *d. t. 66. §. ult.* Idque sub pœna degradationis vel pro qualitate causæ remotionis ab officio, *R. 1654. §.* Gleicher gestalt. *98. in fin.* G. B. 1. *Decemb. 1659. in fin.*

85. Deinde Procuratores condemnandi sunt in expensas & damna ex ipsorum culpa seu negligentia suborta, ex suo, modò petatur, refundenda, *C. p. 3. t. 59. & tit. 50. §. fin.* Ut & insuper in pœnam pro magnitudine delicti Fisco solvendam. *Ibid. in Not.* ubi notandum, quòd reliquæ mulctæ suprà memoratæ in sacculum Pauperum (der Armen Seckel) inferantur, *C. p. 1. t. 67. Add. infra t. 64. n. 43.*

86. Denique Procuratores si in officio inidonei deprehendantur, removeantur atque in illorum locum alii surrogentur, *C. p. 1. d. t. 30. §. ult.* Idem jussit, si Sectis prohibitis adhæreant, aut pravam vitam sectentur, *d. t. 30. §. 2.*

Extranei Procuratores qui sint, Et quando admittantur in Judicio Camerali.

87. Extranei Procuratores dicuntur, qui in numerum Procuratorum Cameræ non allecti, suorum Principalium desiderio in Judicio Camerali proponunt.

88. Hi admittuntur [1] in omnibus causis Revisionum. *Ex stylo.* Ratio quoniam Procuratores Cameræ in illis munus Procuratoris ob reverentiam, quam debent Collegio Camerali, sub gravi pœna obire nequeunt, cùm Revisio ad taxationem prælaudati Collegii spectet. Idem obtinet in Advocatis Cameræ & Notariis immatriculatis. Parti verò adversæ contra Revisionem patrocinari non prohibentur. Nam tunc sententias Camerales laudant & defendunt, Revisiones autem improbant.

89. [2] In causis Principum, Prælatorum, Comitum, Baronum, Nobilium aut Civitatum, modò isti Procuratores jurent de calumnia & malitia vitanda, quemadmodum aliàs de jure hæc juramenta quævis Pars ejusve Procurator ad partis adversæ seu Judicis postulationem præstare tenentur, *C. p. 1. t. 38.*

90. Sed quæritur, num hæc quoque de Civitatibus municipalibus & Nobilibus mediatis intelligenda sint? Negativa mihi magis arridet. Cùm id quod Statibus Imperii propter suam Excellentiam specialiter concessum est, ad illorum subditos extendi non debeat. Nec aliquis ex Nobilitate immediatâ aut ex Magistratu civitatis Imperii hâc speciali Concessione gaudet, cùm illa toti corpori tantum data est.

TITULUS XI.

DE PERSONIS CANCELLARIÆ IN GENERE.

Personæ administræ litem.

1. Personæ administræ tum litem decidentibus, tum litigantibus in negotiis Judicii expediendis inservientes sunt Personæ Cancellariæ & Pedellus.

De

De hoc vide infrà tit. 19. Ad illas antequam progrediar, quædam circa Vocem *Cancellaria* præmittam.

2. Vox *Cancellaria* verò descendit à Voce *Cancellarii*. Hi olim dicebantur, qui dabant operam scribendis & expediendis Epistolis, Jussionibus, Edictis, Relationibus, Responsis ac sententiis, in loco quodam Consistorio Principis, alteriusve magistratûs proximo reticulis seu Cancellis clauso, *Gothofr. in l.* 8. *C. de Assess. & Domest.*

3. Atque hinc hodie illi, quibus negotiorum in alicujus Principis Dicasterio expediendorum gubernatio commissa est, appellantur *Cancellarii*, Cantzler. Et locus Dicasterii, in quo iidem circa talium negotiorum expeditionem inprimis versantur, nominari consuevit *Cancellaria*, die Cantzley. Ad cujus similitudinem etiam quidam locus Judicii Cameralis Dicasterii in toto imperio summi vocatur *Cancellaria Judicii Cameralis*, Kammergerichts-Cantzley/ Kammer-Cantzley.

4. Nomen *Cancellaria Judicii Cameralis* verò accipitur (1.) Latè quatenus etiam Lectoriam (die Leserey) comprehendit, *C. p.* 1. *t.* 39. *Rubr. & passim tot. tit.* (2.) Strictè quatenus Lectoriæ opponitur, ac vulgò ab hac contradistinguitur.

5. Cancellaria Judicii Cameralis (*strictè dicta*) est Conclave, in quo personæ ejusdem Cancellariæ circa Processum aliarumve literarum conceptionem, scriptionem, sigillationem, insinuationemque, item Actorum completionem ac descriptionem occupantur.

6. Lectoria Judicii Cameralis est Conclave, in quo Acta judicialia reconduntur & custodiuntur. Cùm enim Cancellaria non esset Conclave tam capax, ut ista innumera Acta in eo recondi possent, separato Conclavi fuit opus, quod *Lectoriam* vocari placuit.

7. Hæc Lectoria ratione Actorum divisa est in duo Archiva, zwey Gewölbe. Unum Archivum continet omnia Acta causarum Fisci, Mandatorum, fractæ pacis, spolii, simplicis Querelæ, Compromissi, Invocationis brachii sæcularis, Executionum Compromissi, & aliarum, quæ non per appellationem, sed aliis viis eò devolutæ sunt, *Cod. p.* 1. *tit.* 43. §. 21. Alterum continet causas Appellationum, & quicquid ad eas pertinet, utpote Attentatorum, Declarationum ob nonpatitionem Compulsorialium, Inhibitionumque & illorum omnium executionis, *d. t.* 43. §. 2.

8. His duobus Archivis quatuor Lectores præfecti sunt, quorum curæ omnia Acta æqualiter concredita, & hi se invicem fideli ope operaque juvare tenentur, quò quovis tempore Acta, quoties istis in Senatu aut Cancellaria indigetur, in promptu habeantur, *d. t.* 43. §. 23. *Plura de Lectoribus vide infrà t.* 15.

9. Porrò Cancellariam latè dictam quod attinet, hanc Elector Moguntinus tanquam Archi-Cancellarius idoneis personis, quantum opus videbitur, quolibet tempore instruere tenetur, *C. p.* 1. 39. *pr.* Hæ personæ autem vocantur Præfectus Cancellariæ, Protonotarii, Notarii, Lectores, Ingrossistæ, Copistæ, Famulus Cancellariæ, Receptor, Magister Nunciorum, & Nuncii. *De quibus cunctis in septem subsequentibus Titulis specialiter agetur.*

decidentibus & litigantibus in judicio inservientes.

Vocis: Cancellaria & Cancellarius: explicatio.

Cancellaria Judicii Cam. unde denominata.

Cancellaria Cameralis Homonymia & Definitio.

Lectoria definitio.

Lectoria in duo Archiva distributa.

Lectoria præsunt 4. Lector.

Personæ Cancellariæ quæ sint.

Circa eas conſideranda (1) ipſarum Conſtitutio.

10. Circa easdem perſonas in genere conſideratas hic perſpicienda I. *Illarum Conſtitutio.* Hanc quod attinet, Elector Moguntinus primò creet Præfectum Cancellariæ, 3. Protonotarios, 5. Notarios, & 4. Lectores, *d. t.* 39. §. 1. Inſuper cum prælaudati Electoris præſcitu & Conſenſu memoratus Præfectus Secretarios, Ingroſſiſtas, Copiſtas & Famulum Cancellariæ recipiat, dimittatque, *d. t.* 39. §. 3.

11. Notandum verò, quòd Secretarii non ampliùs in Camera habeantur, ſed jam dudum deſierint, neque illorum nomen diu in uſu fuerit, nam primus receptus eſt 17. April. 1537. & ultimus 28. Decembris 1568. *uti apparet ex Barth. ſent. tom.* 1. *in Catalog. perſon. Cam.*

12. Deinceps ex Perſonis Cancellariæ *ſuprà n.* 10. *enumeratis* Magiſter Nunciorum & Receptor antiquitùs debebant deligi, *d. t.* 39. §. 4. Qui ambo itaque tunc duplex officium ſuſtinebant accipiebantque duplex Salarium, *vid. C. p.* 1. *t.* 58. §. *fin.* Hodie tam Magiſter quàm Receptor ſeparatim ſimplici Salario conſtituuntur. *vid. infrà n.* 21. & *tit.* 17. *n.* 19.

13. Quò autem eædem perſonæ ad majorem induſtriam & acquirendam idoneitatem commoveantur, in ſuperiorum quarumque decedentium locum proximæ ab eis, ſi idoneæ inventæ, provehantur, ac aliæ in harum locum ſufficiantur, *d. t.* 39. §. 5.

14. Prætereà iſtæ perſonæ ſic conſtitutæ omnes in Cæſaris aut ejus vice Collegii verba jurent, huicque velut alii Camerales accenſeantur, *d. t.* 39. §. 6.

15. Denique earundem perſonarum omnium abdicationem miſſionemve quod attinet, utraque 6. ante menſibus, quò intereà temporis aliæ idoneæ conquirantur, ſignificetur, *d. t.* 39. §. 8.

16. Ex Conſortibus tamen ejuſdem functionis alter alterum officio excedentem intervallo non minùs 3. menſium ſubſequatur, quò in iſtius excedentis locum ſurrogatus à ſubſequente negotia addiſcat, *d. t.* 39. §. 9. Dimiſſio autem per Judicem Cameræ cum præſcitu Præfecti fiat, *d. t.* 30. §. 10.

(2.) Officium.

17. II. *Officium.* Illud eſt, (1.) ut Arcana Judicii & quæ viderunt audiveruntve, non revelent, *d. t.* 39. §. 7.

18. (2.) Ob negotiorum multitudinem periculumve cauſarum extra horas ſolitas feriatis etiam diebus conveniant, ac reſidua abſolvant, *C. p.* 1. *t.* 41. §. *pen.*

19. (3.) Commiſſiones extra Civitatem Spirenſem expediendas in ſe haud ſuſcipiant, *d. t.* 41. §. *ult.*

(3.) Salarium. De reliquorum Cameralium Salario vide infra tit. 23. n. 13. junct. n. 2. ibid.

20. III. *Salarium.* Iſtud illis perſonis (*excepto Magiſtro Nunciorum, infrà tit.* 17. *n. pen.* & *Nunciis infrà tit.* 18. *n.* 20.) Elector Moguntinus tanquam Archi-Cancellarius per Germaniam exſolvere debet, *C. p.* 1. *t.* 58. *pr.*

21. Annuatim verò exſolvuntur,

1. Præfecto Cancellariæ — — — 640. fl.
2. Protonotariorum cuilibet - 426. fl. 40. kr. Et cunctis 3. 1380. fl.
3. Notariorum cuilibet — 213 fl. 20. kr. Atque omnibus 5. 1066. fl. 40. kr.
4. Lectorum cuivis — 213. fl. 20. kr. Et cunctis 4. — 853. fl. 20. kr.

e Cancellaria etiam aliquid salarii loco ab imperio accipiunt.

5. No-

5. Notario Fisci — — — — 106. fl. 40. kr.
6. Receptori — — — — 70. fl.
7. Ingrossistarum cuivis— 100 fl. & omnibus 4.— 400. fl.
8. Copistæ quot bifolia (Bogen) scribunt, tot Bacios loco Salarii accipiunt.
9. Famulo Cancellariæ — — — 42. fl. 20. kr.

Summa 4459. fl. 20. kr.

22. Et quidem ex Debitis Cancellariæ, (von der Cantzley Gebühr / von den Cantzley-Gefällen,) quæ Moguntino tanquam Archi-Cancellario Imperii competunt. Hæc Debita, si suprà adscriptam Summam non adæquent, atque ita exsolvendis Salariis non sufficiant, Moguntinus insufficientiam supplere tenetur, è contrà abundantiâ eveniente eidem relictâ.

23. Istorum Debitorum plurimorum Taxam novissimam vide *C. p. 1. t. 46.* in fine ad impressam. *Add. tamen omninò J. P. art. 8. §. Habeantur. verb. Taxa Sportularum in Judicio Camerali. junct. R.* 1654. §. Folgends nun. 104. *& C. p. 1. tit.* 39. *§. ult.* Cætera Debita ibi non expressa Præfectus tanquam vir bonus suo arbitrio æstimet, *d. t.* 46. §. 1. Controversiam inter ipsum & partes earumve Procuratores hinc ortam Camera æquâ lance perpensam decidat, *dict. tit.* 46. §. 5. *&* 6. **Novissima Taxa Cancellariæ.**

24. Debita verò Cancellariæ recipit Receptor, *infrà tit. 16. princ.* Præterquam quod pro Rescriptis solvitur, illud enim in quandam pyxidem, quam *Pessianum* vocant, infertur & inter personas Cancellariæ juxta Salarii proportionem, quotiescunque lubet, distribuitur. In hunc Pessianum quoque novitii Assessores aliquid donant. In eundem etiam infertur, quicquid Peregrinantes Cancellariam & Lectoriam ex curiositate invisentes muneri dare solent. Notari adhuc quoque potest, quòd quævis persona Cancellariæ & Lectoriæ in initio sui officii primum Anni Quadrantem non solùm Pessiano sed & Salario carere teneatur.

25. Tradita in n. præced. *n.* 23. *versic. cætera Debita.* Olim quoque obtinebant in Laboribus Cancellariæ *prælleg.* §. 6. Hi verò sunt merces ratione laborum in complendis Actis Protocollisque & scribendis sententiis adhibitorum Cancellariæ competens. **Labores Cancellariæ.**

26. Pro his laboribus, si pro Documento sententiæ solutum erat, simul aliquid exposcere non licebat, *dict. tit.* 46. §. 8. Sin verò Documentum sententiæ non petebatur, prout hoc erat, in libero arbitrio litigantium, *d. tit.* 46. §. 4. eosdem labores Victor expensis adjudicatis solus: compensatis autem cum Adversario simul, antequam Designatio expensarum taxandarum exhibebatur, exsolvere debebat, & si cum Adversario congruere nequibat, aut uterque de laboribus à Præfecto taxatis conquerebatur, Camera litem dirimebat, *dict. tit.* 46. §. 6.

27. Hodie perpetuò loco laborum Cancellariæ exigitur de quovis folio Proto- **Loco eorum.**

Laborum quantum h die solvatur.

colli, excepto folio Rubricæ, florenus Cameralis, atque insuper de sententia Definitiva itidem florenus, de Interlocutoria autem Semiflorenus. Qui floreni omnes ante sententiæ communicationem exsolvi debent, *vigore* Chur-Maynß. *Decret.* 7. *Jul.* 1660. §. Und zwar. 2. Et si Documentum sententiæ quoque petitur, pro eo solvantur 2. flor. 51. Crucig. *Add. pract. Tax.*

Documentum sententiæ quid sit.

28. Documentum sententiæ (Ein Urtheils Brieff) verò sunt literæ teniorem ejusdem sententiæ complectentes, deque hujus factâ publicatione testantes, sub Nomine ac sigillo Cæsareo emanatæ.

29. Petita & sollicitata Documenta sententiæ Partes earumve Procuratores sine ulla tergiversatione redimant, non redimentes Præfecto instante ad redemptionem Camera compellat, *d. t.* 46. §. 7.

30. Suprà *n.* 26. dictum, olim expensis compensatis labores Cancellariæ simul à Victore & Victo exsolvi debuisse, *per ibid. alleg. tit.* 46. §. 6. Qui §. in posterioribus Constitutionibus Imperii quidem non correctus, sed tamen per contrariam observantiam in desuetudinem abiit, & solus Victor istos labores solvere tenetur.

Debita Cancellariæ quomodo exigenda.

31. Deinde Procuratores taxatos labores aliaque Debita Cancellariæ à Partibus nondum soluta, ab his sub fide juramenti assiduè flagitent, diligentiæ in eo præstitæ testimonium petenti Præfecto porrigant aut Cameræ arbitrio puniantur, *d. t.* 46. §. 9.

32. Si Advocati aut Procuratores ratione residui Salarii necesse habeant impetrare Monitoria, his sæpè memorati labores & Debita quoque inserantur, simulque exigantur, *d. t.* 46. §. 10. Alioquin ista sola Fiscalis per Monitoria exigat, *d. t.* 46. §. 11.

33. Porrò ab ipsis Procuratoribus in Cancellaria sollicitata, quamprimùm expedita sunt, etiamsi deinceps ipsi causâ se abdicent, redimantur nec Cancellaria ad eorundem Principales remittatur, *C. p.* 1. *t.* 36. §. 2.

34. Ultimò Debita Cancellariæ Procuratoribus soluta protinus sub fide juramenti renumerentur, nec missâ pecunia viliore monetâ mutetur, *d. t.* 36. §. 8. Neque à partibus plus quàm debetur, aut expensum exigatur, *d. tit.* 36. *lit. P.*

35. Potest & illud hûc addi, quòd Personæ Camerales in propriis causis solùmmodò dimidietatem Taxæ Cancellariæ, Nunciis tamen integram mercedem pendere teneantur, *C. p.* 1. *t.* 61. §. *ult.*

(4.) Personarum Cancellariæ pœna.

36. IV. *Pœna.* Quoad hanc personarum Cancellariæ defectus ac vitia Elector Moguntinus ab illarum quavis sub fide Juramenti, quô Judicio Camerali devinctæ, explorari atque vigore Ordinationis corrigi curet, *C. p.* 1. *t.* 39. §. 11. Personas correctionem meritas puniat, salvâ tamen Judicis atque Assessorum potestate illas pro modo delicti (si illius magnitudo atque gravitas id exposcat,) juxta ordinationem puniendi, ut & salvo generalis Visitationis jure, *d. t.* 39. §. *pen.*

37. Sicubi autem defectus tanti fuerint, ut ad eos corrigendos communi reformatione Cancellariæ opus sit, illos cum Consilio annuorum Visitatorum reforment, *d. t.* 39. §. *ult.*

38. Cæ-

38 Cæteroquin si una vel altera persona in suo officio sit negligens, illa per Præfectum, aut si magnitudo delicti aliud exposcat, per Judicem & Assessores puniatur, *C. p. 1. t.* 68. Emanentes pro quavis hora tenentur solvere 3. Batzios.

39. Procuratores verò suas querelas de tarda expeditione aliasve, quas contra personas Cancellariæ & Lectoriæ habent, contra unam vel alteram in specie proponant, tunc desuper legitimè providebitur, G. B. 28. *Januar.* 1657. §. 6.

40. V. *Commeatus.* Personis Cancellariæ volentibus proficisci Præfectus 14. dies concedere potest, longiùs emansuræ à Moguntino veniam impetrare coguntur. *Quemadmodum mihi aliquando relatum est.* (5.) *Commeatus.*

TIT. XII.

DE PRÆFECTO CANCELLARIÆ.

1. Præfectus Cancellariæ (Cantzley-Verwalter) appellatur, qui negotiorum in Cancellaria Judicii Cameralis expediendorum administrationi præest. Circa hunc venit considerandum ejus constitutio, qualitas, Officium & Ordinatio tanquam Deputati Nunciorum. *Præfecti Cancellariæ definitio.*

2. Constituitur verò Præfectus ab Electore Moguntino tanquam Archicancellario per Germaniam, *C. p.* 1. *t.* 39. *pr.* & §. 1. Quæ potestas constituendi huic Anno 1530. concessa *R. eod. Anno* §. Ob auch. 91. Olim ipse Imperator eum constituebat, *per O C.* 1521. *art.* Ordnung der Cammergerichts Cantzley. 11. *princ.* Quo Anno 14. Novemb. primus Præfectus Cancellariæ receptus est, nam antea Regens fuit Cancell. Mogunt. *teste Barth. sent. tom.* 1. *in Catalog. pers. Cam.* *Ille Præfectus constituitur à Moguntino.*

3. Præfecti qualitas est, quòd debeat esse persona honesta, diligens, prudens, docta, idonea, atque rerum perita, obedientiæ sui nomine commendanda & quæ in omnibus Cancellariæ præsit, *d. t.* 39. §. 1. *Eiusdem Præfecti Qualitas.*

4. Ejus officium quod attinet, (1.) Quandoquidem ipsi omnia negotia Cancellariæ dirigere conveniat, ipsemet manè horâ Senatuum consuetâ in Cancellaria semper tempestivè compareat, neque à Judicio se multùm absentet, ante omnia verò quàm diligentissimè advertat, ut in perficiendis ejusmodi negotiis bonus ordo conservetur, ac rectè suo quisque munere defungatur, justo tempore in Cancellaria, Senatu & Audientia adsit, ibidemque permaneat: Præcipuè verò ut Proto- & Notarii semper solitâ Senatuum horâ præstò sint, suum officium & per ipsum demandata celeriter ac industriè expediant, *C. p.* 1. *t.* 40. *pr.* *Officium Præfecti Cancellariæ.*

5. (2.) Inprimis provideat, ut quantociùs Acta à Lectoribus per Proto- & Notarios petita perfectè compleantur, ac sine mora in Senatu referenda tradantur, *prealleg. t.* 40. §. 1. *Quid verò sit Acta complere, vid. infra tit.* 75. *num.* 10.

6. (3.) Protocolla causarum, ne istorum folia propter diuturnitatem temporis dispertiantur, membrana saltem à tergo communiri & Protocolla Judicialia

consueto tempore colligari curet, *d. t.* 40. §. 2. *Quæ autem dicantur Protocolla causarum & quæ Protocolla Judicialia, traditur infra tit.* 63. *n.* 8. & 11.

7. (4.) Diligentiam adhibeat, quò decreti Processus, Documenta sententiæ ac aliæ literæ, præsertim verò sollicitatæ Commissiones, Dilationes atque Attestationes, in quantum possibile, celeriter expediantur, *d. t.* 40. §. 3.

8. (5.) Ipse personis Cancellariæ, si opus, in gravioribus negotiis adjumento sit, atque concipiendo, cujus ante alios peritus esse debet, operam navet, *d. t.* 40. §. 4.

9. (6.) Terminos ad comparendum in Processibus pro distantia loci satis amplos præfigat, *d. t.* 40. §. 5.

10. (7.) Quanquam in consuetis Mandatis & Processibus comminatam pœnam pro suo arbitrio determinare assoleat, tamen quando propter facti indignitatem sive atrocitatem comminationes pœnarum exasperandæ, exasperatam pœnam cum præscitu Judicis seu Assessorum, qui Processus decrevêre, his inserat, *d. t.* 40. §. 6.

11. (8.) Quicquid sub nomine sigilloque Cæsareo emanabit, ipse revideat atque subscribat, *d. t.* 40. §. 7.

12. (9.) Demandatum sibi ab Electore Moguntino Cæsareum Sigillum fideliter custodiat, nec nisi his, quæ à Camera decreta fuerint, imprimat, *d. t.* 40. §. 8.

13. (10.) Processibus usque ad sigillationem expeditis Sigillum sine mora apponat, tamen ipsi prohibitum sit, præterquam si in ordinariis in Cancellaria occupatur, eo sigillo uti, *d t.* 40. §. 9.

14. (11.) Personas non alienas sed Judicio ac Cancellariæ solito Juramento devinctas, idoneas quoque & honestas negotiis Cancellariæ admoveat, *d. t.* 40. §. 10. Imprimis verò nullius Assessoris famulum, nisi priùs consueto jurejurando devinctum scribere sinat, *d. t.* 40. §. 11.

15. (12.) Bonos Ingrossistas ac promptos Copistas adhibeat, qui Processus juxta veterem morem Fracturâ vel manu lectu amabili ac correctè scribere sciant, *d. t.* 40. §. 12. Et ut cuncta emendatè scribant, curet, *Mem. Ingross.* 1560. §. *unic.*

16. (13.) Prospiciat, ne in descriptionibus lineæ nimis disjungantur, ac partes in eo graventur, aut desuper meritò queri possint, *d. t.* 40. §. 13.

17. (14.) In Repertoriis Voluminum sententiarum sententiæ Definitivæ quò à reliquis sententiis discernantur, ac faciliùs inveniantur, signis peculiaribus notari curet, *d. t.* 40. §. 14. Hæc Repertoria Notarii conficere tenentur, *infrà tit.* 14. *n.* 18.

18. (15.) Diligentem operam det, ne Supplicationes ex Senatu in Cancellariam transportata amittantur, nec sine ejus, vel ipso absente alicujus Proto- vel Notarii præscitu ac jussu auferantur, *d. t.* 40. §. 15.

19. (16.) Studeat, ut Scrinia Actorum fiscalium clausa sint, ne de his aliquid perdatur, *d. t.* 40. §. 16.

20. (17.)

20. (17.) Ordinet, ut post finitas Audientias una ex personis Cancellariæ ibidem aliquantulum temporis maneat, quæ Procuratorum Scribis publicatas sententias, absque tamen remuneratione, dictet, *d. t.* 40. §. 17.

21. (18.) Ad evitandas opprobrationes, personis Cancellariæ munera capiendi facultatem adimat, *d. t.* 40. §. 18.

22. (19.) Quovis tempore ad Cancellariæ defectus diligenter advertat, defectus inventos corrigat, & si quâ fortè id nequeat efficere, Moguntino in hoc æquam animadversionem adhibituro indicet, *d. t.* 40. §. 19.

23. (20) Ipsi in suo munere obeundo nemo molestus sit, in Senatum inque Lectorum fornices, quoties volet, ingredi liceat: Eidem à Notariis, Lectoribus, aliisque Cancellariæ personis obedientia præstetur, ab his officii rationem exposcat, eosque ad justa præstanda compellat, *d. t.* 40. §. *ult.*

24. (21.) Si quid in pleno Senatu deliberandum, quod Præfectum Scripto complecti oporteat, in Senatum ipse quoque advocetur, quò ex auditis Motivis eò meliùs illud complecti queat, *C. p.* 1. *t.* 15. §. 19.

25. (22.) Informes supplicationes & Producta incorrecta, vel ultrò observata, vel suggesta à partibus Præfectus & Protonotarii Collegio punitionis gratiâ indicent, *Mem. Proc.* 1560. §. Es sollen auch. 5. *Add. C. p.* 1. *t.* 34. *lit. B.*

26. Insuper hic notandum, quòd vigore ordinationis Præfectus Cancellariæ ordinatus sit Deputatus Nunciorum, horumque Magistri, qui controversias inter Nuncios, item inter Nuncios & partes seu Procuratores determinet, operamque cunctam navet, quò Dispositio de Nunciis eorumque Magistro (*hac Dispositio continetur in locis allegatis hic seq. n.* 29.) præcipuè autem in ablegatione, executione ac relatione eorundem servetur, atque omnes defectus præcaveantur, *C. p.* 1, *t.* 48. §. 21. **Officium Præfecti Cancellariæ, quatenus iste est Deputatus Nunciorum.**

27. Deinde si Nuncii ob mercedem itineris insinuationisque à partibus non acceptam contra Procuratorem ablegantem agere cogantur, & causa sic comparata sit, ut sine prolixa scripta deductione determinari queat, Præfectus tanquam Deputatus eam causam post oralem propositionem, prout docet, decidat, *d. t.* 48. §. 22.

28. Porrò diligentiam adhibeat, ut inscriptiones insinuationum à Magistro Nunciorum & Nunciis legitimè fiant, *d. t.* 48. §. *ult.* G. B. 3. *Sept.* 1653. §. 16.

29. Denique Præfectus Cancellariæ tanquam Nunciorum Deputatus Nunciis ex *C. p.* 1. *t.* 48. 50. & 51. unà cum G. B. 5. *Sept.* 1653. & 1. *Octobr.* 1661. quolibet Anno semel aut bis prælegere tenetur, *prealleg.* G. B. 1. *Octobr.* 1661. §. 1. ut & Decretum de Anno 1669. G. B. 17. *August.* 1669. §. *ult.*

30. Eidem tanquam Deputato Nunciorum antiquitùs Salarium 100. floren. ex sustentatione Cameræ solvebatur, *C. p.* 1. *t.* 58. §. *fin.* Hodie solvuntur 152½. Imperial. *R.* 1654. §. Dieweil auch. 11. De Salario ejus tanquam Præfecti Cancellariæ, *vid. tit. proximè praced. n.* 21. **Ejusdem Deputati Salarium.**

TIT.

TIT. XIII.

DE PROTONOTARIIS.

Nominum Protonotarius & Notarius: Etymologia.

1. NOmen *Protonotarius* eſt compoſitum ex voce πρῶτος, id eſt, primus ſive primarius, & voce *Notarius*, id eſt, Scriba, deſcendente à voce *Nota*, quæ inter alia ſignificat certa ſigna ſeu characteres, quibus olim compendio ſcribebatur, ac plerumque omnia Dicta loquentis tum in judicio, tum extra illud miranda ſolertia velociſſimè excipi ſolebant. Has notas Sigla *(contractim pro Sigilla, id eſt, parva ſigna,)* vocat Juſtinianus & per ea ſuas leges ſcribere prohibuit, *l.* 2. §. 22. *C. de V. J. E.*

2. Ratione originis igitur Nomen *Protonotarius* nihil aliud denotat quàm Scribam primarium ex pluribus, **der fürnehmſte oder oberſte Schreiber**. Atque eodem modo illos, qui inter Scribas ſeu Notarios Judicii Cameralis (**Gericht-Schreibern**/ *v. C. p.* 1. *t.* 73. *Rubr. junct. Nigr.*) primarium locum occupant, *Protonotarios* appellare placuit.

Protonotariorum definitio.

3. Protonotarii Judicii Cameralis ſunt perſonæ in ejuſdem judicii Cancellaria in concipiendis Proceſſibus, in Audientia in Procuratorum Receſſibus excipiendis & in Senatu in Votis Aſſeſſorum annotandis ſententiisque inſcribendis præcipuè occupatæ.

Protonotariorum numerus & Salarium. Eorundem officium.

4. Horum tres eſſe debent & ab Electore Moguntino conſtituuntur, *ſupra t.* 11. *n.* 10. Eorundem Salarium deſcribitur, *d. t.* 11. *n.* 21. Et juramentum, *prealleg. t.* 73.

5. Ratione officii Protonotarii (1.) ſua munia ipſi non per alios, niſi ad breve tempus ex morbi aliave juſta cauſa Præfecto approbata impediti fideliter ac diligenter obeant, *C. p.* 1. *t.* 41. *pr.*

6. (2.) Eorum unus aſſiduè Senatui & Audientiis tempore adſit, *d. t.* 41. §. 1.

7. (3.) In Senatu Aſſeſſorum vota & concluſum, præſertim in Definitivis conſcribant, ſententiæ formam ex mente partis majoris concipiant, Aſſeſſoribusque, antequam digrediantur, recitent, & Referentibus ſubſcribendam porrigant: Inter Referendum atque ubi eis præſentibus opus haud erit, conſenſu Judicis ex Senatu in Cancellariam ad ſua munera revertantur, *d. t.* 40. §. 2.

8. (4. Tres Codices conficiant, quorum primus ſit Protocollum Senatus, (**Raths Protocoll**/ in quod omnes ſententias in Camera publicatas conſcribant unà cum nominibus Aſſeſſorum, qui illarum conceptioni interfuêre, cumprimis autem, ſicubi Aſſeſſores de ſententiis non concordârint, Motivas ex quibus ſententia promanata, ſimul cum nominibus eorum, qui Majora fecerunt, juxta conſignent, *d. t.* 41. §. 3. *De ſecundo & tertio Codice vid. infra n.* 14. & 15.

9. Attamen nulla vota, quæ à Referentibus dictari volunt, ſcribant, ſed duntaxat in ipſo Conſeſſu inter votandum principalia cauſæ & votorum fundamenta ſummariè, ut & concluſiones curſim annotent, *d. t.* 41. §. 4.

10. Similiter ſi Decreta ſuper Supplicationibus in prægnantibus vel etiam dubiis

dubiis causis concepta, illorum Motivas unà cum nominibus Referentium in Protocollum Senatûs inscribant, *d. t.* 41. §. 5. Attamen Proto- & Notarii nullam sententiam Decretumve in suum Protocollum, nisi præsentibus cunctis Assessoribus, qui Relationi interfuêre, nec iisdem priùs prælecta inter sententias, quæ publicari debent, annotent, *d. t.* 41. §. 6.

11. (5.) Suprà memorata sub fide Juramenti æterno silentio involvant nec ulli nisi per Imperatorem jussi revelent, *d. t.* 41. §. 7. Quare sua Protocolla quàm diligentissimè custodiant, *d. t.* 41. §. 8. Adeò ut ne quidem Assessoribus illorum inspectione indigentibus absque præscitu illa in Senatu vel Cancellaria inspicienda tradant, *d. t.* 41. §. 9.

12. (6.) Proto- & Notarii Supplicationes ita cautè custodiant, ne illarum Decreta priùs alii quàm Procuratori Supplicanti innotescant, *d. t.* 41. §. 10.

13. (7.) Neque Procuratoribus supplicationum defectus & causas denegationis processuum prodant, *d. t.* 41. §. 11.

14. (8.) Secundus codex sit, in quem ex supra n. 8. nominato Protocollo sententias transcribant, easque ex isto deinceps à meridie ante publicationem sententiarum in præsentia omnium Assessorum prælegant, *d. t.* 41. §. 12.

15. Tertius verò sit Codex, in quo sententiæ quovis Anno publicatæ per quendam Ingrossistam describantur, *d. t.* 41. §. 13.

16. (9.) Protonotariorum quidam tempus commeatûs reditùsque cujuslibet Assessoris annotet, *d. t.* 41. §. 14.

17. (10.) Omnia in Audientiâ gesta dictaque per Proto- & Notarium non duntaxat, quæ ad substantiam pertinent, sed omnia prolata verbotenus summâ industriâ conscribantur, quò Acta ex utriusque Protocollo eò meliùs compleri atque sententia formari queat, quare post Audientias sua Protocolla confestim conferant, *d. t.* 41. §. 15.

18. (11.) Procuratorum Recessus longiores in suis judicialibus Protocollis notent, Procuratoribus punitis complentes Protocolla Actorum istis pœnalia Decreta inserant, *d. t.* 46. §. 16.

19. (12.) Errata in Protocollis deprehensa Judici Assessoribusque modestè indicent, neque alioquin in Senatu ad sententias Decretave interferantur, *d. tit.* 46. §. 17.

20. (13.) Protonotariis ad protocollandum in Audientia impeditis, in horum locum Notarius substituatur, *d. t.* 41. §. 18.

21. (14.) Protonotariorum officium in Cancellaria præcipuum est Documenta sententiæ aliasque literas concipiendi, easque descriptas, ne illis defectus relinquatur, fideli diligentiâ relegendi ac subscribendi, *d. t.* 41. §. 19. Processus verò ex Supplicationibus in Cancellaria relictis, & non ex iis, quæ Procuratori restituuntur, concipiant, *d. t.* 41. §. 20.

22. (15.) In expeditione Processuum diligenter attendant, ne termini nimis breves præfigantur, *d. t.* 41. §. 21.

23. (16.) Acta, quibus in concipiendis Commissionibus usi fuerint, Ar-

chivis ſarta ſolidaque reponant,, ne quæ ex iis Scripta diſperdantur, caveant, *d. t.* 41. §. 22.

24. (17.) Submiſſiones ſuo Repertorio inſcribant, Lectoribus tradant, & ut quamprimùm Acta compleantur, perficiant, *d. t.* 41. §. 23.

25. (18.) Notariis in Senatu ſubveniant, ut Protocolla rectè conficiantur conferanturque, item Codex ſententiarum, (*v. ſuprà n.* 15.) per Ingroſſiſtam deſcribatur, ac ſubmiſſionum Codex abſolvatur, provideant, *Mem. Protonot.* 17. *Aug.* 1557. *§. Anic.*

TIT. XIV.

DE NOTARIIS CAMERÆ.

Notariorum Cameræ definitio. 1. NOtarii Judicii Cameralis ſunt perſonæ in ejuſdem Judicii Cancellaria in complendis Actis, in Audientia in Receſſibus Procuratorum excipiendis, & denique in Senatu in Decretis ſententiiſque inſcribendis præcipuè occupatæ. Unde Nomen *Notarii* deſcendat & quid denotet, *vide tit. proxime præc. n.* 1.

Diviſio. 2. Hi Notarii ſubdividuntur in Notarios cauſarum privatarum, & Notarium Fiſci.

3. Notarii cauſarum privatarum ſunt, qui circa eaſdem cauſas verſantur. Hic autem illas cauſas omnes voco privatas, quæ ratione ſuæ originis non ſunt fiſcales, *de quibus infrà tit.* 30.

Conſtitutio, Numerus, & Salarium. 4. Conſtituuntur verò hi Notarii ab Electore Moguntino; & eorum ſunt quinque, *ſuprà tit.* 11. *n.* 10. Eorundem ſalarium deſcribitur, *ibid. n.* 22. & juramentum, *C. p.* 1. *t.* 73.

Regiſtrator quis? 5. Senior inter iſtos 5. Notarios vulgò ſolet vocari *Regiſtrator*, quia ille maximè circa Regiſtraturam Protocolli Judicialis occupatur, *v. C. p.* 1. *t.* 42. §. 8. 9 & 10.

Regiſtratura quid? 6. Regiſtratura Protocolli Judicialis eſt Codex continens Rubricas cauſarum in Camera pendentium, atque indicans ejuſdem Protocolli paginas, in quibus Receſſus in ſingulis cauſis habiti reperiuntur. Unde etiam *Repertorium* nominatur *in alleg.* §. 8. & 9. *Quid verò ſit Protocollum Judiciale infrà tit.* 63. *n.* 8. *dicetur.*

Notariorum Cameræ Officium. 7. Porrò ratione officii illi Notarii (1.) ſu.s vices ipſi non per alios, niſi gravi de cauſa impediti obeant, crebriùs abeſſe parcant, alienis tractandis à rebus gerendis officioque non abducantur, ſed in omnibus, prout ſuprà *t. præced. n.* 5. & *ſeqq.* traditum, ſe gerant, *C. p.* 1. *t.* 42. *pr.*

8. (2.) In Senatu, Audientia & Cancellaria idem quod Protonotarii per Præfectum juſſi factitent, & ſemet dignos præſtent, quo illis ſuo tempore ſuccedere queant, *d. t.* 42. §. 1.

9. (3.) Inprimis Acta concluſa cum Lectoribus ſimul compleant, *d. t.* 42. §. 2.

10. (4.) Ut ſubmiſſiones in cauſis ſpolii, purgationum, executionum ac ſimilium præ aliis referendæ dentur, proſpiciant, *d. t.* 42. §. 3.

11. (5.) Protocolla complentes in eorum margine circa ultimum Receſſum ver-

verbum: COMPLETUM: una cum die & Anno, quo hoc factum, annotent, *d. t.* 42. §. 4.

12. *(6.)* Menda erroresque Procuratorum in causarum Intitulaturis deprehensa Præfecto indicent, *d. t.* 42. §. 5.

13. (7.) Si sententias inscripserint, ipsisque Acta expedita restituantur, illa sine cunctatione ad locum destinatum in Lectoriam deferant, *d. t.* 42. §. 6.

14. (8.) Sententias inscribentes statim ad marginem Protocolli verbum: EXPEDITUM: annotent, per quod Lectores & alii commonefiant, hanc causam esse relatam, inque ea sententiam latam, *d. t.* 42. §. 7.

15. (9.) Diligentiam adhibeant, ut Repertorium super Protocollo (die Registratur) rectè sit compositum. Cui verò Notariorum Repertorii cura incumbit, quando illud ingrossatum, Ingrossistæ in eo conferendo sit adjumento, ne in eodem error committatur, *d. t.* 42. §. 8.

16. (10.) Provideant, ut Repertorium sit eo modo perfectum, ut reliqui Notarii ex eo complere & causas reperire queant, *d. t.* 42. §. 9.

17. (11.) Quia utile est, ut novi Processus ordinatim in Cancellaria per Repertorium distinguantur, Registrator, quantum possibile est, in Audientiis præsideat & protocollet, quo eò melius Procuratorum intitulationes, distinctionesque causarum percipere possit, *d. t.* 42. §. 10.

18. (12.) Repertoria libris sententiarum propria conficiant, *d. t.* 42. §. *pen. Add. suprà tit. proximè praced. ubi quoque nonnulla ad ipsorum officium spectantia traduntur.*

19. Notarius Fisci dicitur, quia circa solas causas fiscales occupatur. Hic quoties agitur in causis fiscalibus, solus absque Protonotario & Lectore sedet. Huic pro Collatione in singula folia 4. Crucig. pendendi sunt, *C. p.* 1. *t.* 43. §. *ult.* De ejus Salario, quod ipsi, uti reliquis personis, ex Debitis Cancellariæ solvitur, *vid. præalleg. t.* 11. *n.* 21. *Notarius Fisci quis?*

TIT. XV.

DE LECTORIBUS.

Lectores (die Leser) sic, ni fallor, dicuntur à Legendo, id est, colligendo, quia illi Acta colligunt atque custodiunt, weil sie die Acta zusammen lesen (sammlen/binden) und verwahren. *Vocis Lectorum Etymologia.*

2. Lectores judicii Cameralis sunt personæ in ejusdem judicii Actis custodiendis complendisque præcipuè occupatæ. *Quid verò sit Lectoria, v. suprà t.* 11. *n.* 6. *Definitio.*

3. Lectorum sunt quatuor & constituuntur ab Electore Moguntino, *suprà t.* 11. *n.* 10. Eorum salarium describitur, *ibid. n.* 22. & Juramentum, *C. p.* 1. *t.* 73. *Numerus, constitutio & Salarium.*

4. Ratione officii Lectores (1.) Operam navent, quo Acta quamprimùm in iis submissum, in Cancellariam ad complendum transferantur, nec collecta deinceps unâ vice ad complendum Notariis tradantur, *C. p.* 1. *t.* 43. *pr.* *Officium Lectorum.*

5. (2.) Labore ordinario in Archivis (*Lectoria*) peracto, aliave necessaria agenda non habentes in complendis Actis auxilio Notariis sint, *d. t.* 43. §. 1.

6. (3.) Diligenter provideant, ne causa, in qua nullâ completione opus, ad complendum tradatur, *d. t.* 43. §. 2.

7. (4.) Acta completa non ad universalem distributionem ferialem in Lectoria retineant, sed quovis die Sabbathi ad referendum tradant, *d. t.* 43. §. 2.

8. (5.) In distributione Actorum diligentiam adhibeant, ut vetustiores causæ recentioribus præsertim in Punctis privilegiatis præferantur, ac judicem hujus rei fideliter admoneant, *d. t.* 43. §. 4.

9. (6.) Quamobrem quovis anno maturè ante Visitationem ex suo Repertorio indagent, quis Referens causas ipsi recentiùs traditas veterioribus præmiserit, easque in schedula designatas judici, qui rationes hujus præmissionis exploret, porrigant, *d. t.* 43. §. 5.

10. (7.) Acta ad Mensam Decretorum (Bescheid-Tisch) pertinentia, illûc ad expeditionem maturent, *d. t.* 43. §. 6.

11. (8.) Præcipuè in casibus, ubi periculum in mora, aut in puncto commissionis ob decrepitos ægrotosve testes submissum, Acta è vestigio in Mensa Decretorum, vel aliàs quam proximè extraordinariè ad expediendum tradant, *d. t.* 43. §. 7.

12. (9.) Submissiones in fronte Actorum ascribant, atque si diversæ submissiones mutuò sese subsequantur, eas ad informationem Referentis distinctè etiam annotent, *d. t.* 43. §. 8.

13. (10.) Recessus ac Producta suis quæque locis disponant, deficientia requirant, & in Margine Protocolli quadrangulent, ne propter Acta manca Referens in expeditione causæ impediatur, *d. t.* 43. §. 9.

14. (11.) Relatione super Punctis priùs submissis nondum factâ, posteriores submissiones Referenti quoque tradant, quò in omnibus submissionibus simul pronuntietur, *d. t.* 43. §. 10.

15. (12.) Causas rectè intitulent ac distinguant, revocationes submissionum, si factæ, diligenter notent, ne frustraneæ sententiæ ferantur, aliæque confusiones sequantur, *d. t.* 43. §. 11.

16. (13.) Ut causæ veteres & novæ inter Assessores æqualiter distribuantur, quantum in ipsis est, curent, *d. t.* 43. §. 12.

17. (14.) Ut Acta, à quo semel relata, si in his rursus submissum, eidem vel eo absente correferenti aut aliis, qui priori Relationi interfuêre, ad majorem causæ maturationem reddantur, provideant, *d. t.* 43. §. 13.

18. (15.) Causas connexas non divellant, sed in unum Senatum, eidemque Referenti tradant, *d. t.* 43. §. 14. & *tit.* 1. *ibid.*

19. (16.) Si causa Correferenti quoque distribuenda, curent, ut Veteranus & Novitius quovis tempore conjungantur, Referentibus verò suos Correferentes non indicent, *d. t.* 43 §. 15.

20. (17.) Acta ad referendum distributa ante illorum expeditionem sine præscitu & jussu Judicis in Lectoriam à Referente non accipiant aut ultrò repetant, *d. t.* 43. §. 16.

21. (18.)

21. (18.) Assessori sibi Acta distribui petenti sub fide juramenti non obtemperent, *d. t.* 43. §. 17.

22. (19.) Acta expedita ex Senatu ad suum locum reponant, idque in suis Repertoriis annotent, Relationes verò in puncto Responsionum, Termini, prorogationis, dilationum probandi, admissionis Commissariorum & Legitimationum Procuratorum pro ordinariis Relationibus non numerent, nisi aliud ex causis specialibus à Judice mandetur, *d. t.* 43. §. 18.

23. (20.) Alternatim in Audientia sedeant, scripta recipiant, signentque. In omnibus quoque causis ad Decreta & submissiones in qualibet Audientia factas advertant, *d. t.* 43. §. 19. Ubi tamen notari potest, Seniorem à munere sedendi in Audientia hodie exemptum esse.

24. (21.) Scripta autem nonnisi statim habito Recessu porrecta signent, *d. t.* 43. §. 20. Hæc autem Signatio perficitur in porrectorum Scriptorum fronte scribendo: *Product. Spira..... Mense Anno...*

25. (22.) Cùm omnia Acta in duo Archiva, quorum unum Acta Causarum simplicis Querelæ, alterum Appellationum contineat, reponi debeant, *suprà t.* 11. *num.* 7. Utrique Archivo 4. Lectores simul præsint, & quicquid desiderabitur, assiduè inde promant, *d. t.* 43. §. 23.

26. (23.) Productorum amissionem præcaveant, amissorum verò copias ab utroque Procuratore acceptas & collatas ad Acta reponant, *d. t.* 43. § 24.

27. (24.) Assessoribus Acta, Manualia aut aliud quippiam sine jussu Judicis non communicent, multò minùs domum portari sinant, *d. t.* 43. §. 25.

28. (25.) Productoribus Acta Productave pro suo lubitu perspicere aut secum auferre non permittant, sed duntaxat ipsis præsentibus ista loca, quorum inspectione opus, inspicere legereque sinant, exceptis tamen locis, in quibus Referens aliquid annotaverit, *d. t.* 43. §. 26.

29. (26.) In Lectoriam Procuratores, eorum Scribas, aliosve, quos non oportet, haud admittant, sed foris præstolantibus operam dent, secùs facientes peccata singula singulis florenis luant, *d. t.* 43. §. 27.

30. (27.) Cancellariæ menda sibi observata Præfecto indicent, *dict. tit.* 43. §. 29.

31. (28.) Cum Cancellariæ Repertorio sua conferant, quò istis bene inter se respondentibus confusa Completura evitetur, *d. t.* 43. §. 30.

32. (29.) Pecuniam à Quæstore in Arcam, *quæ posita est in Lectoria, vide d. t.* 43. §. 31. illatam indeque elatam in suo Registro (*Contra*-Roll *Nominato*) annotent, *d. t.* 43. §. 32. *& C. p.* 1. *t.* 54. §. 10. *Add. infrà t.* 21. *n.* 9. Lectores ob hoc officium vocantur Gegen-Schreiber/ *in d.* §. 10. Hæc cura autem & labor illis conjunctim omnibus 45. Imper. annuis remuneretur, *R.* 1654. §. Dieweil auch. 11. **Gegen-Schreiberey quid sit?**

33. Ultimò potest illud hûc addi, quòd Lectoribus pro Collatione in singula folia 4. Crucig. Pro numeratione 100. flor. depositorum 7½. Batz. Pro deprompsione Actorum, (Aufsuchung der Acten) quamdiu lis pependerit, annui quaterni Cruciger & pro quavis Insinuatione Privilegii unus Aureus à Procuratoribus **Salarium Lectorum.**

pendi

pendi debeat, *d. t.* 43. §. *pen.* Atque hæc pecunia Lectoribus quovis Semeſtri exſolvenda, G. B. 13. *Decembr.* 1602.

TIT. XVI.

DE

RECEPTORE, INGROSSISTIS, COPISTIS ET FAMULO CANCELLARIÆ.

Receptoris definitio & Officiū.

1. Receptor (der Einnehmer) eſt, qui Debita Cancellariæ recipit, iſtorumque rationes reddit. Is in receptione pecuniæ ſolutæ ita ſe gerat, ne quis meritò queri poſſit, *C. p.* 1. *t.* 46. §. 3.

Origo nominis Ingroſſiſta

2. Nomen *Ingroſſiſta* deſcendit à Verbo *Ingroſſare*, quod eſt ratione Originis, ut mihi videtur, Germanicum compoſitum ex In & groß / nihilque aliud denotat, quàm Conceptum minoribus literis exaratum per majuſculas literas deſcribere, Ingroſſiren / In groß ſchreiben / Mit groſſen klaren Buchſtaben ſchreiben. Hinc ejuſmodi Deſcriptor appellari ſolet *Ingroſſiſta*.

Ingroſſiſtarum definitio.

3. Ingroſſiſtæ Judicii Cameralis ſunt perſonæ circa conceptos Proceſſus Camerales per majuſculas literas deſcribendos occupatæ.

Origo Nominis Copiſta. Copiſtarum definitio.

4. Nomen *Copiſta* venit à voce *Copia*, quæ ſignificat Exemplum ſeu Exemplar ex originali deſcriptum, Ein Abſchrifft / Copey. Hinc tales Deſcriptores appellantur *Copiſtæ*, Copiſten.

5. Copiſtæ Judicii Cameralis ſunt perſonæ circa ejuſdem Judicii Acta deſcribenda occupatæ.

Ingroſſiſtarum & Copiſtarum Officium.

6. Illi Ingroſſiſtæ & Copiſtæ horis ſolitis tempori in Cancellaria adſint, ſcribenda per Præfectum, Proto- & Notarios tradita diligenter & correctè exarent, aliaque Præfecti juſſa capeſſant, ac cæteroquin in Cancellaria ſuo muneri ſolicitè invigilent, *C. p.* 1. *t.* 44. Utrique eliguntur à Præfecto Cancellariæ, *ſuprà t.* 11. *num.* 10. De eorum Salario *vid. ibid. num.* 21.

Famuli Cancellariæ Officium.

7. Famulus Cancellariæ (Cantzley-Knecht) horis conſuetis Cancellariam tempeſtivè aperiat, claudatque, in & ante eandem præſtoletur, ac mandata diligenter perficiat, *C. p.* 1. *t.* 45. *pr.* Deinde Scribam in Cancellariam accerſiturus, in præſentia aliorum cauſam vel in aurem vel nullam exprimat, *d. t.* 45. §. *fin.*

8. Conſtituitur à Præfecto Cancellariæ, *ſuprà t.* 11. *n.* 10. De ejus annuo Salario *vid. ibid. n.* 21. Præterea illi pro inquirendis ſupplicationibus (Auffſuchung der *Supplicationen*) pro quovis Anno Bazius communis valoris ſolvendus eſt. Deinde etiam ex pyxide Nunciorum quovis Anni Quadrante accipit $1\frac{1}{2}$ flor. Camer. quòd accerſat Nuncios, quando aliquod iter ſuſcipiendum. Poteſt quoque, ſi lubet, in Cancellaria ſcribere & accipit pro quovis bifolio, uti cæteri.

TIT.

TIT. XVII.

DE MAGISTRO NUNCIORUM.

1. **N**Unciorum Magister (Bottenmeister) dicitur, qui illorum gubernationi præest. Quomodo constituatur, vide *suprà t.* 11. *n.* 12. *Nunciorum magistri definitio.*

2. Ejusdem officium quod attinet, quò Nunciorum defectibus ac negligentiæ exequendis Processibus, ut & querelis de interceptione ipsorum sustentationis Salariisque occurratur, (1.) Processus quamprimum expediti ac Receptori realiter soluti sunt, per hunc immediatè porriguntur Magistro, qui Procuratoribus illos per suos Scribas describi curare cupientibus non sigillatos tradat, postea ad sigillandum restituti in præsentia Præfecti, vel eo absente Protonotarii & Receptoris sigillentur, sigillati per Receptorem & Magistrum in ipsorum Registra inscribantur, inscriptos Magister Nuncio equiti, quem ordo contigerit, exequendos debito modo ac tempore demandet, nec sinat à Procuratoribus relinqui, vel cui & quando velint committi, *C. p.* 1. *t.* 48. *pr.* & §. 1. G. B. 3. *Septembris* 1653. §. 7. & 14. *Item* G. B. 1. *Octobr.* 1661. §. 2. *Ejusdem officium.*

3. (2.) Ordinem ac æqualitatem inter Nuncios servet, *d. t.* 48. §. 2. G. B. 3. *Septembr.* 1653. §. 15. G. B. 1. *Octobr.* 1661. §. 6. & G. B. 17. *August.* 1669. §. 2.

4. (3.) Processus cuilibet commissos, reducisque Relationem sibi factam & diem reditûs in certo Registro annotet, & à Nuncio subscribi curet, *d. tit.* 48. §. 3. G. B. 3. *Septembr.* 1653. §. 16. Hunc, quæ ultra simplam mercedem acceperit, pyxidi inferre jubeat, atque inter omnes per trimestria æqualiter distribuat, *praalleg.* §. 3. & G. B. §. 10. Ad quem finem idem Magister illud Registrum quovis Anni quadrante Collegio Camerali per Notarium exhibere tenetur, G. B. 1. *Octobr.* 1661. §. *ult.*

5. (4.) Nuncios commissione acceptâ discedere è vestigio jubeat, *d.* 48. §. 4. Quos nec Procuratores suis literis sub commerita pœna remorentur, *d. t.* 48. §. 6. G. B. 3. *Septembr.* 1653. §. 18.

6. (5.) Nuncios in suscipiendo itinere, aliasve in suis Executionibus negligentes corrigat, suas correctiones flocci pensas ad ipsorum Deputatum deferat, *d. t.* 48. §. 5. & G. B. 3. *Septembr.* 1653. §. 17.

7. (6.) Ad avertenda damna & disputationes litigantium, Processuum insinuationem pro viribus maturet, *d. t.* 48. §. 7. & *d.* G. B. §. 19. Quare Processus plures quàm justo tempore insinuari possunt, uni Nuncio non committat, *d. t.* 48. §. 8.

8. (7.) Si contingant Nuncium post lapsum fatalium vel præfixi termini Processus reportare, in subscriptione Executionum manu propriâ annotet, quô tempore Appellans Processus in Cancellaria sollicitaverit, quo die expediti, redempti ac Nuncio traditi: item, quo die Nuncius redierit ac Processus Procuratori restituerit, *d. t.* 48. §. 9. G. B. 1. *Octobr.* 1661. §. 4.

9. (8.)

9. (8.) Executiones minùs legitimè factas non recipiat, neque subscribat, *d. t.* 48. §. 10.

10. (9.) Si quis suos Processus per Notarium (*immatriculatum*) insinuari curare cupiat, illud ipsi juxta ordinationem Cameræ liceat, *d. t.* 48. §. 11. Judex tamen provideat, ut Nuncii, si ad proficiscendum prompti sint, Notariis, quantum fieri potest, præferantur, *d. t.* 48. §. 12.

11. Magister autem ab eo, qui Processus per Notarium insinuari vult, in dena milliaria quinos Bacios, vel quantum æquum erit, exigat, id ab ipso consignatum atque per solventem subscriptum pixidi inferat, & quovis trimestri inter Nuncios dispertiatur, *d.* 48. §. 13. G. B. 1. *Octobr.* 1661. §. 10. Processus verò ante realem exsolutionem non extradat, G. B. 3. *Septembris* 1653. §. 10. Et quod hôc modo exigitur solviturque, vocari solet Concordien, *alleg. tex.* Concordi-Geldt. G. B. 1. *Octobr.* 1661. §. *pen.* Atque adhuc hodie pro quovis milliari 2. cruciг. cameral. solvuntur.

12. Notandum etiam, quòd hæ Concordiæ de citationibus ad reassum. Compulsorialibus ulterioribus seu arctioribus, uri & Mandatis arctioribus, Rescriptis extensionibusque Processuum jam ante insinuatorum, Commissionibus & literis informatoriis non solvantur, *d.* G. B §. 9.

13. (10.) Partes Procuratoresque Concordiis ac itineris mercede supra ordinationem non gravet, *d. t.* 48. §. 14.

14. (11.) Olim præsente Nuncio equite peditem mittere non poterat, *d. t.* 48. §. 15. Hodie duobus equitibus ablegatis alternatim unum peditem mittere tenetur, G. B. 3. *Septembr.* 1653. §. 5.

15. (12.) Procuratoribus & Partibus in privatis negotiis Nuncios pedites ablegaturis pixidem communicandi potestatem habeat, illi tamen post Nunciorum reditum ea sine mora restituant, *d. t.* 48. §. 17. Nuncii verò absque ejusmodi communicatione pixidem sibi appendentes aliis exemplo plectantur, *dict. tit.* 48. §. 16.

16. (13.) Audientiis assistat, atque si Executiones sine suo permissu factas esse animadverterit, postridie in Senatu id indicet, *d. tit.* 23. §. 18. Quod tamen hodie non observat.

17. (14.) Horis solitis in Cancellaria præsto sit, *d. t.* 48. §. 19. idque sub pœna arbitraria, G. B. 6. *Jul.* 1635. & G. B. 3. *Septembr.* 1653. §. 13.

18. (15.) Si necessitas expostulet post horam quartam in Cancellaria præstoletur, ac quemadmodum cæteri, sententias Procuratorum scribis prælegat, *d. tit.* 48. §. 20. Quæ tamen prælectio hodie non Magistro Nunciorum, sed Notariis & quidem ei soli, qui inter illos Registratoris munus sustinet, incumbit. *Add. suprà t.* 12. *n.* 20.

Magistri Nunciorum Salarium.

19. Sæpè dicto Magistro ex sustentatione Cameræ ratione sui officii pro Salario antiquitùs solvebantur, 30 *flor. C. p.* 1. 58. §. *fin.* Hodie solvuntur 73. Imp. *Ib. in Not.* Deinde ex pixide Nunciorum quovis Anni Quadrante accipit 8. flor.

Came-

Cameral. quò Concordias (die Concordi-Gelder) eò diligentiùs in pyxidem colligat, G. B. 17. *Aug.* 1669. §. 11.

Et pœna.

20. Delinquens à Judice atque Assessoribus vel Præfecto Cancellariæ pro qualitate delicti carcere, remotione ab officio, aliisve modis puniendus, *C. p.* 1. *tit.* 69. *pr.* & §. 1.

TIT. XVIII.

DE

NUNCIIS CAMERÆ.

Nunciorũ Cameræ definitio & divisio.

1. NUncii Judicii Cameralis sunt personæ ad exequendos Camerales constitutæ. Dividuntur in Equestres & Pedestres, Reitende und Fuß- oder Beybotten. Illi sunt, qui Processus exequentes equis iter faciunt. Hi, qui pedites eunt. Circa utrosque perpendenda receptio, officium, merces & pœna.

Nunciorũ receptio.

2. Receptio fit à Judice atque Assessoribus in præsentia Præfecti Cancellariæ, *C. p.* 1. *t.* 15. §. *ult.* Cùm verò Nunciorum Relationibus fides habeatur, atque juxta istas Processus in contumaciam contra non-Comparentes instituatur, antequam recipiantur de ipsorum integritate, veracitate, probitate, fidelitate, idoneitate ac notitia literarum probè constet, *C. p.* 1. *tit.* 49. *pr.* Inprimis enim Literarum & Executionum scribendarum gnari esse debent, *C. p.* 1. *t.* 50. §. 1.

3. Deinde cùm Nuncii interdum creditoribus suis pyxidem communem obligare, item pecuniam fidei suæ à Litigantibus commissam propriis necessitatibus impendere soleant, *prohibente Mem. Præfect. Cancell.* 1586. *princ.* Hanc ob causam, & ut aliàs ex ipsorum negligentia imperitiaque damnorum ortorum refusio aliquo modo securior sit, ante eorundem receptionem indemnitatis nomine Prædes summam 300. plus minus flor. censente Judice atque Assessoribus dare jubeantur, *d. t.* 49. §. 2.

Nunciorũ numerus.

4. Denique Equestrium numero 12. vel si opus sit, plures constituantur, *d. t.* 49. §. *pen.* Pedestrium numerus est arbitrarius. Hi verò si apti sint, in locum decedentium Equestrium præ extraneis surrogentur, *d. t.* 49. §. 3.

Nunciorũ officium.

5. Ratione Officii (1.) singuli Nuncii validis equis se instruere, hos & se suo sumptu alere tenentur, *C. p.* 1. *t.* 50. *pr.* G. B. 3. *Sept.* 1653. §. 12.

6. (2.) Quem ordo proficiscendi tanget, assiduus præ Cancellaria præstoletur, *d. t.* 50. §. 2. Reliqui domi manentes suis negotiis incumbant, *d.* G. B. §. 6. Ordinem verò istum ostendit Tabula in Cancellaria suspensa.

7. (3.) Quem idem Ordo attinget, itineri tam commodo quàm molesto paratus ac accinctus sit, *d. t.* 50. §. 3. & *d.* G. B. §. 2. *item* G. B. 1. *Octob.* 1661. §. 2. idque prima vice sub pœna amittendi ordinis, secunda vice sub pœna remotionis ab officio, G. B. 1. *Octob.* 1661. §. 8.

8. (4.) Processus à nemine præterquam à Nunciorum Magistro, ejusve jussu suscipiat, nec nisi dimissione ab eodem impetrata & ejusdem Registro inscripta, *d. t.* 50. §. 4. G. B. 3. *Septembr.* 1653. §. 4. G. B. 1. *Oct.* 1661. §. 3. & G. B. 17. *Aug.* 1669. §. 12.

K 9. (5.)

9. (5.) Mandato accepto protinus vel longissimum die sequenti sub pœna ordinis amittendi discedant, *d. t.* 50. §. 5. & G. B. 3. *Septembr.* 1653. §. 3. G. B. 17. *Augusti.* 1669. §. 9. Nec dum addantur Processus plures, operiantur, nisi ex causa & permissu ipsorum Deputati, *precit.* §. 5. Nunciis verò equestribus ad summum 6. pedestribus 4. Processus tradendi, neque plures illis profectis per Postam transmittendi, nisi id fiat consensu judicis vel ipsorum Deputati, G. B. 1. *Octob.* 1661. §. 3. Ubi autem periculum in mora, Nuncii sub pœna remotionis ab officio cum 3. 2. aut uno Processu proficisci debent, *d.* G. B. §. 5. & *R.* 1654. §. Zu dem End. 68. *Add.* G. B. 17. *Aug.* 1669. §. 3. *usque* 9.

10. (6.) Processus exequendos semel susceptos oblato itinere magis lucrativo non à se abdicent, neque ex pluribus, quàm justo tempore in locis destinatis exequi possunt, quosdam aliis ad exequendum committant, *d. t.* 50. §. 6.

11. (7.) Reversi statim ipso aut longissimum sequenti die sub pœna arbitraria Magistrum adeant, & factæ executionis librum subscribant, *d. t.* 50. §. 7. & G. B. 3. *Sept.* 1653. §. 9.

12. (8) Impedimenti si quod in itinere inciderit, documentum fide dignum à Magistratu domum secum reportent & Cancellariæ exhibeant, *d. t.* 50. §. 8.

13. (9.) Pecuniæ in communem pyxidem redigendæ rationes Magistro confestim reddant ac tradant, *d. t.* 50. §. 9. idque sine ulla excusatione nondum acceptæ mercedis aut Processuum gratis insinuatorum, G. B. 17 *Augusti* 1669. §. 10. Adjunctâ schedulâ rationum itineris, G. B. 3. *Sept.* 1653. §. 9. Nec Magistrum propterea vel aliàs sui officii intuitu verbis aut factis offendant, *d. t.* 50. §. 9.

14. (10.) Pecuniam à partibus acceptam ad Procuratores deferendam illicò renumerent, *d. t.* 50. §. 10.

15. (11.) In exequendo modestè se gerant, duriùs accepti placitè necessitatem causentur, *d. t.* 50. §. 11.

16. (12.) Supra mercedem debitam partibus ne quid extorqueant, viam longiorem quàm est, non computent, nec alios seve invicem malâ fide circumveniant, sed constituto Salario contenti sint, *d. t.* 50. §. 12.

17. (13.) In Executionibus debitam diligentiam adhibeant, Processus fideliter insinuent, desuper certam veramque Relationem ipsi conficiant & eam utrique Parti in Originalibus aut Copiis Processuum scribant, *d. t.* 50. §. *ult.* De quo & quomodo Processus exequi debeant, plura commodiùs infrà *tit.* 65. *n.* 33. *usque* 53. dicentur.

18. (14.) Si in causis Appellationum Acta requirere rogantur, illam Requisitionem diligenter faciant, eamque suæ Relationi inserant, *C. p.* 1. *t.* 84. *in fin.* cui Relationi, cùm & in suo juramento, (*quod v. d. t.* 84.) hujus ergo adstricti sunt, credi oportet, *C. p.* 3. *t.* 35. §. 8.

Nuncio-rum mer. 19. (15.) Absque ipsorum Deputati & Magistri præscitu ex civitate Spirensi non proficiscantur, G. B. 3. *Sept.* 1653. §. 8.

20. Quoad mercedem olim cuivis Nunciorum equestrium 22. flor. annui ex susten-

sustentatione Cameræ pendebantur, *C. p.* 1. *t.* 61. §. 3. Hodie 3½. Imper. exsolvendi sunt, *R.* 1654. §. Dieweil auch. 11. Atque hanc mercedem soli equestres propter suos equos alendos accipiunt. G. B. 17. *Aug.* 1669. §. *pen.* Ob istam rationem Pedestres inde nihil participant.

21. Quantum utrisque olim pro insinuatione Processuum atque Itinere solutum traditur *in pracit.* §. 3. & quantum hodie solvendum, *ibid. in Not.* Item quantum nomine Concordiarum exsolvi debeat, si Processus per Notarium immatriculatum insinuentur, *Tit. proximè praced. n.* 11. & *seq.*

22. Porro si quis Nunciorum in una Profectione diversos à diversis litigantibus Processus insinuaturus esset, à quolibet litigantium merces Profectionis atque insinuationis in solidum pendenda, Nuncius verò Mercedem unius Profectionis sed omnium Insinuationum sibi retineat, Residuum Magistro ex jurisjurandi fide restituat, is hanc pecuniam diligenter consignatam pixidique injecta unà cum Concordiis per trimestria inter Nuncios æqualiter partiatur, *d. t.* 61. §. 4.

23. Ubi silentio non prætereundum, quòd hæc partitio inter solos Nuncios equestres fiat, nam pedestres in communionem in pyxidem illatorum non veniunt, *Mem. Nunc.* 1600. *princ.*

24. Præterea Nuncii pro mansionibus in iisdem locis nihil exigant, nisi à litigantibus commorari specialiter jussi sint, *d. t.* 61. §. 5. Nec litigantes ultra constitutam mercedem sub privatione Officii aliisve pœnis onerent, *d. t.* 61. §. *pen.*

25. Si quis verò Nuncium in unius Processus gratiam, cujus merces ob annonæ fortassis caritatem viatico haud sufficiat, proficisci volet, ille cum hoc eo nomine conveniat, *C. p.* 1. *t.* 50. §. *pen.*

26. Porro si Procuratores Nuncios cum Processibus ablegârint, his etiam mercedem tum Itineris tum Insinuationis solvant, *C. p.* 1. *t.* 36. §. 7.

27. Nunciorum cum Procuratoribus de mercede controversiæ de plano ac citra longas Scriptorum ambages dirimantur, *C. p.* 1. *t.* 48. §. 22.

28. Etsi vetere Instituto personis Cameralibus de laborum Cancellariæ pretio dimidium remittatur, Nunciis tamen solida merces à dictis personis præstanda est, *pracit. t.* 61. §. *ult.*

29. Denique Nuncii Processus Camerales insinuantes ubique in Imperio tuti atque inviolabiles sint, *C. p.* 1. *t.* 63. §. 11. — *Nunciorum securitas.*

30. Circa Extraneorum Nunciorum Mercedem dispositum, quod hæc pro situ Regionum, ratione Partium ac reliquarum circumstantiarum 1½. vel summùm 2. Batziis in singula milliaria æstimari debeat, *Tax. Visit.* 1585. *apud Denaist. tit.* 203. §. *pen.* — *Nunciorum extraneorum merces.*

31. Nunciorum pœna est, ut deprehensi inhabiles & inepti ab officio removeantur, *C. p.* 1. *t.* 49. §. 1. — *Nunciorum Cameralium pœna.*

32. Deinde si adversus Ordinationem Cameralem delinquat, ut pro qualitate delicti carcere, remotione ab officio, aliisve modis severè puniantur, *C. p.* 1. *t.* 69. *princ.*

33. Atque si delictum carcere, remotione ab officio vindicandum, per Judicem & duos tresve Assessores, aut si summo supplicio, à toto Collegio puniantur: leviores pœnas ipsorum Deputatus suo arbitratu irroget, vel ex causa accedente consensu Judicis exasperet, *d. t.* 69. §. *fin.*

34. Deinceps si Processus culposè exequantur, illos propriis sumptibus iterum insinuent, *C. p.* 3. *t.* 34. §. 10.

35. Ultimò Nuncii sub pœna remotionis ab officio Jurisdictioni civitatis Spirensis se non subjiciant, *C. p.* 1. *t.* 49. §. *ult.*

TIT. XIX.

DE PEDELLIS.

Origo nominis Pedellus.

1. Nomen *Pedellus* est Germanicum, quod tamen diversimodè scribitur. Nam Germani inferiores scribunt Bådel/ oder Bödel. Superiores verò Bidel/Büttel oder Püttel. Latini *Pedellus & Pidellus.*

Ejusdem significatio.

2. Denotat autem hoc nomen nihil aliud quàm Præconem sive Nuncium Judicii, einen Gerichts-Botten. Sic dictus, quoniam exequitur jussa judicialia, die Gerichts-Gebott. Et Glossa Sächs. Land-Recht lib. 3. tit. 61. ait: Ein Büttel heisst darumb also/ daß er deß Richters und Gerichts-Bott ist. Botte verò Germanis inferioribus pronunciatur Bade: Hinc est Bådel oder Bedell. Jam B. in P. transmutato, quod apud Germanos inferiores & superiores frequentissimum, habes nomen Pedell.

Pedellorum Definitio, Numerus & Constitutio.

3. Pedelli Cameralis Judicii sunt personæ inprimis circa executionem Jussorum à Judice atque Assessorum Cameræ occupatæ. Suntque illorum duo & à Collegio Camerali recipiuntur.

Pedellorum officium.

4. Ratione officii (1.) pro Senatorio (Raths-Stuben) assiduè excubent, illud suo tempore jussive aperiant claudantque, mandatis diligenter pareant, *C. p.* 1. *t.* 47. *pr.*

5. (2.) Diebus etiam feriatis rebus expediendis præstò sint, *d. tit.* 47. §. 1.

6. (3.) Utrasque fores magni Senatorii simul non pandant, *d. t.* 47. §. 2.

7. (4.) Claves ejus Senatorii quolibet tempore Lectoriæ restituant, idque sine speciali jussu nunquam ingrediantur, nec nisi præsente Lectore aut Assessoribus aperiant, à Lectorum Conclavi quòque penitùs abstineant, *d. t.* 47. §. 3.

8. (5.) Senatùs tempore inter Referendum aut aliàs Senatoria sine speciali jussu non ingrediantur, supplicationes aliave exhibituri fores pulsent, *d. t.* 47. §. 4.

9. (6.) Inter Assessores ordinem in Audientiis sedendi observent, eumque libello conscriptum æqualitatis causa habeant, *d. t.* 47. §. 5.

10. (7.) In Audientia animum Recessibus Procuratorum advertant, in ea perseverent, confabulationibus cum Procuratoribus abstineant, Scripta exhibita Lectori in Audientia sedenti tradant, ut Audientia foribus apertis ac cum silentio transigatur, curent, *d. t.* 47. §. 6.

11. (18.)

11. (8.) Proclamata decreta loco consueto confestim faciant, de factis referant, *d. t.* 47. §. 7. De quibus plura notatu digna habes infrà *tit.* 66. *num.* 21. *usque* 44.

12. (9.) Fiscales florenos Proclamatis (Fiscalische Außgülden) à Procuratoribus industriè exigant ac Fiscali tradant, *d. t.* 47. §. 8.

13. (10.) A Procuratoribus dictas pœnas quovis Semestri à prima Maji computando exposcant, *d. t.* 47. §. 9. Hodie singulis hebdomadibus id fieri debet, G. B. 17. *Aug.* 1661. *inque eo alleg. Decret.*

14. (11.) Praxin Cameralem discendi gratiâ Spiræ commorantes & à Collegio inter personas Camerales receptos in Matriculam Cameræ inscribant, *d. t.* 47. §. *ult.* G. B. 22. *April.* 1659.

15. (12.) Procuratores præscripto modo non comparentes, vel ad irrelevantem excusationem planè emanentes annotent, pœnamque Ordinationis extemplò ab annotatis exigant, *C. p.* 1. *t.* 35. §. 3.

16. (13.) Mulctam Procuratoribus ob Recessus plus æquo longiores dictaram qualibet hebdomade exigant atque consignent, *d. t.* 35. §. 11. *R.* 1654. §. Gleicher gestalt. 98. Ex qua mulctæ consignatione cujusque Procuratoris peccandi consuetudo inquiretur, *Consult.* 1595. *Dub.* 60. *in fin.*

17. (14.) Personas Camerales, quoties conveniendum erit, omnes convocent, *Mem. Pedell.* 1556. *princ.*

18. Pedellotum Salarium annuum cujusque olim erat 60. flor. *C. p.* 1. *t.* 61. *pr.* Moderno tempore est 90. Imper. *R.* 1654. §. Dieweil auch. 11. **Pedellorum Salarium.**

19. Deinde Pedelli in singula Proclamata, etiamsi contra Communitatem fiant, singulos florenos mereantur, *præcit. tit.* 61. *princ.* Hoc est, si Proclama contra plures tanquam privatas personas fiat, pro singula persona, quamvis illarum centum in una causa essent, florenus solvendus: Sin verò contra plures tanquam in Communitate aliqua comprehensas fiat, pro omnibus duntaxat unus florenus solvi debet.

20. Hi floreni Pedellis à Procuratoribus, qui Proclamata petiêre, intra mensem à factis Proclamatibus proximis sub pœna arbitraria exsolvendi sunt, *præalleg. princ.*

21. Ast in causis fiscalibus Pedelli florenos Proclamatis non sibi retinere, sed juxta antiquam consuetudinem Fiscali tradere debent, *sæpè alleg. pr. & C. p.* 1. *t.* 47. §. 8.

22. Porrò Praxin Cameralem addiscendi gratiâ Spiræ commorantes ac per Pedellos in Matriculam inscripti, istis semi-florenum pendant, *præcit. princ.* Semi-florenum *intellige Cameralem*, id est, 10. *Batz.* Pro quibus hodie semi-imperial. ex consuetudine pendi debet, *Add. infrà tit.* 22. *n.* 4. & 3. *seqq.*

23. Ultimò ab Incarceratis pro visitatione ac victûs præbitione diuturnos semi-bacios capiant, *d. t.* 61. §. 2.

TIT. XX.

DE

MEDICO CAMERÆ.

1. Absolutis personis administris, quas personis principalibus in expediendis negotiis judicialibus inservire dixi, succedunt jam personæ administræ principalibus extra Judicium inservientes, quæ sunt Medicus & Questor. *De hoc agetur tit. proximè seq.*

Medici Cameræ definitio. 2. Medicus Cameræ (Kammer-Medicus) est persona ad curandas ægrotas personas Camerales constituta.

Ejusdem Constitutio & Salarium. 3. Constituitur autem à Collegio Camerali conductus Salario ex sustentatione Cameræ solvendo, *C. p. 1. t. 53. princ.* Hoc Salarium antiquitùs fuit 200. flor. *C. p. 1. t. 62. pr.* Hodierno tempore est 285. Imper. *R.* 1654. §. Dieweil auch 11. Quivis Cameralium verò ratione mercedis cum ipso conveniet, *d. t.* 53. §. 4.

Medici Immunitas. 4. Deinde quia personis Cameralibus destinatus, earundem immunitatibus fruatur, *d. t.* 53. §. *ult.*

Medici commeatus. 5. Denique sine licentia Judicis atque 2. Assessorum ab urbe ad alios curandos non recedat, *d. t.* 53. §. 1.

TIT. XXI.

DE QUÆSTORE.

Questoris definitio. 1. Questor Judicii Cameralis (Kammergerichts-Pfenningmeister) est persona ad pecuniam Sustentationis Cameræ conquirendam erogandamque in stipendia & rationes eo nomine reddendas constituta.

Ejusdem constitutio 2. Constituitur verò hic Questor à Statibus Imperii, cùm enim hi Majestati Cæsareæ humiliter complacendo, & ad Sacri Imperii utilitatem Augustissimum Cameræ Imperialis Judicium suis sumptibus sustentare consenserint, donec alia firma ratio modusque inveniretur, iidem Status candidam personam pro Questore ad istos sumptus conquirendos horumque rationes reddendas constituendi potestatem sibi reservârunt, *C. p. 1. t. 54. pr.*

Questoris officium. 3. Questoris officium quod concernit, cùm prælaudatis Statibus etiam placuerit, ut Sustentatio Cameræ pro dimidietate singulis Nundinis Francofurtensibus solveretur, ac penes civitates Augustas Vindelicorum, Francofurtum & Norimbergam, aut Questorem Spiræ absque mora & contradictione deponeretur, quæ Civitates & Questor quoque ejusmodi pecuniam accipiendi & Status eam deponentes quietandi, atque eædem Civitates Questori ad legitimam Quietationem tradendi potestatem ac mandatum haberent, sæpè dictus Questor (1.) Annuis Visitatoribus acceptorum expensorumque rationes probè reddat, & suo tempore apud Civitates solutioni destinatas de Moratoribus inquirat, *d. t.* 54. §. 1.

Eos-

Eosque Fiscali deferat, qui contra eosdem ad solutionem residuæ sustentationis, ut & pœnæ commeritæ per Monitoria pœnalia celeriter, prout de Jure decet, procedat, *d. t.* 54. §. 2.

4. (2.) Ut evitentur elusorii Processus, Fiscali quoque significet, quid quantumque Sustentationis à Statibus acceperit, adjectis solutionis Terminis, atque si à Statibus solventibus Termini non sint nominati, ipse terminos computet, *t.* 54. §. 3.

5. (3.) Nunciis, Procuratoribus, Statibusve, quæ reliqui Summa debiti sit, scire desiderantibus, eam edat, *d. t.* 54. §. 4.

6. (4.) Ut pecunia penes recensitas Civitates deposita minori sumptu ad suas manus & destinatam Arcam transferatur, omnem industriam adhibeat, nec Monetam Edicto monetario vetitam capiat, *d. t.* 54. §. 5. Sin autem Quæstor pecuniam solutam tanquam reprobam & Cæsareo Edicto monetali non congruam, accipere recuset, Procuratores eam non judicialiter deponant, G. B. 18. *Mart.* 1618.

7. (5.) Procuratores & Nuncios contributiones in proba Moneta Statuum nomine dissolventes protinus liberatos dimittat, *d. t.* 54. §. 6. Illi verò vicissim literas autographas pecuniæ genera exprimentes edant, describendique copiam faciant, in renuentes Cameræ animadversio sit, *d. t.* 54. §. 7.

8. (6.) Quo Judex & Assessores quovis tempore sciant, quantum pecuniæ depositum sit, ac eò maturiùs à Quæstore ipsis deservitum Salarium exsolvatur, nominatæ Civitates Quæstori præter præstationem pecuniæ depositæ testimonium ad Judicem & Assessores singulis vicibus mittant, in quo mentioné faciant, quantum pecuniæ, quali monetâ, quanti pretii & à quo Statu solutum sit, *d. t.* 54. §. 8.

9. Acceptam pecuniam unà cum prædicto testimonio protinus in Arcam, cujus apud Collegium Custodia, penes ipsum Claves sint, Lectoribus præsentibus usque ad Stipendiorum dissolutionem condat, *d. t.* 54. §. 9. A Lectoribus verò in peculiari Registro tanquam Contra-Scribæ (Gegenschreiber) quantum pecuniæ, in qua moneta & in quo pretio in Arcam à Quæstore illatum, indeque depromptum sit, simul cum Anno, mense & die industriè annotetur, *d. t.* 54. §. 10. *Add. suprà t.* 15. *n. pen.*

10. Quæstorem in hoc inobedientem Judici & Assessoribus deferant, qui in eum debitè animadvertant, atque Civitatum originalia testimonia, donec in Arcam simul cum pecunia inferantur, penes se retineant, Quæstori autem, si iis indigeat, Copia consona communicetur, *d. t.* 54. §. 11.

11. Præterea Judex duos ex Assessoribus deputet, qui unà cum ipso in Quæstoris illationem & depromptionem advertant, quò hic Ordinationi se conformem gerat, & Sustentatio Cameræ eò certiùs colligatur atque distribuatur, *d. t.* 54. §. 12.

12. (7.) Judici & deputatis Assessoribus petentibus Accepti & Expensi summam, genera Monetæ & testimonia edat, *d. t.* 54. §. 13.

13. (8.) Pecuniam sibi Spiræ, vel in Camera à Procuratoribus persolutam, ipse confestim Judici significet, atque prout suprà *n.* 9. dictum, in Arcam d. ponat, *d. t.* 54. §. 14.

14. (9.)

14. (9.) In distributione Salariorum æqualitatem observet, illaque quovis Trimestri distribuat, ne cui à Statibus Imperii suum Salarium repræsentari sinat, nec si fiat, eo nomine Apochas conficiat, *d. t.* 54. §. 15.

15. (10.) Collegio Camerali decentem honorem ac reverentiam exhibeat, suoque officio debitam diligentiam adhibeat, *d. t.* 54. §. 16.

16. (11.) Ei Commissiones intra 1. 2. vel 3.)) expediendas in se suscipere liceat, modò tamen, uti & quando aliàs peregrè profecturus est, suo periculo partes interea suas homini fido ac industrio demandet, abitûsque sui Cameram certiorem faciat, *d. t.* 54. §. *ult.*

17. (12.) Decretis contra suum officium non prægravetur, nec ad extraordinarias erogationes adigatur, si hæ contra muneris rationem perurgentur, de istis apud judicem conqueratur, *d. t.* 54. §. 18.

Quæstoris Salarium. 18. Questoris Salarium antiquitùs erat 200. flor. *C. p.* 1. *t.* 62. *in fin.* Jam est 344. Imper. *R.* 1654. §. Dieweil auch. 11.

Quæstoris pœna. 19. Ultimò Questor delinquens Judici deferatur, qui illum in præsentia quorundam Assessorum ad istud, quod ejus officium requirit, compellat, *d. t.* 54. §. 17.

TIT. XXII.

DE PERSONIS CAMERALIBUS IN GENERE.

1. Absolutâ generali consideratione omnium ac singularum personarum in Judicio Camerali versantium, sequitur nunc specialis consideratio circa personas Camerales occupata.

Personæ Camerales latè dictæ quæ sint? 2. Personæ Camerales autem dicuntur triplici modo, (1.) Latè quatenus etiam comprehendunt Litigantes, eorumque Mandatarios & Ablegatos, [Anwälte und Geschickte / *Spiræ communiter Sollicitatores, Sollicitanten / item nonnunquam* Abgeordnete *dictos*] in quantum hi omnes suæ Dominorumve suorum litis causa in Camera commorantes securitate salvoque conductu gaudent, *vigore C. p.* 1. *t.* 63. §. 4. Et Jurisdictioni Camerali subsunt, *per tradita infrà t.* 26. *n.* 5. Modò apud Judicem Cameræ nomina sua professi & immatriculati sint, G. B. 18. *Jun.* 1563. & 22. *April.* 1659. Reliquas verò immunitates non participant. Quibus tamen gaudent Praxeos Studiosi, *infrà n.* 4. & 7.

3. Sed quæritur, si quidam Status Imperii, vel etiam aliàs privatus litigans Tabellarium seu Nuncium cum literis, Documentis aliisve Scriptis Spiram ad suum Procuratorem ablegaret, atque ille Tabellarius ibidem aliquot dies commorans ob contractum Debitum Delictumve conveniendus esset, utrum coram Camera, an Senatu Spirensi conveniri debeat? Resp. Præjudiciis hîc quidem destituor, putarem tamen ejusmodi Nuncium coram Camera sortiri suum forum, *idque vigore præcit.* §. 4. *verb.* Geschickte.

4. (2.)

4. (2.) Strictè quatenus litigantibus eorumque sollicitatoribus exclusis, præter personas juratas complectuntur quoque non-juratas, sed tamen immunitatibus Cameræ gaudentes, cujusmodi sunt (1.) Personatum juratarum Uxores, Liberi, Scribæ, Famuli, Servi, Ancillæ, &c. *arg. d. t. 63. pr.* (2.) Praxeos Cameralis Studiosi, (*Practicanten vulgò nominati,*) qui cum personis juratis pari immunitate fruuntur, *d. t. 63. §. 5.* Modò sua Nomina apud Judicem professi Matricula Cameræ recepti sint, *d. t. 63. §. 6.* V. B. 18. *Jun.* 1563. & 22. *April.* 1659. *Add. praced. tit. 19. n. 22.* Nam alias Magistratui Spirensi subsunt, nec ulla immunitate Camerali gaudent, *d. t. 63. §. 8.*

Personæ Cam. strictè dictæ quæ sint. Sub quibus etiam comprehenduntur Praxeos Cam. Studiosi, si sint immatriculati.

5. Hæc receptio autem perficitur ita, primò matriculâ recipi cupiens, Pedellorum uni id significat, qui de eo Judicem certum reddit. Post Judex 2. Assessores deputat, hi volentem recipi de sua conditione, proposito, vita & Patria in Deputatorio (Deputations-Stube) examinat, & Judici data responsa in Senatu referunt. Facta relatione, si videatur recipiendus: Judex ex Senatu progrediens illi ibidem exspectanti indicat, ipsum à Collegio Camerali Matricula esse receptum, postulans ut stipulata manu prælaudato Collegio reverentiam, ac obedientiam promittat. Quæ promissio est loco juramenti subjectionis. Promittentis nomen deinceps Matriculæ à Pedello inscribitur, Denique sic receptus & inscriptus Pedello pro labore mercedem solvit, *vid. suprà t. 19. n. 22.*

Modus immatriculandi.

6. Immatriculationem verò neque immatriculatus neque Pedellus Senatui Spirensi indicare tenetur, sed Senatus ipse, si ob aliquam personam periculum metuendum aut dubia suspicio incidat, de Immatriculatione apud Judicem Cameræ inquirat, *d. t. 63. §. 7.*

Immatriculatio Magistratui Spirensi non indicanda.

7. Sed quæritur, si praxeos Cam. Studiosus immatriculatus aliquem in Camera conveniat, ille etiam uti personæ juratæ, *vid. infra n. proximè seq.* dimidiam Taxam Cancellariæ solvendo liberetur? Resp. disting. nam iste Studiosus aut agit ut talis, v. g. ob Injurias forsan illatas, & solam dimidiam Taxam solvendo liberari videtur, quia cum Cameralibus juratis pari immunitate fruitur, *suprà n.* 4. aut agit ut extraneus. Hoc casu quemadmodum alii litigantes solitam Taxam solvere astrictus est. Eadem distinctio etiam in personarum juratarum Scribis, famulis, servis, ancillis, &c. observanda est.

Practicantes immatriculati utrum dimidiam taxam Cancellariæ solventes liberentur.

8. (3.) Strictissimè pro solis personis, quæ Judicio Camerali inserviunt & huic ad id speciali Juramento sunt devinctæ. Quales sunt Judex, Præsides, Assessores, Advocati, Procuratores, & reliquæ supra singularim recensitæ.

Personæ Cam. strictissimè dictæ. Harum officium in genere.

9. Circa has juratas personas ratione officii quædam generalia hic peculiariter consideranda restant, & quidem (1.) omnium & singularum earundem personarum una aliam intuitu Religionis non aspernetur, injuriet, aut erga se invicem quicquam simultatis præsumant, quinimò omnem benevolentiam sibi invicem exhibeant, quò pacificè ac tranquillè simul commorari queant, *C. p. 1. t. 3. §. ult.*

10. Earundem Religio autem esse debet vel Catholica, vel Evangelica, vel Reformata, *præalleg. t. 3. §. 3. junct. J. P. art. 7. pr. & R.* 1654. §. Doch sol dabey: 23.

Aliis prohibitis Sectis adhærentes Judex cum consilio ac præscitu Assessorum sub indignatione Cæsarea ab officio removeat, *d. t.* 2. §. 3.

11. (2) Ad effugiendas varias oblocutiones suspicionesque neque Judex, neque ullus Assessor, Protonotarius, Notarius, Lector, nec Præfectus Cancellariæ, litigantes eosve, qui istis aliquo modo adsunt, aut causas instruunt, domi suæ, vel in convictu, vel in quotidiana ac suspiciosa conversatione, vel familia habeant: nec è contra illi horum Convictores Domesticive sint, *C. p.* 1. *tit.* 19. §. 6. & 7.

12. (3) Judex, Assessores & personæ Cancellariæ Partibus & Procuratoribus Referentes causæ, aut tenorem sententiæ ante ejus publicationem non manifestent, sed omnia consulta Senatus quam diligentissimè occultent, *d. tit.* 19. §. ult.

13. (4.) Assessores & reliquæ personæ Camerales Judici reverentiam & observantiam ex debito obsequio semper exhibeant, *C. p.* 1. *t.* 10. *princ.*

14. (5) Iidem Præsidibus, quandoquidem una cum Judice in Senatibus & Audientiis præsidendo Imperatorem repræsentent, æquè ac Judici obediant, eundemque honorem attribuant, *d. t.* 10. §. *ult.*

15. (6) Et ultimò omnes & singulæ personæ Camerales Ordinationem in omnibus & singulis punctis firmiter observent, suumque officium juxta modum in eâ præscriptum strenuè obeant, *vigore pracit. princ.* Quod si faciunt, meritò remunerandæ: sin autem metas suscepti officii transgrediantur, coercendæ veniunt. *De utroque igitur duobus proximè seqq. Tit. nonnulla subnectam.*

TIT. XXIII.

DE
SALARIO ET IMMUNITATE
CAMERALIUM.

Remuneratio Cameralium consistit in Salario & Immunitate.

1. PErsonas Camerales ritè suum officium obeuntes meritò remunerandas esse dixi *tit. proximè praced. n. ult.* Hæc remuneratio autem consistit in præbendo Salario & immunitate, qua gaudent.

Salarium Advocatorum ac Procuratorum.

2. Ratione Salarii quoad Advocatos & Procuratores ex suprà traditis *t.* 10. *n.* 67. & *seqq.* repetendum, quod utrisque illud à Litigantibus præberi debeat. Reliquæ verò personæ diversis temporibus à diversis Salarium accepêre.

Reliquorum Cameralium Salarium. Ann. 1495.

3. Nam in primordio Judicii in harum personarum Salaria cedebant Sportulæ, quas Actores juxta æstimationem suæ Actionis, & quidem 2. florenos de singulis 100. usque ad 1000. flor. A. 1000. usque ad 2000. unum florenum de singulis 100. A. 2000. usque ad 3000. ½. flor. de singulis 100. & denique à 3000. usque ad summam quantumcunque ¼. flor. de singulis 100. flor. solvere oportebat. Atque si hæ Sportulæ constitutis Salariis non adæquabant, defectus ex Ærario Imperii supplebatur, *O. C.* 1495. *art.* von den Sportuln. 15.

4. Ast mox Anno 1498. Sportulis in Comitiis Friburgensibus abrogatis, *v. Suprà t.* 4. *n.* 4. *junct. O. C.* 1500. *art.* von den Sportuln. 10. constitutum, ut tota Sala-

Salaria ex Ærario Imperii expenderentur, *ibid. art.* 2. Quòd cum id convento modo non fieret, Anno 1501. judicium paulò antè congregatum rursus divulsum est. Hoc iniquè ferens Maximilianus I. idem Judicium restauravit, suisque **Anno** sumptibus Anno 1502. & 1503. sustentavit, *teste Anonym. in Annot. de pers.* **1502.** *Cam. ad eosd. Annos.*

5. Posthæc Anno 1507. sancitum, ut Salaria 6. Annos ex Taxis Cancellariæ **Anno** & Fisco Cæsareo Cameralibus solverentur, *O. C. Constant.* 1507. *art.* Wovon **1507.** Kammer-Richter. 5. His utrisque autem non sufficientibus residuum Salarii Status Imperii pro ratâ adderent, *ibid. art.* Daß die Stände. 12. Qui 6. Anni ad 6. alios extensi, *per R.* 1512. §. *Item* haben wir. 67. Atque anno 1518. ad proximè sequentia Comitia Wormatiensia, *per R.* 1518. §. Aber daß. 7. & 2. *seqq.*

6. Deinceps anno 1521. Judicium Camerale sumptibus Statuum in annum **Anno** sustentari, intereà autem de aliis sustentandi rationibus deliberari placuit, *R.* 1521. **1521.** §. Und dieweil. 12. & 2. *seqq.* Quæ deliberatio quidem habita & anno 1522. in Comitiis Norimbergensibus diversæ rationes propositæ fuerunt, sed cum harum nulla tum temporis è vestigio in actum deduci potuerit, sustentatio Judicii Wormatiæ conventa in annum extensa, dictaque deliberatio ad proxima Comitia dilata est, *R.* 1522. §. Weiter als sich. 18.

7. Cum verò in Comitiis Norimberg. anno 1524. celebratis nulla melior & **Anno** commodior ratio sustentandi cameram inveniretur, conventum ut Imperator di- **1524.** midietatem Sustentationis, & Status Imperii reliquam dimidietatem 2. annos exsolverent, sæpè dicta deliberatione ad proxima comitia rursus dilata. *R.* 1524. §. Und erstlich. 1. Ast cùm nec in Comitiis anno 1526. neque anno 1529. habitis alia Sustentationis ratio inventu possibilis esset, isti 2. anni primò ad 1¼. & posteà ad 2. annos prorogati sunt, *R.* 1526. §. Nachdem der. 16. & *seq. R.* 1529. §. Weiters als hiebevor 27.

8. Porrò anno 1530. hæc ratio sustentandi cameram 3. annos continuari pla- **Anno** cuit, *R.* 1530. §. Weiter nachdem. 74. Adhibitâ tamen distinctione inter perso- **1530.** nas Cancellariæ & reliquas personas camerales. Postquam enim eod. anno non solùm illarum constitutio sed & Debita Cancellariæ (Cantzeley-Gefälle) Electori Moguntino tanquam Archi-Cancellario Imperii concessa sunt, iste personas cancellariæ ex illis Debitis sustentare cœpit, *sec. tradita suprà tit.* 11. Reliquis personis prædicta ratione sustentatis. [illegible]

9. Elapsis tribus annis num. proximè præced. memoratis cum usque ad an- **Anno** num 1541. Carolus V. solus Judicium cameræ suis sumptibus sustentasset, è **1534.** contra soli Status Imperii 3. annos illius sustentationem in se susceperunt. *R.* 1541. **Anno** §. Und nachdem. 33. Cujus triennalis sustentatonis prorogatio cùm in Comitiis **1541.** anno 1544. 1545. & 1546. obtineri nequiret, per integros 4. annos idem Ca- **Anno 1545.** rolus V. solus prælaudatum Judicium per Judicem & 4. Assessores suis sumptibus **Anno** sustentatos continuavit, *v. suprà t.* 4. *n.* 11. sub clausula de non praejudicando iuri statuum [illegible] **1548.**

10. Denique Anno 1548. iterum placuit, ut soli Status Cameram suis sumpti- ***usque ad*** bus sustentarent, eamque sustentationem singuli pro Quotâ secundum Quotam ***præsens hora momentum.***

 Col-

Collectarum Imperii proportionabiliter computatâ quotannis, & quidem initio à Festo Michaëlis dicti Anni numerato quibuslibet sequentib. Nundinis Francofurt. partem dimidiam illius Quotæ tamdiu donec de aliis rationibus sustentandi Cameram statibus minus onerosis dispiceretur, contribuerent, *R.* 1548. §. Und wiewol. 30. *& 2. seqq.* Quod Anno 1555. & posteà aliquoties repetitum. *Vid. O.C. p. 1. tit. 4. princ. & §. 1. item tit. 42. C. p. 1. tit. 54. princ. & §. 1. item tit. 56. princ. atque §. 1.*

Diversarum rationum sustentandi Cameram aliquoties deliberatarum hactenus nulla practicatu possibilis fuit, Ideò antiquum sustentandi modum retinere collibuit.

11. Et quanquam de rationibus Cameram sustentandi inveniendis non solùm ab Anno 1548. sed etiam ab anno 1521. ad hunc usque diem in diversis Comitiis consultatum sit, *uti apparet ex Recessibus Imperii suprà num. 6. & seqq. alleg.* Atque jam anno 1522. fuerint propositæ diversæ rationes, *v. d. num. 1.* Et anno 1529. rursus septem rationes, *R.* 1529. § Weiters als sich. 27. Item aliæ 7. à Collegio Camerali *in suis Consideration. de Anno* 1643. *ad Deputationem Francofurt. transmissis, punct.* 3. §. Demnach dan erstlich. / &c. Tamen ista sæpissimè repetita consultatio ne quidem in Comitiis Anno 1654. habitis felicem finem sortiri potuit, sed ad reassumendum relicta est, *R.* 1654. §. Und bey diesem. 21. Quare antiquum contribuendi modum anno 1548. institutum reservare collibuit, R. 1654. §. Und zwar. 9. Quotâ contribuendi tamen ob augmentum numeri Assessorum, eorumque ac reliquorum Cameralium Salarii adauctâ, R. 1654. §. Betreffend. 14.

Quantitas antiqui Salarii Cameralium.

12. De numero Assessorum dixi suprà *Tit. 4. n. 1. usque 5.* De antiquo Cameralium Salario, sicut volupe est, videat, *O. C.* 1495. *art.* Von sporteln. 15. *O.C.* 1500. *art.* 2. *O.C.* 1507. *art.* 5. *pr. O. C.* 1521. *art.* Besoldung. 8. *R.* 1530. §. Und damit. 31. *R.* 1541. §. Doch haben. 36. *O.C. p. 1. t. 43. & 5. seqq. Deput.* 1557. §. Damit auch. 8. *R.* 1570. §. Derhalben setzen. 57. *C. p. 1. t. 57. & seqq.*

Quantitas hodierni Salarii hic memoriatorum Cameralium. Quoad personas Cancellariæ autem vide sup. prat. 11. n. 21.

13. Novissimum Salarium propter certas causas, *quæ in præalleg. Considerat. punct. 2. recensentur*, adauctum quod concernit, pro illo juxta *R.* 1654. §. Und dieweil. 11. hodie solvuntur imperiales:

Judici		4400.
Præsidum cuilibet	1371. & omnibus 4.	5484.
Assessorum cuivis	1000. & universis 50.	50000.
Fiscali		1000.
Advocato Fisci		571½.
Medico Cameræ		285.
Nunciorum Deputato		152½.
Nunciorum Magistro		73.
Quæstori		344.
Lectoribus conjunctim Wegen der Gegenschreiberey.		45.
Pedellorum uni	90. & ambobus	180.
Nunciorum equestrium cuilibet	32. & cunctis 12½.	390.

Summa, 62925.

14. Hanc

Incusatio morositatis nonnullorum Statuum in solvenda Sustentatione Cameræ.

14. Hanc respectivè non ita magnam Summam ad sustentationem Cameræ Imperialis suis destinatis personis perfectè instructæ Rom. Imperium fermè totum duntaxat quotannis exsolvere tenetur, quâ Summâ inter omnes Status pro rata æqualiter secundum tradita suprà n. 10. divisâ, Singulorum Quota adeò exigua erit, ut etiam multi plus in alias res parùm proficuas superfluè impendant. Nec tamen ipsorum pauci suam Quotam ad sustentationem illius summi Tribunalis, à quo totius Imperii tranquillitas ac salus magnam partem pendet, promptè contribuere hactenus cupiverunt, quamobrem numerus 50. Assessorum ad hoc usque horæ momentum ne quidem pro dimidia parte adimpleri potuit, idque maximo cum litigantium detrimento, quorum tamen innumera suspiria ac miseræ lamentationes ob justitiam à paucis Assessoribus Spiræ jam præsentibus administratu impossibilem sæpe non sine lacrymis effusa ad istius parvæ Quotæ exsolutionem ejusmodi morosos Status commovere debuissent.

Necessitates Cameræ extra Cameralium Salaria ex Fisco depromantur.

15. Cæteræ Judicii Cameralis necessitates extra personarum Salaria ex Fisco Cæsareo depromantur, *C. p. 1. t. 56. §. 2.* Huic tamen aliæ extraordinariæ erogationes in singularum utilitatem impendendæ Decretis Cameralibus non injungantur, sed ipsæ suis diu consuetis erogationibus relinquantur, *d. t. 65. §. 3. ibique lit. A. & d. p. 1. t. 54. lit. N.*

Cameralium immunitas.

16. Immunitas Cameralium inprimis elucescit in sequentibus, (1.) illi, quamdiu in sua Camerali functione demorantur nec sub aliam Jurisdictionem transeunt, cum universa familia à vectigalibus, cunctisque oneribus & Jurisdictionibus reliquis immunes sint, cauponariam tamen mercaturamve haud exerceant, *C. p. 1. t. 63. princ. R. 1654. §.* Hingegen aber. 141. Multò minùs Victualia Spiram apportata negotiationis ergò præmercentur. G. B. 22. *Aug.* 1607.

17. Eodem jure fruantur eorundem relictæ Viduæ cum liberis ac reliquâ familiâ, antequam per nuptias aut aliter civicæ alteriusve Jurisdictioni se subdant, *præcit. §. 141.* Quoad utriusque autem demortui parentis liberos proprium larem foventes controversia inter Cameram & Civitatem Spirensem, salvo utriusque partis jure tam in Petitorio quàm Possessorio, ad conventam Commissionem remissa est, *R. 1645. §.* Dan wie es. 142. *Add. Speid. Specul. Jurid. voc.* Cammergericht.

18. (1.) Ratione Habitationum Bonorumque immobilium ab ipsis ante Statutum à Senatu Spirensi anno 1582. promulgatum acquisitorum, sola Tributa, (Schoß/) post illud vero à Civibus Spirensibus aliisve eorundem Civium oneribus subjectis sive titulo oneroso sive lucrativo acquisitorum, ac in posterum acquirendorum nominato Senatui unà cum illis Tributis Collectas Imperii & circulares, à quibus in sacro Imperio vigore Constitutionum Imperii nemo exemptus, juxta primum emptionis pretium, (dem ersten Kauffschilling nach/) aut si istæ Habitationes & Bona ex dote, hæreditate, aliâve via sine certo pretio acquisita sint, juxta pretium per Impartiales justè ac moderatè pro ratione ejus temporis constitutum proportionabiliter computatas solummodò neque amplius quid exsolvant, quamdiu illæ Habitationes Bonaque Cameralibus addicta

ſunt, nec primum pretium neu Taxa memoratatum Collectarum, iiſdem Habitationibus Boniſque melioratis aut ad alios Camerales tranſlatis, augeatur. Aſt ſupra Tributa Collectaſque paulò ante mentionata nullis aliis Collationibus [Steuer/] contributionibus, (Schatzungen/) impoſitionibus, (Aufflagen/) nec ullis aliis modis ulteriùs graventur, *d. t. 63. §. 1. & 2.*

19. (3.) Spirâ diſcedentes Decimatione (Abzug und Nachſteuer deß zehenden Pfennings) haud prægraventur, nec Senatus Civitatis Privilegio Cæſareo illius Decimationis ergò impetrato contra Camerales unquam utatur, *d. t. 63. §. 3.*

20. (4.) Solam dimidietatem Debitorum Taxæ Cancellariæ (Cantzley-Arbeit und Gebürniß) pendant, Nunciis verò ſolidam mercedem præbeant, *C. p. 1. t. 61. §. ult.*

21. (5.) Judex & Aſſeſſores de litteris contumelioſis aut minacibus ad Collegium Camerale factis querelam vel ad Cæſarem, vel Scribentis magiſtratum deferant, vel ipſi contra Authorem defenſionem publicè edant, *d. t. 63. §. ult.*

22. (6.) Et ultimò perſonæ Camerales in univerſum omnes fide clientelaque Cæſarea & Statuum maximè vicinorum comprehendantur, *d. t. 63. §. pen.* Inprimis verò in caſibus dubiis, in quibus Cameræ ſecuritas periclitatur, Senatus Spirenſis cum Collegio Camerali fideliter communicet, ſalvis ejuſdem Senatûs Immedietatis aliiſque juribus, *R. 1654. §.* Als auch bey. 167.

TIT. XXIV.

DE
VISITATIONE ET POENA
CAMERALIUM.

Cameralium coercitio conſiſtit in viſitatione & pœna.

1. QUemadmodum perſonæ Camerales rite ac diligenter ſuum officium obeuntes remunerandæ, *ſecundum tradita tit. proximè præced.* Sic è contra eædem in hoc malè verſantes coercendæ veniunt. Quæ coercitio in Viſitatione & Pœna conſiſtit.

Viſitatio vel generalis vel ſpecialis, illa ſubdividitur in Ordinariam & Extraordinariam.

2. Viſitatio eſt vel Cameræ, quæ alioquin generalis appellatur, vel Cancellariæ Cameralis, quæ ſpecialis dici ſolet, *C. p. 1. t. 39. §. pen.* Viſitatio Cancellariæ eſt perſonarum Cancellariæ circa ipſarum defectus ac vitia inveſtigatio & correctio. Hæc Viſitatio Moguntino ſoli competit. *Vide tamen ſuprà. 11. n. 36. & 2. ſeqq.* Viſitatio generalis ſeu Viſitatio Cameræ eſt defectuum, vitiorumque tum perſonarum tum Proceſſus Cameralis inveſtigatio, correctio & ſuppletio, *arg. C. p. 1. t. 64. §. 13.* Dividitur in ordinariam & Extraordinariam.

3. Viſitatio Ordinaria dicitur, quæ peragitur ab illis Statibus, quos ordo inter ſe communi conſenſu receptus viſitandi Cameram juxta modum in conſtitutionibus Imperii præſcriptum tangit. Extraordinaria verò, quam perficiunt illi Status, quos cæteroquin iſte ordo non attingit. Ultima Ordinaria Viſitatio An. 1582. per-

peracta est, *R.* 1654. §. Nachdem nun 132. Hinc posteriores Visitationes Anno 1583. 84. 85. 86. 87. 1595. 1600. & 1651. habitæ extraordinariæ fuerunt.

4. Circa visitationem in generatione originis notandum, quòd cùm Judicium Camerale Anno 1507. restauraretur, (*supra t. 4. n. 7. & 6.* Annos sustentari placuisset, *tit. proximè præced. n.* 5. etiam placuit, ut illud pro ipsius firmiori sustentatione majori ordinationis Cameræ observatione, atque ut eò melius de necessariis ad eadem prospiceretur, quolibet Anno à Cæsare & quibusdam Imperii Statibus visitaretur, & quidem certo die per Judicem Cameræ Visitatoribus denominando, *O. C. Constant.* 1507. *Art.* Das eines jeden Jahrs. 14. Quæ Visitatio tamen neque in istis 6. neque in sequentibus Annis ad effectum perducta invenitur, *teste Cisner. ad O. C. mihi pag.* 254.

Visitatio Cameræ primùm Anno 1507. introducta, sed multis seqq. Annis nulla habita.

5. Hinc Carolus V. Anno 1521. restituto Regimento Imperii sancivit, ut quamdiu istud Regimentum & Camera in uno loco demorarentur, hæc ab illo visitaretur, alioquin suprà memorato visitandi modo servato, *O. C.* 1521. *Art.* Wie das Kammergericht. 5. Ordn. deß Regiments. 1521. §. Eh sol unser 10. Et quanquam Regimentum aliquando Cameram visitare tentaverit, cùm autem ista Visitatio Inquisitioni similior esset, eamque ob causam Judex & Assessores illam recusarent, sanctio Caroli V. suum effectum non est sortita, *attestante Cisn. præcit. loc.*

6. Quamobrem Anno 1526. postquam Regimentum quoque suis vitiis laborare inchoavisset, constitutum ut tam hoc quàm Camera juxta modum suprà n. 4 traditum visitaretur, *R.* 1526. *R.* §. Und nachdem. 24. Ast neque isto ex certis causis insecuto, Anno 1529. Visitatoribus alleg. n. 4. præmemoratis Visitatio rursus quidem commissa, sed illis in eo impeditis ipsa neque eodem neque sequenti Anno habita est, *prout docet Cisn. ad O. C. mihi pag.* 255.

7. Regimentum Imperii verò fuit Consilium, cui specialiter gubernatio curaque totius Rom. Imperii, atque ut prospiceret omnibus modis, ne hoc quidpiam detrimenti caperet, commissum ac demandatum fuit, *Vid.* Ordnungen deß Regiments *de Anno* 1500. & 1521. *in Codice Recessum Imperii extantes.* Hoc Regimentum primò appellatum deß Reichs Raht. Ordn. deß Regim. 1500. *art.* 2. Sed postea ex certis causis deß Reichs Regiment vocari complacuit, *R. eod. Anno art.* deß Reichs Rähte. 16.

Regimentum Imperii quidnam fuerit.

8. Deinceps Anno 1530. Regimento Imperii in totum sublato, (*nolebant enim Status illud suis sumptibus amplius sustentare. R.* 1530. §. Weiter nachdem. 74. & *O. C.* 1531. §. *Item* Dieweil. 50. (est conventum, ut Visitatio 1. Mart. 1531 à suprà n. 6, dictis Statibus institueretur, *R.* 1530. §. Und damit. 85. Quæ Visitatio eodem mense perfecta est, *Visit seu O. C.* 1531. *per tot.* Atque sic Camera demum prima vice actualiter visitata fuit.

9. Porrò dispositione Visitationis in melius reformata collibitum est, ut dies Visitationis non quemadmodum antehac à Judice Cameræ determinaretur, sed perpetuò essent annuæ Calendæ Majæ, ac quilibet Status juxta ordinem, quem in Sessionibus in Comitiis teneret, à Moguntino requisitus ad eam Visitationem propriis impensis veniret, *R.* 1532. *art.* 2. §. Und Nachdem. 2. Huic deputati Visita-

d. Regimentum An. 1530. sublatum est. Prima Visitatio Cameræ habita Anno 1531. Secunda An. 1533.

sitatores obedientes mense Majo 1533. Spiræ convenerunt, Cameramque visitarunt, *Visit. seu O. C.* 1533. *per tot.*

10. Post hæc iterum ob varia impedimenta aliquot annis nulla Visitatio habita legitur, *R.* 1541. §. Und wiewol. 37. Quocirca constitutum ut 14. Jan. 1542. & Annis sequentibus Camera 1. Maji annuatim visitaretur, *R.* 1541. §. Dieweil aber. 38. Ast ista Visitatione ex prægnantibus causis dicto 14. Jan. nullum effectum sortitâ, dies 16. Jun. 1543. eidem est dictus, *R.* 1542. §. Und als das. 133. Verum enim verò & tum Visitatio propter varias controversias difficultatesque inter Visitatores motas sine fructu abiit, *R.* 1544. §. So viel das. 92. & ad aliquot Annos protelata est, *teste Cisn. ad O. C. mihi pag.* 256.

Tertia An. 1550.

11. Deinde Dispositio Visitationis in O. C. de Anno 1548. compilata & Anno 1555. correcta publicataque repetita est, *d. O. C. p.* 1. *t.* 50. Adjecta clausula abrogatoriâ priorum Visitationis dispositionum, *d. t.* 50. §. Und soll. 2. Vigore illius repetitæ Dispositionis Anno 1550. Visitatio habita, Recessus conscriptus & Statibus ad deliberandum missus, *Vis. eod. An junct. R.* 1551. §. Wir haben auch. 30.

Quarta An. 1551. *Quinta An.* 1556.

12. Hanc Visitationem Anno 1551. alia insecuta Recessusque compositus est, *Vid. Vis. eod. Ann.* Sed Visitatione reliquis Annis ob nova impedimenta dilata, in Comitiis Anno 1555. celebratis iterum placuit, ut 1. Maji 1556. Camera visitaretur, *R.* 1555. §. Alsdan etliche. 100. Quod factum compilatusque est Recessus. *Vid. Vis.* 1556.

Sexta & reliquæ, quibus Annis celebratæ sint.

13. Atque post hæc Camera frequentius visitari cœpit, nam ab Anno 1556. usque 1587. inclusivè singulis Annis (*excepto Anno* 1558. 1563. 1565. *&* 1566.) Visitationes institutas esse ostendunt *Cisn. ad O. C. mihi pag.* 257. *cum seq.* & Memorialia à Visitatoribus illis Annis condita. Anno 1595. post intervallum 7. Annorum rursus Visitatio, & alia Anno 1600. instituta, ac denique post hanc posteriorem 50. Annis jam elapsis, nim. Ann. 1651. Camera ultimâ vice visitata est, *attestantibus Recessibus Memorialibusque.*

Dispositio Anno 1654. *circa extraordinarias Visitationes facta nondum effectui data, nec schema Visitatorum ordinariorum conscriptum. Ipse visitandi modus.*

14. Potest & illud huc addi, quòd dispositio circa extraordinarias Visitationes in *R.* 1654. §. Damit dann auch. 130. condita hactenus, proh. dolor! ne quidem conatui, nedum effectui data sit. Ad has Visitationes deputati Visitatores recensentur *in calce prælleg. Recess.* novum schema Ordinariorum Visitatorum in proxima extraordinaria Visitatione concipiendum & ad Cancellariam Moguntiacam transmittendum esse vult. *R.* 1654. §. Nachdem nun. 132.

15. Ipsum modum visitandi in O. C. præscriptum quod attinet, Camera Calendis Majis annuis per Commissarios Cæsaris ac Status Imperii, eorumve deputatos Consiliarios hunc in modum visitetur: Primò Cæsar suos spectabiles Commissarios, atque Elector Moguntinus tanquam Archi-Cancellarius Sacri Rom. Imperii suos Consiliarios, *ut infra n.* 18. *dicetur*: Reliqui verò Electores vicissim Consiliarium: Item bini Principes, (*aut Principum dignitate decorati,*) sacri alter, alter prophani ordinis, quorum primo Anno ille in persona, hic consiliarium, secundo autem Anno hic in persona, ille consiliarium, atque sic deinceps juxta ordinem, quo quilibet in Consilio Imperii votum & Sessionem habet: similiter

Præ-

Prælati unum, Comites unum ac Civitates unum consiliarium à Moguntino requisiti locum versus, ubi Judicium camerale exercebitur, ad id visitandum quotannis juxta præmemoratum ordinem suis sumptibus compareant atque mittant, *C. p. 1. t. 64. pr.*

16. Attamen ubi Principi, quem ordo Pertinget, in persona comparente incommodum fuerit, ipsi alium Principem, qui Visitationi personaliter intersit, in suum locum surrogare liceat, *præalleg. princ.* Notandum vero, quòd hæc personalis comparatio hodie non necessitatis, sed liberæ voluntatis sit, postquam Principibus alioquin personaliter comparere obligatis quoque uti cæteris Statibus unum ex suis idoneis consiliariis, minimum tamen ad majorem Authoritatem quandam suorum maximè præcipuorum ministrorum in suum locum substituere concessum est *R.* 1654. §. Wie nun die. 128. *Principum Personalis ad Visitationes comparitio hodie est libera voluntatis.*

17. Non solùm vero Principi alium Principem in suum locum surrogare, sed quoque cæteris Statibus, quibus forsan non est integrum suos Consiliarios ad Visitationem aut etiam Revisionem mittere, si isti rogando impetrare possunt, ut Status in ordine sequentes, ejusdem tamen conditionis, suos consiliarios pro hac vice mittant, id permissum est, sed ipsi proximæ Visitationis expeditioni adjumento esse teneantur. *R.* 1654. Zum andern. 129. Ex quibus sequitur, (1.) quòd Princeps alium Principem substituens proximæ Visitationi vel per se vel per consiliarium interesse teneatur. (2.) Quòd substitutus Princeps vel in persona comparere vel consiliarium mittere possit. *Tam Principibus quàm reliquis Statibus alium in suum locum surrogare licet,*

18. Deinde observandum, quòd Principi ad Visitationem personaliter comparere obligato duos eruditos consiliarios secum perducere, Moguntino autem præter suum cancellarium & quendam Nobilem adhuc alium doctum consiliarium ad Visitationem mittere liberum sit, *d. princ. in fin.* *Quod Consiliarios Princeps secum perducere,*

19. Porro quibusdam Visitatoribus ob debilitatem corporis, quæ sola illos excuser, emanentibus comparentes, (*aut etiam comparentibus nonnullis ob suam imdoneitatem recusatis reliqui*) ad Visitandum olim progredi & ea, quæ oporteret, quovis tempore pertractare ac concludere poterant, *d. t. 64. §. 1.* Sed cum dubium incideret, an majore Visitatorum parte non comparente minor præsens, aut è contrà hac non comparente, illa visitando procedere posset, *R.* 1559. §. Als den auch. 55. & 2. *seqq.* Conclusum est, ut uno etiam Visitatore emanente, Visitatio in proximum annum rejiceretur, *R.* 1559. §. Solte aber. 58. *& quot Moguntino mittere licet uno Visitatore emanente Visitatio antiquitus ad Annum sequentem differebatur.*

20. Quare anno 1565. propter absentiam unius Visitatoris Visitatio in sequentem annum prorogata est, *teste Cisn. ad O. C. mihi pag.* 258. Quod idem ob unum Visitatorem à Collegio Camerali recusatum jam antea Anno 1558. factum legitur *apud eund. pag.* 257. Nam Visitatores in puncto recusationis quicquam sine Statuum Imperii mandato decidere nolebant & Recusatum Absenti deputantes Visitationem omittebant. *Vid. Relat. Visitat.* 1558. Quare anno 1559. prælaudati Status cognitionem causarum recusationis Visitatoribus demandarunt, *Recess.* 1559. §. Da aber. 64. *Add. infrà n.* 28. *Exempla, ubi hac de lateo facta,*

21. Ast compertò, per has prorogationes Justitiæ magnam remoram injici, *Sed Anno 1566. sanicitum, ut*

M Anno

Revisio ob unum, Visitatio autem ob tres emanentes in proximum Annum differretur

Anno 1566. constitutum, ut Visitatio non aliter, quam si Visitatorum supra tres abessent, à præsentibus in sequentem Annum ad eosdem convocatos Status prorogaretur, *d. t.* 64. §. 2. *ibique alleg. R.* 1566. Sed Revisio Syndicatuve simul denuntiato, etiam ob defectum unius personæ non comparentis, seu ab ejusmodi gravi negotio ex justis causis exclusæ, id negotium in proximum Annum differretur, *d. t.* 64. §. 5.

Emanentium Visitatorum pœna.

22. Et quanquam primiter Visitatoribus Revisoribusque emanentibus nulla pœna constituta erat, cùm verò ex illorum frequenti emansione multa damna non solùm Visitatoribus & Revisoribus comparentibus, sed etiam ex Assessoribus peregrè ad suæ sententiæ defensionem nequicquam evocatis Partibusque frustrà circumactis exorirentur, sancitum ut Revisores, quorum absentiâ, ipsorumve Ablegatorum justâ exclusione mora intervenisset, præmemoratis ex Assessoribus partibusque sumptus itineris atque mansionis refunderent, *d. t.* 64. §. 5. Salvis interim Revisione Syndicatuve apud eosdem proximâ Visitatione disceptandis, *d. t.* 64. §. 6. Visitatores verô emanentes, aut comparentes & recusati reliquis præsentibus non tantummodo sumptus itineris mansionisque reficerent, *d. t.* 64. §. 3. Sed insuper Princeps Visitator emanens 3000. Aureorum, *qui Anno* 1570. *usque ad* 5000. *Aur. adaucti*,) Cæteri autem Status vel nullos vel inidoneos Visitatores mittentes 1000. Aureorum ad Cameræ sustentationem mulctæ nomine penderent, nec eò feciùs absentiâ Principis non attentâ, dum aliàs plus terni in universum non desiderarentur, Visitationis opus peragеretur, *R.* 1566. §. Wir setzen / ordnen. 81. *junct. d. t.* 64. §. 11. Inter quos ternos tamen etiam emanens Princeps numerandus, *d.* § 11. *vers.* Dafern sonsten über drey NB. von allen beschriebenen *Visitatorn, &c.*

Pœna 5000. Aureor. hodie sublata. In prorogata prorogatione prædicta quoque obtineant. Neque Visitatio neque Revisio ob emanentes Visitatores & Revisores hodie differtur.

23. Deinceps cum secundum tradita suprà nu. 16. Necessitas in persona comparendi Principibus remissa, & Vicarium, quemadmodum cæteris Statibus, mittere concessum sit, patet præmemoratam mulctam 5000. Aureorum quoque sublatam esse, & non mittentes Vicarium, quemadmodum reliqui Status, tantummodò 1000. Aureor. mulctari debere. De Cæsare non mittente suos Commissarios quidem nihil invenitur sancitum, dicet tamen cum Imperatore Justiniano, suæ Majestati decere eas servare leges, quibus ipse solutus esse videbatur *juxta l.* 23. *De Legat.* 3.

24. Deinde si sequenti Anno secundum prædicta prorogato rursus ultra tres Visitatores, aut unus pluresve Revisores emanebant, ratione prorogationis, sumptuum & mulctæ idem jus erat, *d. t.* 64. §. 4. *junct.* §. *seq. in fin.*

25. Hodie neque Visitatio neque Revisio ob emanentes (*idem dic de comparentibus, sed propter suam inidoneitatem recusatis*) Visitatores aut Revisores in Annum sequentem prorogatur, sed Status in ordine sequentes in emanentium locum convocantur numerusque completur, nihilominus tamen emanentes sumptus (*non totius itineris mansionisque, uti olim, supra n.* 22. *sed duntaxat*) ex mora subortos simul præmemorata mulcta 1000. Aureor. perpendant, *R.* 1654. §. Zum Andern. 129.

26.

26. Sed quid si Status in ordine sequens convocatus etiam non compareat, quæ-tur qua pœnâ sit afficiendus? Resp. Eum eadem pœna, qua primùm emanens lectitur, mulctandum esse. Utrum verò hoc casu Tertius in ordine convocan-us, an Visitatio Revisioque in Annum sequentem differenda, quæstionis adhuc decisæ est. *Quæstio.*

27. Porro quod sæpe dictam mulctam attinet, eam Fiscalis per Mandata execu-orialia exigere atque Ærario sustentationis Cameræ inferre tenetur, *d. t.* 64. §. 11. 'ænominatos verò sumptus idem Fiscalis prævia moderatione Collegii Cameræ er Monitoria & inobedientia existente per Mandata executorialia exigat, ac cui-is, qui illos fecit, restituat, *d. t.* 64. §. 10. *Pœnam & Sumptus ab emanentibus Fiscalis exigit.*

28. Supra num. 20. traditum Visitatores ac Revisores à Statibus ablegatos ob iam inidoneitatem recusari posse, quamobrem ut recusatio ista eò magis evite-ar, quilibet Status ad Visitationes, Revisiones Syndicatusve suos maximè specta-iles, excellentes, peritos, doctos ac juratos Consiliarios, Syndicos aut Senatores ntra Annum Cameræ non devinctos mittat, *d. t.* 64. §. 7. Sin verò eorum unum lures ve recusari contigerit, de causis recusationum atque utrum admittendi an xcludendi reliqui Visitatores cognoscant, *d. t.* 64. §. 8. *Quales Visitatores & Revisores mittendi.*

29. Præterea Status ad Visitationem, Revisionemque convocati singuli singulos Mandatarios ablegent, nec plures uni suas partes sub ante dicta pœna committant, *d. t.* 64. §. 9. Quare hi Ablegati omnium primò sua Mandata ad Visitationem suo-um principalium nomine peragendam ad examinandum sibi invicem porrigere lebent, *Relat. Visit.* 1556. & 1558. *utrobiq; in princ.* Factâ jam legitimatione, ausam suæ comparitionis Collegio Camerali indicant cum admonitione, ut corri-genda ac mutanda Visitatoribus vigore O. C. aperiant. Collegium Camerale verò omparentium nomina, quo contra illos excipi possit, si sit opus, à Cancellaria Moguntiaca petit. Quæ prælaudato Collegio communicari debent. *Ita factum Anno* 1558. *testante Relat. Visit. de eod. Anno, in princ.* *Singuli Status singulos Mandatarios ablegent.*

30. Insuper circa Visitatores in specie notandum, (1.) quòd hi primùm om-nium, quæ de personis Cameralibus compererint Arcana, nulli præterquam Cæ-ari suisque Dominis, à quibus delegati fuerint, revelare debeant, *d. t.* 64. §. 12. *Modus procedendi in Visitatione.*

31. (2.) Cæsaris Statuumque Imperii nomine omnes à summo ad imum Came-ales visitandi, corruptelas cunctas cognoscendi ac corrigendi, Processum judi-iarium àliaque reformandi plenum jus ac potestatem habeant. Sancitis illæ per-onæ debitam obedientiam præstent, *d. t.* 64. §. 13.

32. (3.) Personas inobedientes inidoneasque removeant, remotarum loco alias uxta Ordinationem nominari, à quibus oportebit, exigant, *d. t.* 64. §. 14.

33. (4.) Dispositionem de Visitatione sub fide juramenti suis Dominis præstiti trictè sine ullo respectu aut affectione observent, *d. t.* 64. §. 15. Dicta autem Dis-ositio reliquis prioribus abrogatis sola obtineat, *d. t.* 64. §. 16.

34. (5.) Juxta veterem formulam Juramenti Judicem & Assessores, Advoca-os verò & Procuratores juxta novam (*utramque v. C. p.* 1. *t.* 86.) jurare curent, *d. t.* 64. §. 17. & 18.

35. (6.) Status A. C. Addicti cum Catholicis ad visitandum admittantur, *d. t.* 64 §. 19.

36. (7.) Querelas denegatorum Processuum ad ipsos delatas, causa denegationis prius ab Assessoribus cognita, petentes vel repellendo, vel Processus decerni Cameræ imperando dirimant, *C. p.* 1. *t.* 22. §. 14.

37. (8.) Statuum de Cameta quelcras sub Calendas Martias ad Commissarios Cæsaris delatas, hi cum reliquis Visitatoribus decidant, *d. t.* 64. §. 20.

38. Ubi silentio haud prætereundum, quòd Mandatarii Cæsaris ad Visitationem missi in Recessibus ac Memorialibus Visitationum fermè semper nominentur Commissarii ae Statibus visitantibus eorumque Mandatariis, qui Visitatorum nomine in specie veniunt, opponantur, *vid. C. p.* 1. *t.* 16. *lit. E.* & *t.* 20. *lit. F. H.* & *I. Item Tit.* 21. *lit. F. K. M. O.* & *passim. Add. d. t.* 64. §. 11. 13. & 14. Sic etiam in præalleg. §. 20. Verba. Verordneten Commissarien: denotant Mandatarios Cæsaris atque à reliquis Visitatoribus contra distinguuntur. Eadem verba autem Denaisius J. C. *tit. ult.* §. 12. vertit: *Ad Moguntinum.* Quæ versio est erronea juxta literam *alleg.* §. 20. Hujus enim vigore verti debeat. *Ad Cæsareos Commissarios:* An verò juxta consuetudinem rempore Denaisii observatam vera sit, me latet.

39. (9.) In qualibet sequenti Visitatione specialiter inquirant, utrum Recessus ac Memorialia Visitationum quovis præcedenti Anno publicata, Judex in pleno Senatu Assessoribus cunctis præsentibus quamprimùm prælegi, illisque à singulis debitam obedientiam præstari, aut inobedientibus commeritam pœnam infligi curaverit, *d. t.* 64. § 21. Quò autem isti Recessus ac Memorialia semper in promtu habeantur, sumptu Fisci in unum Codicem conscripti in communi Senatorio asserventur, *d. t.* 64. §. 22.

Cameralium pœna. 40. Tandem quoque pervenio ad pœnam personarum cameralium. Harum cujusvis specialis pœna jam suprà, ubi de iisdem singulatim actum, recensita est. Hic in genere addendum restat, quod præmemoratæ personæ, si in Religione prohibitis Sectis adhærent, ab officio removeri debeant, *suprà t.* 22. *n.* 10. Deinceps etiam eadem pœna sit, si idoneæ in officio deprehendantur, *d. t.* 64. §. 14.

41. Præterea delicto seu crimine à personis Cameralibus, Litigantibus, sollicitatoribusque eorum Spiræ perpetrato, Magistratus loci noxium illicò prehensum semper & evestigiò Collegio Camerali tradat. Collegium traditum carcere ad id concesso contineat, alioqui postea crimini congruo supplicio afficiat læsis justitiam ministrent: Sin pœna in corpus exequenda sit, idque vel manifestò vel legitimis indiciis appareat, ob quod Collegium Camerale diligentem inquisitionem priùs instituat, tum Magistratui prædicto, ut lege agere jubeat, mandet, *d. t.* 46. §. 23. Magistratus verò in hac inquisitione Collegium minimè turbet, *d. t.* 64. §. 24. Sed adde *Deput.* 1600. §. Betreffend den Puncten. 143. & *Denais. de Assert. Jurisd. Cam.*

42. Denique injurias inter Camerales ex inconsulto calore prolatas vel etiam reales modicas judex extrajudiciali cognitione & inquisitione ex officio habita deci-

decidat. Contumeliosas pro rei qualitate, carcere seu mulcta coercet, illæsa partis utriusque existimatione. Atrociores injuriæ si componi transigive nequeant, juris ordini remittat, *d. t. 64. §. ult.*

TIT. XXV.

DE

JURISDICTIONE CAMERALI IN GENERE.

Nomen Res ambiguum est.

1. Visis personis disceptantibus, jam perspici quoque oportet Rem ipsam disceptandam, Et quanquam Nomen *Res* latissimæ sit significationis, ut tam corporalia quàm incorporalia complectatur, & ad omnem obligationem contractumque pertineat, *Calvin. Lexic. Juridic. voc. Rei appellatio.* Atque ejusdem 23. significationes recenseat *præcitat. Calvin. voc. Res* Hic tamen denotat solummodò negotium quodcunque, de quo inter duos pluresve contentio atque sic controversum est, disceptandumque venit.

Rei controversa definitio. Et Synonymia.

2. Aliàs dicitur (1) Causa. §. 33. *I. de Action. l. 16. C. de Transact. l. 1. §. 1. de Testib.* (2) Lis, *l. 36. de V. S. l. 7. l. 8. pr. & §. 1. dè Inoff. testam.* (3) Litigium, *l. 49. pr. de Arbit.* (4) Jurgium, *c. 10. de V. S.* (5) Disceptatio, *l. 34. de Neg. gest. l. 3. C. de Ord. Judic.* (6) Contentio, *arg. l. 1. pr. de Edend. l. 24. de dol. mal.* (7) Quæstio *l. 2. C. ut lit. pend.* (8) Querela, *l. 7. l. 8. & passim 1. t. de inoff. Testam.* (9) Actio, *l. 25. l. 37. de O & A.* (10.) Negotium, *l. ult. C. de error. Advoc. l. 7. C. de Jur. & fact. Ignor.* (11.) Controversia. *l. 25. §. 7. de hered. petit. l. 10. C. de acquir. vel retin. poss. l. 10. C. de long. temp. præscript.* (12.) Res Controversa, *Calvin. Lexic. Jurid. voc. Res controversa.* &c.

Circa rem controversam considerari debet eadem disceptandi potestas, locus & modus, illa potestas vulgò appellatur Jurisdictio Cameræ. Jurisdictionis Cameræ definitio. Et causa efficiens.

3. Circa hanc Rem controversam, indeque in Camera Imperiali disceptandam porro hic præcipuè considerari debet eandem disceptandi (1) Potestas, (2) Locus & (3) Modus.

4. Potestas illa rem controversam disceptandi vulgò appellatur *Jurisdictio Cameralis seu Cameræ, C. p. 2. t. 1. Rubr. verb.* Gewalt und Gerichtszwang deß Kayserl. Kammergerichts. *& ibid. lit. A. verb.* Deß Kammergerichts *Jurisdiction.* Et quamvis Nomen *Jurisdictio* non paucas quoque admittat significationes, ut videre licet apud Lexicographos, tamen hic duntaxat sumitur pro facultate lites dirimendi Judicio camerali concessa, atque modo sequenti definiri potest.

5. Jurisdictio Cameræ (*sc. contentiosa, de qua sola tracto,*) est potestas rem controversam disceptandi Collegio Camerali delata.

6. Isthæc autem Jurisdictio prælaudato Collegio ab Ordinatione Camerali delata est, *vigore O. C. 1495. art. 1. C. p. 1. t. 25. 4. & p. 3. t. 56. pr. Gail. 1. O. 33. n. 11.* Quæ Ordinatio vim legis obtinet *Gail. 1. O. 41. n. 5.* Imò ipsa lex Imperii est atque vocatur Reichs-Ordnung / *vid. supra t. 2. n. 2.* Est enim Lex nihil aliud quàm Ordinatio. Quocirca cum Ordinatio Cameralis à Cæsare & Statibus Imperii con-

scribi publicarique curata sit, *Add. praalleg. t. 2. per tot.* patet illam rectè dici Legem Imperii, *arg. l. 1. de Constit. Princip. junct. Constitut. De confirm. Digest. ad Senat. & omn. pop.* eandemque esse memoratæ Jurisdictionis causam efficientem proximam; Imperatorem & Status, remotam.

Jurisdictio Cameræ non delegata sed ordinaria est. Ratio prima.

7. Utrum verò Jurisdictio Cameræ sit ordinaria, an delegata, non satis inter Scriptores congruit, melior tamen & receptior opinio est, eam esse ordinariam, (1) Quoniam, uti *n. proximè praced.* traditum, à lege est delata. Jam autem Jurisdictio, quam lex defert, ordinaria est, *juxta l. 6. ibique Gloss. de Jurisd. & omnium Dd. sententiam.*

Secunda.

8. (2) Quoniam à Camera appellari nequit, *C. p. 1. t. 5. pr. & p. 3. t. 61.* Sin verò ejus jurisdictio esset delegata, ad delegantes, videl. Imperatorem & Status Imperii, appellari posset, *secundum tradita Gail. 1. O. 121. n. 2.*

Tertia.

9. (3) Si esset delegata morte Imperatoris expiraret, quia uno etiam ex pluribus mandantibus defuncto mandatum extinguitur, *arg. l. 6. de Jurisd. l. 26. pr. Mandat. junct. l. 65. §. 9. Pro Soc. Add. c. pen. De offic. Delegat.* Jam verò Imperatore mortuo Camera non subsistit, sed Processus decernere, Audientias celebrare ac sententias publicare sine ulla interruptione pergit. Nec minus Cancellaria & Lectoria suos labores continuant, eo unico excepto, quòd postquam Moguntinus Præfecto Cancellariæ obitum Imperatoris manifestavit, Processus alioquin sub nomine, titulo ac sigillo Cæsareo expediundi non prodeant donec idem Moguntinus dicto Præfecto nomina, titulos ac sigillum Vicariorum Imperii mittat mandetque, ut sub horum nominibus, titulis, sigilloque Processus expediat.

Quarta, qua tamen non subsistit.

10. (4) Putat Gail. 1. O. 33. n. 1. Jurisdictionem Cameralem ideò esse ordinariam, quia Judex & Assessores Cameræ tanquam Judices ordinarii de Jure civili recusari nequeunt. Verùm hæc ratio non subsistit, quia Judex ordinarius non solum de Jure Canonico, quod hodiè quoad Processum judiciarium inprimis obtinet, sed quoque tam de jure civili, quemadmodum rectè contra alios docet Umm. *disp. 1. n. 56.* quàm de Praxi moderna, *experientia attestante*, recusari potest.

11. Quod autem Collegium Camerale ut suspectum recusari nequeat, idcircò est, (1) quia repræsentat Imperatorem, *Gail. 1. O. 1. n. 7.* Qui tanquam suspectus recusari haud potest, quandoquidem in illum nulla cadit suspicio. *Pacian. de Probat. lib. 2. cap. 45. n. 94.* (2) Quoniam à Camera appellari nequit, *suprà n 8.* Jam verò appellatio & recusatio à pari procedunt, *Scacc. de Appellat. Quest. 16. limit. 1. n. 8.*

12. Aliquando recusationem collegii Cameralis ceu suspecti tentatam esse sed frustrà, refert *Gailius d. n. 1.* Idque à Protestantibus fuisse factum attestatur *Gylm. voc. Exceptiones. §. Quot & quibus.* Et hæc recusatio in Camera judicialiter exhibita est 30. Januar. 1534. *teste Meurer. Practic. Cam. mihi fol. 151.* Similiter à quodam præcipuo Imperii membro exceptio suspecti Judicis contra Collegium Camerale 24. Octobris 1660 opposita, sed per sententiam 10. Decembr. 1662. rejecta ac Paritio injuncta est. *Vid. Sent. cam. num. 894.*

Non obstat primò.

13. Non obstat, (1) Processus camerales non sub Judicis cameræ, sed Imperatoris

natoris nomine, titulo ac Sigillo emanant, *C. p. 3. t. 12. §. 7.* Ergo Judex Cameræ non est ordinarius, seu quod in idem recidit, non habet ordinariam Jurisdictionem. Nam respondeo, si hæc consequentia alicujus esset validitatis, sequeretur quòd mortuo Imperatore non solum ejusmodi Processuum expeditio emanatioque sed etiam tota Jurisdictio cameralis suspenderetur. Hoc tamen secus esse *suprà n. 9.* jam ostensum. Quòd autem processus sub nomine, titulo sigilloque Cæsareo emanent, id sine dubio ita sancitum, quia Imperator inter constituentes Cameram præcipuus est.

14. (2.) Ordinarius Judex integram causam delegare potest *Gilhaus. A. J. C. cap. 2.* Camera vero nec potest neque solet integras causas delegare, sed tantummodo committit aliis quosdam Actus, qui aliàs per subsidium Juris fieri possunt, uti Examinationem testium, transumptionem Instrumentorum, ocularem inspectionem, &c. *Magenb. ad O. C. p. 2. t. 1. Rubr.* E. Verum respondeo, nec Judex ordinarius causam integram delegare potest, si personæ industria & qualitas est electa, *Gilhaus. prealleg. cap. 2.* Jam vero Assessorum qualitas ac industria inprimis electa est, *v. C. p. 1. t. 3. 5. & 6.* Deinde specialiter constitutum, ut Assessores ipsi de causis ad Cameram pertinentibus cognoscant, iisdemque solis operam navent, *vid. C. p. 1. t. 7. & t. 19. usque 27.* Ideo ab illis nulla delegatio, præterquam quorundam Actuum singulariter concessorum, fieri potest. *Secunda*

15. Ut autem eò revertar, unde *suprà n. 7. & seqq.* digressus sum, deinceps notari debet, quòd Ordinatio Cameralis sæpè dictæ Cameræ tanquam summo in Imperio Romano Tribunali non nudam Jurisdictionem detulit, sed hanc exercendi explicandique haud exiguam potestatem quoque attribuit, præcipiendo nimirum ut quicquid Collegium Camerale in jure dicendo tam quoad Processus decernendos quàm decidendas causas statuat, id omne firmum ratumque sit atque ita habeatur, *O. C. 1495. art. 1. C. p. 1. t. 25. §. 4. & p. 3. t. 56. princ.* *Authoritas Jurisdictionis Cameræ.*

16. Præterea constitutum, ne illa Jurisdictio seu potius ejusdem exercitium per Jussum, *ut videlicet causa accipiatur*, prohibitionem, *ne causa recipiatur*, mandatum, *ut accepta cassetur*, inhibitionem, *ne in eadem ulteriùs procedatur*, restitutionem, supplicationem *contra sententiam in Camera latam*, avocationem *causarum ibidem pendentium*, aliamve suspensionem ullo modo præterquam remediis in constitutionibus Imperii concessis præpediatur, sed eidem Jurisdictioni cursus rectus minimeque impeditus relinquatur, & quicquid adversus hanc sanctionem edictum elicitumve fuerit, id irritum, cassum, nullumque sit, atque eo non attento Camera in jure, prout decet, procedat, judicet, judicatumque executioni mandet, & insuper Partem contravenientem in pœnam 10. Marc. aur. pur. pro dimidietate Fisco Cæsareo atque pro altera dimidietate parti læsæ sine remissione exsolvendam condemnet, *O. C. 1495.* Das Kammergericht. 20. *C. p. 2. t. pen. R. 1654. §.* Ebenmässig. 166. *Jurisdictio Cameræ non impedienda.*

17. In specie verò sub memoratis causis in Camera pendentibus etiam illæ causæ, quæ ante conditum Instrumentum Pacis Osnabrug. in Camera pendere cœperunt, ac vigore allegati I. P. *art. 3. §. ult.* restitutionem bonorum juriumve

jam

jam factam, aut adhuc faciendam concernunt; comprehendantur, ac ibidem ulteriùs disceptentur, *R.* 1654. §. Damit aber. 165. *in fin.*

Remedia quibus Jurisdictio Cameralis impediri possit.

18. Dixi *praeced. n.* 16. quibusdam remediis in Constitutionibus Imperii concessis posse causas in Camera pendentes avocari, aut alio modo Jurisdictionem cameralem praepediri, quaeritur itaque, quaenam illa remedia sint? R. Praecipua remedia sunt avocatio causarum ad Cameram non pertinentium, sed tamen ibidem receptarum, uti sunt causae coram Austregis ventilandae, Item causae feudales, telonii, matrimoniales, criminales, &c. atque Revisio, *de quibus uberius infrà tit.* 27. 43. & 79.

Status imperii causas subditorum ad cameram non pertinentes in de non directo sed per indirectum avocare possunt Ratio diversitatis.

19. Hinc porrò quaeritur, si v. g. causa matrimonialis à Camera recipiatur, utrum Judex ecclesiasticus, ad cujus forum illa causa spectat, eandem avocare possit? Resp. non directo sed per indirectum potest. Quia docente Gail. 1. *O.* 41. *n.* 7. nullus imperii Status suum subditum in Camera ab alio in jus vocatum, vigore privilegii vel ex alia causa avocare (*intellige directo*) potest sed comparens pro suo interesse potest suum privilegium per modum exceptionis opponere aut alias exceptiones incompetentiae exhibere atque ita Jurisdictionem cameralem declinare.

20. Cujus diversitatis ratio est, (1.) Quòd Judex inferior pro suo interesse coram superiori comparere atque exceptiones incompetentiae allegare, causam autem nullo modo directè avocare queat, quoniam ejusmodi avocatio est causae coram judice inferiori pendentis ad superiorem absque facta provocatione translatio, *Gail. d. O.* 41. *n.* 8. Jam vero camera, cum ipsum Caesarem repraesentet & cum eo Jurisdictionem concurrentem habeat, quovis Statu est superior, *d. n.* 8. (2.) Quòd directa avocatio expressè prohibita sit, *per tradita praeced. nu.* 16. Oppositionem vero dictarum exceptionum vetitam esse nullibi legatur.

Nec ipse Caesar Jurisdictionem Camerae impedire potest.

21. Ob eandem rationem nec Imperator causas in Judicio camerali pendentes ad se avocare, neque Camerae inhibere, ne in causa procedat, potest: siquidem & ipse per modum contractus in ordinationem camerae consensit, *O. C. praefat. princ. in fin. C. praefat. vers.* Wan den nun. Ideo ad ejus observantiam etiam de jure communi obligatur, *Gail.* 1. *O.* 41. *n.* 4. Hinc Camera avocationem ab Imperatore Maximiliano I. factam 30. Januar. 1516. rejecit, *testante Barth. sentent. tom.* 1. *pag.* 437. *in fin.*

22. Imò cum Anno 1567. in causa Borck contra Brandenburg Maximilianus II. injungeret Camerae, ut significaret, quando ista causa referri vel in eadem pronuntiari possit, Camera quoniam in Imperatoris potestate non esset ipsi illud injungere, se ad injunctum astringere, nolens duntaxat obiter de Statu causae & quòd conclusum esset super Banno in Executivis (*id est, in puncto Executorialium,*) respondit, *teste Anti-Maril. O.* 114. Secus vero esset, si Status cum Imperatore id exigerent, uti in alia causa factum, *attestante eodem d. O.* 114.

Caesar & Status simul causam in Camera

23. Sed quaeritur utrum Imperator & Status causam ad cameram pertinentes ibique pendentem avocare queant? Videtur negandum, quia postquam causa pendere coepit, ob negotium quasi coeptum res non amplius sit integra, *cap.* 20. *de*

de Offic. & potest. Delegat. Jam autem re non ampliùs integrâ, ne quidem Jurisdictio delegata revocari potest, *arg. §. 9. I. De Mandat. junct. d. c. 20.* Multò igitur minùs Jurisdictio ordinaria, qualis est Jurisdictio Cameræ, revocari poterit. Quoniam id, quod publicâ lege defertur, tam facilè revocari nequibit, quàm illud, quod speciali mandato committitur. Nam potestas legis major est quàm hominis, qui legi subest, *Gail. 2. Obs. 19. n. 5.* Hinc si mandato hominis concessa Jurisdictio causâ jam pendente revocari nequit, multò minùs Jurisdictio lege delata poterit revocari, *Argum. à min. ad majus, quod in Jure est fortissimum, Everhard. Loc. Legal. loc. 15. princ. & num. 2.* **pendentem avocare possunt.**

24. Attamen hôc non obstante verior est sententia affirmativa, quia illi, qui aliquam legem tulerunt, eam quoque possunt rursus abrogare, *per text. in §. pen. I. de I. N. G. & C.* Jam verò si Imperator & Status unanimi consensu causam in Camera pendentem avocant, dispositionem Ordinationis cameralis de causis in Camera pendentibus non avocandis in illa causa avocata obtinere nolle tacitè innuunt. Sublatâ igitur lege prohibitivâ, avocatio locum habebit. **Ratio.**

25. Non refragatur quòd Jurisdictio delegata re non ampliùs integrâ revocari nequeat. Nam hæc Jurisdictio oritur ex mandato, *arg. Rubr. & t. t. De eo, cui mand. Jurisd.* Quod re non ampliùs integrâ revocari haud potest, §. *9. I. de Mandat.* Ordinaria autem Jurisdictio à lege defertur, *suprà n. 7.* Lex verò à suo conditore, etiam invitis illis, quibus lata est, abrogari potest, *per tradita num. proximè praced.* Cùm itaque diversa ratio adsit, patet Argumentum *suprà n. 23.* oppositum non procedere, *Gail. 1. Obs 78. n. 4.* Quandoquidem à separatis argumentari haud liceat, *Everhard. Loc. Legal. loc. 18.* **Non obstat**

26. Porro nec illud hìc silentio prætereundum, quòd cùm quidam Nobilis Anno 1594. in Comitiis Ratisbon. apud Cæsarem intercessione Electorum & Principum impetrâsset Rescriptum ad Cameram, in qua injungebatur Cameræ, ut maturè ac celeriter illam causam expediret, atque impetrator Spiram veniens per suum Procuratorem petiisset, ut illa causa posthac semper in Novis ageretur, id ei denegatum sit, *Referente Magenh. O. 57.* ubi putat hujus denegationis causam fuisse, quòd Assessores jurârint in Ordinationem Cameræ, quæ non tantùm ab Imperatore, sed ab omnibus Statibus sancita est, quare nec solus Imperator eam mutare possit, sed sit necesse in ejusmodi mutationem consentire omnes Status. **Si Cæsar & Status Cameræ injungant, ut aliquam causam celeriter expediat, quomodo intelligendum.**

27. Imò licèt omnes Status rescripsissent, nominatam causam citò expediendam esse, tamen illud Rescriptum non statim sic intelligi debuisset, ut Ordine mutato tota causa in Novis ageretur, sed ita potiùs, ut termini breviores constituerentur & tamen Ordo servaretur, quoniam Rescripta sic intelligenda sunt, ut quam minimè jus commune lædant. Quod si in sæpè memorato Rescripto Cameræ expressè injunctum fuisset, ut in illa causa procederetur in Novis, tunc quidem procul dubio (cæteris paribus) iste Nobilis petitum impetrâsset, fuissetque causa in Novis acta, *Magenh. d. O. 57.*

28. Præterea Jurisdictioni Camerali nec minima Auctoritas eò attributa, **Bannum Imperiale**

insligendi potestas Cameræ concessa. dum Judici atque Assessoribus potestas cunctos Imperii subditos in Bannum imperiale (des Reichs Acht) declarandi, aliàs soli Cæsari competens, *Gail. 1. de P.P. 11. n. 3.* concessa est, *C. p. 3. t. 58. §. 2. atque ibid. t. 57. §. 1. & 5. cum 2. seqq.*

Hanc potestatem Camera in suo primordio egregiè exercuit. 29. Quam banniendi potestatem Camera in suo primordio egregiè exercuit, nam confestim in primo Anno suæ Institutionis, videl. à 26. Febr. (*quo die omnium prima sententia Banni Imperialis in Camera pronuntiata, Gail. 2. de P.P. 1. n. ult.*) usque ad 14. Octob. 1496. unam ob fractam Pacem, & decem, ob contumaciam non-comparentium, atque sic in universum undecim Declaratorias Imperialis Banni publicavit, quas retulit Barth. *sent. tom. 1. pag. 14. 23. 24. 25. 29. 30. 35. & 38.* Quæ frequentes Declarationes tantum terrorem multis injecerunt, ut propter eorundem obedientiam sequentibus annis rariùs publicatæ legantur.

Alioquin hæc banniendi potestas soli Cæsari competit. 30. Dixi *præced. num. 28.* soli Cæsari potestatem in Bannum Imperiale declarandi competere. Quod ideo est, quia ille solus universalem in Imperio jurisdictionem habet, & ratione istius universalis jurisdictionis Dominus omnium, *Gail. d. cap. 11. n. 4.* Quamobrem & ipse solus Banni imperialis pœnam infligere potest, *ibid. n. 5.*

Dissentit Reusnerus. 31. Nicolaus Reusner. 4. *Decis. 18.* quidem putat Status Imperii etiam Bannum imperiale irrogare posse, ob præcipuas hasce rationes, (1.) Quoniam in Visit. Absch. de Anno 1557. Statibus Imperii concessum, ut quævis delicta vigore Juris Cæsarei, Recessuum Imperii, Pacis publicæ reliquarumque Constitutionum imperialium puniant. Atqui vigore Recessuum Imperii pœna pacis publicæ est Bannum Imperiale. *Add. infrà tit. 29 num. 77. & seqq.* Ergo hujus Banni pœnam quoque Status infligere possunt.

32. (2.) Statibus Imperii injunctum est, ut sub pœna fractæ pacis, quæ est Bannum Imperiale, constitutionem pacis publicæ observent ac conservent, Landfr. 1521. *art.* 3. Hoc autem impossibile esset, nisi Statibus etiam potestas in pœnam fractæ pacis declarandi concederetur.

33. (3.) Quòd consuetudine provinciali receptum, ut contra pacem publicam delinquens ab inferioribus judicibus in Bannum declarari possit, & quòd jam olim de jure Saxonico constitutum, ut ab inferiori judice, quem Comes, *id est, Dux Saxoniæ*, constituisset, in Bannum declaratus, ultra annum in eo perseverans incidat in Bannum Imperii, in des Reichs Acht.

Sed refutatur. 34. Verùm Resp. ad (1.) Licèt Statibus Imperii injunctum, ut contra pacem publicam delinquentes puniant, tamen nullibi dicitur, quòd isti Status delinquentibus pœnam Banni Imperialis irrogare possint debeantve. Hinc illud de pœnis Juris communis, *de quibus vid. infrà tit. 29. n. 105.* aut Banno provinciali intelligendum venit. *Quemadmodum rectè statuit Wehn. Practic. Obs. voc. Acht. versic. Inferiores enim.* Atque sic intelligendus est *R. 1442. art. ult. §. 1. vers.* und sollen auch.

35. Ad (2.) Quòd planè non sequatur, Status Imperii Pacem publicam sub pœna Banni Imperialis observare tenentur, ergo contra illam delinquentes in Bannum Imperiale declarare possunt. Deinde falsum est, quòd Status Imperii consti-

constitutionem pacis publicæ observare nequeant, nisi ipsis liceat contra illam peccantes in Bannum Imperiale declarare. Nam possunt prælaudati Status aliis gravibus pœnis dictæ constitutioni contravenientes ad ejus observantiam adstringere.

36. Ad (3.) Quanquam à Judicibus Cæsare inferioribus Bannum infligi possit, & à nonnullis Statibus in suis territoriis soleat, tamen illud non est Bannum Imperiale sed provinciale, quod ultra illorum Statuum territorium se non extendit, *Gail.* 1. *de P. P. 6. n.* 12. Quapropter ejusmodi Bannitus in aliis territoriis pro tali haberi nequit, nec bona ibi sita, neque jura communia, sed duntaxat jura provincialia bonaque in territorio Bannientis sita amittit, *Gail. d. c. 6. n.* 15. Banno autem Imperiali afflictus pro tali ubique terrarum in Imperio reputatur, *ib. n.* 14 *A quo Wehn. dict. loc.*

37. Quod porro ex Jure Saxonico adducitur, id nihil huc facit, nam licèt in textibus à Reusnero allegatis Banni Imperialis mentio fiat, tamen in illo Jure Reichs-Acht aliud est à nostro Banno Imperiali, quia vox Reich seu Imperium ibi duntaxat intelligenda de territorio provinciæ Saxonicæ, *Wehn. dict. voc.* Acht *vers. Si verò Bannitus.*

38. Et quanquam concedamus, quòd Duci Saxoniæ ista declaratio antiquitùs forsan ex inveterata consuetudine aut speciali privilegio competierit, quemadmodum illa Judicio Rothwilensi ac Westphalico competit, ac impræsentiarum Cameræ vigore Ordinationis competit, suprà n. 28. tamen moderno tempore aliter obtinet, *testante experientia.*

39. Deinde Status Imperii antiquus, qui fuit tempore Caroli Magni, à quo Saxonibus multa condonata sunt privilegia, & cujus ævo Jus Saxonicum conscriptum, longè diversus est à præsenti Statu. A diversis verò Argumentum non procedit, *Everhard. Loc. legal. loc.* 18.

40. Denique nec quicquam confirmat Reusneri opinionem Deput. 1600. §. Es wird nicht weniger. 29. quemadmodum hallucinatur Græv. *Conclus.* 3. *Considerat.* 1. Nam in alleg. §. 29. nihil de Banno Imperiali tractatur, sed duntaxat illa quæstio deciditur, An contra Mediatos Imperii quoque uti contra Immediatos Mandata S. C. in Camera decerni possint.

41. Postremò cùm Camera Imperatorem repræsentet, *Mynf.* 4. *O.* 5. Et quidem non solùm quoad jurisdictionem contentiosam seu justitiæ administrationem, *uti putat Gail.* 1. *O.* 1. *n.* 7. *& O.* 121. *n. ult.* sed etiam quoad jurisdictionem voluntariam. *Nam & hujus Actus apud Cameram expediuntur, prout infrà tit.* 34. *n.* 52. *& t.* 42. *n. ult. demonstrabitur,* Ejus (*Cameræ*) jurisdictio adæquata sive æqualis est jurisdictioni Imperatoris, aut, *ut alii loquuntur,* jurisdictio Cameræ & Imperatoris est concurrens, seu Camera cum Imperatore (*vel potiùs Judicio Aulico* dem Käyserl. Hoff-Gericht) concurrentem habet jurisdictionem, *Gail. d. loc.* id est, Eandem rem controversam sive litem, cujus disceptatio Cameræ est concessa, Judicium Cæsareum Aulicum quoque disceptare potest. Concurrens enim jurisdictio (*contentiosa, de qua hic mihi inprimis sermo est,*) dicitur potestas ean-

Camera Imperatori rem reo præsentat & cum eo concurrentem jurisdictionem habet.

eandem rem controversam disceptandi duobus pluribusve Judicibus diversa tribunalia habentibus concessa.

Objectio. 42. Ast obstat, quòd Judicium Aulicum seu Aula Cæsarea à solo Imperatore, Camera verò ab Imperatore & Statibus sit constituta ac jurisdictionem habeat, *suprà n.6.* Proinde utriusque jurisdictio æqualis sive concurrens esse nequit. *Resp.* Quamvis solus Imperator Judicium Aulicum constituat eique jurisdictionem tribuat, tamen istam constituendi & tribuendi potestatem habet ab Imperio concessam. Atque sic unam eandemque jurisdictionem Judicium Aulicum mediatè, Camera autem immediatè ab Imperio habet.

Ulterior objectio. 43. Instas ulteriùs: Imperator si in jurisdictione Cameram præveniat, potest & quoque solet causas ad Cameram remittere eique mandare, ut in illis Justitiam administret, *teste Gail.* 1. *O.* 11. *n. ult.* & *O.* 121. *in fin. Gylm. voc. Remissiones.* §. *ult.* E contrà verò Camera causas ad Judicium Aulicum remittere nequit, propterea eorum jurisdictio non potest esse æqualis. Verùm *Resp.* Hæc remissio non Cameræ sed Cæsari ideo permissa, quoniam Camera Judicio Aulico ad sublevandos labores associata est, *suprà tit.* 4. *n.* 2.

Remissio causarum ad Cameram à Cæsare facta, non est delegatio. 44. Notandum verò, quòd illa remissio non sit delegatio, sed tantùm jurisdictionis Ordinariæ excitatio, quia quando Princeps Ordinario Judici in communi forma rescribit, ut in hac vel illa causa justitiam administret vel jus exequatur, non facit illum delegatum sed ordinarium relinquit excitando ejus jurisdictionem, nisi adjiceretur, *jure vel authoritate nostra, Gail.* 2. *O.* 1. *n.* 7. *Gylm. d. voc. Remissiones. princ.* Hinc quando Imperator Cameræ mandat, ut in hac vel illa causa justitiam administret, non censetur delegare causam, sed potiùs Cameræ jurisdictionem ordinariam excitare, *Gail.* 1. *O.* 41. *n.* 6.

Differentia inter remissionem & delegationem. 45. Notari potest & differentia inter remissionem & delegationem. Nam (1.) remissio non expirat, remittente re adhuc integrâ defuncto: Delegante autem mortuo, delegatio extinguitur, *Gylm. voc. Remissoriales.* §. *pen.* (2.) Jurisdictio delegati omnino à Delegante dependet: Ad quem verò facta remissio, is jure proprio nititur. Unde sufficit Remittentem semel à se omnem jurisdictionem abdicâsse, *Gylm. ibid.* §. *ult.*

Lis ubi cœpta, ibi quoque finiri debet. 46. Præterea quanquam ob concurrentiam jurisdictionis unius ejusdemque litis disceptatio coram diversis Judicibus ejusmodi jurisdictionem habentibus suscipi possit, *prout traditum suprà num.* 41. Attamen ab uno susceptam alius avocare, aut eandem simul in suo judicio exercere minimè potest, quoniam ubi lis semel & quidem priùs cœpta, ibi quoque finiri debet, *l.* 7. & 30. *de Judic.* Insuper nec duas pluresve causas connexas ad diversa Tribunalia distrahere licet, *l.* 3. & 10. *C. de Judic. l.* 1. 2. 3. & 4. *C. de Ord. Judic.* Multò igitur minùs id in una eademque lite permissum erit. Et adversus contraventorem solent Mandata de non impediendo prosequi litem, sed eam, ubi cœpta est, finiendo impetrari, *vid. Supplic. Camer. tit.* 4. *n.* 5. & 6.

47. Lis verò dicitur priùs cœpta apud eum judicē, qui alium in illa disceptanda præ-

prævenit. Atque si hac præventione non attentâ, ille alius concurrens Judex præventam litem acceptare vellet, contra ejus jurisdictionem excipi potest, non per modum incompetentiæ sed præventionis, *Gail*, 1. *O*. 29. *n*. 6. Quæ exceptio est fori declinatoria, *Gail. ibid. n*. 7.

48. Sed cùm Præventio, *uti dictum n. proximè praced.* per litem cœptam introducatur, non immeritò quæritur, quando Lis dicatur cœpta, seu quod idem est, à quo tempore Lis pendere incipiat? Ad quam quæstionem, ut eò meliùs respondeatur, priùs ambiguitatem vocabuli *Lis* enodari oportet. Sumitur autem (1.) Pro Judicio, *l*. 14. §. 1. *de alien. Jud. mut. l*. 13. *pr*. & §. 1. *C. de Judic*. Propriè tamen loquendo Lis & Judicium differunt. Nam hoc est inter tres personas, Judicem, Actorem & Reum: Illa verò duntaxat inter Actorem & Reum, eandemque judex decidendo demum tollit. *Lis quando cœpta dicatur, seu quando pendere incipiat. Nominis Lis Homonymia. Differentia inter Judicium & Litem.*

49. (2.) Pro Instantia, *Umm Process. Judic. disp*. 12. *n*. 1. Attamen & huic aliquando opponitur, *uti in l*. 73. §. *pen. de Judic*. Deinceps quoque hoc discrimen inter litem & Instantiam est, quòd quando appellatur, duæ efficiantur Instantiæ, una eademque verò maneat Lis. *Add. infrà n*. 68 & *seqq*. *Differentia inter litem & instantiã.*

50. (3.) Pro Actione, *l*. 36. *ibique Gœdd. n*. 17. *de V.S*. Quanquam & aliàs magna distantia sit inter litem & Actionem. Actio enim est jus rem controversam, quæ mihi debetur, judicio persequendi, *Princ. Instit. de Action*. Lis verò est ipsa res controversa, seu controversia de certa aliqua re, atque jus minimè appellari potest. *l*. 51. §. 2. *de Negot. gest. l*. 3. § 3. *de Action. Empt. l*. 2. *C. de Petit. hæred. tot. tit. de in Litem jurand.* Deinde Actio est modus seu remedium lege concessum, quo mediante illa controversia sive lis in judicium introducitur inve eo proponitur vocaturque nonnunquam Querela, Germanicè eine Klage. *Calvin. Lexic. Jurid. Voc. Actio apud Veteres*. Sic Actio ob inofficiosum testamentum, dotem & donationem instituta, in jure Justinianeo nominatur Querela, *v. D.* & *C. Tit. de inoffic. test. Item Tit. de inoffic. dot.* & *Tit. de inoffic. donat*. Similiter quando officium judicis imploratur in his, quorum nulla in jure actio prodita est, *Queri* dicitur, *vide l*. 3. *qui sui vel alien. l*. 1. §. 1. & 2. *de Offic. Præfect. urb*. Et aliàs *Agere* passim in Jure nostro & apud Doctores pro *Queri*, id est, *Jure experiri*, accipitur. *Differentia inter litem & actionem.*

51. (4.) Pro re controversa & in judicium deducta, *l*. 47. *de R. V*, *l*. 8. *De eo, quod cert. loc*. Notanter dixi: *Et in judicium deducta*. Quoniam res controversa, seu, quod idem est, controversia circa rem sit tam extra quàm in judicio: Postquam verò eadem controversia in judicium introducta sit, demum Lis appelletur, *Marant. Specul. Jur. part*. 5. *n. ult*. Imò multi eò erroris devenerunt, ut opinentur, controversiam inter Actorem & Reum motam ante illius contestationem non posse vocari Litem. Ast illum errorem apertè manifestat *l*. 73. §. *pen. de Judic*. Insuper eundem patefacit & hæc ratio, quòd si lis ante suiipsius contestationem non existeret, nullo modo posset contestari, quoniam Non-Entis nulla sunt Accidentia. *Differentia inter litem & controversiam.*

52. Præmissâ igitur ambiguitate vocabuli *Lis*, quod in ultima significatione hic sumo & in sequentibus sumpturus sum, revertor ad propositam quæstionem, A quo scil. tempore Lis pendere incipiat? Gail. 1, *O*. 74. *n*. 17. Mynf. 4. *O*. 26. & *Lis cœpta seu pendere dicitur, quampri mùm citatio Reo insinuata.*

& Schvv. *O. 4. n. 3.* respondent, incipere litem pendere per citationem Reo legitimè insinuatam, modò ista citatio sic concepta sit, ut Reus percipere queat, ob quam causam ab Actore conveniatur, seu quæ Lis intendatur, *per Clem. 2. Ut lit. pend. id est*, modò Libellus Citationi sit insertus vel adjunctus, seu ad minimum in ista citatione causa agendi expressa, quandoquidem antequam Actor porrigat Libellum vel minimùm causam agendi exprimat, Litispendentia inducta non censeri debet, *Mynf. dict. Obs. 26. n. 6. in fin. Zang. de Except. part. 2. cap. 13. n. 10 Marant. Specul. Juris, tit. de Citat. n. 71.* Ratio rationis est, quoniam Reus antea adhuc inscius, cujus rei controversiam ipsi motum iri.

Sed à parte Actoris lis pendere incipit à decreta citatione.

53. Prædicta verò saltem procedunt quoad Reum, nam Actoris respectu Lis pendere incipit, non quidem à porrecta Supplicatione, *arg. l. 1. & 2. C. Quand. libell. Princip. l. 1. C. ut lit. pend. Mascard. de Probat. conclus. 988. num. 2.* Sed quamprimùm decreta citatio, licèt nondum sit expedita aut Reo insinuata, *Mascard. d. n. 2. Menoch. de A. I. Q. Cas. 202. n. 8. Lancellot. de Attentat. part. 2. cap. 4. n. 36. & seqq.* Imò etiamsi ad notitiam Actoris pervenerit, quia per decretam citationem jurisdictio judicis perpetuatur ac Reo forum competens acquiritur, *cap. 20. de Offic. Judic. delegat. ibique Gloss. Et Gloss. ad Clem. 2. verb. Ad Partem. Ut lit. pend. Mynf. dict. Obs. 26. n. 3. Lancell. alleg. cap. 4. n. 6.* Quod jus acquisitum Ignorantia Actoris nec judici nec Reo auferre debet, *per tradita Menoch. citat. cas. 202. num. 11.*

Et post illam Actori forum variare non licet.

54. Ex quo sequitur, quòd post citationem à Camera decretam Actori, sive illud sciverit, sive ignoraverit, item sive citatio Reo insinuata sit, sive non, ad Aulam Cæsaream transgredi non liceat. Quod & denegatâ citatione obtinet Hinc cùm in causa Maibberger contra Stadt Speyr mandato de relaxando captivo 23. jan. 1670. denegato, dictus Maibberger 8. Aug. eod. Anno in Aula Cæsarea Processus impetraret, Camera contra ipsum ejusque Advocatum 24. januar. 1671. citationem ad vidend. se incidisse in pœnam 10. Marc. aur. puri, *juxta R. 1654. §. Ebenmässig. 166.* decrevit.

Nisi Reus consentiat

55. Quod si utraque pars in illam variationem consentiat, sive hæc fiat ab initio, sive etiam postea, tunc Litispendentiam non attendi tradit Umm. *disp. 8. n. 8. Cum Hering. de fidejuss. cap. 23. n. 45.* Istud tamen arbitror tum demum procedere, si judici variato debitæ Sportulæ priùs exsolvantur. Potest hic quoque notari, quòd Litispendentia non inducatur, si citatio sit invalida, vel non legitimè insinuetur, aut circumducatur, *Lancellot. dict. cap. 4. n. 94. usque 164. ubi plures limitationes adducit.* Item si dolo sit impetrata, *Mascard. de Probat. conclus. 1233. n. ult.* Addi etiam & illud potest, quòd prædicta procedant, sive citatio sit simplex, sive trina, item verbalis aut realis, quæ fit per captutam personæ vel arrestationem bonorum, *Mascard. dict. conclus. 1233. n. 7. & 8. Mynf. 4. O. 26. n. 6.* Denique nec hìc silentio prætereundum, quòd per Literas pro informatione (Schreiben umb Bericht) Lis pendere incipiat, quia donec non constat de incompetentia, judex imploratus præsumitur competens & inducitur litispendentia, *Lancell. dict. cap. 4. n. 52.*

56. Sed

56. Sed si in Camera priùs quidem impetretur citatio, altera autem pars Citationem tardiùs in Aula Cæsarea impetratam citiùs insinuari curet, quod imprimis facilè accidere potest, si Actor & Reus simul appellent, unus ad Aulam Cæsaream, alter ad Cameram, quæritur, ubi lis pendere dici queat? Resp. In Aula Cæsarea, *secundùm tradita Gloss. in c. 59. verb. Assignata. de Appellat. ubi ait: Si duo sunt ordinarii, possum meum Adversarium convenire coram altero, quem voluero eligere, non obstante, si Adversarius dicat, quòd volebat & deliberaverat me convenire coram alio, cum quo tractaverat, nisi ipsius Citatio prævenisset. Add. ibid. Glossa in verb. Si dicat. & in c. 1. verb. mandat. de Rescript. item in c. 19. verb. Citatus. de foro Compet.* Per citationem enim inter Judices Jurisdictionem concurrentem habentes præventio introducitur, *Gail. 1. O. 29. n. 4. Umm. Process. Judic. disp. 12. n. 23. suprà num. 52. cum 3. seqq.* Judex autem præveniens futurus disceptator litis cœptæ esse debet, *suprà num. 46.*

Quæstio.

57. Porro quæritur, si Imperator causam deleget, an istâ delegatione Cameram prævenisse censeatur? Resp. quòd non, quia causam delegare, non est disceptationem litis suscipere. Hanc autem suscipiendo demum præventio introducitur, *suprà n. 47.*

Cæsar delegando causam non censetur Cameram prævenisse.

58. Neque Cæsaris Delegatus censetur prævenisse Cameram, quia iste ante præsentationem Delegationis Jurisdictionem non acquirit, *Mynf. 3. O. 46. Mascard. dict. conclus. 1233. n. 12.* Imò nec præsentata Delegatio effectum præventionis operatur, antequam Delegatus acquisitâ Jurisdictione incipiat. Eâ verò incipit uti, quando Citationem decernit. Citatio enim, cùm sit quasi Interlocutoria, est actus, qui sine Jurisdictione expediri non potest, *Gylm. voc. Præventio. §. Dubitabatur.*

Neque Cæsaris delegatus Cameram prævenit nisi decernendo citationem.

59. Ex quo patet Cæsaris Delegatum decernendo Citationem demum Cameram prævenire. Proinde si Citatio à Camera post præsentationem Delegationis decreta Reo priùs, quàm Citatio ab illo Delegato decernatur, insinuetur, Camera Delegatum prævenisse existimatur, cùm illius Citatio & Decreto & insinuatione sit prior citatione Delegati. Præjudicium allegat Gylm. *d. loc.* Plura de quæstione, quando lis pendere incipiat, habes apud Mascard. *de Probat. conclus. 988. & conclus. 1233.* Nec non Lancell. *de Attent. part. 2. cap. 4. ubi latissime hanc quæstionem pertractat.*

Si verò ante citationem à Cæsaris delegato decretam citatio à Camera decreta insinuetur, hæc illum prævenisse existimatur.

60. Deinde quamvis omnem rem controversam seu litem, cujus disceptatio Cameræ est concessa, Judicium Aulicum quoque disceptare possit, *quemadmodum suprà n. 41. dixi.* Non tamen è contra cujuslibet litis disceptatio ad Judicium Aulicum pertinens etiam Cameræ competit, quamobrem quarum litium disceptatio non competit Cameræ, in illis *(quas infrà tit. 43. recensebo,)* ob defectum concurrentis Jurisdictionis nec præventio locum habebit.

Camera cum Cæsare non in omnibus causis concurrentem jurisdictionem habet.

61. Præterea quanquam Jurisdictio Cameræ tanquam summi in Imperio Tribunalis sit latissima ac maxima, uti ex hactenus traditis patet, non tamen sub illa omnes omnium generum lites disceptandi potestas comprehenditur, quare non semper Reus in Camera conventus, ibidem respondere tenetur, sed incompetentiam

Non omnes omnium generum lites ad Cameram spectant.

tentiam fori opponendo iſtam tanquam forum incompetens declinare poteſt.

Incompetentiam jurisdictionis ipſa Camera attendere tenetur.

62. Imò ipſa Camera etiam ex officio hanc incompetentiam tam in decidendis cauſis quàm decernendis Proceſſibus attendere debet, quo evitetur inſanabilis nullitas ex defectu non fundatæ juriſdictionis reſultans, quæ ſententiam ipſo jure nullam reddit, *Gail.* 1. *O.* 42. *n.* 8. & 9. Judicatum enim dici non poteſt ab eo, qui jus dicendi poteſtatem non habet, *ibid. n.* 10. Quapropter ejuſmodi nullitas ſemper opponi poteſt, *ibid. n.* 11. Etiam eo caſu, quo Statutum nullitatem tolleret, aut à partibus conventum eſſet, nolle dicere de nullitate, quamvis juramentum acceſſiſſet, *ibid. n.* 14.

Neceſſariò exponendum igitur, quando Jurisdictio Camera ſit fundata. Forum competens quid?

63. Maximè igitur neceſſarium erit jam accuratè, quantum fieri poteſt, exponere, quarum litium diſceptatio Cameræ competat, ſeu ut communiter loqui ſolemus, in quibus litibus diſceptandis Juriſdictio Cameræ ſit fundata, *id eſt*, Camera ſit forum competens.

64. Forum competens verò eſt litium diſceptandarum locus, ubi Reus conventus nolens volens reſpondere tenetur. *De quo pleniſſimè agit Umm. Proceſſ. Judic. diſp.* 4. *per tot.* Itaque ſi Reus in Camera conventus, Judicium ſeu forum Camerale, etiamſi maximè velit, tamen non poſſit declinare, Juriſdictio Cameræ dicitur eſſe fundata. Sunt enim termini convertibiles, *Jurisdictionem eſſe fundatam, & Forum eſſe competens, ſeu Judicem eſſe competentem.*

Jurisdictio Cameræ fundatur vel per viam S. Q. vel per viam Appellationis.

65. Fundatur autem Juriſdictio Cameralis vel per viam ſimplicis querelæ, vel per viam Appellationis, *Argum. C. p.* 2. *t.* 1. & *t.* 31. *utrobique in Rubr.* Hinc Tennag. *de Decernend. Proceſſ. in Proœm. n.* 10. ait: *Cauſa, quæ apud Cameram agitantur, aliæ ſunt informes & indigeſtæ, quæ nimirum hactenus intractata primùm in Judicium deducuntur, quas cauſas ſimplicis querelæ uſitato nomine appellamus, rudes non ineptè quis dixerit. Aliæ præparatæ, quæ pridem judicialiter apud inferiorem Judicem agitatæ, deciſæ etiam ſunt, & finem licèt non ultimum pronuntiatione judicis acceperunt.* Hactenus ille.

Quare quadam cauſæ S. Q. quadam verò Appellationis dicantur.

66. Hæ poſteriores interdum ſolent vocari cauſæ præparatæ querelæ, vulgò nominantur cauſæ Appellationis ſeu ſecundæ Inſtantiæ. Priores autem dicuntur Cauſæ primæ Inſtantiæ, aut Cauſæ S. Q. Cauſæ verò primæ Inſtantiæ dicuntur Cauſæ S. Q. reſpectu Appellationis, quia hæc non ſolùm iniquitatis ſententiæ querelam continet, *l.* 17. *de Minor.* ſed quoque querelam (*id eſt, actionem vel petitionem, ſuprà n.* 50.) contra Adverſarium coram Judice priori inſtitutam, atque ſic non unicam ſed multiplicem querelam complectitur, inprimis verò quando Appellans non probata probat, non deducta deducit, *per l.* 6. *C. de Appellat. Add. Tuſch. lit. A concluſ.* 365. & *lit. I. concluſ.* 218. *In quibus locis tradit, quatenus cauſa ſimplicis querelæ eadem ſit cum cauſa Appellationis & quatenus ab ea differat.*

Nomen cauſæ S. Q. dupliciter modo accipitur.

67. Obſervandum verò, quòd Nomen *Cauſa S. Q.* accipiatur (1.) Latè, quatenus comprehendit cauſas Citationis & Mandatorum atque Cauſis Appellationum opponitur. Ita ſumitur in *n. proximè præced.* & *C. p.* 3. *t.* 12. §. *ult. t.* 13. § 4. *t.* 40. §. *pen. R.* 1654. §. Zu Abkürtzung. 127. (2.) Strictè, quatenus etiam cauſis Manda-

datorum opponitur, solasque Causas Citationum continet *R*, 1654. §. Diesem nechst. 34. §. Ingleichem wann. 82. & §. Wie nun solches. 106.

68. Insuper notandum quoad vocem *Instantia*, illam propriè nihil aliud denotare quam diligentem petitionem, quæ ut plurimùm cum aliqua continuatione fiat. *Et hoc sensu accipitur in l. 32. §. 1. & l. 33. princ. de usur. l. unic. §. fin. de Libell. dimissor.* Proinde cum petitio Judici exhibita debeat esse diligens & ut plurimum continuata, quo facit hæc formula vulgaris: Hierüber das Richterlich Ampt stets b sten Fleisses anruffend: illa non rarò nominatur Instantia. Sic dicimus: *Ad instantiam partis*, id est, ad petitionem seu implórationem partis. *Vox Instantia quid propriè denotet.*

69. Hinc porrò spatium temporis, per quod durat ejusmodi petitio, etiam Instantia à recentioribus JCtis nominari cœpit, atque complectitur totam litis disceptationem coram uno Judice peractam. Instantiam totius Processus, item Instantiam totius litis, vocat Bald. *in Margarit. voc. Instantia.* *Hic sumitur pro duratione Litis coram uno judice disceptanda*

70. Atque hoc sensu, si lite per præviam provocationem ad judicem superiorem delatâ petitio ibidem repetatur, repetita petitio vocatur Instantia secunda: prior petitio autem, Instantia prima. Indeque oritur distinctio, quòd aliæ causæ nominentur instantiæ primæ, aliæ verò instantiæ secundæ, *v. C. p. 2. t. 1. & t. 31. utroque in Rubr.* Quòd si porro in eadem causa ad tertium Judicem appelletur, oritur Instantia tertia: Et si adhuc porrò ad quartum, Instantia quarta, atque sic deinceps. *Hinc una Instantia alia dicitur prima, alia secunda, alia tertia, &c.*

71. Addendum & hoc, licet in Instantia secunda sit prima appellatio, in tertia instantia appellatio secunda, in quarta instantia appellatio tertia, &c. quòd tamen Causa, cum unica sit & maneat, etiamsi in ea per decem instantias appelletur, in Camera nunquam vocetur Causa primæ, secundæ, tertiæ &c sed simpliciter Appellationis Acta verò, quæ in Instantia coram Judice cameræ peractâ conscribuntur, nominantur Acta Appellationis: reliquarum verò Instantiarum, Acta priora: & quidem si duntaxat semel provocatum, Acta prioris Instantiæ: sin autem pluries, Acta priorum Instantiarum. *Differentia inter causam instantia prima 2. 3. &c. atque causam Appellationis prima, 2. 3. &c.*

72. Ast regeris: In Camera multæ causæ rubricantur: Causa primæ, secundæ, tertiæ, quartæ, &c. Appellationis, atque harum causarum Acta solent vocari Acta primæ, 2. 3. 4. &c. Appellationis, Verum Resp. hoc alio & quidem duplici modo fit, (1.) si unus idemque in una causa ab eodem judice ad cameram pluries provocet, utpote si primò ab Interlocutoria, ac Deinde à Definitiva appellet, illa Appellatio nominatur prima, hæc autem secunda.

73. (2.) Si unus idemque v. g. Cajus contra Mævium tres distinctas causas habeat, unam hæreditatis, secundam mutui, tertiam injuriarum, atque Cajus in omnibus tribus succumbens ad cameram appellet, illa de qua primò appellatum, vocatur causa primæ Appellationis: de qua secundò, causa secundæ Appellationis: de qua tertiò, causa tertiæ Appellationis, atque sic deinceps. Sin verò Mævius ab aliqua ex his appellet, ista simpliciter causa Appellationis vocatur, De Rubrica: causa mandati primi, 2. 3. 4. 5. &c. *vide infra tit. 32. n. 105.*

O 74. Dein-

Insti gendi poteſtas Cameræ conceſſa. dum Judici atque Aſſeſſoribus poteſtas cunctos Imperii ſubditos in Bannum imperiale (des Reichs Acht) declarandi, aliàs ſoli Cæſari competens, *Gail.* 1. *de P.P.* 11. *n.* 3. conceſſa eſt, *C.p.* 3. *t.* 58. §. 2. *atque ibid. t.* 57. §. 1. & 5. *cum* 2. *ſeqq.*

Hanc poteſtatem Camera in ſuo primordio egregiè exercuit. 29. Quam banniendi poteſtatem Camera in ſuo primordio egregiè exercuit, nam confeſtim in primo Anno ſuæ Inſtitutionis, videl. à 16. Febr. (*quo die omnium prima ſententia Banni Imperialis in Camera pronuntiata, Gail.* 2. *de P.P.* 1. *n. ult.*) uſque ad 14. Octob. 1496. unam ob fractam Pacem,& decem,ob contumaciam non-comparentium, atque ſic in univerſum undecim Declaratorias Imperialis Banni publicavit, quas retulit Barth. *ſent. tom.* 1. *pag.* 14.23.24.25.29.30.35. & 38. Quæ frequentes Declarationes tantum terrorem multis injecerunt, ut propter eorundem obedientiam ſequentibus annis rariùs publicatæ legantur.

Alioquin hac banniendi poteſtas ſoli Cæſari competit. 30. Dixi *præced. num.* 28. ſoli Cæſari poteſtatem in Bannum Imperiale declarandi competere. Quod ideo eſt, quia ille ſolus univerſalem in Imperio juriſdictionem habet, & ratione iſtius univerſalis juriſdictionis Dominus omnium, *Gail. d. cap.* 11, *n.* 4. Quamobrem & ipſe ſolus Banni imperialis pœnam infligere poteſt, *ibid. n.* 5.

Diſſentit Reuſnerus. 31. Nicolaus Reuſner. 4. *Deciſ.* 18. quidem putat Status Imperii etiam Bannum imperiale irrogare poſſe,ob præcipuas haſce rationes, (1.) Quoniam in Viſit. Abſch. de Anno 1557. Statibus Imperii conceſſum, ut quævis delicta vigore Juris Cæſarei, Receſſuum Imperii, Pacis publicæ reliquarumque Conſtitutionum imperialium puniant. Atqui vigore Receſſuum Imperii pœna pacis publicæ eſt Bannum Imperiale. *Add. infrà tit.* 29 *num.* 77. & *ſeqq.* Ergo hujus Banni pœnam quoque Status infligere poſſunt.

32. (2.) Statibus Imperii injunctum eſt, ut ſub pœna fractæ pacis, quæ eſt Bannum Imperiale, conſtitutionem pacis publicæ obſervent ac conſervent, Landfr. 1521. *art.* 3. Hoc autem impoſſibile eſſet, niſi Statibus etiam poteſtas in pœnam fractæ pacis declarandi concederetur.

33. (3.) Quòd conſuetudine provinciali receptum, ut contra pacem publicam delinquens ab inferioribus judicibus in Bannum declarari poſſit,& quòd jam olim de jure Saxonico conſtitutum, ut ab inferiori judice, quem Comes, *id eſt, Dux Saxoniæ*, conſtituiſſet, in Bannum declaratus, ultra annum in eo perſeverans incidat in Bannum Imperii, in des Reichs Acht.

Sed refutantur. 34. Verùm Reſp. ad (1.) Licèt Statibus Imperii injunctum, ut contra pacem publicam delinquentes puniant, tamen nullibi dicitur, quòd iſti Status delinquentibus pœnam Banni Imperialis irrogare poſſint debeantve. Hinc illud de pœnis juris communis, *de quibus vid. infrà tit.* 29. *n.* 105. aut Banno provinciali intelligendum venit. *Quemadmodum rectè ſtatuit Wehn. Practic. Obſ. voc. Acht. verſic. Inferiores enim.* Atque ſic intelligendus eſt *R.* 1442. *art. ult.* §. 1. *verſ.* und ſollen auch.

35. Ad (2.) Quòd planè non ſequatur, Status Imperii Pacem publicam ſub pœna Banni Imperialis obſervare tenentur, ergo contra illam delinquentes in Bannum Imperiale declarare poſſunt. Deinde falſum eſt, quòd Status Imperii conſti-

constitutionem pacis publicæ observare nequeant, nisi ipsis liceat contra illam peccantes in Bannum Imperiale declarare. Nam possunt prælaudati Status aliis gravibus pœnis dictæ constitutioni contravenientes ad ejus observantiam adstringere.

36. Ad (3.) Quanquam à Judicibus Cæsare inferioribus Bannum infligi possit, & à nonnullis Statibus in suis territoriis soleat, tamen illud non est Bannum Imperiale sed provinciale, quod ultra illorum Statuum territorium se non extendit, *Gail. 1. de P. P. 6. n. 12.* Quapropter ejusmodi Bannitus in aliis territoriis pro tali haberi nequit, nec bona ibi sita, neque jura communia, sed duntaxat jura provincialia bonaque in territorio Bannientis sita amittit, *Gail. d. c. 6. n. 15.* Banno autem Imperiali afflictus pro tali ubique terrarum in Imperio reputatur, *ib. n. 14 A que Wehn. dict. loc.*

37. Quod porro ex Jure Saxonico adducitur, id nihil hùc facit, nam licèt in textibus à Reusnero allegatis Banni Imperialis mentio fiat, tamen in illo Jure Reichs-Acht aliud est à nostro Banno Imperiali, quia vox Reich seu Imperium ibi duntaxat intelligenda de territorio provinciæ Saxonicæ, *Wehn. dict. voc.* Acht *vers. Si verò Bannitus.*

38. Et quanquam concedamus, quòd Duci Saxoniæ ista declaratio antiquitùs forsan ex inveterata consuetudine aut speciali privilegio competierit, quemadmodum illa Judicio Rothvvilensi ac Westphalico competit, ac impræsentiarum Cameræ vigore Ordinationis competit, suprà n. 28. tamen moderno tempore aliter obtinet, *testante experientia.*

39. Deinde Status Imperii antiquus, qui fuit tempore Caroli Magni, à quo Saxonibus multa condonata sunt privilegia, & cujus ævo Jus Saxonicum conscriptum, longè diversus est à præsenti Statu. A diversis verò Argumentum non procedit, *Everhard. Loc. legal. loc. 18.*

40. Denique nec quicquam confirmat Reusneri opinionem Deput. 1600. §. Es wird nicht weniger. 29. quemadmodum hallucinatur Græv. *Conclus. 3. Considerat. 1.* Nam in alleg. §. 29. nihil de Banno Imperiali tractatur, sed duntaxat illa quæstio deciditur, An contra Mediatos Imperii quoque uti contra Immediatos Mandata S. C. in Camera decerni possint.

Camera Imperatorem repræsentat & cum eo concurrentem jurisdictionem habet.

41. Postremò cùm Camera Imperatorem repræsentet, *Mynsf. 4. O. 5.* Et quidem non solùm quoad jurisdictionem contentiosam seu justitiæ administrationem, *uti putat Gail. 1. O. 1. n. 7. & O. 121. n. ult.* sed etiam quoad jurisdictionem voluntariam. *Nam & hujus Actus apud Cameram expediuntur, prout infrà tit. 34. n. 52. & t. 42. n. ult. demonstrabitur,* Ejus (*Cameræ*) jurisdictio adæquata sive æqualis est jurisdictioni Imperatoris, aut, *ut alii loquuntur,* jurisdictio Cameræ & Imperatoris est concurrens, seu Camera cum Imperatore (*vel potius Judicio Aulico* dem Kayserl. Hoff-Gericht) concurrentem habet jurisdictionem, *Gail. d. loc.* id est, Eandem rem controversam sive litem, cujus disceptatio Cameræ est concessa, Judicium Cæsareum Aulicum quoque disceptare potest. Concurrens enim jurisdictio (*contentiosa, de qua hic mihi inprimis sermo est,*) dicitur potestas

 ean-

eandem rem controversam disceptandi duobus pluribusve Judicibus diversa tribunalia habentibus concessa.

Objectio. 42. Ast obstat, quòd Judicium Aulicum seu Aula Cæsarea à solo Imperatore, Camera verò ab Imperatore & Statibus sit constituta ac jurisdictionem habeat, *suprà n.6.* Proinde utriusque jurisdictio æqualis sive concurrens esse nequit. *Resp.* Quamvis solus Imperator Judicium Aulicum constituat eique jurisdictionem tribuat, tamen istam constituendi & tribuendi potestatem habet ab Imperio concessam. Atque sic unam eandemque jurisdictionem Judicium Aulicum mediatè, Camera autem immediatè ab Imperio habet.

Ulterior objectio. 43. Instas ulteriùs: Imperator si in jurisdictione Cameram præveniat, potest & quoque solet causas ad Cameram remittere eique mandare, ut in illis Justitiam administret, *teste Gail. 1. O. 11. n. ult. & O. 121. in fin. Gylm. voc. Remissiones. §. ult.* E contrà verò Camera causas ad Judicium Aulicum remittere nequit, propterea eorum jurisdictio non potest esse æqualis. Verùm *Resp.* Hæc remissio non Cameræ sed Cæsari ideo permissa, quoniam Camera Judicio Aulico ad sublevandos labores associata est, *suprà tit. 4. n. 2.*

Remissio causarum ad Cameram à Cæsare facta, non est delegatio. 44. Notandum verò, quòd illa remissio non sit delegatio, sed tantùm jurisdictionis Ordinariæ excitatio, quia quando Princeps Ordinario Judici in communi forma rescribit, ut in hac vel illa causa justitiam administret vel jus exequatur, non facit illum delegatum sed ordinarium relinquit excitando ejus jurisdictionem, nisi adjiceretur, *jure vel authoritate nostra, Gail. 2. O. 1. n. 7. Gylm. d. voc. Remissiones. princ.* Hinc quando Imperator Cameræ mandat, ut in hac vel illa causa justitiam administret, non censetur delegare causam, sed potiùs Cameræ jurisdictionem ordinariam excitare, *Gail. 1. O. 41. n. 6.*

Differentia inter remissionem & delegationem. 45. Notari potest & differentia inter remissionem & delegationem. Nam (1.) remissio non expirat, remittente re adhuc integrâ defuncto: Delegante autem mortuo, delegatio extinguitur, *Gylm. voc. Remissoriales. §. pen.* (2.) Jurisdictio delegati omnino à Delegante dependet: Ad quem verò facta remissio, is jure proprio nititur. Unde sufficit Remittentem semel à se omnem jurisdictionem abdicâsse, *Gylm. ibid. §. ult.*

Lis ubi cœpta, ibi quoque finiri debet. 46. Præterea quanquam ob concurrentiam jurisdictionis unius ejusdemque litis disceptatio coram diversis judicibus ejusmodi jurisdictionem habentibus suscipi possit, *prout traditum suprà num. 41.* Attamen ab uno susceptam alius avocare, aut eandem simul in suo judicio exercere minimè potest, quoniam ubi lis semel & quidem priùs cœpta, ibi quoque finiri debet, *l. 7. & 30. de Judic.* Insuper nec duas pluresve causas connexas ad diversa Tribunalia distrahere licet, *l. 3. & 10. C. de Judic. l. 1. 2. 3. & 4. C. de Ord. Judic.* Multò igitur minùs id in una eademque lite permissum erit. Et adversus contraventorem solent Mandata de non impediendo prosequi litem, sed eam, ubi cœpta est, finiendo impetrari, *vid. Supplic. Camer. tit. 4. n. 5. & 6.*

vid. infr. tit. 71. 47. Lis verò dicitur priùs cœpta apud eum judicẽ, qui alium in illa disceptanda

præ-

prævenit. Atque si hac præventione non attentâ, ille alius concurrens Judex præventam litem acceptare vellet, contra ejus jurisdictionem excipi potest, non per modum incompetentiæ sed præventionis, *Gail,* 1. *O.* 29. *n.* 6. Quæ exceptio est fori declinatoria, *Gail. ibid. n.* 7.

48. Sed cùm Præventio, *uti dictum n. proximè praced.* per litem cœptam introducatur, non immeritò quæritur, quando Lis dicatur cœpta, seu quod idem est, à quo tempore Lis pendere incipiat? Ad quam quæstionem, ut eò meliùs respondeatur, priùs ambiguitatem vocabuli *Lis* enodari oportet. Sumitur autem (1.) Pro Judicio, *l.* 14. §. 1. *de alien. Jud. mut. l.* 13. *pr.* & §. 1. *C. de Judic.* Propriè tamen loquendo Lis & Judicium differunt. Nam hoc est inter tres personas, Judicem, Actorem & Reum: Illa verò duntaxat inter Actorem & Reum, eandemque judex decidendo demum tollit. *Lis quando cœpta dicatur, seu quando pendere incipiat. Nominis Lis Homonymia. Differentia inter Judicium & Litem.*

49. (2.) Pro Instantia, *Umm Process. Judic. disp.* 12. *n.* 1. Attamen & huic aliquando opponitur, *uti in l.* 73. §. *pen. de Judic.* Deinceps quoque hoc discrimen inter litem & Instantiam est, quòd quando appellatur, duæ efficiantur Instantiæ, una eademque verò maneat Lis. *Add. infrà n.* 68 & *seqq.* *Differentia inter litem & instantiâ.*

50. (3.) Pro Actione, *l.* 36. *ibique Gœdd. n.* 17. *de V. S.* Quanquam & aliàs magna distantia sit inter litem & Actionem. Actio enim est jus rem controversam, quæ mihi debetur, judicio persequendi. *Princ. Instit. de Action.* Lis verò est ipsa res controversa, seu controversia de certa aliqua re, atque jus minimè appellari potest. *l.* 31. §. 2. *de Negot. gest. l.* 3. § 3. *de Action. Empt. l.* 2. *C. de Petit. hered. tot. tit. de in Litem jurand.* Deinde Actio est modus seu remedium lege concessum, quo mediante illa controversia sive lis in judicium introducitur inve eo proponitur vocaturque nonnunquam Querela, Germanicè eine Klage. *Calvin. Lexic. Jurid. Voc. Actio apud Veteres.* Sic Actio ob inofficiosum testamentum, dotem & donationem instituta, in jure Justinianeo nominatur Querela, *v. D.* & *C. Tit. de inoffic. test. Item Tit. de inoffic. dot.* & *Tit. de inoffic. donat.* Similiter quando officium judicis imploratur in his, quorum nulla in jure actio prodita est, *Queri* dicitur, *vide l.* 3. *qui sui vel alien. l.* 1. §. 1. & 2. *de Offic. Praefect. urb.* Et aliàs *Agere* passim in Jure nostro & apud Doctores pro *Queri*, id est, *Jure experiri*, accipitur. *Differentia inter litem & actionem.*

51. (4.) Pro re controversa & in judicium deducta, *l.* 47. *de R. V. l.* 8. *De eo, quod cert. loc.* Notanter dixi: *Et in judicium deducta.* Quoniam res controversa, seu, quod idem est, controversia circa rem sit tam extra quàm in judicio: Postquam verò eadem controversia in judicium introducta sit, demum Lis appelletur, *Marant. Specul. Jur. part.* 5. *n. ult.* Imò multi eò erroris devenerunt, ut opinentur, controversiam inter Actorem & Reum motam ante illius contestationem non posse vocari Litem. Ast illum errorem apertè manifestat *l.* 73. §. *pen. de Judic.* Insuper eundem patefacit & hæc ratio, quòd si lis ante suiipsius contestationem non existeret, nullo modo posset contestari, quoniam Non-Entis nulla sunt Accidentia. *Differentia inter litem & controversiam.*

52. Præmissâ igitur ambiguitate vocabuli *Lis*, quod in ultima significatione hic sumo & in sequentibus sumpturus sum, revertor ad propositam quæstionem, A quo scil. tempore Lis pendere incipiat? Gail. 1. *O.* 74. *n.* 17. Mynsf. 4. *O.* 26. & *Lis cœpta seu pendere dicitur, quamprimùm citatio Reo insinuata.*

& Schvv. *O.* 4. *n.* 3. reſpondent, incipere litem pendere per citationem Reo legitimè inſinuatam, modò iſta citatio ſic concepta ſit, ut Reus percipere queat, ob quam cauſam ab Actore conveniatur, ſeu quæ Lis intendatur, *per Clem.* 2. *Ut lit. pend. id eſt*, modò Libellus Citationi ſit inſertus vel adjunctus, ſeu ad minimum in iſta citatione cauſa agendi expreſſa, quandoquidem antequam Actor porrigat Libellum vel minimùm cauſam agendi exprimat, Litiſpendentia inducta non cenſeri debet, *Mynſ. dict. Obſ.* 26. *n.* 6. *in fin. Zang. de Except. part.* 2. *cap.* 13. *n.* 10 *Marant. Specul. Juris, tit. de Citat. n.* 71. Ratio rationis eſt, quoniam Reus antea adhuc inſcius, cujus rei controverſiam ipſi motum iri.

Sed à parte Actoris lis pendere incipit à decreta citatione.

53. Prædicta verò ſaltem procedunt quoad Reum, nam Actoris reſpectu Lis pendere incipit, non quidem à porrecta Supplicatione, *arg. l.* 1. *&* 2. *C. Quand. libell. Princip. l.* 1. *C. ut lit. pend. Maſcard. de Probat. concluſ.* 988. *num.* 2. Sed quamprimùm decreta citatio, licèt nondum ſit expedita aut Reo inſinuata, *Maſcard. d. n.* 2. *Menoch. de A. I. Q. Caſ.* 202. *n.* 8. *Lancellot. de Attentat. part.* 2. *cap.* 4. *n.* 36. *& ſeqq.* Imò etiamſi ad notitiam Actoris pervenerit, quia per decretam citationem juriſdictio judicis perpetuatur ac Reo forum competens acquiritur, *cap.* 20. *de Offic. Judic. delegat. ibique Gloſſ. Et Gloſſ. ad Clem.* 2. *verb. Ad Partem. Ut lit. pend. Mynſ. dict. Obſ.* 26. *n.* 3. *Lancell. alleg. cap.* 4. *n.* 6. Quod jus acquiſitum Ignorantia Actoris nec Judici nec Reo auferre debet, *per tradita Menoch. citat. caſ.* 202. *num.* 11.

Et poſt illam Actori forum variare non licet.

54. Ex quo ſequitur, quòd poſt citationem à Camera decretam Actori, ſive illud ſciverit, ſive ignoraverit, item ſive citatio Reo inſinuata ſit, ſive non, ad Aulam Cæſaream transgredi non liceat. Quod & denegatâ citatione obtinet Hinc cùm in cauſa Mäſhiberger contra Stadt Speyr mandato de relaxando captivo 23. Jan. 1670. denegato, dictus M ſhiberger 8. Aug. eod. Anno in Aula Cæſarea Proceſſus impetraret, Camera contra ipſum ejusque Advocatum 24. Januar. 1671. citationem ad vidend. ſe incidiſſe in pœnam 10. Marc. aur. puri, *juxta R.* 1654. §. Ebenmäſſig. 166. decrevit.

Niſi Reus conſentiat

55. Quod ſi utraque pars in illam variationem conſentiat, ſive hæc fiat ab initio, ſive etiam poſtea, tunc Litiſpendentiam non attendi tradit Umm, *diſp.* 8. *n.* 8. *Cum Hering. de fidejuſſ. cap.* 23. *n.* 45. Iſtud tamen arbitror tum demum procedere, ſi judici variato debitæ Sportulæ priùs exſolvantur. Poteſt hic quoque notari, quòd Litiſpendentia non inducatur, ſi citatio ſit invalida, vel non legitimè inſinuetur, aut circumducatur, *Lancellot. dict. cap.* 4. *n.* 94. *uſque* 164. *ubi plures limitationes adducit.* Item ſi dolo ſit impetrata, *Maſcard. de Probat. concluſ.* 1233. *n. ult.* Addi etiam & illud poteſt, quòd prædicta procedant, ſive citatio ſit ſimplex, ſive trina, item verbalis aut realis, quæ ſit per capturam perſonæ vel arreſtationem bonorum, *Maſcard. dict. concluſ.* 1233. *n.* 7. *&* 8. *Mynſ.* 4. *O.* 26. *n.* 6. Denique nec hìc ſilentio prætereundum, quòd per Literas pro informatione (Schreiben umb Bericht) Lis pendere incipiat, quia donec non conſtat de incompetentia, judex imploratus præſumitur competens & inducitur litiſpendentia, *Lancell. dict. cap.* 4. *n.* 52.

56. Sed

56. Sed si in Camera priùs quidem impetretur citatio, altera autem pars Citationem tardiùs in Aula Cæsarea impetratam citiùs insinuari curet, quod imprimis facilè accidere potest, si Actor & Reus simul appellent, unus ad Aulam Cæsaream, alter ad Cameram, quæritur, ubi lis pendere dici queat? Resp. In Aula Cæsarea, *secundùm tradita Gloss. in c. 59. verb. Assignata. de Appellat. ubi ait: Si duo sunt ordinarii, possum meum Adversarium convenire coram altero, quem voluero eligere, non obstante, si Adversarius dicat, quòd volebat & deliberaverat me convenire coram alio, cum quo tractaverat, nisi ipsius Citatio prævenisset. Add. ibid. Glossa in verb. Si dicat. & in c. 1. verb. mandat. de Rescript. item in c. 19. verb. Citatus. de foro Compet.* Per citationem enim inter Judices Jurisdictionem concurrentem habentes præventio introducitur, *Gail. 1. O. 29. n. 4. Umm. Process. Judic. disp. 12. n. 23. suprà num. 52. cum 3. seqq.* Judex autem præveniens futurus disceptator litis cœptæ esse debet, *suprà num. 46.* Quæstio. Cæsar delegando causam non censetur Cameram prævenisse. Neque Cæsaris delegatus Cameram prævenit nisi decernendo citationem. Si verò ante citationem à Cæsaris delegato decretam citatio à Camera decreta insinuetur, hæc illum prævenisse existimatur.

57. Porro quæritur, si Imperator causam deleget, an istâ delegatione Cameram prævenisse censeatur? Resp. quòd non, quia causam delegare, non est disceptationem litis suscipere. Hanc autem suscipiendo demum præventio introducitur, *suprà n. 47.*

58. Neque Cæsaris Delegatus censetur prævenisse Cameram, quia iste ante præsentationem Delegationis Jurisdictionem non acquirit, *Mynf. 3. O. 46. Mascard. dict. conclus. 1233. n. 12.* Imò nec præsentata Delegatio effectum præventionis operatur, antequam Delegatus acquisitâ Jurisdictione incipiat. Eâ verò incipit uti, quando Citationem decernit. Citatio enim, cùm sit quasi Interlocutoria, est actus, qui sine Jurisdictione expediri non potest, *Gylm. voc. Præventio. §. Dubitabatur.*

59. Ex quo patet Cæsaris Delegatum decernendo Citationem demum Cameram prævenire. Proinde si Citatio à Camera post præsentationem Delegationis decreta Reo priùs, quàm Citatio ab illo Delegato decernatur, insinuetur, Camera Delegatum prævenisse existimatur, cùm illius Citatio & Decreto & insinuatione sit prior citatione Delegati. Præjudicium allegat Gylm. *d. loc.* Plura de quæstione, quando lis pendere incipiat, habes apud Mascard. *de Probat. conclus. 988. & conclus. 1233.* Nec non Lancell. *de Attent. part. 2. cap. 4. ubi latissime hanc quæstionem pertractat.* Camera cum Cæsare non in omnibus causis concurrentem jurisdictionem habet.

60. Deinde quamvis omnem rem controversam seu litem, cujus disceptatio Cameræ est concessa, Judicium Aulicum quoque disceptare possit, *quemadmodum suprà n. 41. dixi.* Non tamen è contra cujuslibet litis disceptatio ad Judicium Aulicum pertinens etiam Cameræ competit, quamobrem quarum litium disceptatio non competit Cameræ, in illis *(quas infrà tit. 43. recensebo,)* ob defectum concurrentis Jurisdictionis nec præventio locum habebit.

61. Præterea quanquam Jurisdictio Cameræ tanquam summi in Imperio Tribunalis sit latissima ac maxima, uti ex hactenus traditis patet, non tamen sub illa omnes omnium generum lites disceptandi potestas comprehenditur, quare non semper Reus in Camera conventus, ibidem respondere tenetur, sed incompe- Non omnes omnium generum lites ad Cameram spectant.

tentiam

tentiam fori opponendo istam tanquam forum incompetens declinare potest.

Incompetentiam suæ Jurisdictionis ipsa Camera attendere tenetur.

62. Imò ipsa Camera etiam ex officio hanc incompetentiam tam in decidendis causis quàm decernendis Processibus attendere debet, quo evitetur insanabilis nullitas ex defectu non fundatæ jurisdictionis resultans, quæ sententiam ipso jure nullam reddit, *Gail.* 1. *O.* 42. *n.* 8. & 9. Judicatum enim dici non potest ab eo, qui jus dicendi potestatem non habet, *ibid. n.* 10. Quapropter ejusmodi nullitas semper opponi potest, *ibid. n.* 11. Etiam eo casu, quo Statutum nullitatem tolleret, aut à partibus conventum esset, nolle dicere de nullitate, quamvis juramentum accessisset, *ibid. n.* 14.

Necessariò exponendum igitur, quando Jurisdictio Cameræ sit fundata.

63. Maximè igitur necessarium erit jam accuratè, quantum fieri potest, exponere, quarum litium disceptatio Cameræ competat, seu ut communiter loqui solemus, in quibus litibus disceptandis Jurisdictio Cameræ sit fundata, *id est*, Camera sit forum competens.

Forum competens quid?

64. Forum competens verò est litium disceptandarum locus, ubi Reus conventus nolens volens respondere tenetur. *De quo plenissimè agit Umm. Process. Judic. disp.* 4. *per tot.* Itaque si Reus in Camera conventus, Judicium seu forum Camerale, etiamsi maximè velit, tamen non possit declinare, Jurisdictio Cameræ dicitur esse fundata. Sunt enim termini convertibiles, *Jurisdictionem esse fundatam, & Forum esse competens, seu Judicem esse competentem.*

Jurisdictio Cameræ fundatur vel per viam S. Q. vel per viam Appellationis.

65. Fundatur autem Jurisdictio Cameralis vel per viam simplicis querelæ, vel per viam Appellationis, *Argum. C. p.* 2. *t.* 1. & *t.* 31. *utrobique in Rubr.* Hinc Tennag. *de Decernend. Process. in Proœm. n.* 10. ait: *Causa, quæ apud Cameram agitantur, aliæ sunt informes & indigesta, quæ nimirum hactenus intractata primùm in Judicium deducuntur, quas causas simplicis querelæ usitato nomine appellamus, rudes non ineptè quis dixerit. Aliæ præparatæ, quæ pridem judicialiter apud inferiorem Judicem agitatæ, decisæ etiam sunt, & finem licèt non ultimum pronuntiatione judicis acceperunt.* Hactenus ille.

Quare quædam causæ S. Q. quædam verò Appellationis dicantur.

66. Hæ posteriores interdum solent vocari causæ præparatæ querelæ, vulgò nominantur causæ Appellationis seu secundæ Instantiæ. Priores autem dicuntur Causæ primæ Instantiæ, aut Causæ S. Q. Causæ verò primæ Instantiæ dicuntur Causæ S. Q. respectu Appellationis, quia hæc non solùm iniquitatis sententiæ querelam continet, *l.* 17. *de Minor.* sed quoque querelam (*id est, actionem vel petitionem, suprà n.* 50.) contra Adversarium coram Judice priori institutam, atque sic non unicam sed multiplicem querelam complectitur, inprimis verò quando Appellans non probata probat, non deducta deducit, *per l.* 6. *C. de Appellat. Add. Tusch. lit. A conclus.* 365. & *lit. I. conclus.* 218. *In quibus locis tradit, quatenus causa simplicis querelæ eadem sit cum causa Appellationis & quatenus ab ea differat.*

Nomen causæ S. Q. duplici modo accipitur.

67. Observandum verò, quòd Nomen *Causæ S. Q.* accipiatur (1.) Latè, quatenus comprehendit causas Citationis & Mandatorum atque Causis Appellationum opponitur. Ita sumitur in *n. proximè præced.* & *C. p.* 3. *t.* 12. §. *ult. t.* 13. § 4. *t.* 40. § *pen. R.* 1654. §. Zu Abkürtzung. 127. (2.) Strictè, quatenus etiam causis Mandato-

datorum opponitur, ſolasque Cauſas Citationum continet *R*, 1654. §. Dieſem nechſt. 34. §. Jngleichem wann. 82. & §. Wie nun ſolches. 106.

68. Inſuper notandum quoad vocem *Inſtantia*, illam propriè nihil aliud denotare quam diligentem petitionem, quæ ut plurimùm cum aliqua continuatione fiat. *Et hoc ſenſu accipitur in l. 32. §. 1. & l. 33. princ. de uſur. l. unic. §. fin. de Libell. dimiſſor.* Proinde cum petitio Judici exhibita debeat eſſe diligens & ut plurimum continuata, quo facit hæc formula vulgaris: Hierüber das mildrichterlich Ampt ſtets beſten Fleiſſes anruffend: illa non rarò nominatur Inſtantia. Sic dicimus: *Ad inſtantiam partis*, id eſt, ad petitionem ſeu implórationem partis,

Vox Inſtantia quid propriè denotet.

69. Hinc porrò ſpatium temporis, per quod durat ejuſmodi petitio, etiam Inſtantia à recentioribus Jctis nominari cœpit, atque complectitur totam litis diſceptationem coram uno Judice peractam. Inſtantiam totius Proceſſus, item Inſtantiam totius litis, vocat Bald. *in Margarit. voc. Inſtantia.*

Hic ſumitur pro duratione Litis coram uno judice diſceptandæ

70. Atque hoc ſenſu, ſi lite per præviam provocationem ad judicem ſuperiorem delatâ petitio ibidem repetatur, repetita petitio vocatur Inſtantia ſecunda: prior petitio autem, Inſtantia prima. Indeque oritur diſtinctio, quòd aliæ cauſæ nominentur inſtantiæ primæ, aliæ verò inſtantiæ ſecundæ, *v. C. p. 2. t. 1. & t. 31. utroque in Rubr.* Quòd ſi porro in eadem cauſa ad tertium Judicem appelletur, oritur Inſtantia tertia: Et ſi adhuc porrò ad quartum, Inſtantia quarta, atque ſic deinceps.

Hinc inſtantia alia dicitur prima, alia ſecunda, alia tertia, &c.

71. Addendum & hoc, licet in Inſtantia ſecunda ſit prima appellatio, in tertia inſtantia appellatio ſecunda, in quarta inſtantia appellatio tertia, &c. quòd tamen Cauſa, cum unica ſit & maneat, etiamſi in ea per decem inſtantias appelletur, in Camera nunquam vocetur Cauſa primæ, ſecundæ, tertiæ &c ſed ſimpliciter Appellationis Acta verò, quæ in Inſtantia coram Judice cameræ peractâ conſcribuntur, nominantur Acta Appellationis: reliquarum verò Inſtantiarum, Acta priora: & quidem ſi duntaxat ſemel provocatum, Acta prioris Inſtantiæ: ſin autem pluries, Acta priorum Inſtantiarum.

Differentia inter cauſam inſtantia prima 2. 3. &c. atque cauſam Appellationis prima, 2. 3. &c.

72. Aſt regeris: In Camera multæ cauſæ rubricantur: Cauſa primæ, ſecundæ, tertiæ, quartæ, &c. Appellationis, atque harum cauſarum Acta ſolent vocari Acta primæ, 2. 3. 4. &c. Appellationis, Verum Reſp. hoc alio & quidem duplici modo fit, (1.) ſi unus idemque in una cauſa ab eodem judice ad cameram pluries provocet, utpote ſi primò ab Interlocutoria, ac Deinde à Definitiva appellet, illa Appellatio nominatur prima, hæc autem ſecunda.

73. (2.) Si unus idemque v. g. Cajus contra Mævium tres diſtinctas cauſas habeat, unam hæreditatis, ſecundam mutui, tertiam injuriarum, atque Cajus in omnibus tribus ſuccumbens ad cameram appellet, illa de qua primò appellatum, vocatur cauſa primæ Appellationis: de qua ſecundò, cauſa ſecundæ Appellationis: de qua tertiò, cauſa tertiæ Appellationis, atque ſic deinceps. Sin verò Mævius ab aliqua ex his appellet, iſta ſimpliciter cauſa Appellationis vocatur, De Rubrica: cauſa mandati primi, 2. 3. 4. 5. &c. *vide infra tit. 32. n. 105.*

74. Dein-

Inſtantia eſt vel Citationis vel Judicii.

74. Deinde inſtantia, ſive illa ſit prima, ſive ſecunda, ſive tertia, ſive ulterior, partiri conſuevit in Inſtantiam Citationis & Judicii, *per l. 73. §. pen. de Judic. & cap. 20. eod. Nam. dict. §. pen. agit de Inſtantia citationis, & alleg. cap. 20. de Inſtantia Judicii, Bald. dict. voc. Inſtantia.*

Inſtantia Citationis quid?

75. Inſtantia Citationis eſt diſceptatio, quæ à citatione uſque ad L. C. durat, Atque hæc certum tempus in jure præſtitutum non habet. Unde ſi in Articulis emergentibus ante L. C. diſceptatio per decem, imò per mille annos duraret, illorum tamen articulorum nulla perimeretur inſtantia, *Bald. in pracit. l. 73. §. 1. n. 3. Marant. Specul. Jur. part. 5. n. 3.* Hæc Inſtantia Citationis nominatur ſimpliciter Inſtantia, item Inſtantia Judicii, *C. p. 3. t. 51. pr. & §. 1. verb.* Inſtantz/ dem Gericht-Stande. Ubi vocabulum Judicii latè ſumitur, quatenus etiam Citationem comprehendit, *vid. Marant. dict. part. 5. n. 1. Gail. 1. obſ. 74. n. 1. & infra tit. 66. n. 48.* Ad quod confirmandum & illud notari poteſt, ſi citatus Exceptiones fori declinatorias, aliasve Litis ingreſſum impedientes opponat, & ab illarum rejectione appellet, adeſſe duo Judicia ſeu duas Inſtantias, nullam verò litis conteſtationem.

Inſtantia Judicii quid?

76. Inſtantia Judicii (*strictè ſumpti, quatenus à L. C. incipit, vid. Gail. 1. O. 74. n. 1.*) eſt diſceptatio, quæ peragitur à L. C. uſque ad ſententiam definitivam, *Marant. dict. part. 5. n. 2.* In cauſis verò, ubi L. C. non eſt opus, Inſtantia hæc incipit à primo actu contradictorio in cauſa principali, qui loco L. C. eſt, *Marant. ibid. n. 4. Gail. 1. obſ. 141. n. 1. Tuſch. lit. I. concluſ. 203. n. 4. & 5.*

Hæc Inſtantia certi temporis lapſu de jure civili perit.

77. Inſtantia autem Judicii, niſi Lis citius diſceptetur, de Jure civili perit in Cauſis S. Q. & quidem civilibus triennio à L. C. elapſo, *l. Properandum. 13. §. 1. C. de Judic.* In criminalibus biennio, *l. ult. C. ut intra cert. temp. Crim. quaſt.* In cauſis verò Appellationum Anno, vel prorogatione ex prægnanti cauſa impetratâ, longiſſimum biennio, *Auth. Ei qui & l. ult. §. 4. C. de Temp. Appell.* idque ita conſtitutum ob utilitatem publicam, ne lites fierent immortales, *Mynſ. 3. O. 44. n. 1. Hujus materia ampliationes ac reſtrictiones ſunt apud Tuſch. lit. I. Concluſ. 203. 205. 208. 209. & 217.*

Quod ſecus eſt de jure Canonico & Camerali.

78. In Camera tamen Inſtantia Judicii lapſo fatali biennii in cauſis Criminalibus & Appellationum, aut triennii in civilibus cauſis S. Q. non perimitur, *Gail. 1. de P. P. c. 9. n. 14. & 15. Item 1. O. 141. n 7.* Idque, *ut ibidem putat Gailius,* ob multitudinem cauſarum, & quòd in Conſiſtorio Principis, quale eſt Camera, fatalia non currant. Aſt neutra ratio illius non-peremptionis vera cauſa videtur, ſed potius hanc eſſe opinor, quòd de Jure Canonico, quod quoties jus Civile & Canonicum inter ſe diſcrepant, quoad Proceſſum Judiciarium in Germania obſervatur, nulla Inſtantia lapſu biennii aut triennii pereat, ſed perpetuò duret, *Mynſ. 2. O. 48.*

79. Quo faciunt tradita à Gylm. *voc. Nullitas. §. Exceptio.* ubi ait: *Exceptio nullitatis ſententia, quòd in prima inſtantia lata ſit poſt triennium à tempore litis mota, & ſic contra diſpoſitionem L. Properandum. C. de Judic. non recipitur in Camera. Quia conſuetudo omnium Judiciorum priorum Inſtantiarum eſt contra diſpo-*

dispositionem illam, & in eo observatur jus Canonicum, c. Venerabilis. 20. ibique Abb. & Felin. de Jud. Abb. c. fin. n. 4. de Dol. & Contum.

80. Ab eo, quod præced. n. 78. dixi, nullam instan iam, sive causæ sint S. Q. sive Appellationum, lapsu biennii aut triennii perire. quoad causas Appellationum coram Judicibus Cameræ inferioribus pendentes quodammodo dissentit Gail. 1. O. 141. *n.* 8. dum ait: *Si tamen hujus tempora prosequendæ Appellationis*, (scilicet Annus vel biennium,) *coram inferioribus Judicibus non sint servata, appellatio in Camera tanquam deserta non recipitur, text. in d. Auth. Ei qui. C. de Temp. Appell. sed ad Judicem à quo pro executione remittitur, quod est diligenter observandum, quia in Camera judicatur secundum jus Commune, etiam quoad solennitates coram judicibus inferioribus non servatas: tametsi ubique fere locorum in judiciis horum fatalium nulla ratio habeatur. Quoniam verò iis in locis, ubi jus commune* (Civile, intelligit,) *adhuc servatur, raro intra annum aut biennium causæ Appellationum propter impedimenta judicium finiri possunt, ideo communis Practica observat, ut Procuratores coram Judicibus non semel sed pluries de sua diligentia & fatalibus non lapsis vel labendis protestentur: unica protestatio non sufficeret, sed necesse est eam aliquoties repetere.*

Circa peremptionem instantiæ jus civile in nonnullis Judiciis inferioribus observari attestantur Gail. & Mynsing.

81. Idem docet quoque Mynf. 6. O. 12. *n.* 6. & 7. Et quamvis istorum doctrinæ non facilè fides deneganda, tamen vix à me impetrare possum, ut credam hodie dari ullum Judicium, in quo ratio fatalium prosequendæ Appellationis habeatur, aut causam propter non servata ejusmodi fatalia in Camera desertam pronunciari. Et quamvis tam Gailius quam Mynsingerus dicant, ob Fatalia coram Judice inferiori non observata Appellationem tanquam desertam non recipi, tamen neuter aliquod Præjudicium allegat. Nec ego hactenus ejusmodi Præjudicium apud ullum Authorem legi, quare Gylmanno *allegat. suprà n.* 79. majorem fidem adhibendam esse opinor.

Ast de veritate illius Attestati dubitatur.

82. Sed ut illûc revertar, unde digressus eram, porrò sciendum Jurisdictionem Cameralem per viam S. Q. fundari vel ratione personarum vel ratione causarum. *De hoc modo agam infra tit. 28. & 14. seqq. illum proximo titulo perstricturus sum.*

Jurisdictio Cam. per viam S. Q. fundatur ratione vel personarum, vel causarum

TIT. XXVI.

DE

JURISDICTIONE CAMERALI QUATENUS ILLA FUNDATUR RATIONE PERSONARUM.

1. Ratione personarum Jurisdictio Cameræ fundatur. I. Si persona Cameralis sit convenienda. Personam verò cameralem hîc voco quemcunque, qui Cameræ immediatè subjectus est, ac propterea ibidem suum forum sortitur.

Ratione person. jurisdictio Cam. fundatur, I. Si persona Cam. convenienda.

 2. Im-

Personæ Cam. sunt (1.) Jurati Camerales cum tota familia.

2. Immediatè autem Cameræ subjecti sunt (1.) non solùm, Judex Præsides, Assessores, Advocati, Procuratores, & reliquæ personæ eidem Cameræ juramento obstrictæ, (*quarum mentio facta supra t. 5. & 16. seqq.*) quamdiu hæ in sua Camerali functione demorantur nec sub aliam jurisdictionem transeunt, sed etiam ipsarum tota familia, videl. Uxores, liberi, scribæ famuli, servi, ancillæ, &c. quamdiu nim. hi sub potestate ac in domo dictatum personarum vivunt, nec ad Extraneorum familiam transeunt, *vigore C. p. 1. t. 63. pr. R.* 1654. §. Hingegen aber. 141.

Illorumq; Viduæ itidem cum tota familia.

3. Cum præmemoratis personis eodem jure etiam gaudent ipsarum relictæ viduæ cum suis liberis ac reliqua familia, antequam per nuptias aut aliter civicæ seu alterius jurisdictioni se subdant, *pracit.* §. 141. Utrum verò utroque Parente mortuo Cameralium liberi proprium Larem foventes jurisdictioni Cameræ, an magistratûs Spirensis subsint, inter illam & hunc adhuc controversum est, *R.* 1654. §. Dan wie ec. 142. *Add. supra tit.* 23. *n.* 17.

(2.) Praxeos Cam. Studiosi.

4. (2.) Praxeos Cameralis Studiosi, (*communiter Spiræ* Practicanten *nominati,*) *Mynf.* 5. *O.* 52. *n.* 2. si nim. in Matriculam Cameræ sunt recepti, alioquin Magistratui Spirensi subjiciuntur, *supra t.* 22. *n.* 4.

(3.) Litigantes eorumque sollicitatores Spiræ præsentes.

5. (3.) Litigantes eorumque Sollicitatores, quatenus utrique Spiræ præsentes sunt, ibique duntaxat suæ Dominorumve suorum litis promovendæ ergò commorantur, *Mynf.* 5. *O.* 52. *n.* 3, *Add. supra tit.* 22. *n.* 2.

Tamen illi Studiosi, Litigantes horumque sollicitatores non quacunq; actione ibidem conveniri possunt.

6. Benè vero notandum, quod prædictos tum Practicantes, tum litigantes horumque Sollicitatores attinet, illos non quacunque actione sed duntaxat quatenus, & apud Judicium Camerale morantes contraxerint, aut deliquerint, sive illud factum in judicio, sive extra istud in civitate seu suburbiis, *v. Mynf. d. n.* 3. & tempore instituendæ Actionis ex isto contractu sive delicto ortæ ibidem inveniantur, in Camera conveniri posse. Quod posterius quoque requiritur, quia nemo in loco contractûs sortitur forum, nisi ibidem reperiatur, *Gail.* 2. *O.* 36. *nn,* 14. *Umm. Process. Judiciar. disp.* 4. *n.* 5.

Sed in aliisque jus revocandi domum habent.

7. Ratio autem, quare isti Practicantes, Litigantes, horumque sollicitatores non quacunque actione in Camera conveniri possint, est hæc, quòd illi ibidem domicilium non constituant, sed tanquam discedentes vivant. Quapropter si alia actione, quam quæ cæteroquin de jure communi contra Reum, ubicunque locorum etiam inventus fuerit, institui queat, illorum quis in Camera conveniatur, jus revocandi domum habet.

Idem juris est in Cameralium Scribis, famulis &c.

8. Ast quid dicendum de personarum Cameralium Scribis, famulis, servis ancillis, &c.? Resp. Cùm & illorum plerique domum suam revertendi animum habeant, eorumque Status ac ministeria quovis horæ momento mutationi subjaceant, eodem jure eosdem frui puto.

Jurati Camerales omnium generum actionibus in Camera conveniri possunt.

9. Personas vero, quæ Cameræ juramento obstrictæ, istiq; operam præstant, quod concernit, cùm quemadmodum miles castrensis ibi domicilium habet, ubi meret, *l.* 23. §. *fin. ad Municip.* Sic illæ tanquam milites togati domicilium in loco Judicii Cameralis, quamdiu suo munere funguntur, habeant, *arg. C. p.* 1. *t.* 63. *pr. verb.* So lang sie ihr häußlich Anwesen bey und an dem Käyserl. Kammergericht

richt haben. Sequitur, quòd eædem personæ quacunque etiam conveniantur actione, in Camera forum sortiantur, cùm vigore juris communis quamlibet actionem tam personalem, ex quocunque vel ubicunque locorum celebrato contractu aut commisso delicto etiam illa oriatur, quàm realem in loco domicilii intendere liceat, juxta unanimem omnium Dd. sententiam. *Add. Umm. præalleg. disp. 4. n. 1. usque 49.*

Hoc etiam obtinet in eorundem uxoribus, viduis ac liberis.

10. Idem dic de illarum personarum Uxoribus & liberis, item earundem viduis harumque liberis, quia hos omnes cum suis maritis ac parentibus idem domicilium habere, idemque forum sequi indubitati Juris est.

Actio realis tamen contra hos omnes in loco rei sitæ etiam institui potest.

11. Quod si Actio contra personas Camerales instituenda realis sit, in arbitrio Actoris est, utrum istam in judicio Camerali, an coram judice rei sitæ instituere velit. *per l. fin. C. ubi in rem act. Gail. 1. O. 1. n. 39. Myns. 5. O. 25. n. 1. Magenh. ad O. C. p. 1. t. 49.* Quoniam in actione reali persona non est obligata, §. 1. *I. de Act.* Ideò non persona sed res ipsa in judicium trahitur, *Gail. 1. O. 37. n. 4.* Ob quam rationem etiam Clericos, qui sine dubio magis privilegiati in hoc casu, quam Laici, quales sunt Camerales personæ, actione reali coram sæculari Judice rei sitæ conveniri posse tradit Gail. *d. n. 4. & Umm. disp. 4. n. 33.* Et Gylm. *voc Privilegium. §. Privilegia.* ait: *Si quis ratione privilegii non potest nisi coram certo judice conveniri, tamen ratione delicti vel rerum ibidem existentium potest conveniri coram Ordinario ejus loci, cap. delicti. 17. de for. compet. Gloss. c. 1. §. in eos. de Privileg. in 6.*

An persona Cameralis in Aula Cæsarea conveniri queat.

12. Sed quæritur utrum Persona Cameralis etiam in Aula Cæsarea conveniri queat? Pro affirmativa facit, quòd Camera & Aula Cæsarea concurrentem habeant jurisdictionem, proinde in electione Actoris sit, utrum illa in Camera, an Aula Cæsarea convenire velit, *secundum tradita tit. proximè præced. n. 41.* Pro Negativa autem militat, (1.) Quòd personæ camerales nulla alia jurisdictione, præterquam camerali prægravari debeant, *C. p. 1. t. 63. pr. R. 1654. §.* Hingegen aber. 141 *utrobique in verb.* Auch anderer Gerichtszwänge frey seyn/ und damit durch niemands in keine Wege NB. beschwert. Quæ verba: In keine wege cùm sint universaliter negantia, omnesque cæteras Jurisdictiones excludant Aulam Cæsaream quoque excludunt. (2.) Quòd specialiter excipiatur ille casus ut si Assessores Cameræ ex malitioso animo malè judicaverint, atque Syndicatûs fuerint accusati, contra illos coram Imperatore (*seu quòd in idem recidit, in Aula Cæsarea,*) ad condignam pœnam procedi debeat, *C. p. 3. t. pen. §. 14.* Quæ exceptio confirmat regulam in reliquis Casibus non exceptis.

13. Atque hæc Negativa videtur esse verior nec quicquam obstare, quòd camera & Aula Cæsarea habeant concurrentem Jurisdictionem, quoniam hæc concurrentia non in omnibus causis & casibus locum habet, *prout ostensum tit. proximè præced. num. 60.* Eam concurrentiam verò quoque locum in proposito casu non habere satis ostendunt textus & rationes *num. proximè præced.* pro Negativa adducta.

An persona Cameralis beneficio Austregarum gaudeat.

14. Præterea hic occurrit alia quæstio, utrum scil. Princeps, Comes, aliusve Austregarum beneficio gaudens, si cooptetur Judex, Præses aut Assessor Cameræ, il-

ræ, illud beneficium amittat? Quæ quæstio affirmanda videtur, (1.) Quoniam vigore juris communis quilibet in loco domicilii conveniri potest, *suprà n.9.* jam verò Judex, Præsides & Assessores omnes domicilium suum in loco Judicii Cameralis habent, *secundum tradita d. n. 9.* (2.) Propter Authoritatem *Gail. 1. O. 1. n. 39.* Qui asserit, personas immediate Jurisdictioni Cameræ subjectas, cujuscunque sint dignitatis aut NB. præeminentiæ, statim in prima instantia coram Camera conveniri posse, *idem d. n. 39. junct. n. 1. ibid.* Quæ universalis assertio neminem excludit (3.) Quia personæ Camerales nulli Jurisdictioni præterquam camerali subjectæ sint, *suprà n. 12.* Ergo beneficium austregarum amittit.

15. Verum enim verò hic distinguendum autumo inter actiones, quæ oriuntur ratione officii, aliasve contra illos tanquam personas camerales, & inter actiones contra eosdem tanquam membra Imperii immediata Austregis gaudentia instituendas. De priori casu argumenta pro Affirmativa accipienda esse opinor, minimè verò de casu posteriori. Etenim iniquissimum esset, ut Judex, Præsides & Assessores alioquin beneficio Austregarum gaudentes eo ob susceptum officium privari deberent, siquidem aliàs nemini officium suum debeat esse damnosum, *Gylm. tom. 4. part. 1. vot. 14. n. 98.* Ergò multò minùs istis personis cameralibus.

Processus contra Camerales institutus aliquando judicialiter, alio quando extrajudicialiter peragitur. Ubi Camerales ad pœnam corporis afflictivam conveniendi.

16. Denique observandum, licet alias quotiescunque aliqua Litis disceptatio adversus personam non-Cameralem instituitur, ea disceptatio semper necessariò judicialiter peragi debeat, illud tamen aliquo modo secus esse in personis cameralibus, si hæ conveniantur. Nam causa adversus easdem instituenda, aut est levis ac summaria, quæ de simplici & plano expediri potest: aut est ardua, gravis & intricata, ut ita ordinarium Processum requirat. Priori casu tota litis disceptatio extrajudicialiter peragitur Atque tunc exhibitæ supplicationi inscribi solet ejusmodi Decretum: Soll Beklagten seinen Gegen-Bericht hierauff innerhalb— Tagen zu thun zugestellt werden. Posteà Actor hanc Supplicationem cum originali Decreto per Pedellum Reo insinuari curare tenetur. Posteriori autem casu ad porrectam Supplicam Judex Processus, uti alias fit, decernit, ac Partes ad judicium remittit.

17. Atque hactenus dicta in causis civilibus & criminalibus pœnam corporis afflictivam non complectentibus indubitatè procedunt. Quòd verò attinet illas causas criminales, quæ pœnam corporis afflictivam merentur, de his vide suprà *tit. 24. num. pen.*

II Si litigans ratione Salarii ab Advocato & Procuratore Cam. conveniatur.

18. II. Si pars litigans ratione residui salarii ab Advocato aut Procuratore cameræ conveniatur, *per Text. C.p. 1. t. 46. §. 10.* Idque indistinctè procedit, sive illa pars mediatè sive immediatè cameræ subsit, deinde sive Spiræ præsens, sive absens sit, quia textus allegatus indistinctè loquitur. Et hoc quotidiana experientia etiam confirmat. *Add. infrà tit. 34. num. 249. & seqq.*

Cujus rei rationes à Gailo annotatæ rejiciuntur.

19. Hujus rei duplicem rationem adducit Gail. 1. O. 1. n. 37. Dicit enim illud fieri (1.) ob continentiam causæ (2.) ob id, quòd partes ratione Salarii in camera quasi contraxisse videantur. Verum neutra ratio ab omni parte beata est. Non prima, quoniam aliàs Advocati & Procuratores extranei etiam suos Clientes, qui-

bus

bus in Camera inserviunt, ratione Salarii convenire possent. Cujus contrarium tamen experientia docet, & tenentur illi suos Clientes coram Ordinario Judice convenire. Nec secunda, quoniam Advocati & Procuratores Cameræ suos Clientulos absentes in Camera convenire non possent, cum nemo in loco contractus conveniri queat, nisi ibidem reperiatur, *teste ipso Gail. 2. O. 36. n.* 14. Hinc potius dicendum puto, Advocatis & Procuratoribus Cameræ ex singulari favore concessum, ut residua Salaria à Clientibus indistinctè in Camera exigere liceat, ne aliàs maximo cum damno hinc inde in Imperio sub diversis Judicibus litigare cogerentur.

III. Si Commissarius à Camera datus ratione Salarii contra impetrantem agit vel. IV. Si ejusmodi Commissario injuria infertur.

20. III. Si Commissarius à Camera ordinatus litigantem, qui commissionem impetravit, ratione Salarii convenire intendat, illud etiam indistinctè, *prout enim proximè praeced. dictum.* facere potest, *Gail. d. n.* 37. Et quidem ex his rationibus, (1.) Quoniam Camera Commissarium deputat, ideò ipsi quoque in exigendo salario assistere debet. (2.) Quia litigator commissionem impetrans Cameram pro competente Judice agnoscit, consequenter igitur ut in omnibus Accessoriis & inde dependentibus eam agnoscat, juri & æquitati conveniens est. Judex enim in causa principali de omnibus judicat, ne contra juris præcepta super eadem re diversi adeantur Judices, *Ruland. de commiss. lib. 7. c. 7. n.* 21.

21. IV. Si quis commissario à Camera dato, durante Commissione ratione officii ejus tanquam Commissario injuriam inferat. Nam hæc injuria Cameræ, & non Imperatori illata censetur, ideò contra Injuriantem Processus in Camera decernuntur, *Gylm. voc. Injuria §. sed quid.*

V. Si Reus sub iurisdictione Cameræ immediatè subjecta litigiosa habitat.

22. V. Si Reus sub Jurisdictione inter diversos Dominos Imperio immediatè subjectos litigiosâ domicilium habeat. Ex hac ratione quoniam litigiosa Jurisdictio dicitur, quam neuter possidet, sed uterque ex justis causis se possidere contendit, *per tradita infra t.* 31. *n.* 5. Quicunque verò Jurisdictionem non possidet, aut habet, Judex esse nequit. Nam Judex dicitur, qui habet Jurisdictionem, & quicunque non habet jurisdictionem judex non est. Cum igitur jurisdictione inter duos litigiosa existente, neuter judex esse queat, judex proximè superior est adeundus. Atque ex hoc fundamento, cum Reus sub jurisdictione inter Electorem Moguntinum & Hassiæ principem litigiosa habitaret, deque lite illa Cameræ constaret, hanc Processus in causa Dernbachs contra Linsing decrevisse testatur Rod. *Pandect. Cam. lib.* 1. *tit.* 4. *n.* 30.

Limitatio.

23. Sed cum causa criminalis pœnam corporis afflictivam prosequens ad Cameram non spectet, ut dicetur latius infra, *tit.* 43. *num.* 3. *usque* 14. quæritur itaque, quid in hoc casu obtineat? Resp. Illo litigio pendente criminosus interim potest capi & sequestrari apud tertium, qui illum pro qualitate delicti puniri faciat. *Præjudicium habet, Gylm. voc. Jurisdictio. §. ult. pag.* 170. Si de hoc tertio Litigantes ipsi inter se non conveniant, Camera ad implorationem partis læsæ aliquem deputare potest, *per tradita Gylm. voc. Jurisdictio. pag.* 169.

VI. Si Reus sit vagabundus.

24. VI. Si Reus sit vagabundus, *Gail.* 1. *O.* 1. *n.* 34. Cum enim ille non habeat certum domicilium aut sedem, ut ita ignoretur, coram quo judice sit conveniendus, ad omnium superiorem, sc. ad Cameram recurrendum est, ubi ad imploratio-

nem

nem Actoris Citatio per Edictum decernitur. Sin verò causa ejusmodi sit, v. g. Matrimonialis, utpote quæ in Camera pertractari nequit, citatur Vagabundus duntaxat ad denominandum Judicem, coram quo conveniri velit. *Præjudicium annotavit Schvv. O. 25. n. 50.*

VII. Si Reus sit Bannitus.

25. VII. Si Reus sit bannitus aut Regalibus beneficiisque juris communis privatus. Nam ille amittit omnia privilegia, ergò etiam privilegium fori, *Gail. 1. O. 1. n. 38.* Hinc si privilegio Austregarum gaudens banniatur, non potest nominare judices juxta Ordinationem Cameræ & per consequens tali casu ipsius causa immediatè in Camera recipitur, *Mynſ. 1. O. 90.* Secus tamen esset, si alias causa pertineret ad Ordinarios & perpetuos Magistratus, sive Judices illius Banniti v.g. *si causa esset criminalis, matrimonialis, feudalis, &c.* Hi enim non inhabilitantur per declarationem Banni contra Bannitum factam, *Mynſ. ibid. in fin.*

VIII. Si Status Imperii suum subditum convenire intendit.

26. VIII. Si Princeps aliusve Imperii Status suum privatum subditum immediatè ipsi subjectum aut suam civitatem municipalem immediatè itidem ipsi subjectam convenire velit, *Mynſ. 5. O. 1. n. 1. & Gail. 1. O. 1. n. 18.* Licet enim Princeps seu alius Imperii Status sit Judex ordinarius sui subditi, cum verò hic propria causa agatur, in qua nemo judex esse potest. *l. unic. C. ne quis in sua cauſ. l. 10. de Jurisd.* necessariò Camera tanquam Judex proximè superior adeunda.

Quod limitatur.

27. Cujus rei exceptio est, si inveterata consuetudine seu speciali privilegio receptum ac provisum sit, ut subditus seu Civitas municipalis coram Judice Curiæ (Hofgericht) à suo Principe conveniri possit, quia consuetudo Jurisdictionem tribuit. Imò valet consuetudo, ut quis sit Judex in propria causa, *Gail. d. num. 18.* Cùm verò in consuetudine se fundans, eam probare debeat, *l. 1. C. quæ sit long. consuet.* Ideò Princeps hanc consuetudinem allegans, eandem probare tenetur.

Ratio Gailii refutatur.

28. Quòd autem dictâ consuetudine seu Privilegio non extante, Civitas Municipalis à suo Principe in Camera conveniri debeat, *Gailius præcit. n. 18.* hanc adducit rationem, quia ejusmodi civitas loco Privatorum habeatur. Quæ ratio præsupponit, quasi quivis privatus, sive sit subditus sive non à Principe non alibi quam in Camera conveniri debeat. Ast cum juris manifestissimi, quòd quivis Privatus coram suo ordinario Magistratu, *qui non semper est Camera*, (à quocunque etiam conveniatur, conveniri debeat, apertè patet, illud præsuppositum Gailii esse falsum, proinde nec ejusdem ratio super eo Præsupposito adhibita vera erit.

Ubi Status sui subditi subditum convenire debeat.

29. Sed quid si Princeps civem seu subditum suæ civitatis municipalis convenire velit? Resp. Hoc tenetur facere coram Senatu illius Civitatis tanquam Ordinario Magistratu illius civis seu subditi, *Umm. Processf. Judic. disp. 4. n. 51.* Et hoc procedit, si conventus civus subditusve consentiat, cæteroquin ille Senatus recusari potest. Nam Judicem, qui Subditus Adversarii mei, tanquam suspectum recusare licet, *Marant. Specul. Jur. part. 6. Rubr. de Appell. n. 41.* Quoniam timore vel amore sui superioris à recto tramire deviare posset, *Marant. ibid. a. 41. & 46.* Atque sic causa in hoc casu non directo ad Cameram pertinet, sed demum per viam recusationis eò devolvitur.

30. IX.

30. IX. Si quis suo foro renunciet, seque Jurisdictioni Camerali subjiciat, *Gail.* 1. *O.* 1. *n.* 29. Quæ renunciatio ac subjectio valida, quoniam quilibet favori pro se introducto renunciare ac jurisdictionem prorogare potest, *l.* 29. *C. de Pact.* Hoc tamen eatenus procedit, si privilegium fori principaliter concernat favorem renuntiantis: Secus est, si etiam favorem superioris respiciat, quo casu renuntiatio absque ejus consensu & licentia facta non subsistit, *Gail.* 1. *O.* 40. *n.* 2. *Add. ibid. n.* 3. *usque* 11.

IX. Si quis foro suo renunciet.

31. Hæc Renuntiatio autem fit vel tacitè, si nimirum in Camera conventi privilegium fori non opponant, atque sic Jurisdictionem Cameræ tacitè prorogent: vel expressè, idque aut per Compromissum, *de quo infrà, tit.* 38. aut per aliam conventionem.

Quæ renuntiatio fit vel tacitè vel expressè.

32. Hæc posterior renuntiatio, quæ per conventionem fit, debet esse specialis, ut quis in specie suo foro renuntiet, sive exprimat, ubi conveniri velit, alias si diceret: Daß Kläger Ihn für allen Gerichten fürnehmen möge: Cameræ Jurisdictio per istam generalem renuntiationem non fundatetur, quoniam ejusmodi renuntiatio duntaxat de Judiciis competentibus intelligenda, *Myns.* 1. *O.* 88. *Gylm. voc. Renuntiatio.* §. 1.

Renuntiatio conventionalis debet esse specialis.

33. Hæc tamen non obtinent, si quis privata Scriptura vel missiva extra Judicium promisisset, quòd in Camera immediatè conveniri deberet, quoniam posteà possit pœnitere & ad competentem Judicem provocare, *Mynſ. d. O.* 88. *Gylm. d. loc.* §. 2. *Magenb. ad O. C. p.* 2. *tit.* 1. §. *fin. ubi dicit utrumque casum in Camera observari.*

Quatenus hæc renuntiatio valeat.

34. Si præter generalem renuntiationem in quibusdam literis obligatoriis aliæ clausulæ executivæ, quarum vigore à Mandato S. C. inchoari queat, adsint, tum licet forum Camerale non fundetur ratione istius generalis renuntiationis, tamen ratione illarum clausularum fundatum est. Ast hoc solummodo procedit in habentibus Austregas. *Vid. infra tit.* 27. *n.* 176.

35. X. Si unus Circulus Imperii in suum circulum alterius Circuli Status pertrahat, *R.* 1548. §. Und nachdem. 49.

X. Si unus Circulus Imperii alterius Status ad se pertrahat.

36. XI. Si Status Imperii imploratus contra milites in ipsius territorio grassantes auxilium implorantibus non tulerit, & implorantes illum ratione restitutionis damni perpessi in Camera convenire velint, Landfr. 1548. *art.* Von den Herrnlosen 24.

XI. Si Status Imperii ratione damni à militibus non repulsis illati conveniatur.

37. XII. Si Executor ratione Sumptuum in executionem factorum contra quem Executio facta agere intendat, *C. p.* 2. *t.* 17. Cujus forsan hæc est ratio, quoniam isti Executori à Camera Executio injuncta, idcircò etiam in exigendis sumptibus illi assistere Camera debet, prout *supra n.* 20. de Commissario à Camera ordinato traditum est.

XII. Si Executor ratione sumptuum agat.

38. XIII. Si Debita Cancellariæ à Litigantibus exigenda, *C. p.* 1. *tit.* 46. §. *pen.* Verum cum in alleg. §. pen. dispositum, quòd Fiscalis illa Debita exigere debeat, ac propterea Jurisdictio Cameræ hoc casu potius ratione causæ à Fiscali persequendæ fundata censeatur, de hac ut & aliis causis, quas Fiscalis licet non ad

XIII. Si Debita Cancellariæ exigenda.

Fisci sed aliorum commodum prosequi tenetur, agam infra sub Tit. *De causis fiscalibus* 30.

XIV. Si persona convenienda imperio immediatè subsit.

39. XIV. Et ultimò in genere si persona convenienda, quæ Imperio ac Cæsareæ jurisdictioni immediatè subest, Ubi pro Regula notandum, quod omnes & singulæ personæ Imperio ac Cæsareæ jurisdictioni immediatè subjectæ in Camera forum competens habeant, *C. p. 2. t. 30. & t. 1. §. 1. eod.*

Intelligitur verò hic tam persona singularis, quam universitas unam personam repræsentans.

40. Sub voce *Persona* autem hic intelligo non tantum singula individua humana, utpotè Principes, Prælatos, Comites, Barones ac Nobiles immediatos, (*de quibus adde omninò tit. proximè seq. n. 22. & 29. seqq.*) sed etiam communitates, uti sunt Civitates Imperiales, Collegia seu Capitula Canonicorum, Monasteria ac reliquæ Societates imperiò immediatè subjectæ. Nam cum eæ hic considerentur tanquam Universitas, quæ est unum corpus ex multis personis compositum, *l. 30. princ. de Usucap. l. 23. §. 5. de R. V.* atque unius personæ vicem sustinet, *l. 22. de fidejuss.* in ista consideratione immediatæ Subjectionis unam quoque personam repræsentant.

Imperio immediatè subjectus quis dicitur triplici modo.

41. Imperio autem (*sed quod in idem recidit, Jurisdictioni Cæsareæ*) immediatè subjecti porro sunt tales vel ratione solius personæ, vel ratione solorum bonorum, vel ratione utriusque. Postremi sunt Principes sæculares, Comites, Barones & Nobiles immediati, qui bona immediatè sub Imperio habent atque ab eo recognoscunt.

Ratione solius personæ quinam imperio immediatè subsint.

42. Ratione solius personæ Imperio immediatè subsunt, qui nulla bona sub Imperio habent, aut ab eo recognoscunt, quales sunt (1.) Pleræque Civitates imperiales. Nam harum paucæ Feuda ab Imperio habent. (2.) Illi qui ob sua merita erga Imperium à Cæsare Principes, Comites ac Barones Imperii creati sunt. *Vid. R.* 1654. §. Uber dieses haben. 197. *Capit. Leop.* §. 44. (3.) Huc pertinent etiam illi, qui ex Principibus, Comitibus, Baronibus Imperii & Nobilibus immediatis nati sunt, sed in bonis paternis non succedunt. vulgò Abgetheilte Fürsten / Graffen / Herren / &c. Hi enim postquam patria potestate soluti sunt, non amplius forum commune cum patre habent, sed forum sortiuntur proprium.

Et quinam ratione solorum bonorum. Quales sunt Ecclesiastici.

43. Ratione solorum bonorum Imperio immediatè subsunt Ecclesiastici, qui bona ab Imperio habent & recognoscunt. Nam isti ratione suæ personæ & quatenus considerantur ut Ecclesiastici Papæ Romano subjacent, nec Cæsar neque Imperium Germanicum in eos ullam potestatem habet, vigore Concordatorum Friderici III. cum Pontifice Nicolao V. 1. April. 1447. initorum, *quæ extant apud Gold. Constit. Imper. tom. 1. pag. 408. & seqq.*

Et Capitula Imperii libera.

44. Porrò secundum tradita præced. n. 40. sub Ecclesiasticis hic comprehendo non tantum singulares personas, uti sunt principes ac prælati, *de quib. adde tit. proximè seq. n. 22. & seqq.* sed quoque tam Capitula seu Collegia Canonicorum libera, Die freye Käys. Stiffte / qualia sunt Bruxellense in Brau-Rhein propè Spiram, Burschedense prope Aquisgranum & Arnuellense prope Saarbrücken / *Gail. 1. O. 30. n. 90.* quam Monasteria immediatè Imperio subjecta, cujusmodi habentur

bentur Monasterium Erbacense in Ostro-Francia in sylva Steigerwald / & Monasterium S. Michaëlis in colle Münchberg / juxta Bambergam sito, *teste Schubh. de Austreg. cap. 3. n.* 27.

45. Capitula verò, quæ suos Episcopos seu Prælatos habent, non immediatè Imperio sed illis Episcopis seu Prælatis subsunt, ibique forum competens habent, *Gail.* 1. *O.* 30. *num.* 3. His autem mortuis atque sic sede vacante illa Capitula cùm mortuos Episcopos seu Prælatos repræsentent, eorundem forum in Camera sortiuntur, *Gail. d. O.* 30. *num.* 10. ubi tamen n. 13. istis Capitulis beneficium Austregarum denegat, ex hac ratione quoniã istiusmodi Capitula non sint Status Imperii.

Reliqua Capitula suis Episcopis subsunt, sede tamen vacante forum in camera sortiuntur, nec gaudent Austregis sec Gailium sed refutatur Gailius.

46. Ast cùm Gailius in d. n. 3. se referat ad præced. n. 3. ubi egerat de Capitulo Episcopum habente, in eod. n. 13. autem agat de Capitulo sedem vacantem habente, ista relatio primò est incongrua. Deinceps Capitulum sede vacante esse Statum Imperii non quatenus tale, sed quatenus repræsentat Episcopum vel Prælatum, inde constat, quod Episcopalis Jurisdictio sede vacante manet apud Capitulum, *Gloss. in cap. 9. verb. Clerici: De Hæretic.* Atque hoc Episcopi vices gerit, *Gloss. in cap. pen. verb. Debebit. De supplend. Neglig. Prælat. in 6.* Administrationem habet in Spiritualibus & temporalibus, *d. cap. pen. & ult. ibique Gloss. in verb.* Non potest. Et ita Episcopo par est, *Gail. d. O.* 30. *n.* 10. Tertio Capitulum sede vacante vocatus ad Comitia, uti exemplis istud demonstrant Bertram. *de Comitiis n.* 37. & Subscriptio Recessuum Imperii. Quod & manifestè apparet *ex J. P. art.* 5. §. *Electi* 20. Ergò pro Statu Imperii habentur, *per tradita infrà n.*48. Quartò Ecclesia vacans est instar Minoris, *c. 3. de Restit. in integr.* Capitulum verò instar tutoris, *Schvv. O. 7. n.* 1. Quemadmodum igitur tutor sequitur forum pupilli, sic Capitulum forum sedis vacantis, *Schubh. de Austreg. c.3. n.*50. *Schvv. d. O. 7. n. 3. & 4.* Ex quibus sequitur Capitulum jure repræsentationis privilegiis Austregarum gaudere. Neque obstat quòd Austregæ sint strictè interpretandæ nec extendendæ, hîc enim nulla fit extensio, ne quidem de persona ad personam, cùm Capitulum duntaxat repræsentet Episcopum defunctum vel futurum successorem, *Schubh. d. cap. 3. n.* 43.

47. Insuper silentio hîc non prætereundum, differre Imperio immediate esse subjectum & esse Statum Imperii. Nam immediatus Imperii Subditus dicitur, qui præter Cæsarem nullum superiorem recognoscit, Status Imperii verò est, qui Sessionem & Votum in Comitiis Imperialibus habet, der Stimm und Stand in Reichs-Versamblungen hat. *arg. R.* 1548. §. Wan auch ein 156. *Capit Leop.* §. 40. & 44. Sic dictus à Stando, eodem sensu quò illi, qui jus per seipsos comparendi in judiciis habent, legitimam personam standi in judiciis habere dicuntur. Nam & Proceres Imperii, qui in Comitiis comparere possunt, ibique tanquam Christianum corpus ac Conventus cum Cæsare de rebus Imperii statuendi jus habent, *vid. R.* 1512. *princ. in fin.* stationem, *id est legitimam personam standi in* Comitiis habere dicuntur, *prædleg.* §. 56.

Statum Imperii esse & esse immediatum imperii subditum differunt.

Quinam sint & dicantur Status Imperii.

48. Quinam Proceres verò sint Status Imperii, recenset Rein. *de R. S. & E. lib.* 1.

lib. 1. *Claſſ.* 4. *cap.* 21. Cui addi poſſunt Subſcriptiones Receſſuum Imperii. Infallibilis enim ac firmiſſima propoſitio eſt : *Quicunque in ſubſcriptionibus Receſſuum Imperii invenitur, ille eſt Status Imperii.* Quandoquidem nemo ad ejusmodi Subſcriptiones admittitur, qui in Comitiis Seſſionem & Votum non habet. Imò licet illud habeat, tamen abſit, nihilo magis admittitur, quoniam illi duntaxat ſubſcribunt Receſſum, qui ei compilando interfuere. Hinc è contrà non ſequitur : *Ille in Subſcriptione hujus vel illius Receſſus non invenitur. Ergo non eſt Status Imperii.* Quanquam hoc Argumentum : *Ille in nullis Subſcriptionibus Receſſuum Imperii invenitur, ergò non præſumitur eſſe Status* : utique procedat.

Non omnis immediatus Imperii ſubditus eſt Status Imperii.

49. Deinde quamquam quilibet Imperii Status Imperio immediatè ſubſit, non tamen è contrà omnis immediatè imperio ſubjectus confeſtim eſt Status Imperii. Nam ejuſmodi Status non ſunt. (1.) Nobiles immediati, qui aliàs Reichs vom Adel. dicuntur, *vid. tit. proximè ſeq. nu.* 45. (2.) Quidam Comites & Barones immediati, *per Capit. Leopold.* §. 40. *verb.* Grafen und Herren / ſo in den Reichs-Collegiis keine Seſſion oder Stimme haben. *Add. ibid.* §. 44. *verſ.* Deſsgleichen. *Deput.* 1564. §. und wollen. 29. (3.) Cœnobium Erbacenſe & Monaſterium S. Michaelis in colle Münchberg. *ſuprà num.* 44. memorata, *teſtante Schubb. ibid. allegato.*

Capitula Bruxell. Burſched. & Arnuell. ſunt Status Imperii.

50. Capitula verò nimirum Bruxellenſe & Burſchedenſe *in d. n.* 44. *memorata* quod attinet, cùm Legatus Capituli Bruxell. in ſubſcriptione Receſſuum Imperii de Anno 1642. & 1654. item Abbatiſſæ Capituli Burſched. in Subſcriptione R. 1654. inveniatur, utrumque Status Imperii erit, *ſecundum tradita præced. num.* 48. Imò Præpoſitus Burſchedenſis & Arnuellenſis inter Status Imperii referuntur in Matricula de Anno 1471. apud Goldaſt. *Conſtitut. Imper. tom.* 1. *pag.* 21.

Regula præced. n. 39. tradita limitatio Prima.

51. Hiſce præmiſſis ad Regulam præced. num 39. propoſitam regredior ejus Limitationes traditurus. Eadem Regula verò limitatur, I. Si quis à Juriſdictione Camerali per legitimam conſuetudinem exemptus ſit, *C. p.* 2. *tit.* 30. *verb.* rechtmäſſige Gewonheiten.

Secunda.

52. II. Si quis exemptus per immunitatem, *dict. tit.* 30. *verb.* Freyheiten.

Tertia.

53. III. Si quis exemptus per ſpecialia privilegia, *d. t.* 30. *verb. Privilegien.* Uti exempta eſt (1.) Civitas Argentina, quæ judices primos habet Baſileam, Wormatiam & Ulmam. (2.) Norimberga, hæc judices primos agnoſcit Winshemium & Weiſſenburgum am Nortgau. (3.) Wormatia. (4.) Ratisbona, quæ judices primos habet in cauſa civitatis Auguſtam Vindelicorum, Norimbergam & Ulmam. Eſt præterea in arbitrio Actoris quinque ſeptemve è Senatu Ratisbonenſi in Judices eligere, à quibus ad Cameram appellari poterit. (5.) Memminga. (6.) Eslinga, quæ judices ordinarios agnoſcit Conſules & Senatum Civitatum Ulmæ, Reutlingæ & Heilbronnæ. Ex quibus Actori unam, judicii commodioris loco eligendi facultas optioque permittitur. Ab his ad Cameram appellatur. (7.) Reutlinga, hæc primos judices habet Ulmam, Eslingam & Gemundam Suevorum. (8.) Dinckelſpüla, ea judicem primum habet præfectum

ctum suæ civitatis, [Jhren Stadt Amman] qui Senatores 4. Juratos sibi adjungit è Civitatibus Nordlinga, Rotenburga ad Tubarim, Halla & Werda Suevorum. (9.) SWeinfurtum. Hæc convenitur primum coram ejus soci Præfecto Imperiali, (Vor Jhrem Reichs-Vogt /) *qui sibi Senatores aliquot*, (*seu ut vocant Scabinos*) Norimbergenses & Rotenburgenses ascīscit. *Schvv.* 1. *Process.* 7.*n.*3.*Gylm.tom.*6.*c.*7.(10.) Zell am Hammerspach/ hæc primos judices agnoscit. Hagenau / Schletstatt und Freyburg in Brißgau. *Vid.Supplic.Cam.tit.*8.*n.*25.

54. IV. Si qus gaudeat Austregis, iisque vel Ordinationis Cameralis, *d. t.* 10. *verb.* sondere Außträg der Ordnung. vel conventionalibus, *d. t.*30. Gewillkühret. De Utrisque Tit. proximè seq. latiùs agam. **Quarta.**

55. Formulas supplicandi in camera Imperiali super hoc Titulo invenire potes in Supplicat. cameral. 1 *tit.* 1.

TIT. XXVII.

DE AUSTREGIS.

1. VOx *Austrega* ratione originis est Germanica, veniens à Nomine Austrdrag / quòd descendit à verbo Außtragen. Hoc sensu communiter dici solet: Die Sach mit Recht außtragen / *id est*, litem apud Judicem disceptare, eique finem imponere. Eodem significatu dicitur: Die Irrungen schlechter Sporlien halber sollen für dem ordentlichen Richter außgetragen werden / *C. p.*2.*tit.* 8. §.*pen.* **Etymologia vocis Austrega.**

2. Sunt qui Vocem *Austrega*, cùm ratione originis sit Germanica eique Latina terminatio adjecta, barbaram esse putant, propter eaque substituunt verba: *Judices Ordinationis: Judices ex Conventione.* Verum non adeò rectè, (1.) Quoniam præmemorata verba non tam latè patent, quàm vox Austregæ, *uti infra n.* 4. *demonstrabitur.* (2.) Quia Vox Austregæ non solum usu recepta, sed insuper vulgatior ac usitatior est. Proinde propter consuetudinem erit utilius, ut illa retineatur, quemadmodum idem in Græcis Vocabulis observavit Justinianus *in l.* 4. §. *fin. C. de recept. arb. & alibi.* **Vox Austrega non est barbara.**

3. Nec refragatur quicquam, quòd Vox *Austrega* ideò barbara dici possit, quòd ei Latina terminatio adjecta sit. Nam si hoc verum, sequeretur, quod etiam vocabula *Logica*, *Rethorica*, *Physica*, *&c.* quæ ratione Originis sunt Græca Latinamque terminationem annexam habent, essent barbara. Hoc tamen ipse Cicero *in suis quæst. Acad.* negat asserens illa usu facta Latina. Nec alias ipsi Latini multarum rerum ab aliis ad se translatarum nomina retinentes terminationemque istis nominibus juxta Analogiam suæ linguæ adjungentes ejusmodi nomina pro barbaris unquam habuerunt, quantum ego quidem memini. Nullam igitur rationem video, ob quam nomen rei apud Germanos inventæ juxta Analogiam linguæ Latinæ terminatum, à nostris Germanis pro barbaro haberi queat. Imò si hoc, certè hodierni Germani barbarè magnam partem loquerentur, qui multas voces

voces ex lingua Italica, Gallica & inprimis Latina sumunt, atque eis terminationem Germanicam annectunt.

Vocis Austrega Homonymia.

4. Sumitur verò vox Außträge / I. Pro litis disceptatione finitioneque. Hoc modo iterum variæ accipitur, & quidem (1.) Latissimè pro quavis litis finitione, sive illa fiat per judicialem disceptationem, sive per amicabilem compositionem, Wan der Streit entweder mit Recht erörtert / oder in Güte beygelegt wird. Sic plerumque sumitur, quando dicimus: Biß zu Außtrag der Sachen. *Vid. R.* 1555. §. Und ob solcher. 22. (2.) Latè pro qualibet judicialis litis disceptatione, *C. p. 1. tit. 3. princ. & p. 2. t. 8. pr.* §. 10. 14. *& ult.* (3.) Strictè pro judiciali litis inter quædam Imperii membra exorientis disceptatione seu Pro judicio Austregarum, *d. t. 8.* §. *2. & 9.* (4.) Strictissimè pro Austregis Ordinationis, quatenus nim. Conventionalibus opponitur, *Cap. 2. t. 30.* II. Pro Judice, qui Austregarum Judicio præest, *C. p. 2. t. 2. pr.* III. Pro Privilegio Austregarum, *d. p. 2. t. 4.* §. *2. & 3. d. t. 8.* §. *1. verb.* Der Außträge / wie die. IV. Pro via Judices Austregarum constituendi, *d. t. 8.* §. *3. & 7.* V. Pro Ordinatione de Austregis, *d. t. 8.* §. *1. verb.* Die Austräge in erzehlten Fällen.

Austregarum Definitio. Et divisio.

5. Austregæ (*pro Judicio Sumpta*) sunt legitima rei controversæ in foro quibusdam immediatis Imperii membris competenti perficienda disceptatio.

6. Cùm verò illud forum istis membris competat vel vigore ordinationis Cameralis vel ex conventione, *per C. p. 2. t. 2. pr. & t. 30.* Austregæ dividuntur in Austregas ordinationis & conventionales, *d. t. 30. verb.* Außträge der Ordnung. *junct. verb.* Gewillkühre. *De his agetur infra n. 188.*

Austregæ Ordinationis quid sint. Austregarum Ordinationis origo seu causa efficiens.

7. Austregæ ordinationis dicuntur, quæ quibusdam immediatis Imperii Subditis speciali privilegio in Ordinatione Camerali concesso competunt.

8. Utrum verò illud Privilegium Austregarum primitùs per ordinationem Cameralem concessum, an autem jam ante sanctionem dictæ ordinationis acquisitum in eadem ordinatione duntaxat confirmatum sit, Dd. non satis inter se conveniunt, Rumel. *ad A. B. pag. 2. disp. 1. Coroll. 1.* atque ab eo citati putant, prædictos Subditos istud Privilegium ex inveterata consuetudine obtinuisse. Ast cùm Rumel. *prealleg. loc.* & alii cum ipso facientes istam consuetudinem, quæ est facti & plenè probanda, *Mascard. de Prob. conclus. 423. nu. 10.* planè non probent, nec aliud quidpiam, quod Lectorem ad ipsorum castra pertrahere polleat, adducant, rectiùs cum Schobhardo & aliis statuitur, hoc privilegium primò concessum esse à Maximiliano *in O. C. 1495. art.* Wie Churfürsten. 23. *& artic.* Wie Prälaten. *pen.*

9. Idque ob sequentes rationes, (1.) Quia ipsi Electores in quadam Supplicatione Anno 1502. Maximiliano I. exhibita hoc expressè confitentur, *teste Schubh. de Austreg. cap. 2. n. 27.* (2.) Quoniam Carolus V. in privilegio Civitati Norimbergensi Anno 1540. indulto illud Prælaudato Maximiliano expressis verbis ascribit, *teste Schubh. d. cap. 1. n. 21.* & 57. (3.) Quia neque in Recessibus Imperii neq; in ejusdem Actis nec à Dd. nec Historicis præfatæ Consuetudinis, & quod Principes Imperii ante Maximiliani I. tempora id privilegium habuerint, ulla fit mentio.

tio, quæ alias sine dubio facta fuisset. (4.) Ipse textus *O. C. 1521. art. ult. princ.* manifestè evincit, Electores & Principes hoc privilegium ex Ordin. Cam. Anno 1495. promulgata atque sic à Maximiliano I. consecutos esse. Nec in præcit. princ. verba Austrägalichen Rechtens. & verba: Chur-fürstlicher und Fürstlicher Freyheit: separata & diversa jura denotant, quasi Electores & Principes Austregas non solum ex d. O.C. 1495. sed etiam ex veteriori privilegio haberent, *uti Rumelinus aliique putant.* verum pro uno eodemque jure sumuntur, *quemadmodum latè ostendit Schubh. d. cap. 2. n. 35. & 5. seqq.*

10. Quare autem hæ Austregæ introductæ, à Carolo V. in præmemorato privilegio Norimbergensi hæc redditur ratio, ut Electores, Principes ac reliqui Imperio immediatè subjecti non minus quam mediatè subjecti benificio Appellationis gauderent. Alias enim deterioris essent conditionis quam ipsorum Subditi, qui plures habent Instantias ac sua jura diversis vicibus urgere, non deducta deducere, non probata probare possunt, *Schubh. d. cap. 2. num. 56. & 57.* **Earundem causa impulsiva.**

11. Atque ob hanc rationem Austregarum inductivam istæ non minus ab Aula Cæsarea, quam à Camera in decernendis Processibus observandæ sunt, prout rectè statuit Schubh. *de Austreg. cap. 2. n. 58. usque 87. ubi rationibus Baurmeisteri de Jurisd. lib. 2. cap. 4. frustra dissentientis benè respondet.* Quòd verò Judicium Rothvvilense attinet, cum ab eo ad Cameram vel Aulam Cæsaream appelletur, atque ita cesset ratio Austregarum inductiva, constitutionem de Austregis illud Judicium observare non tenetur, *Schubh. d. n. 87. & seqq.* **Austregæ etiam in Aula Cæsarea observandæ, non autem in judicio Rothvvilensi.**

12. Gravissima etiam inter Dd controversia est, Utrum Austregarum Jurisdictio sit ordinaria, an delegata? Posterius affirmat Gail. *1. O. 1. n. 52. & O. 33. n. 3. item O. 35. n. 1. Magenh. ad O. C. p. 2. t. 4. §. Zum dritten. 7. Bend. de Revis. Concluss. 4. n. 23. & hos secuti multi alii.* Verum enim verò licet hæc sententia sit communior, tamen contraria magis placet (1.) quoniam omnis Jurisdictio à Lege delata est ordinaria *per l. 6. ibique Gloss. & Dd. de Jurisd.* Sed Austregarum Jurisdictio ab O. C. quæ lex est, *supra tit. 25. num. 6.* delata est *vigore C. p. 2. tit. 2. & 3. seqq.* **Austregarum Jurisdictio non delegata sed ordinaria. Ratio prima.**

13. Dicas forsan in præalleg. t. 2. & 3. seqq. Jurisdictionem non deferri, sed ab alio delatam confirmari, qualis Jurisdictio non ordinaria sed delegata est, *d. l. 6. ibique Gloss. & Dd.* Ast quisnam ille alius deferens? Non possunt esse litigantes, illi enim omnes in hoc casu sunt instar privatorum, qui Jurisdictionem dare nequeunt, *l. 3. C. de Jurisd.* Nec potest esse Imperator aut solus aut cum Statibus, nam alias utroque casu Imperatore defuncto Jurisdictio Austregarum expiraret, quia uno etiam ex pluribus Jurisdictionem delegantibus mortuo delegatio extinguitur, *suprà tit. 25. n. 9.* Atque præter hos nullus alius datur, qui Austregis Jurisdictionem deferre queat, oportet igitur hanc ab O. C. esse delatam in præcit. t. 2. & 3. seqq. **Objectio.**

14. (2.) Si Austregarum Jurisdictio est delegata, tunc ipsi sunt vel nudi Delegati, quinimo à Magistratu ordinario eliguntur, vel Delegati Principis, tertia enim species non datur. Sed non sunt nudi Delegati, quia suis consiliariis causam subdelegare non possunt, *per l. 5. C. de Judic.* Quod tamen sæpè fit, *teste Schubh.* **Ratio secunda.**

Schubh. cap. 6. n. 127. Nec sunt Delegati Imperatoris seu Principis, quoniam subdelegata causa ad Subdelegantes esset appellandum, *per l. unic. C. Qui pro sua Jurisd.* Jam verò à Subdelegatis non ad Subdelegantes sed ad Cameram vel Imperatorem appellatur, *atteſtante Schubh. d. loc.*

Non obstat (1.) 15. Non obstat (1.) Judex Austregarum recusari potest, ergò delegatam & non ordinariam Jurisdictionem habet, *Mynſ.* 2. *O.* 52. Resp. Jam supra *t.* 25. *num.* 10. ostensum hodiè etiam ordinarium Judicem tam de jure civili quam Canonico recusari posse. Huc facit, quod Pares Curiæ recusari possint, juxta communem Feudistarum traditionem, *Roſenth. de feud. cap.* 12. *Concluſ.* 4. *num.* 6. Qui tamen ordinariam Jurisdictionem habent, *Gail.* 1. *O.* 1. *num.* 55. & 57.

(2.) 16. (2.) Quòd Judices Austregarum nominentur Commissarii Cæsarei *C. p.* 2. *t.* 2. §. 1. Nam Revisores ita quoque nominantur, *C. p.* 3. *tit. pen.* §. 11. Qui tamen sunt Judices ordinarii. *teſte Gail.* 1. *O.* 154. *princ.* Deinceps vocabulum *Commiſſarii* adeò latè patet, ut non tantum Delegatos sed & alios denotet, *Ruland. de Commiſſ. part.* 1. *lib.* 1. *cap.* 2. *n.* 7. Et alias Argumentum à nomine sumptum non rarò fallit, *Everhard. Loc. Legal. loc.* 4. *n.* 5. *verſ. Porrò ut aliquando.*

(3.) 17. (3.) Quòd Austregis opponantur die ordentliche Untergerichte / *C. p.* 2. *t.* 31. *princ.* Nam aliud est ordinaria Jurisdictio, aliud sunt ordinaria Judicia. Hæc nihil aliud denotant quam forum competens, ubi quilibet Reus conveniendus. Eodem sensu dicitur *in C. p.* 2. *t.* 1. §. 1. Ordentlichen Richter / Judice ordinario, *id eſt*, Judice competenti. Jam verò penes Judicem tam delegatum quam prorogatum est competens forum seu Judicium, ast penes neutrum est Jurisdictio ordinaria.

(4.) 18. (4.) Quòd Austregæ, uti alias qui ordinariam Jurisdictionem habent, suam sententiam non possunt exequi, *per C. p.* 2. *t.* 8. §. 8. Ast si hoc verum esset, sequeretur nec Austregas dici posse Delegatos Imperatoris contra Adversariorum sententiam, quia Delegati Principis suam sententiam exequi possunt, *Mynſ.* 4. *O.* 93. *n.* 3. Insuper non est impossibile, ut Princeps executionem sententiæ ab Ordinario latæ, vel sibi specialiter reservare, vel alteri committere possit, uti manifestum est in Revisoribus Cameræ, *C. p.* 3. *t. pen.* §. 12. & 15. Qui tamen Judices ordinarii sunt, *Gail.* 1. *O.* 154. *pr.*

(5.) 19. (5.) Quòd Austregis causæ singulatim committantur, singularitas verò sit nota delegatæ Jurisdictionis, *Marant. Specul. Jur. part.* 4. *diſtinct.* 5. *num.* 4. *in fin.* Atqui nec hæc ratio universaliter vera, quia Pares Curiæ ad unam duntaxat causam plerumque eliguntur, quos tamen ordinarios esse asserit Gail. 1. O. 1. *n.* 55. & 57.

(6.) 20. (6.) Quòd Jurisdictio Austregarum post semestre vel annum expiret, *C. p.* 2. *t.* 4. §. 1. Ergò non est ordinaria, quoniam hæc perpetuò durat. Nam licet ordinaria Jurisdictio quoad potentiam sit perpetua, tamen quoad exercitium in certa causa ultra biennium aut triennium de jure civili non duravit, *per tradita ſupra t.* 25. *n.* 77. Eadem distinctio obtinet in Jurisdictione Austregarum, hi enim si non actu, tamen potentia jurisdictionem perpetuò habent, quandoquidem eam exer-

exercere, possint, quotiescunque eligantur. Uti & Judex Ordinarius potentiâ habet Jurisdictionem, actu autem eam exercere nequit, antequam adeatur. Propterea quòd in reliquis Magistratibus ordinariis operatur aditio & supplicio, id in Austregis efficit electio & requisitio. Idem obtinet in Paribus Curiæ.

21. (7.) Austregæ Jurisdictionem non immediatè ex Ord. Cam. sed demum præmissa electione & requisitione assequuntur. Ergò non sunt ordinarii. Resp. Nec Pares Curiæ immediatè à lege, sed tum demum, quando à Domino & Vasallo electi requisitique fuerint, nanciscuntur Jurisdictionem 2. *Feud.* 16. Sic Legatus Proconsulis Jurisdictionem, quam à lege delatam habeat, non potuit exercere antequam à Proconsule illud concedebatur, *l.* 13. *de offic. Proconf.* Qui Legatus tamen propriam Jurisdictionem habuit, *l. pen. de offic. ejus cui.* Ita quoque Austregis Jurisdictio defertur à lege, sed sub modo certaque requisita forma, quæ tamen ordinariæ Jurisdictioni impedimento non est. Nec electio & requisitio Jurisdictionem tribuunt, sed legi deferenti subministrant. *Vide Schubb. de Austreg. cap. 6. num.* 121. *usque* 223. *ubi latius hanc quæstionem deducit ac mecum sentit.* (7.)

22. Austregas seu harum privilegium non omnibus, sed duntaxat quibusdam immediatis imperii subditis competere dixi supra n. 7. perspiciendum igitur quinam illi sint. Iidem verò sunt Principes, Prælati, Comites, Barones & Nobiles immediati, *C. p.* 2. *t.* 2. & 3. *seqq.* De quibus singulatim agam, à Principibus inchoans. *Quibus Austregæ competant.*

23 Et quanquam Nomen *Principes* in specie attribuatur quibusdam, qui neque Duces neque Marchiones, sed Principes tantum dicuntur, quales in Imperio sunt Princeps Anhaldinus & Dux Sabaudiæ, qui respectu Regionis Pedemontanæ se Principem Pedemontium appellat, *Reink. de R. S. & E. lib.* 1. *Class.* 4. *cap.* 8. *n.* 8. Item noviter Principum dignitate docorati, nempe Principes de Hohenzollern / de Eggenberg / de Lobkowitz / de Nassau Hadamar / de Nassau Dillenburg / de Saint / de Dieterichstein / de Piccolomini / & de Auersberg. *R.* 1654. §. Uber dieses haben. 197. Tamen sub isto nomine hic in sequentibus brevitatis gratia comprehendo non solum Principes simpliciter ita nominatos & jam recensitos, sed etiam, qui ejusmodi Principum dignitate vel majori vel pari præfulgent. *Quinam dicantur Fürsten und Fürstmässige.*

24. Immediati Imperii subditi Principum dignitate majori præfulgentes sunt (1.) Electores. (2.) Archidux Austriæ & Dux Burgundiæ. Uterque licet sit Princeps sæcularis, tamen in Comitiis in Scamno Ecclesiastico sedent, & ille in dirigendo & sedendo alternat cum Archiepiscopo Salisburgensi: Dux verò Burgundiæ Archiepiscopum Salisburgensem in sedendo sequitur, & alios Archiepiscopos antecedit, *Spreng. de Jurispr. publ. m. p.* 355. (3.) Archiepiscopi. Hos sequitur Magister Ordinis Teutonici, qui in dignitate major est Episcopo, veluti Archi-Episcopi vices subiens, *Reinck. d. class.* 4. *cap.* 21. (4.) Episcopi. (5.) Magister ordinis S. Joannis in Germania, collocatus à Carolo V. inter Principes Imperii, *teste eod. Spreng. mihi pag.* 357. *Principum dignitate majore præfulgentes.*

25. (6.) Abbates, qui sunt Principes, (Gefürstete Aebte /) Cujusmodi est

Abbas

Abbas Fuldensis. Campodunensis: Murbacensis, Hirschfeldensis, Reichenauensis, Weingartensis, Stabulensis, Prumiensis, Corbejensis, Salfeldensis & Werdensis, juxta matriculam Imperii, de Anno 1471. quam habet Goldast. *Constit. Imp. tom. 1. post Præfat. ad Lect. pag.* 15. ubi quinque alios Abbates addit, qui tamen hodie non amplius sub Rom. Imperio sunt.

26. (7.) Præpositi Principes, (Gefürstete Pröbste/) uti est Præpositus Weissenburgensis, Elvvangensis, ac Berchtolsgadensis, *Gold. d. loc.*

27. (8.) Abbatissæ Principes, quales sunt Quedlenburgensis, Essensis, Gandersheimensis, Gerenrodensis, Hervordensis, Andelaviensis ac Buchoviensis, *Gold. d. tom.* 1. *pag.* 16.

28. (9.) Duces, (10.) Marchiones. Qui utrique illis, qui simpliciter dicuntur Principes, præferuntur, *Reink. d. cap.* 8. *n.* 12. Quoniam omnis Dux & Marchio in Germania usurpat titulum Principis præter titulum Ducatus & Marchionatus, non tamen omnis Princeps Ducem & Marchionem se appellare potest, *Reink. d. cap.* 8. *n.* 12. Duplicata autem dignitas plus tribuit, quam una sola, *ibid. n.* 11.

29. (11.) Quinque ex Landgraviis, nimirum Landgravius Alsatiæ, Thuringiæ, Hassiæ, Leuchtenbergiæ ac Franconiæ, *juxta Gold. d. tom.* 1. *pag.* 17. Reliqui Landgravii non sunt Principes, sed in Comitum dignitate constitui habentur, *prout tradit Gold. d. tom.* 1. *pag.* 27. Sed Landgravios in genere hodie Comitibus esse superiores scribit Heig. *quæst.* 2. *n.* 55. Et Ruland. *de Commiss. p.* 2. *lib.* 5. *c.* 4. *n.* 26. dicit, omnes Marchiones ac Landgravios sub nomine Principum comprehendi hisque per omnia æquiparari. Imò iisdem præferri docet Reink. *in loc. supra n.* 27. *allegatis* Atque idem *d. class.* 4. *cap.* 13. *n.* 18. ait, dignitatem Marchionatus & Landgraviatus non minorem esse quam Ducatus qui Principatui præfertur. *Vid. supra n.* 28.

Principibus pares, Fürstmässige. 30. Immediati Imperii subditi dignitate Principibus pari præfulgentes (Fürstmässige) sunt (1.) Comites Palatinatus Rheni, die Pfaltzgrafen. Nam hi cum Principibus Imperii eandem specie dignitatem obtinent, *Reink. d. cap.* 13. *n.* 29.

31. (2.) Ex Burggraviis Norimbergensis, Magdeburgensis, Zorbeckensis ac Misniensis, *Gold. d. tom.* 1. *pag.* 18. His Strombergensem & Reinneccensem adjungit, *Reink. d. cap.* 13. *num.* 44. Reliqui Burggravii Comitum dignitate gaudent, *quos recenset Gold. d. tom.* 1. *pag.* 27.

32. (3.) Comites Principes, Gefürstete Grafen / uti sunt Comes Ascaniæ, Burgundiæ, Croatiæ, Flandriæ, Goritiæ, Habspurgiæ, Hannoniæ, Hennebergensis, Kiburgiæ, Mersburgensis, Sultzbacensis, Tyrolensis, Wetinensis ac Wittelsbacensis, *prout illos refert Gold. d. tom.* 1. *pag.* 18. *& seq.*

33. (4.) Domini qui Principes sunt, vel iis æquiparantur, cujusmodi sunt Dominus Rostochiensis, Stargardensis, Frisiæ, Marchiæ Venetorum, (*vulgò Vandalorum,* (Molini in Burgundia, Salinarum in Burgundia, Zerbstæ, Badenvveiler, Neoburgiani Principatus in Bavaria, Neostadiani Principatus in Palatinatu ac Grubenhagiani Principatus in Brunsvvigia *quemadmodum istos omnes recen-*

recenset Gold. d. tom. 1. p. 19. Et tantum de Principibus, iisque qui sub illis comprehenduntur,

34. Prælatis dicuntur Abbates, Præpositi & Abbatissæ, qui feuda ab Imperio habent, atque horum ratione Imperio immediatè subjecti, non tamen Principum dignitate decorati sunt, *eos videre licet apud Gold. d. pag. 19. & 2. seqq.* *Prælati quinam dicantur.*

35. Prælatis annumerantur Ballivi seu Commendatores provinciales, ut sunt die Land-Commenthur der Balley Coblentz / der Balley Elsaß und der Balley Burgund / *Reink. d. Class. 4. c. 21.* Reliqui Commendatores non immediati, sed principibus, in quorum derritorio domicilia & possessiones habent, subsunt, *Reink. de R. S. & E. lib. 1. Class. 5. cap. 10. n. 24. & seq.*

36. Sub illis Prælatis vero non comprehenduntur isti Prælati, qui etiam quidem bona, non tamen Imperio immediatè, sed aliorum Statuum Jurisdictioni subjecta possident. Proinde si ratione ejusmodi bonorum conveniri aut agere debent, licet sint Comites, Barones aut Nobiles immediati, tamen Austregis non gaudent, sed forum Rei, aut ubi bona sita sunt, sortiuntur. Sunt enim illi Prælati instar Tutorum, *Gloss. in c. Auditis 3. De in integr. restit.* Sicut igitur Tutores non jure proprio, sed jure pupilli censentur, hujusque forum sequuntur, quia agunt & conveniuntur non suo sed pupillorum nomine, ita etiam dicti Prælati non ut Comites, Barones aut Nobiles, sed ut Prælati Ecclesiarum censendi sunt, dum ratione bonorum Ecclesiasticorum agunt & conveniuntur, *Magenh. ad O. C. p. 2. t. 5. verb.* Prälaten.

37. Comites porrò quod attinet, etiam hi non omnes ejusdem sunt conditionis. Quinam enim suum Comitatum non immediate ab Imperio recognoscunt, sed sub aliorum Principum Jurisdictione bona possident, quæ postea salvo illorum principum jure, quorum veri sunt Landsassii, in Comitatum eriguntur, & eorum possessores Comites creantur, *Reink. de R. S. & E. lib. 1. Class. 4. cap. 14. num. 37.* Tales sunt Comites de Hardeck sub Austriacis, Comites von Hohenstein sub Electore Brandeburg. Comites von Neugarten sub Ducibus Pomeraniæ, *Reink. ibid. n. 39.* Atque hi non sunt Status Imperii, *R. 1548. §.* Wiewol *vers. 66.* Nec Austregis gaudent, sive conveniantur ratione personarum sive ratione illorum bonorum. *Comites & sub illis comprehensi.*

38. Quidam verò Comites ab Imperio immediatè suum Comitatum in feudum recognoscunt, & hi sunt Status Imperii, atque Austregas habent, *per C. J. 2. t. 5.* Sub his Comitibus quoque comprehenduntur Burggravii, qui non Principum sed Comitatum duntaxat dignitate præfulgent, *de quibus suprà n. 31. dictum est.* item die Wild- und Rhein-Graffen / *uti videre est apud Gold. d. tom. 1. pag. 25. & 27.*

39. Eadem distinctio circa Comites paulò ante tradita etiam in Baronibus obtiner, *per ibid. alleg.* Insuper notari potest & hoc, quòd Comites & Barones de usu & consuetudine Germaniæ gradu & genere dignitatis non differant, quamvis in Ordine regulariter Comes præcedat Baronem, quæ tamen præcedentia diversam dignitatem non infert, nam & inter Comites est ordo præcedentiæ, non ta- *Barones Austregis gaudentes*

men diversus gradus dignitatis. Imo quidam ex Baronibus præferuntur Comitibus. *De quo latè Reink. praalleg. class. 4. cap. 15. 28. & seqq.*

Nobiles immediati qui sint.

40. Denique Nobiles immediati dicuntur Nobiles quidam in Franconia, Svevia & ad tractum Rheni, qui Imperio immediatè subjecti sunt ac solum Imperatorem superiorem recognoscunt. Vulgò nominati Freye dem Adel / freye Reichs vom Adel / freye Ritterschafft / freye Reichs-Ritterschafft / die Ritterschafft zu Francken / Schwaben und Rein-Landen. Notanter dixi *Quidam*, quia in prænominatis locis etiam reperiuntur Nobiles, qui suis Principibus, in quorum territorio domicilium habent, iisque homagium præstant, subsunt. Quamobrem Constitutiones Imperii de Nobilibus immediatis determinatè plerumque loquuntur, So dem Reich ohne Mittel und keinem andern Fürsten oder Herrn unterworffen / *R.* 1542. Dergleichen. 90. *& alibi passim.*

Privilegium Austregarum præmemoratis Imperii subditis competit non quatenus sunt Subditi, nec quatenus sunt Status Imperii.

41. Competit verò Privilegium Austregarum suprà enumeratis immediatis Imperii subditis non quatenus sunt tales nec quatenus sunt Status Imperii, *quemadmodum velle videtur Gail.* 1. *O.* 30. *n.* 13. Nam tunc utroque casu iisdem non solum in quatuor Casibus, *prout infra n.* 50. *& seqq. dicetur*, sed semper, quotiescunque convenirentur, competeret. Deinceps competeret etiam Civitatibus Imperialibus, quoniam & hæ non solum Imperio immediate subjectæ, sed etiam, *secus quàm erroneè putat Tennag. de Processf. Class.* 1. *c.* 1. *nu.* 3. Status Imperii sunt. Nam non solum hodie in Comitiis ac aliis particularibus diatis Votum decisivum habent, *J. P. art.* 8. *§. pen.* sed etiam illas olim Comitiis interfuisse apparet tum ex A. B. *præfat. in fin.* Bulla Sigismundi §. 2. 3. *&* 4. *apud Gold. Constit. Imp. tom.* 1. *pag.* 398 *& seq. R. de Anno* 1442. *Præfat. circa fin.* tum ex subscriptione omnium Recessuum Imperii hactenus promulgatorum. Jam verò infallibilis ac firmissima propositio est: *Quicunque in Subscriptionibus Recessuum Imperii invenitur, ille est Status Imperii.* Quandoquidem nemo ad ejusmodi Subscriptiones admittitur, qui sessionem & votum in Comitiis non habet, qui autem illa habet est Status Imperii Nam Status Imperii propriè dicuntur, qui tanquam Christianum corpus & conventus cum Imperatore in Comitiis jus Sessionis ac statuendi de rebus Imperii habent, *arg. R.* 1512. *in fin.* die Stimm und Stand in Reichs-Versammlungen haben. *R.* 1548. §. Wann auch ein. 56.

Si Austregis gaudens diversis dignitatibus præditus conveniatur, nulla dignitate expressa omnium major, alias expressa attendi debet

42. Sed cum ex supra memoratis Principibus non pauci simul quoque sint Comites, vel etiam Barones ob Comitatus seu Baronatus, quos ab Imperio habent, quæritur igitur si illi agant aut conveniantur, quomodo considerandi veniant? Resp. Aut agunt sive conveniuntur, nullâ factâ mentione dignitatis, secundum quam id fiat, aut dignitate expressa. Priori casu ut Principes considerari debent, quia quoties in eadem persona duplex concurrit dignitas, major attenditur, *Gail.* 1. *O.* 30. *num.* 21. *& seqq.* Posteriori autem casu dignitas expressa necessario attendenda venit, *Scip.* 3. *Decis. Cam.* 53.

Privilegium Austregarum competit quoque et Principi, qui

43. Deinde quanquam Princeps, qui gubernationi non præest, Judex Austregarum esse nequeat, *uti infrà n.* 66. *dicetur*, nihilominus tamen si agat aut conveniatur, privilegium Austregarum habet, quia Ordinatio Cam. indistinctè loquitur,

rr, *V.C. p.2.t.2.3.* & 4. Insuper privilegium Austregarum est personale, non verò atrimoniale, *Mind. de Processs. cap. 19. n. 23.* & *Schvv. O. 20.* Hinc licet Prin-ceps nullum Principatum possideat, tamen isto privilegio gaudet, *Schubb. c.3. n. 3. usque 100.* Et hoc procedit non solum in principibus suæ potestatis, de quibus antè locutus sum, sed etiam in Principum liberis adhuc sub patria potestate constitutis, *Schubb. d. n. 100. usque 114.* Etiamsi ex matre ignobili sint procreati, *d. n. usque 114. 147.* Quo numero id etiam ad Uxores & filias extendit. *gubernationem non præst. Item competit Principum liberis & Uxoribus.*

44. Principibus porrò Ecclesiasticis & Prælatis quatenus feuda ab Imperio habent beneficium Austregarum competere ex suprà dictis patet, sed quæritur utrum illis quoque competat, si quidem postulati vel electi, nondum tamen investituram consecuti sint? Affirmat Schubb. *d. cap. 3. n. 73. usque 93. ubi contrariis quoque respondet.* *Item Principibus & Prælatis duntaxat postulatis.*

45. Porrò sæpè dictis immediatis Imperii Subditis Privilegium Austregarum non tanquam Statibus Imperii competere inde manifestum est, quod illud competat immediatis Imperii Nobilibus, *C. p. 2. t. 5.* Hi enim non vocantur ad Comitia, nec sessionem aut jus suffragii in illis habent, *teste experientia.* Ergo non sunt Status Imperii, *per tradita praced. num. 41.* Neque ut singuli, *quemadmodum vult Wehn. voc.* Ritterschafft. Neque conjunctim sumpti tanquam totum corpus Nobilitatis, *prout putat Gylm. voc. Nobilitas princ.* Imò Statibus Imperii expressè opponuntur, *R. 1512. §.* Nachdem uns. *27. J. P. art. 5. §. Jus diœcesanum. 47.* & *§. Visitatio. 55. cap. Leop. §. 3.* *Nobiles immediati non sunt Status Imperii.*

46. Antiquitus totum liberum equestrem ordinem tanquam singularem Imperii Statum ad Comitia vocatum fuisse putat Besold. *Colleg. Polit. Class. 1. disp. 9. th. 16.* Quò facit A.B. *præfat. in fin.* Bulla Sigismundi *apud Gold. Constit. Imp. tom. 1. pag. 398.* & *R. 1442. præfat. circ. fin.* Ex quibus textibus apparet illos Nobiles etiam Comitiis interfuisse, & quidem tanquam Status, *juxta Besold. d. th. 16.* Non verò tanquam Statuum Consiliarii, *quemadmodum voluit Autor* der nohtwendigen Erinnerung *ad Inform. Donavv. fol. 169.* & *173.* Quod autem ille equestris ordo ad Comitia vocari desierit, in ipsius favorem receptum esse tradit Besold. *ibid. th. 17.* Ne Cameræ Imperialis sumptus pro rata ferre aliaque Statuum onera subire cogeretur. *Nobiles immediati olim Comitiis interfuere.*

47. Cum itaque ex suprà traditis constet non omnibus immediatis Imperii Subditis privilegium Austregarum competere, nec illos, quibus competit, eo novis casu gaudere, sat manifestè etiam apparet, istud privilegium Subditis neque ut talibus, neque ut Statibus Imperii competere. Dicendum igitur Privilegium Austregarum ad illorum, qui eò gaudent, instantiam ex speciali gratia concessum esse. *Privilegium Austregarum concessum ex speciali gratia.*

48. Utrum vero illud Privilegium in favorem solius Rei, an tam Actoris quàm Rei introductum sit, non omnium eadem est Opinio. Prius affirmat Tennag. *diss. 2. cap. 14. n. 2.* Sed posterius veritati magis congruit, quoniam ratio Austregarum inductiva, ut nim. plures essent instantiæ, *v. præced. n. 10.* nonminus Actori quippe qui etiam suum jus in secunda instantia ulterius deducere, nova proponere, *Idque tam in favorem Actoris*

voces ex lingua Italica, Gallica & inprimis Latina sumunt, atque eis terminationem Germanicam annectunt.

Vocis Austregæ Homonymia.

4. Sumitur verò vox Außtrage / I. Pro litis disceptatione finitioneque. Hoc modo iterum variæ accipitur, & quidem (1.) Latissimè pro quavis litis finitione, sive illa fiat per judicialem disceptationem, sive per amicabilem compositionem, Wan der Streit entweder mit Recht erörtert / oder in Güte beygelegt wird. Sic plerumque sumitur, quando dicimus: Biß zu Außtrag der Sachen. *Vid. R.* 1555. §. Und ob solcher. 22. (2.) Latè pro qualibet judicialis litis disceptatione, *C. p.* 1. *tit.* 3. *princ.* & *p.* 2. *t.* 8. *pr.* §. 10. 14. & *ult.* (3.) Strictè pro judiciali litis inter quædam Imperii membra exorientis disceptatione seu Pro judicio Austregarum, *d. t.* 8. §. 2. & 9. (4.) Strictissimè pro Austregis Ordinationis, quatenus nim. Conventionalibus opponitur, *Cap.* 2. *t.* 30. II. Pro Judice, qui Austregarum Judicio præest, *C. p.* 2. *t.* 2. *pr.* III. Pro Privilegio Austregatum, *d. p.* 2. *t.* 4. §. 2. & 3. *d. t.* 8. §. 1. *verb.* Der Außtrage / wie die. IV. Pro via Judices Austregarum constituendi, *d. t.* 8. §. 3. & 7. V. Pro Ordinatione de Austregis, *d. t.* 8. §. 1. *verb.* Die Außträge in erzehlten Fällen.

Austregarum Definitio. Et divisio.

5. Austregæ (*pro Judicio Sumpta*) sunt legitima rei controversæ in foro quibusdam immediatis Imperii membris competenti perficienda disceptatio.

6. Cùm verò illud forum istis membris competat vel vigore ordinationis Cameralis vel ex conventione, *per C. p.* 2. *t.* 2. *pr.* & *t.* 30. Austregæ dividuntur in Austregas ordinationis & conventionales, *d. t.* 30. *verb.* Außträge der Ordnung. *junct. verb.* Gewillkühre. *De his agetur infra n.* 188.

Austregæ Ordinationis quid sint Austregarum Ordinationis origo seu causa efficiens.

7. Austregæ ordinationis dicuntur, quæ quibusdam immediatis Imperii Subditis speciali privilegio in Ordinatione Camerali concesso competunt.

8. Utrum verò illud Privilegium Austregarum primitùs per ordinationem Cameralem concessum, an autem jam ante sanctionem dictæ ordinationis acquisitum in eadem ordinatione duntaxat confirmatum sit, Dd. non satis inter se conveniunt, Rumel. *ad A. B. pag.* 2. *disp.* 1. *Coroll.* 1. atque ab eo citati putant, prædictos Subditos istud Privilegium ex inveterata consuetudine obtinuisse. Ast cùm Rumel. *praalleg. loc.* & alii cum ipso facientes istam consuetudinem, quæ est facti & plenè probanda, *Mascard. de Prob. conclus.* 423. *nu.* 10. planè non probent, nec aliud quidpiam, quod Lectorem ad ipsorum castra pertrahere polleat, adducant, rectiùs cum Schobhardo & aliis statuitur, hoc privilegium primò concessum esse à Maximiliano *in O. C.* 1495. *art.* Wie Churfursten. 23. & *artic.* Wie Prälaten. *pen.*

9. Idque ob sequentes rationes, (1.) Quia ipsi Electores in quadam Supplicatione Anno 1502. Maximiliano I. exhibita hoc expressè confitentur, *teste Schubh. de Austreg. cap.* 2. *n.* 27. (2.) Quoniam Carolus V. in privilegio Civitati Norimbergensi Anno 1540. indulto illud Prælaudato Maximiliano expressis verbis ascribit, *teste Schubh. d. cap.* 1. *n.* 21. & 57. (3.) Quia neque in Recessibus Imperii neq; in ejusdem Actis nec à Dd. nec Historicis præfatæ Consuetudinis, & quod Principes Imperii ante Maximiliani I. tempora id privilegium habuerint, ulla fit mentio.

o, quæ alias sine dubio facta fuisset. (4.) Ipse textus *O. C.* 1521. *art. ult. princ.* anifestè evincit, Electores & Principes hoc privilegium ex Ordin. Cam. Anno 495. promulgata atque sic à Maximiliano I. consecutos esse. Nec in præcit. princ. erba Austrägalischen Rechtens. & verba: Chur-fürstlicher und Fürstlicher Frey-it: separata & diversa jura denotant, quasi Electores & Principes Austregas non lum ex d. O.C. 1495. sed etiam ex veteriori privilegio haberent, *uti Rumelinus iique putant.* verum pro uno eodemque jure sumuntur, *quemadmodum latè tendit Schubb. d. cap. 2. n. 35. & 5. seqq.*

10. Quare autem hæ Austregæ introductæ, à Carolo V. in præmemorato privilegio Norimbergensi hæc redditur ratio, ut Electores, Principes ac reliqui Imperio immediatè subjecti non minus quam mediatè subjecti benificio Appellationis gauderent. Alias enim deterioris essent conditionis quam ipsorum Subditi, i plures habent Instantias ac sua jura diversis vicibus urgere, non deducta deducere, non probata probare possunt, *Schubb. d. cap. 2. num. 56. & 57.* **Earundem causa impulsiva.**

11. Atque ob hanc rationem Austregarum inductivam istæ non minus ab Aula Cæsarea, quam à Camera in decernendis Processibus observandæ sunt, prout rectè statuit Schubh. *de Austreg. cap. 2. n. 58. usque 87. ubi rationibus Baurmeisteri Jurisd. lib. 2. cap. 4. frustra dissentientis benè respondet.* Quòd verò Judicium othvvilense attinet, cum ab eo ad Cameram vel Aulam Cæsaream appelletur, que ita cesset ratio Austregarum inductiva, constitutionem de Austregis illud udicium observare non tenetur, *Schubb. d. n. 87. & seqq.* **Austregæ etiam in Aula Cæsarea observandæ, non autem in judicio Rothvvilensi.**

12. Gravissima etiam inter Dd controversia est, Utrum Austregarum Jurisdictio sit ordinaria, an delegata? Posterius affirmat Gail. 1. *O.* 1. *n.* 52. & *O.* 33. *n.* 3. *m O.* 35 *n.* 1. *Magenh. ad O. C. p.* 2. *t.* 4. §. Zum dritten. 7. *Bend. de Revis. Conc.* 4. *n.* 23. & *hos secuti multi alii.* Verum enim verò licet hæc sententia sit communior, tamen contraria magis placet (1.) quoniam omnis Jurisdictio à Lege delata est ordinaria *per l. 6. ibique Gloss. & Dd. de Jurisd.* Sed Austregarum Jurisdictio O. C. quæ lex est, *supra tit.* 25. *num.* 6. delata est *vigore C. p.* 2. *tit.* 2. & 3. *seqq.* **Austregarum Jurisdictio non delegata sed ordinaria, est. Ratio prima.**

13. Dicas forsan in præalleg. t. 2. & 3. seqq. Jurisdictionem non deferri, sed alio delatam confirmari, qualis Jurisdictio non ordinaria sed delegata est, *d. l. ibique Gloss. & Dd.* Ast quisnam ille alius deferens? Non possunt esse litigantes, illi enim omnes in hoc casu sunt instar privatorum, qui Jurisdictionem dare nequeunt, *l. 3. C. de Jurisd.* Nec potest esse Imperator aut solus aut cum Statibus, um alias utroque casu Imperatore defuncto Jurisdictio Austregarum expiraret, ia uno etiam ex pluribus Jurisdictionem delegantibus mortuo delegatio extinitur, *suprà tit.* 25. *n.* 9. Atque præter hos nullus alius datur, qui Austregis Jurisdictionem deferre queat, oportet igitur hanc ab O. C. esse delatam in præcit. 2. & 3. seqq. **Objectio.**

14. (2.) Si Austregarum Jurisdictio est delegata, tunc ipsi sunt vel nudi Delegati, quinim. à Magistratu ordinario eliguntur, vel Delegati Principis, tertia im species non datur. Sed non sunt nudi Delegati, quia suis consiliariis caun subdelegare non possunt, *per l. 5. C. de Judic.* Quod tamen sæpè fit, *teste Schubb.* **Ratio secunda.**

Schubh. cap. 6. n. 127. Nec sunt Delegati Imperatoris seu Principis, quoniam subdelegata causa ad Subdelegantes esset appellandum, *per l. unic. C. Qui pro sua Jurisd.* Jam verò à Subdelegatis non ad Subdelegantes sed ad Cameram vel Imperatorem appellatur, *attestante Schubh. d. loc.*

Non obstat (1.) 15. Non obstat (1.) Judex Austregarum recusari potest, ergò delegatam & non ordinariam Jurisdictionem habet, *Mynſ.* 2. *O.* 52. Resp. Jam supra *t.* 25. *num.* 10. ostensum hodiè etiam ordinarium Judicem tam de jure civili quam Canonico recusari posse. Huc facit, quod Pares Curiæ recusari possint, juxta communem Feudistarum traditionem, *Rosenth. de feud. cap.* 12. *Concluſ.* 4. *num.* 6. Qui tamen ordinariam Jurisdictionem habent, *Gail.* 1. *O.* 1. *num.* 55. & 57.

(2.) 16. (2.) Quòd Judices Austregarum nominentur Commissarii Cæsarei *C. p.* 2. *t.* 2. §. 1. Nam Revisores ita quoque nominantur, *C. p.* 3. *tit. pen.* §. 11. Qui tamen sunt Judices ordinarii. *teste Gail.* 1. *O.* 154. *princ.* Deinceps vocabulum *Commissarii* adeò latè patet, ut non tantum Delegatos sed & alios denotet, *Ruland. de Commiss. part.* 1. *lib.* 1. *cap.* 2. *n.* 7. Et alias Argumentum à nomine sumptum non rarò fallit, *Everhard. Loc. Legal. loc.* 4. *n.* 5. *verſ. Porrò ut aliquando.*

(3.) 17. (3.) Quòd Austregis opponantur die ordentliche Untergerichte / *C. p.* 2. *t.* 31. *princ.* Nam aliud est ordinaria Jurisdictio, aliud sunt ordinaria Judicia. Hæc nihil aliud denotant quam forum competens, ubi quilibet Reus conveniendus. Eodem sensu dicitur *in C. p.* 2. *t.* 1. §. 1. Ordentlichen Richter / Judice ordinario, *id est*, Judice competenti. Jam verò penes Judicem tam delegatum quam prorogatum est competens forum seu Judicium, ast penes neutrum est Jurisdictio ordinaria.

(4.) 18. (4.) Quòd Austregæ, uti alias qui ordinariam Jurisdictionem habent, suam sententiam non possunt exequi, *per C. p.* 2. *t.* 8. §. 8. Ast si hoc verum esset, sequeretur nec Austregas dici posse Delegatos Imperatoris contra Adversariorum sententiam, quia Delegati Principis suam sententiam exequi possunt, *Mynſ.* 4. *O.* 93. *n.* 3. Insuper non est impossibile, ut Princeps executionem sententiæ ab Ordinario latæ, vel sibi specialiter reservare, vel alteri committere possit, uti manifestum est in Revisoribus Cameræ, *C. p.* 3. *t. pen.* §. 12. & 15. Qui tamen Judices ordinarii sunt, *Gail.* 1. *O.* 154. *pr.*

(5.) 19. (5.) Quòd Austregis causæ singulatim committantur, singularitas verò sit nota delegatæ Jurisdictionis, *Marant. Specul. Jur. part.* 4. *diſtinct.* 5. *num.* 4. *in fin.* Atqui nec hæc ratio universaliter vera, quia Pares Curiæ ad unam duntaxat causam plerumque eliguntur, quos tamen ordinarios esse asserit Gail. 1. *O.* 1. *n.* 55. & 57.

(6.) 20. (6.) Quòd Jurisdictio Austregarum post semestre vel annum expiret, *C. p.* 2. *t.* 4. §. 1. Ergò non est ordinaria, quoniam hæc perpetuò durat. Nam licet ordinaria Jurisdictio quoad potentiam sit perpetua, tamen quoad exercitium in certa causa ultra biennium aut triennium de jure civili non duravit, *per tradita supra t.* 25. *n.* 77. Eadem distinctio obtinet in Jurisdictione Austregarum, hi enim si non actu, tamen potentia jurisdictionem perpetuò habent, quandoquidem eam exer-

xercere, possint, quotiescunque eligantur. Uti & Judex Ordinarius potentiâ habet Jurisdictionem, actu autem eam exercere nequit, antequam adeatur. Propterea quòd in reliquis Magistratibus ordinariis operatur aditio & supplicio, id in Austregis efficit electio & requisitio. Idem obtinet in Paribus Curiæ.

21. (7.) Austregæ Jurisdictionem non immediatè ex Ord. Cam. sed demum præmissa electione & requisitione assequuntur. Ergò non sunt ordinarii. Resp. Nec Pares Curiæ immediatè à lege, sed tum demum, quando à Domino & Vasallo electi requisitique fuerint, nanciscuntur Jurisdictionem 2. *Feud.* 16. Sic Legatus Proconsulis Jurisdictionem, quam à lege delatam habeat, non potuit exercere antequam à Proconsule illud concedebatur, *l.* 13. *de offic. Proconss.* Qui Legatus tamen propriam Jurisdictionem habuit, *l. pen. de offic. ejus cui.* Ita quoque Austregis Jurisdictio defertur à lege, sed sub modo certaque requisita forma, quæ tamen ordinariæ Jurisdictioni impedimento non est. Nec electio & requisitio Jurisdictionem tribuunt, sed legi deferenti subministrant. *Vide Schubb. de Austreg. cap. 6. num.* 121. *usque* 223. *ubi latius hanc quæstionem deducit ac mecum sentit.* (7.)

22. Austregas seu harum privilegium non omnibus, sed duntaxat quibusdam immediatis imperii subditis competere dixi supra n. 7. perspiciendum igitur qui nam illi sint. Iidem verò sunt Principes, Prælati, Comites, Barones & Nobiles immediati, *C. p.* 2. *t.* 2. & 3. *seqq.* De quibus singulatim agam, à Principibus inchoans. *Quibus Austregæ competant.*

23 Et quanquam Nomen *Principes* in specie attribuatur quibusdam, qui neque Duces neque Marchiones, sed Principes tantum dicuntur, quales in Imperio sunt Princeps Anhaldinus & Dux Sabaudiæ, qui respectu Regionis Pedemontanæ se Principem Pedemontium appellat. *Reink. de R. S. & E. lib.* 1. *Class.* 4. *cap.* 3. *n.* 8. Item noviter Principum dignitate decorati, nempe Principes de Hohenzollern/ de Eggenberg/ de Lobkowitz/ de Nassau Hadamar/ de Nassau Dillenburg/ de Saint/ de Dietrichstein/ de Piccolomini/ & de Auersberg. *R.* 1654. §. Über dieses haben. 197. Tamen sub isto nomine hic in sequentibus brevitatis gratia comprehendo non solum Principes simpliciter ita nominatos & jam recentiores, sed etiam, qui ejusmodi Principum dignitate vel majori vel pari præfulgent. *Quinam dicuntur Fürsten und Fürstmässige.*

24. Immediati Imperii subditi Principum dignitate majori præfulgentes sunt (1.) Electores. (2.) Archidux Austriæ & Dux Burgundiæ. Uterque licet sit Princeps sæcularis, tamen in Comitiis in Scamno Ecclesiastico sedent, & ille in dirigendo & sedendo alternat cum Archiepiscopo Salisburgensi: Dux verò Burgundiæ Archiepiscopum Salisburgensem in sedendo sequitur, & alios Archiepiscopos antecedit, *Spreng. de Jurispr. publ. m. p.* 355. (3.) Archiepiscopi. Hos sequitur Magister Ordinis Teutonici, qui in dignitate major est Episcopo, veluti Archi-Episcopi vices subiens, *Reinck. d. class.* 4. *cap.* 21. (4.) Episcopi. (5.) Magister ordinis S. Joannis in Germania, collocatus à Carolo V. inter Principes Imperii teste eod. *Spreng. mihi pag.* 357. *Principum dignitate majore præfulgentes.*

25. (6.) Abbates, qui sunt Principes, (Gefürstete Aebte/) Cujusmodi est

Abbas

Abbas Fuldensis. Campodunensis: Murbacensis, Hirschfeldensis, Reichenauensis, Weingartensis, Stabulensis, Prumiensis, Corbejensis, Salfeldensis & Werdensis, juxta matriculam Imperii, de Anno 1471. quam habet Goldast. *Constit. Imp. tom.* 1. *post Præfat. ad Lect. pag.* 15. ubi quinque alios Abbates addit, qui tamen hodie non amplius sub Rom. Imperio sunt.

26. (7.) Præpositi Principes, (Gefürstete Pröbste/) uti est Præpositus Weissenburgensis, Elvvangensis, ac Berchtolsgadensis, *Gold. d. loc.*

27. (8.) Abbatissæ Principes, quales sunt Quedlenburgensis, Essensis, Gandersheimensis, Gerentodensis, Hervordensis, Andelaviensis ac Buchoviensis, *Gold. d. tom.* 1. *pag.* 16.

28. (9.) Duces, (10.) Marchiones. Qui utrique illis, qui simpliciter dicuntur Principes, præferuntur, *Reink. d. cap.* 8. *n.* 12. Quoniam omnis Dux & Marchio in Germania usurpat titulum Principis præter titulum Ducatus & Marchionatus, non tamen omnis Princeps Ducem & Marchionem se appellare potest, *Reink. d. cap.* 8, *n.* 12. Duplicata autem dignitas plus tribuit, quam una sola, *ibid. n.* 11.

29. (11.) Quinque ex Landgraviis, nimirum Landgravius Alsatiæ, Thuringiæ, Hassiæ, Leuchtenbergiæ ac Franconiæ, *juxta Gold. d. tom.* 1. *pag.* 17. Reliqui Landgravii non sunt Principes, sed in Comitum dignitate constitui habentur, *prout tradit Gold. d. tom.* 1. *pag.* 27. Sed Landgravios in genere hodie Comitibus esse superiores scribit Heig. *quæst.* 2. *n.* 55. Et Ruland. *de Commiss. p.* 2. *lib.* 5. *c.* 4. *n.* 26. dicit, omnes Marchiones ac Landgravios sub nomine Principum comprehendi hisque per omnia æquiparari. Imò iisdem præferri docet Reink. *in loc. supra n.* 27. *allegatis* Atque idem *d. class.* 4. *cap.* 13. *n.* 18. ait, dignitatem Marchionatus & Landgraviatus non minorem esse quam Ducatus qui Principatui præfertur. *Vid. supra n.* 28.

Principibus pares, Fürstmässige.

30. Immediati Imperii subditi dignitate Principibus pari præfulgentes (Fürstmässige) sunt (1.) Comites Palatinatus Rheni, die Pfaltzgrafen. Nam hi cum Principibus Imperii eandem specie dignitatem obtinent, *Reink. d. cap.* 13. *n.* 29.

31. (2.) Ex Burggraviis Norimbergensis, Magdeburgensis, Zorbeckensis ac Misniensis, *Gold. d. tom.* 1. *pag.* 18. His Strombergensem & Reinneccensem adjungit, *Reink. d. cap.* 13. *num.* 44. Reliqui Burggravii Comitum dignitate gaudent, *quos recenset Gold. d. tom.* 1. *pag.* 27.

32. (3.) Comites Principes, Gefürstete Grafen/ uti sunt Comes Ascaniæ, Burgundiæ, Croatiæ, Flandriæ, Goritiæ, Habspurgiæ, Hannoniæ, Hennebergensis, Kiburgiæ, Mersburgensis, Sultzbacensis, Tyrolensis, Wetinensis ac Wittelsbacensis, *prout illos refert Gold. d. tom.* 1. *pag.* 18. *& seq.*

33. (4.) Domini qui Principes sunt, vel iis æquiparantur, cujusmodi sunt Dominus Rostochiensis, Stargardensis, Frisiæ, Marchiæ Venetorum, (*vulgò Vandalorum*, (Molini in Burgundia, Salinarum in Burgundia, Zerbstæ, Badenvveiler, Neoburgiani Principatus in Bavaria, Neostadiani Principatus in Palatinatu ac Grubenhagiani Principatus in Brunsvvigia *quemadmodum istos omnes recen-*

censet Gold. d. tom. 1. p. 19. Et tantum de Principibus, iisque qui sub illis comprehenduntur,

34. Prælatis dicuntur Abbates, Præpositi & Abbatissæ, qui feuda ab Imperio habent, atque horum ratione Imperio immediatè subjecti, non tamen Principum dignitate decorati sunt, *eos videre licet apud Gold. d. pag. 19. & 2. seqq.* *Prælati quinam dicantur.*

35. Prælatis annumerantur Ballivi seu Commendatores provinciales, ut sunt die Land-Commenthur der Balley Coblentz / der Balley Elsaß und der Balley Burgund / *Reink. d. Class.* 4. *c.* 21. Reliqui Commendatores non immediati, sed principibus, in quorum derritorio domicilia & possessiones habent, subsunt. *Reink. de R. S. & E. lib.* 1. *Class.* 5. *cap.* 10. *n.* 24. *& seq.*

36. Sub illis Prælatis vero non comprehenduntur isti Prælati, qui etiam quidem bona, non tamen Imperio immediatè, sed aliorum Statuum Jurisdictioni subjecta possident. Proinde si ratione ejusmodi bonorum conveniri aut agere debent, licet sint Comites, Barones aut Nobiles immediati, tamen Austregis non gaudent, sed forum Rei, aut ubi bona sita sunt, sortiuntur. Sunt enim illi Prælati instar Tutorum, *Gloss. in c. Auditis* 3. *De in integr. restit.* Sicut igitur Tutores non jure proprio, sed jure pupilli censentur, hujusque forum sequuntur, quia agunt & conveniuntur non suo sed pupillorum nomine, ita etiam dicti Prælati non ut Comites, Barones aut Nobiles, sed ut Prælati Ecclesiarum censendi sunt, dum ratione bonorum Ecclesiasticorum agunt & conveniuntur, *Magenh. ad O. C. p.* 2. *t.* 5. *verb.* Prälaten.

37. Comites porrò quod attinet, etiam hi non omnes ejusdem sunt conditionis. Quinam enim suum Comitatum non immediate ab Imperio recognoscunt, sed sub aliorum Principum Jurisdictione bona possident, quæ postea salvo illorum principum jure, quorum veri sunt Landsassii, in Comitatum eriguntur, & eorum possessores Comites creantur, *Reink. de R. S. & E. lib.* 1. *Class.* 4. *cap.* 14. *num.* 37. Tales sunt Comites de Hardeck sub Austriacis, Comites von Hohenstein sub Electore Brandeburg. Comites von Neugarten sub Ducibus Pomeraniæ, *Reink. ibid. n.* 39. Atque hi non sunt Status Imperii, *R.* 1548. §. Wiewol auch. 66. Nec Austregis gaudent, sive conveniantur ratione personarum sive ratione illorum bonorum. *Comites & sub illis comprehensi.*

38. Quidam verò Comites ab Imperio immediatè suum Comitatum in feudum recognoscunt, & hi sunt Status Imperii, atque Austregas habent, *per C. O. p.* 2. *t.* 5. Sub his Comitibus quoque comprehenduntur Burggravii, qui non Principum sed Comitatum duntaxat dignitate præfulgent, *de quibus suprà n.* 31. *dictum est.* item die Wild- und Rhein-Graffen / *uti videre est apud Gold. d. tom.* 1. *pag.* 25. & 27.

39. Eadem distinctio circa Comites paulò ante tradita etiam in Baronibus obtinet, *per ibid. alleg.* Insuper notari potest & hoc, quòd Comites & Barones de usu & consuetudine Germaniæ gradu & genere dignitatis non differant, quamvis in Ordine regulariter Comes præcedat Baronem, quæ tamen præcedentia diversam dignitatem non infert, nam & inter Comites est ordo præcedentiæ, non tamen *Barones Austregis gaudentes.*

 men

men diverſus gradus dignitatis. Imo quidam ex Baronibus præferuntur Comitibus. *De quo latè Reink. praalleg. claſſ. 4. cap. 15. 28. & ſeqq.*

Nobiles immediati qui ſint.

40. Denique Nobiles immediati dicuntur Nobiles quidam in Franconia, Svevia & ad tractum Rheni, qui Imperio immediatè ſubjecti ſunt ac ſolum Imperatorem ſuperiorem recognoſcunt. Vulgò nominati Freye dem Adel / freye Reichs vom Adel / freye Ritterſchafft / freye Reichs-Ritterſchafft / die Ritterſchafft zu Francken / Schwaben und Rein-Landen. Notanter dixi *Quidam*, quia in prænominatis locis etiam repetiuntur Nobiles, qui ſuis Principibus, in quorum territorio domicilium habent, iiſque homagium præſtant, ſubſunt. Quamobrem Conſtitutiones Imperii de Nobilibus immediatis determinatè plerumque loquuntur, So dem Reich ohne Mittel und keinem andern Fürsten oder Herrn unterworffen / *R.* 1542. Dergleichen. 90. *& alibi paſſim.*

Privilegium Auſtregarum præmemoratis Imperii ſubditis competit non quatenus ſunt Subditi, nec quatenus ſunt Status Imperii.

41. Competit verò Privilegium Auſtregarum ſuprà enumeratis immediatis Imperii ſubditis non quatenus ſunt tales nec quatenus ſunt Status Imperii, *quemadmodum velle videtur Gail.* 1. *O.* 30. *n.* 13. Nam tunc utroque caſu iiſdem non ſolum in quatuor Caſibus, *prout infra n.* 50. *& ſeqq. dicetur*, ſed ſemper, quotieſcunque convenirentur, competeret. Deinceps competeret etiam Civitatibus Imperialibus, quoniam & hæ non ſolum Imperio immediatè ſubjectæ, ſed etiam, *ſecus quàm erroneè putat Tennag. de Proceſſ. Claſſ.* 1. *c.* 1. *nu.* 3. Status Imperii ſunt. Nam non ſolum hodie in Comitiis ac aliis particularibus diætis Votum deciſivum habent, *J. P. art.* 8. §. *pen.* ſed etiam illas olim Comitiis interfuiſſe apparet tum ex A. B. *præfat. in fin.* Bulla Sigismundi §. 2. 3. *&* 4. *apud Gold. Conſtit. Imp. tom.* 1. *pag.* 398 *& ſeq. R. de Anno* 1442. *Præfat. circa fin.* tum ex ſubſcriptione omnium Receſſuum Imperii hactenus promulgatorum. Jam verò infallibilis ac firmiſſima propoſitio eſt: *Quicunque in Subſcriptionibus Receſſuum Imperii invenitur, ille eſt Status Imperii.* Quandoquidem nemo ad ejusmodi Subſcriptiones admittitur, qui ſeſſionem & votum in Comitiis non habet, qui autem illa habet eſt Status Imperii Nam Status Imperii propriè dicuntur, qui tanquam Chriſtianum corpus & conventus cum Imperatore in Comitiis jus Seſſionis ac ſtatuendi de rebus Imperii habent, *arg. R.* 1512, *in fin.* die Stimm und Stand in Reichs-Versammlungen haben. *R.* 1548. §. Wan auch ein. 56.

Si Auſtregis gaudens diverſis dignitatibus præditus conveniatur, nulla dignitate expreſſa omnium major, alias expreſſa attendi debet

42. Sed cum ex ſupra memoratis Principibus non pauci ſimul quoque ſint Comites, vel etiam Barones ob Comitatus ſeu Baronatus, quos ab Imperio habent, quæritur igitur ſi illi agant aut conveniantur, quomodo conſiderandi veniant? Reſp. Aut agunt ſive conveniuntur, nullâ factâ mentione dignitatis, ſecundum quam id fiat, aut dignitate expreſſa. Priori caſu ut Principes conſiderari debent, quia quoties in eadem perſona duplex concurrit dignitas, major attenditur, *Gail.* 1. *O.* 30. *num.* 21. *& ſeqq.* Poſteriori autem caſu dignitas expreſſa neceſſario attendenda venit, *Scip.* 3. *Deciſ. Cam.* 53.

Privilegium Auſtregarum competit quoque et Principi, qui

43. Deinde quanquam Princeps, qui gubernationi non præeſt, Judex Auſtregarum eſſe nequeat, *uti infrà n.*66. *dicetur*, nihilominus tamen ſi agat aut conveniatur, privilegium Auſtregarum habet, quia Ordinatio Cam. indiſtinctè loqui-

tur,

ur, *V.C. p.2.t.2.3.* & 4. Insuper privilegium Austregarum est personale, non verò patrimoniale, *Mind. de Process. cap. 19. n. 23.* & *Schvv. O. 20.* Hinc licet Princeps nullum Principatum possideat, tamen isto privilegio gaudet, *Schubb. c.3. n. 5. usque 100.* Et hoc procedit non solum in principibus suæ potestatis, de quibus antè locutus sum, sed etiam in Principum liberis adhuc sub patria potestate constitutis, *Schubb. d. n. 100. usque 114.* Etiamsi ex matre ignobili sint procreati, *d. n. usque 114. 147.* Quo numero id etiam ad Uxores & filias extendit. *gubernationem non præst. Item competit Principum liberis & Uxoribus.*

44. Principibus porrò Ecclesiasticis & Prælatis quatenus feuda ab Imperio habent beneficium Austregarum competere ex suprà dictis patet, sed quæritur utrum illis quoque competat, si quidem postulati vel electi, nondum tamen investituram consecuti sint? Affirmat Schubh. *d. cap. 3. n. 73. usque 93. ubi contrariis quoque respondet.* *Item Principibus & Prælatis duntaxat postulatis.*

45. Porrò sæpè dictis immediatis Imperii Subditis Privilegium Austregarum non tanquam Statibus Imperii competere inde manifestum est, quod illud competat immediatis Imperii Nobilibus, *C. p. 2. t. 5.* Hi enim non vocantur ad Comitia, nec sessionem aut jus suffragii in illis habent, *teste experientia.* Ergo non sunt Status Imperii, *per tradita præced. num. 41.* Neque ut singuli, *quemadmodum vult Wehn. voc.* Ritterschafft. Neque conjunctim sumpti tanquam totum corpus Nobilitatis, *prout putat Gylm. voc. Nobilitas princ.* Imò Statibus Imperii expressè opponuntur, *R. 1512. §.* Nachdem uns. 27. *J. P. art. 5. §. Jus diœcesanum. 47.* & *§. Visitatio. 55. cap. Leop. §. 3.* *Nobiles immediati non sunt Status Imperii.*

46. Antiquitus totum liberum equestrem ordinem tanquam singularem Imperii Statum ad Comitia vocatum fuisse putat Besold. *Colleg. Polit. Class. 1. disp. 9. th. 16.* Quò facit A. B. *præfat. in fin.* Bulla Sigismundi *apud Gold. Constit. Imp. tom. 1. pag. 398.* & *R. 1442. præfat. circ. fin.* Ex quibus textibus apparet illos Nobiles etiam Comitiis interfuisse, & quidem tanquam Status, *juxta Besold. d. th. 16.* Non verò tanquam Statuum Consiliarii, *quemadmodum voluit Autor der nohtwendigen Erinnerung ad Inform. Donavv. fol. 169.* & *173.* Quod autem ille equestris ordo ad Comitia vocari desierit, in ipsius favorem receptum esse tradit Besold. *ibid. th. 17.* Ne Cameræ Imperialis sumptus pro rata ferre aliaque Statuum onera subire cogeretur. *Nobiles immediati olim Comitiis interfuere.*

47. Cum itaque ex suprà traditis constet non omnibus immediatis Imperii Subditis privilegium Austregarum competere, nec illos, quibus competit, eo quovis casu gaudere, sat manifestè etiam apparet, istud privilegium Subditis neque ut talibus, neque ut Statibus Imperii competere. Dicendum igitur Privilegium Austregarum ad illorum, qui eô gaudent, instantiam ex speciali gratia concessum esse. *Privilegium Austregarum concessum ex speciali gratia.*

48. Utrum vero illud Privilegium in favorem solius Rei, an tam Actoris quàm Rei introductum sit, non omnium eadem est Opinio. Prius affirmat Tennag. *Class. 2. cap. 14. n. 2.* Sed posterius veritati magis congruit, quoniam ratio Austregarum inductiva, ut nim. plures essent instantiæ, *v. præced. n. 10.* nonminus Actori *quippe qui etiam suum jus in secunda instantia ulterius deducere, nova proponere,* *Idque tam in favorem Actoris*

& ante hac proposita melius probare, item sententia contra ipsum lata reformationem postulare possit,) quàm Reo competere debet. Quò facit, quòd ad vehementem Instantiam Actorum 8. Viæ, *de quibus infrà n. 99. usque* 149. specialiter introductæ, quæ specialis introductio illorum favorem non concernere non potest. Nam si Actoribus Reos Ordinationi non satisfacientes statim in Camera convenire, quemadmodum poterant, *C. p.* 2. *tit.* 4. §. 1. *in fin.* utile fuisse visum, frustrà alios modos tam vehementer sollicitassent, *Schubb. de Austreg. cap.* 9. *n.* 86. *&* 2. *seqq.*

Quare Reus Actore invito huic Privilegio renuntiare nequit.

49. Ex his itaque firmiter concludo, Reum Actore invito Privilegio Austregarum renuntiare minimè posse, sed Actore id postulante Reum ad satisfaciendum Ordinationi per legitima remedia compelli oportere. De quibus remediis agetur infrà *Tit. De protracta seu deneg. Just.* 37.

Privilegium Austregarum ipso gaudentibus duntaxat in 4. Casibus competit.

50. Deinceps hîc diligenter notandum, quòd illi immediati Imperii Subditi, quibus privilegium Austregarum competere supra dixi, non semper & quoties-cunque conveniendi sunt, sed duntaxat in 4. Casibus isto privilegio gaudeant. Horum verò casuum primus est, si Princeps Principem (*voce* Princeps *latè sumptâ, vid. supra n.* 23.) convenire intendit, *C. p.* 2. *t.* 2.

Casus primus

51. Secundus casus est, si Princeps vult convenire Prælatum, Comitem, Baronem aut Nobilem immediatum, *C. p.* 2. *t.* 3.

Casus secundus

52. Tertius Casus est, si Princeps conveniendus sit ab inferioribus Principe, nim. Prælatis, Comitibus, Baronibus, Nobilibus ac Civitatibus, *C. p.* 2. *tit.* 4. Idem Jus est in Civibus ac rusticis, *d. t.* 4. §. *fin.* Intellige, qui Reo non subjecti sunt, *O. C.* 1500. *art.* Wie Bürger Bauren. 12. Idem in propriis subditis, *d.* §. *fin. verb.* Und andern Unterthanen. Sub his quoque comprehenduntur die Schirms-Verwanten. Quales sunt Judæi & reliquæ personæ forenses domicilium sub Reo Principe habentes, *Schwanm. P. C. lib.* 2. *cap.* 18. *nu.* 20. *& obs.* 67. *Wehn. Thesaur. Practic. Voc.* Schirms-Verwanten *in fin.*

Casus tertius.

Actor extraneus etiam legibus Austregarum alligatus est.

53. Sed quid si Actor Imperio non subjectus, quæritur num ille ad Ordinationem de Austregis astrictus sit? Resp. Utique. Nam Actor extraneus æque ac Indigena forum Rei sequi tenetur, quoniam in Jure nostro aut ullibi alias non distinguitur, utrum forum illud sit commune an privilegiatum, item utrum Actor sit Indigena, an Extraneus. Deinde informando Processu loci, ubi quis agere intendit, Statuta & Consuetudines attendi debent. *Vid. omninò Coler. de Proc. Execut. p.* 1. *cap.* 3. *num.* 210. *& seqq.*

54. Non obstat, quòd in præcit. tit. 4. qui non extendendus sed strictè interpretandus, de Extraneo nihil sit, dispositum. Nam licet de hoc ibi expressis verbis nihil constitutum sit, attamen *d. t.* 4. indistinctè loquitur neque Extraneum excludit, ergò nec à nobis excludendus, multò minùs distinguendum est. Deinde non solùm illud lege continetur, quod verbis legis exprimitur, verùm etiam illud, quòd sententia & mente legis per certam ratiocinationem indicatur indeque eruitur, *l.* 6. §. 1. *ibique Gœdd. n.* 11. *& seqq. de U. S.* ubi vero res mente ac ratione sub dispositione legis continetur, ibi nulla fit extensio, *Rosenth. de feud. cap.* 7.

Con-

Concluſ. 17. n. 7. Denique etiam ratio finalis Auſtregarum, ut nim. in pluribus inſtantiis cauſa plenius deduci poſſit, non minus militat pro Principibus quoad Exteros quam quoad Indigenas. Nam cæteroquin deterioris eſſent conditionis quoad illos quam quoad hos, quod certè iniquiſſimum eſſet. Quòd autem Ordinatio Cam. nihil de hoc caſu diſpoſuerit, ratio eſt quod ſit rariſſimus, de quo nec alias jura diſponunt, *l. 3. de LL. Add. Schubb. de Auſtreg. cap. 4. num. 1. usque 35.*

55. Deinceps nec de Judæis in præalleg. tit. 4. quicquam diſpoſitum, ſi tamen illi Principem, ſub quo domicilium habent, volunt judicio pulſare, tanquam Subditi conſiderantur, comprehendunturque ſub verbo: Unterthanen / poſito in d. t. 4. §. ult. *Add. ſupra num.* 52. Dubium in eo eſt, ſi contra alium Principem agere intendant, anne Auſtregæ ceſſent? Et quanquam in alleg. §. ult. Civium & Ruſticorum mentio fiat, cum tamen Judæi neutris annumerari queant, Auſtregæ ceſſare videntur. Aſt verius eſt Auſtregas locum habere propter rationes *ſupra n.* 53. *&* 54. de extraneo Actore adductas. *Item Judæi Actores.*

56. Quartus caſus eſt, ſi Prælati, Comites, Barones & Nobiles immediati ſe invicem convenire volunt, *C. p. 2. t. 5.* Atq; his privilegium Auſtregarum primum Anno 1521. conceſſum legitur, *in O. C. 1521. art. ult. §.* Herwiederumb. 16. *& ſeq.* *Caſus quartus*

57. Cum verò non ſolum in hiſce quatuor caſibus, ſed etiam in iſtorum quolibet non unus ſed diverſus tum Judices conſtituendi, tum procedendi modus in Ord. Cam. præſcriptus ſit, idque tam generaliter in omni cauſarum genere, quam ſpecialiter in cauſis ſimplicis ſpolii, idcirco uterque deinceps proponendus venit. Et quidem de poſteriori modo infra *n.* 151. *& ſeqq.* Acturus ſum: priorem hic eo ordine, quo dictos quatuor caſus ſupra enarravi, proponam. *In hiſce 4. caſibus diverſus modus judices conſtituendi & procedendi præſcriptus eſt.*

58. In primo caſu quoad modum conſtituendi Judicem requiritur, ut Princeps Actor tam Eccleſiaſticus quam ſæcularis Principi Reo, ſive ſit eccleſiaſticus, ſive ſæcularis ſuam petitionem ac poſtulata in ſcriptis mittat, ſimul requirens Juris juſtitiæque adminiſtrationem, *C. p. 2. t. 2. pr.* *Modus conſtituendi judicem in primo caſu eſt, quod Actor Reo ſuam petitionem mittat ac deſuper juſtitiæ adminiſtrationem requirat.*

59. Illam verò petitionem debere eſſe libellum vult Magenh. *ad O. C. p. 2. t. 2. rubr. verſ. Actor judicium. junct. Eod. ad præcit. p. 2. t. 5. princ. ubi ait:* Neque hic (*ſc. in caſu d. t. 5.*) opus eſt, ut in primo caſu, (*intellige d. t. 2.*) libellum tranſmittere, ſed ſufficit Factum narrare in ſcripto, quod Reo mittitur. Ita deciſum in cauſa Preun cont. Mecklenburg *Hactenus ille.* *Quæ petitio libellus eſſe debet.*

60. Quò facere videtur, quòd in hoc primo caſu expreſſe & requiſitio & tranſmiſſio petitionis, quam ſe habere Actor putat, mandetur, *d. t. 2 pr. in fin.* In reliquis autem tribus caſibus ſola requiſitio deſideretur, uti videre licet *ex d. p. 2. t. 4. & 5.* Ratio diverſitatis me latet. *Inque eo omnes punctos*

61. In præfatæ verò requiſitionis ſchedula omnes puncti ſunt memorandi, ſuper quibus Actor Reum convenire velit. Punctus enim omiſſus poſtea non recipitur, veluti in quadam cauſa contigiſſe teſtatur Schub. *de Auſtreg. cap. 6. n. 68* *ventilandos memorari oportet. Illa*

62. Quò autem facta requiſitio poſt lapſum temporis in Ordin. Cam. præſtiti eo melius probari queat, illa ſchedula per Notarium & teſtes Reo inſinuari *Requiſitio quomodo facienda.*

ac

ac desuper Instrumentum confici solet: Quo Instrumento post dictum lapsum in Camera exhibito; Supplicanti citatio per viam denegatæ aut protractæ justitiæ communicatur, *Schvv. 1. Processf. 2. n. 12.*

63. Illa insinuatio etiam fieri potest per literas, præsertim Notario deficiente, & tunc Recepisse, quemadmodum vocari consuevit, id est, Documentum seu Attestatum, (ein Schein/ ein Recognition,) quò recipiens fatetur se istas literas accepisse, ad easdem petitur. Quo Recepisse obtento, id simul cum copia literarum in Camera exhibetur, *Ruland. Processf. Judic. cap. 3. pag. 12.* Nuncii verò Relationi in hoc casu haud creditur, licet sit Cameræ juratus, quoniam ipsius juramentum hunc casum non comprehendit, *Schub. de Austreg. cap. 9. n. 93. & seqq.*

Princeps requisitus alios quatuor Principes nominare tenetur. Ad eamq; nominationem compelli potest.

64. Ad hæc requisitus Princeps intra quatuor hebdomadas ab insinuata requisitione proximas Actori quatuor Principes regentes binos sacri prophanique ordinis, omnes ex diversis familiis ortos sine calumnia nominet, *d. t. 2. §. 1.*

65. Si Reus quatuor Principes intra præmemoratas quatuor hebdomadas nominare negligat, rectà in Camera conveniri potest, *d. t. 2. §. ult.* Verùm hoc modo Actor citra suam culpam per negligentiam Rei una Instantia & beneficio Appellationis privatur, quòd certè iniquum est. Resp. Cum Austregæ in utriusque partis favorem introductæ sint, *suprà n. 48.* manifesti juris est, Reum Actore invito illis renunciare neque cætera ratione Austregarum in Ord. Cam. præscripta negligere, sed renunciantem, negligentemve ad illorum Præscriptorum observantiam Juris remediis, *de quibus tractabitur infrà t. 37.* compelli posse. Quamobrem Actori liberum est, utrum Reum statim rectà in Camera convenire, an ad nominationem Principum, aliaque præscripta observanda compelli prius curare velit. Atque id etiam suadet alleg. §. ult. qui quidem Reo in Camera respondendi, non autem Actori ibidem agendi necessitatem imponit. Huc quoque facit *C. p. 2, t. 4. §. 1. in fin.*

Nominandi verò sunt Principes regentes.

An Princeps duntaxat Comitatum possidens nominari queat. Illo Regens Princeps quot annorum esse debeat.

66. Principes autem, qui regimini præsunt, (regierende Fürsten/ ideò nominati oportet, quia hi soli propriis Consiliariis, quorum ope controversias decidere debent, *juxta d. §. 1. in fin.* sunt instructi, reliqui verò, qui certis annuis reditibus contendi esse coguntur, vulgò abgetheilte Fürsten oder Herren nominati, cum Consiliarius parum stipentur, Judices non adeò commodè esse queunt.

67. An Princeps duntaxat Comitatum, ejusve partem possidens judex esse possit, quærit Schubh. *d. cap. 6. n. 2.* Et hoc ibidem affirmat. Id tamen non aliter procedere autumo, quam ille Princeps suos Consiliarios habeat, qui in lite decidenda ipsi adjumento sint, *secundum tradita num. proximè præced.*

68. Quotnam annorum ille regens Princeps esse debeat, de eo in Ordin. Cam. nihil disponitur, quapropter illud ex jure communi determinandum, ubi nemo Judex esse posset, nisi annum decimum octavum adimpleverit, *l. 57. de re Judic.*

Quare Principes ecclesiastici ac seculares pari numero ex diversis familiis nominandi.

69. Porrò Reus Principes ecclesiasticos ac seculares pari numero nominare eam ob causam tenetur, quo Actori ex utrisque eligendi potestas sit æquè libera. Nominandi verò sunt ex diversis familiis, ne ex cognatione collusionis suspicio oriatur.

70. Sed

70. Sed quæritur, Anne spatium 12. Milliarium, quod in secundo casu *vigore C. p. 2. t. 3.* requiritur, *vid. infrà n. 94.* etiam in hoc primo casu circa nominationem principum Judicum observari oporteat? Resp. Ad Affirmativam Assessorum *in conf.* 1595. *dub. 6.* posterior opinio, quæ approbata *in C. p. 2. t. 4. §. 3.* inclinare videtur. Atque hanc veriorem arbitror, siquidem eadem ratio hic militat, quæ infrà n. 94. in præmemorato secundo casu adducta est. *Spatium 12. milliarium hic non requiritur.*

71. Factâ nominatione ex 4. nominatis Principibus unum Judicem Actor deligat, delectumque Reo intra 4. hebdomadas à die acceptæ nominationis proximas domum per certas literas denuntiet. Hunc deinde ambo intra 14. dies proximos pro causæ disceptatione suscipiendâ ac die partibus citandis dicenda implorent, *d. t. 2. §. 1.* *Ex nominatis actor unum Judicem eligit.*

72. Denique notandum, quòd in hoc casu primo, uti in reliquis tribus casibus, Commissarium à Cæsare impetrare Actori non liceat, quia huic non est liberum, Reo invito ab hac constitutione discedere. Et tantum de modo Judicem constituendi. *In hoc casu Commissarium à Cæsare impetrare Actori non licet.*

73. Modus procedendi est, quòd Judex ita constitutus tanquam Cæsareus Commissarius factæ implorationi locum dans petitaque prosequens citra moram diem litigantibus in quapiam suarum civitatum dicere atque cum suis Consiliariis non suspectis quàm celerrimè causam cognoscendo ex jure decidere teneatur, *præalleg. §. 1. in fin. junct. §. ult. ibid.* *Modus procedendi in primo casu.*

74. Intra quodnam tempus verò dies dici aut causa decidi debeat, in præalleg. loc. non exprimitur, videtur tamen dies intra mensem à die denuntiatæ implorationis dicenda esse, *arg. C. p. 2. t. 1. §. 1. & t. 4. pr.* Causam verò intra proximum semestre vel annum determinari oportere, *arg. d. t. 4. §. 1.* *Intra quod tempus lis inchoari ac finiri debeat.*

75. Hôc commissario ante causæ decisionem mortuo, ex reliquis nominatis Principibus, quem Actor optaverit, similiter tanquam Cæsareæ majestatis Commissarius causæ cognitionem, postquam ad ipsum, quicquid coram defuncto judicialiter actum, delatum fuit, suscipere & quod Juris est decidere astrictus sit, *d. t. 2. §. 3.* Atque sic Processus de novo non inchoandus, sed inchoatus continuandus, *per l. 76. de Judic.* *Electo Judice mortuo unus ex reliquis nominatis succedat.*

76. Idem dicendum est, si primus Commissarius vivus suo Officio decedat, v.g. desinat esse Princeps regens. Hoc enim necessario Requisito deficiente, ille æquè ac si mortuus esset, desinit esse judex, ideò ex reliquis nominatis Principibus optatus ab Actore, Processum inchoatum suscipere ac continuare tenetur, *vigore d. §. 3. Add. l. 18. pr. & l. 46. de Judic.* Mecum sentit. Mind. *de Process. c. 16. n. ult.* *Idem obtinet, si vivus suo officio decidit.*

77. Sed si in reliquis tribus casibus ex pluribus nominatis Principibus (*tres enim nominare licet*,) unus electus Judex ante decisionem causæ moriatur, aut vivus officio decedat, quæritur utrum in eo, quem ex reliquis nominatis Principibus Actor optaverit, idem obtineat? Resp. quamvis de hoc in Ordin. Cam. nihil expressè statutum, cùm tamen eadem ratio subsit, ut scilicet justitiæ administratio maturetur, litesque eò citiùs finiantur, id affirmandum puto. *Atque hæc successio etiam in reliquis tribus casibus obtinet.*

78. Et licet causam statim ad Cameram esse devolutam, in duabus causis deci-

Quomodo præjudicia ab Ante-Mariliano allegata intelligi debeant.

fum effe referat Ante-Maril. O. 35. Quem fequitur Schvv. O. 17. n. 4. & 2. feqq. tamen ifta decifio fatis dura, quoniam hâc obtinente per mortem Commiffarii Reus citra fuam culpam fuo privilegio contra omnia Jura & æquitatem privaretur. Deinde manifefte conftitutum eft in C. p. 2. t. 4. §. fin. tum caufam folummodò ad cameram devolvi, fi Reus fit in mora & culpa. Itaque præjudicia ab Ante-Maril. d. loc. allegata duntaxat locum habere poffe exiftimo in hujusmodi cafibus, ubi Reus in Judicem camerale confentit.

Ob mortem unius duntaxat impetrati commiffarii caufa ad Cameram non devolvitur.

79. Imò ob rationes proximè præced. num. adductas nec caufam ad Cameram devolvi arbitror, fi fecundum tradita infra num. 120. unus Commiffarius à Cæfare impetratus lite pendente mortem obeat, fed novum Commiffarium impetrari, aut aliam viam Auftregarum eligi poffe & debere. Ubi tamen notandum, quòd hoc cafu coram novo Commiffario, aut aliis Auftregarum Judicibus novum judicium inchoandum, novusque Proceffus inftituendus, fiquidem morte Commiffarii illius prius judicium peremptum eft Actaque perierunt, falvo jure litigantium. Quemadmodum judicio feu Inftantiâ lapfu triennii perempta, folùm Acta pereunt falvo remanente jure agendi de integro, *Gail.* 1. *O.* 141. *n.* 6. *Mynf.* 3. *O.* 50.

Sed novum commiffarius impetrandus.

80. Hinc ne Actor novam commiffionem extrahere, novumque Proceffum inftituere teneatur, cautè facit, fi plures commiffarios fimul nominet, petatque ut illis facultas conjunctim ac feparatim procedendi committatur, idque commiffioni inferatur, nam tunc uno, qui folus commiffionem in fe fufcepit, mortuo alter procedere poteft, *fic ftatuente Schvv.* 1. *Proceff.* 3. *n.* 8.

Quatenus commiffio in defuncti Succefforem in Regimine tranfeat.

81. Denique placet & illud hûc addere, quòd commiffario five ante five poft L. C. defuncto univerfos Proceffus in illius Succefforem in Regimine, (*& fic non in Con-Commiffarium juxta præced. n.* 75.) nifi obftarent legitima fufpicionis gravamina, devolvi debere fcribat Magenh. *ad O. C. p.* 2. *t.* 2. *in fin.* & iftud hoc diè plerumque fieri atteftetur Schvv. *O.* 17. *in fin.* Aft cum textus §. 3. præced. n. 75. allegati expreffe refragetur, illud non aliter nifi utraque parte confentiente obtinere poffe arbitror.

Auftregarum jurisdictio eft prorogabilis.

82. Atque fi obtinet, conftat in hoc primo Auftregarum cafu jurisdictionem effe prorogabilem, quod à Myndan. *de Proceff.* 16. *n.* 10. admittit. Sed quæritur an illud in genere verum & ita jurisdictio etiam in reliquis tribus cafibus prorogabilis fit? cum rationem diverfitatis nullam inveniam, arbitror iftud affirmandum cum Schubh. *de Auftreg. Cap.* 7. *n.* 8. *usque ad fin.*

Contraria folvuntur.

83. Negativam quidem præter alios fovet Umm. *Proceff. Judic. difp.* 4. *n.* 95. *in fin.* Quoniam jurisdictio Auftregarum (1.) fit delegata, quæ prorogari nequit, (2.) fit ex fingulari gratia conceffa, quapropter adverfus concedentium intentionem non proroganda. Verum enim verò (1.) eam jurisdictionem effe ordinariam, jam fuprà *n.* 12. & 10. *feqq.* demonftratum reddidi. Hæc autem eft prorogabilis, *per l.* 1. *ibique Dd. de Jurisd.* Deinceps delegatum jurisdictionem etiam effe prorogabilem verius eft, propter generalitatem textus in *l.* 1. *de Judic.* (2.) Ipfe Umm. *dic. difp.* 4. *num.* 93. Statuit, Rectoris Academiarum jurisdictionem, quæ

x singulari gratia à Friderico vigore *Auth. Habita C. Ne filius pro patr.* concessa, prorogabilem esse. Ex quo etiam secundæ rationis falsitas apparet.

84. Denique electus Commissarius non solummodò causæ disceptationem maturè suscipere debet, *C. p. 2. t. 2. §. 1. circa fin.* Sed quoque tam ipse quam ipsius defuncti Successor in ea citra omnem frustraneam dilationem procedere tenentur, *l. t. 2. §. ult.* *Commissarius causam suscipere in eaque maturè procedere tenetur.*

85. Sed quid si illi causam suscipere, vel in suscepta procedere nolint, nonne causa eo ipso ad Cameram devoluta est? Resp. Videbatur affirmandum *per C. p. 2. t. 8. §. 11. & seq.* Ast tamen eo non obstante rectius negatur (1) Quia alleg. §§. agunt de causa privilegiata, *sc. spolii.* Jam verò, cum alias in Austregis omnia strictè sint interpretanda, non videtur à causa spolii ad cæteras causas semper rectè colligi posse, sed potius dicendum, quòd Exceptio in causa spolii confirmet Regulam in reliquis causis. *Nec ob Commissarii negligentiam causa ad Cameram devolvitur.*

86. (2) In prealleg. §. ult. traditur, tum demum causam ad Cameram devolvi, si Reus Ordinationi non satisfecerit, quæ exceptio itidem cæteros casus excludit.

87. (3) Prædict. §. ult. ibique §. præced, necessitatem procedendi Commissario imponunt, quod præceptum frustraneum esset, si in potestate Commissarii consisteret, utrum causam suscipere vellet necne.

88. (4) Frustra in C. p. 2. t. 28. esset sancitum, quòd si cui Austregis uti volenti justitia denegaretur protraheretur ve, is Promotoriales postulare posset.

89. (5) Judex hoc modo Actorem & Reum aliqua Instantia & privilegio Appellationis pro suo lubitu defraudare posset, quòd certè esset iniquissimum.

90. Proinde hic non immeritò quæritur, quibus remediis negligens Commissarius ad causam suscipiendam inque ea procedendum cogi queat? Resp. Cùm Constitutio de protracta denegatave justitia etiam contra Austregas locum habeat, *vigore C. p. 2. t. 28. pr.* Etiam contra eosdem, sicuti contra reliquos Judices justitiam protrahentes aut denegantes, procedi potest per Promotoriales vel Mandata tam S. quam CC. *Magenh. ad O. C. p. 2. t. 8. §. fr. 1521.* würde aber 10. *Gylm. Mandata S. C. §. Mandatum S. C. par. 191. & voc. Denegata Justitia. §. Si partes.* De quo uberius infra *tit. 37.* *Sed ille ad causam suscipiendam inque ea procedendum compelli potest.*

91. Sed quid si Commissarius per Promotoriales seu Mandata compulsus legitimas causas alleget, quare causam suscipere vel in ea procedere nequeat, quæritur an tum illa causa ad cameram sit devoluta? Gylm. *voc. Denegata Justitia. §. Item in causa.* refert in quadam causa ex eo, quòd Commissarius se excusasset, quòd propter multitudinem commissionum Cæsarearum sibi mandatarum judex esse nequiret, in Camera Processus decretos esse. Verum sine dubio in hac causa utraque pars in Cameram consensit, nam alias novus Commissarius constitui debuisset, *secundum tradita supra n. 75. usque 81.* *Atque si ob legitimas exceptiones excusetur novus commissarius constituendus?*

92. In secundo casu, *si nim. Princeps vult convenire Prælatum Comitem Baronem aut nobilem immediatum*, duplex Judicem constituendi præscribitur modus in *In secundo casu modus Judi-*

[Modus con]stituendi est duplex.

in C. p. 2. t. 3. Unus est, quòd Principi Actori Judicem suæ conditionis, *id est, Principem* non suspectum, nec à Reo ultra duodecim milliaria dissitum obtinere liceat, *d. t. 3 pr.* Sed à quo? Resp. à Cæsare *arg. C. p. 2. t. 4. §. 9. Ad quem se d. t. 3. refert. Add. infra n. 120.*

93. Alter modus judicem constituendi, est, quòd Princeps Actor Reum requirat ad nominandos tres Principes non suspectos, nec ab Actore ultra duodecimum milliare remotos, ex quibus Actori unum in Judicem optandi facultas sit, *d. t. 3. in fin.*

Quare in utroque modo 12. Milliaria determinata. Hæc Milliaria quomodo computanda.

94. In utroque autem modo ista duodecim milliaria ideò determinata sunt, ne alioquin Reus in fraudem Actoris requirentis, aut èconträ Actor in fraudem Rei Judicem nimis longè dissitum nominet.

95. Sed cum Principes quandoque diversas habeant Residentias, & pro diversitate anni nunc hanc nunc illam inhabitare soleant, quæritur à qua dinumeratio istorum milliarium facienda? Resp. Ista milliaria non à loco habitationis, sed à fine territorii computanda esse, *arg. c. 11. §. 1. de Rescript. in 6. Menoch. de A. I. Q. cas. 206. n. ult. ubi ait, omnes Dd. in d. §. 1. ita scribere.*

96. Hæc tamen computatio juxta communem & usitatam, eamque non obliquam sed rectam viam ineunda est, *Menoch. d. loc. Add. Gædd. ad l. 3. n. 14. & 2. seqq. de V. S.* Non autem juxta artem Geometricam per rectitudinem loci, uti fit in casibus, ubi non eundi aut conveniendi gratia, quemadmodum hic, sed propter aliam causam mensuratio instituenda, *Bart. in l. 1. circ. fin. Si quis caut. Judic. sist. Cujus opinio communis est. testante sed ab illo dissentiente Jasone in d. l. 1. n. 3. & 4.*

97. Deinde hic intelligenda milliaria non legalia, de quibus in *l. 3. de V. S. ibique Dd.* & quorum quinque pro uno milliari Germanico (*sc. legali*) computantur, *Mynʃ. Responʃ. 54. n. 8.* Sed vulgaria, quæ ad longitudinem illorum legalium non astricta, sed eisdem in uno loco majora, in altero minora vel æqualia existunt, ac juxta consuetudinem vulgaremque computationem cujuslibet loci sunt dinumeranda, *Schneiduv. ad §. 5. n. 41. I. de Action.*

In casu secundo modus procedendi duplex est. In tertio casu modus constituendi Judicem olim unicus fuit, hodie octo modi facti sunt qui communiter Octo Viæ nominantur.

98. In hoc secundo casu modus procedendi quoad Judicem priori modo constitutum idem est, qui infra in casu tertio in via tertia: ast quoad Judicem posteriori modo constitutum idem est, qui infra n. 120. & seqq. in eodem casu tertio in quarta via traditur, *per C. p. 2. t. 3. Qui se refert ad t. 4. §. 7. & 9. eod. In quibus ulterior relatio fit ad Ordinationem sancitam in C. p. 2. t. 2. §. 1. & seqq. NB.* Circa medium d. t. 3. in margine legi debet: (1.) *sc. tit. seq. §. 9. junct. §. 7. ibid. & tit. praced. §. 1. cum seqq.*

99. In tertio casu, *si nim. Reus princeps conveniendus sit ab Actoribus Principe inferioribus cujuscunque etiam sint subsellii.* modus constituendi Judicem olim quidem unicus fuit, ast cum dicti Actores de Justitia ipsis admodum tardè administrata graviter conquererentur, vehementer instantes pro ordinatione juris æqualiter ac maturè reddendi, tandem Principes ægrè de jure suo discedentes Anno 1521. in plures modos consenserunt, *O. C. 1521. art. ult. pr. & C. p. 2. t. 4. §. 2. cum seq.* Istorum verò modorum octo constituti sunt, quos vulgo *Octo vias* appellant,

100.

100. Prima via Judicem constituendi, quæ & antiquitus sola obtinebat, *d. t. 4. §. 4.* est, ut Actor Principem Reum super lite adversus ipsum movenda coram suis Consiliariis Juris administrationem petat. Post hæc intra proximum mensem Princeps Actorem coram suis Consiliariis in sua Aula ad certum diem in jus vocet, eoque die & sequentibus Juridicis novem præcipuos ex suis Consiliariis partim Nobilibus, (*ad minimum tamen quinque, d. §. 4.*) partim Jurisperitis selectos Judices considere cogat. Inter hos tamen non collocetur Officialis, qui Reo contra Actorem operam commodasset, *d. t. 4. princ.* **Prima via Judicem constituendi.**

101. Si Reus tot Consiliarios in sua Aula non habeat, Actor ex Rei Officialibus & Vasallis numerum adimpleat, *arg. d. t. 4. §. 13.* Debent tamen omnes habere notitiam Juris, cæteroquin litem secundum fundamenta Juris, *prout præcipitur in C. p. 2. t. 2. §. 1. & d. t. 4. pr.* decidere haud possent. Quamobrem nec oppositio inter Nobiles & Jurisperitos num. proximè præced. facta notitiam Juris in Nobilibus excludit, ibique Jurisperiti dicuntur, qui non sunt Nobiles. Utrum verò hi ex nobili sanguine nati, an tales recens creati sint, nihil interest, nam Ordinatio non distinguit, Ergò nec à nobis distinguendum, quandoquidem ubi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus, *Tusch. lit. D. conclus. 508. num. 1.*

102. Deinde unus ex istis novem Consiliariis à Reo electus Judex reliquos octo, & horum senior vicissim istum Judicem in præsentia Actoris ejusve Procuratoris jurare faciat, se in illa causa secundum utriusque Partis proposita & suam prudentiam sine ullo dolo aut impedimento judicaturos esse *d. t. 4. pr.* Atque tunc isti novem Consiliarii in hac aliisve causis ad ipsos delatis cujuscunque juramenti, quod justæ dijudicationi ullo modo obesse possit, nexu usque ad illarum decisionem soluti sint, *d. t. 4. §. 1.*

103. Ratio procedendi in hac prima via est, quòd Princeps Reus Actorem intra mensem (*vel longissimùm sex hebdomadas, arg. sumpto à causis simplicis spolii in quibus modus procedendi est coarctatior, infra n. 152.*) post factam requisitionem immediatè sequentem in Aula sua coram suis Consiliariis ad certum diem in jus vocet seu citet, *d. t. 4. pr.* Atque actori & iis, quos secum perduxerit aut miserit, extra tamen Pacifragos manifestosve Rei hostes commeandi remeandique securitatem publicam literis candidè denunciet, *d. t. 4. §. 1.* **In prima via modus procedendi.**

104 Sin Actor nullos Advocatos Procuratoresve secum perducere possit, aut ipsi alias desint, Reus ex suis subditis quosdam juramento relaxatos vel illi pro justo Salario commodet, vel sicubi Actor paupertatem jurare velit, ad fideliter inserviendum, prout de jure decet, compellat, *arg. C. p. 2. t. 8. §. 5.* Idque sub præjudicio causæ cæteroquin ad Cameram ipso jure devolvendæ, *arg. d. t. 8. §. 11.*

105. Dixi præced. n. 100. Principem requisitum intra mensem Actorem citare debere, sed cum supra n. 64. & 71. in primo casu traditum, quòd requisitus Princeps quatuor Principes intra quatuor hebdomadas nominare, & Actor ex nominatis delectum Judicem intra alias quatuor hebdomadas requisito Principi significare teneatur, quatuor autem hebdomadæ tantum 28. dies contineant, proinde quæritur, utrum hic pro præmemorato mense etiam duntaxat 28. dies computandæ **Mensis quot dies hic contineat.**

tandæ sint? Schubh. *de Austreg. cap. 9. n. 75.* adducit quendam, qui ita putaverit. Verum hic ab illo ibidem in num. seqq. rectè refutatur. Nam mensis non solum de jure communi, sed & camerali 30. dies continet, *C. p. 3. t. 10. §. ult. junct. Menoch. de A. I. Q. Cas. 50. num. 12. & 2. seqq.* In causis tamen Exemptionum pro quovis mense quatuor hebdomadæ, (*atque sic 28. dies*) computatæ leguntur in R. 1548. Etliche andere. 53. Sed illud ibi duntaxat in speciali casu constitutum, quare ad alios extendi non debet.

Intra mensem à facta requisitione proximum

106. Deinceps notandum, quod non solum intra præmemoratum mensem decerni, sed etiam insinuari debeat, quia Actor antequam ei citatio insinuatur, citatus dici nequit, jam verò Actor intra mensem post factam requisitionem à Reo citandus est, *suprà n. 100.*

Reus Actorem citari faciat. Citatio sumptibus Rei insinuanda.

107. Expeditio autem Citationis ejusque insinuatio sumptibus Rei fieri debet, *Magenh. ad O. C. t. 4. Rubr. vers. Et si habent.* Insuper Reus etiam suis Consiliariis sumptus suppeditare tenetur, *d. t. 4. §. 6.* Actor vero non solum suis sumptibus comparere, sed & suis Procuratoribus Advocatisque Salarium præbere cogitur, *arg. C. p. 2. t. 8. §. 5. verb.* umb ziemliche Belohnung. Compensatis expensis suos sumptus quemvis ferre, alterutrum verò in illas condemnatum victori factos sumptus refundere teneri arbitror.

Dies comparitionis congrua præfigi debet. Lis intra annum & diem terminanda.

108. Porrò pro Die, quæ ad comparendum Citationi inserenda est, in fraudem Actoris terminus non nimis amplius, sed pro longitudine loci qua domicilia Actoris & Rei inter se distant congruus præfigi debet, *arg. d. t. 4. pr. ibi.* ungefährlich zu Recht fürbescheiden.

109. Die ad comparendum Citationi inserta jam præsente. ipsa ac sequentibus Juridicis Reus novem suorum insignium Consiliariorum juramentis, *prout supra n. 100. & 2 seqq. traditum*, obstrictorum ac respectivè liberatorum Judices considere faciat. Hi litem secundum ea, quæ proponentur, suamq; optimam prudentiam ex jure decidant, *d. t. 4. pr.* ac liti finem intra Semestre, aut legitimis impedimentis intervenientibus intra annum & diem à die, qua libellus in Judicio editus, supputandum imponant, *d. t. 4. §. 1.*

A quo tempore ille Annus & dies currere incipiat.

110. Et quanquam de Jure Camerali libellus ipsa comparitionis die in Judicio exhibendus sit. *C. p. 3. t. 11.* Attamen cum hac die comparitionis jam præsente aliquot dies præterlabi possint, antequam illi novem Consiliarii congregentur, Juramentisque obstricti tanquam Judices considеant, fieri vix poterit, quin libellus ipsa comparitionis die in judicio edatur. Exinde igitur patet, illud semestre vel annum à sæpe dicta die comparitionis computari haud oportere.

Verba: Jahr und Tag: *quid hic denotent.*

111. Hic sine admonitione non prætereundum, quòd verba: Jahr und Tag: de Jure Saxonico annus & sex septimanæ intelligantur, *Carpz. Jurispr. for. part. 2. constit. 3. defin. 3. n. 6. & 7.* Cum itaq; in præcit. §. 1. dispositum, quòd intra annum & diem liti finis imponi debeat, quæritur utrum etiam ibidem illa verba annum & 6. septimanas, an verò annum duntaxat denotent? Posterius mihi magis placet, propter text. C. p. 2. t. 8. §. 6. 7. & 8. In quibus simpliciter Anni mentio fit. *Add. Carpz. part. 1. Constit. 32. def. 52. part. 2. Constit. 3. defin. 3. & Constit. 3. def. 4. nec non Constit. 50. defin. 2.*

112.

Prædicti temporis spatium non adeò strictè observatur.

112. Prædicti tamen temporis spatium non adeò præcisè observatur, præserim in causis arduis, ubi multa legitima impedimenta obvenire possunt, ob quæ majus spatium concedendum, proinde sententia definitivà post annum tanquam post terminum instantiæ lata haud erit nulla, *Mind. de process. c. 19. n. 5.*

Secunda Via judicem constituendi. I. ea procedendi modus.

113. Secunda Via est, ut Actor coram tot. nim. 9. consiliariis agere nolens ex 7. vel 5. seligat, qui quemadmodum illi novem procedendi decidendique potestatem habeant, *d. t. 4. §. 5.* In hac igitur via modus procedendi idem est, quem in via prima tradidi, *supra n. 103. & seqq.*

Tertia Via constituendi Judicem.

114. Tertia Via est, ut Princeps Reus ad requisitionem Actoris tres principes non suspectos nominet, ex quibus Actor unum judicem legat, *d. t. 4. §. 7.*

Princeps requisitus à Nobile aut alio privato in denominatione, 3. Principum non astrictus est ad, 12. milliaria.

115. Idem Princeps verò requisitus ab immediato Nobile aliove privato nominationi Principum tum ex una domo ortorum, tum ultra 12. milliaria ab Actore non astringendus, quemadmodum astrictus est, si ab alio principe requiratur, ultra 20. milliaria tamen minimè nominet, *d. t. 4. §. 8.*

116. Sub privatis hic etiam comprehenduntur civitates tam Imperiales quàm provinciales ac reliquæ communitates, nam hæ unam personam repræsentant, *tit. proximè praced n. 40.* & privatorũ loco habentur, *l. 16. de V. S. l. 35. ad SC. Maced.*

Item obtinet, si requiratur à Prælatis, Comitibus & Baronibus.

117. Dubium occurrit in Prælatis, Comitibus ac Baronibus, anne ab his requisitus Princeps in nominando tres principes quoque diversitatem domuum ac distantiam 12. milliarium attendere cogatur, nam de hoc in *praalleg. §. 8.* nihil dispositum reperitur. Ast cùm isti Prælati, Comites ac Barones cum Nobilibus immediatis ratione Austregarum in cæteris per omnia eodem jure fruantur, etiam illi in proposito Dubiò non plus juris habebunt. præterea *in d. §. 8.* tantum dicitur, quòd Princeps à Principe requisitus duntaxat illam diversitatem ac distantiam præcisè attendere debeat, ergò in reliquis casibus id remissum censetur.

In hac Via tertia modus procedendi coincidit cum modo in primo casu tradito.

118. Modus procedendi instituatur, juxta Ordinationem ante hac sancitam, *d. t. 4. §. 7.* Quæ Ordinatio habetur in *C. p. 2. t. 2. §. 1, & seqq.* quò se præcit. §. 7. refert. Circa quem §. 7. in margine legi oportet: *(5.) Sc. in praced. tit. 1. §. 1. & seqq.* Modus itaque procedendi in hac via tertia idem est, quem in primo casu tradidi supra *n. 73. & seqq.*

Quare hic etiam Actor & Reus simul Commissarium pro causa in se suscipienda implorare tenentur

119. Sed in isto primo casu sancitum, ut electum Commissarium Actor & simul Reus pro suscipienda causæ disceptatione implorare teneantur, *praced. n. 71.* Ideò quæritur, num etiam hîc ab ambobus illa imploratio fieri debeat? Affirmandum arbitror, quia prædict. §. 7. sed ad alleg. §. 1. generaliter refert, quapropter ratione memoratæ Implorationis utrobique diem jus obtinebit. Nec quicquam refragatur, quòd in causis simplicis spolii ex tribus Principibus electus Commissarius à solo Reo pro suscipienda causæ disceptatione implorandus sit, *C. p. 2. t. 8. §. 7.* Nam quod ibi in favorem spoliati specialiter constitutum, illud ad alios casus non extendendum.

Quarta Via constituendi judicem est ut Comes seu f... pra-

120. Quarta Via est, ut Actori commissarium non suspectum, qui ad minimùm præminentis Prælatutæ aut Comes sit, à Cæsare impetrare liceat, *d. t. 4. §. 9.* Non tamen necesse est, ut Actor priùs Reum ad hunc Commissarium nominan-

eminentis Prælaturæ aut Comes sit à Cæsare impetretur.

nandum requirat. Nam de eo in Ordinatione nihil dispositum. Nihilominus tamen Reus modò legitimam recusationis causam habeat, illum Commissarium recusare potest, *Mynf.* 2. *O.* 52.

Ratio, quare talis esse debeat

121. Iste Commissarius autem ideò præeminentis Prælaturæ aut Comes esse debet, (1.) Quia Principes ab hominibus infimi Subsellii judicari nolunt. (2.) Quoniam ejusmodi Commissarius majori numero Consiliariorum stipatus causam eò meliùs decidere possit.

An Baro ejusmodi Commissarius esse queat? Rationes pro affirmativa. pro Negativa.

122. Sed quæritur, num etiam ex Ordine Baronum Commissarius peti queat? Videtur quod sic, (1.) Quia inter Comites ac Barones moribus Germaniæ nulla est differentia quàm nominis, imò illos hi sæpe antecedunt, *praced. num.* 39. (2.) Quoniam Barones æquè ac Comites possunt eligi Judices cameræ *suprà t.* 5. *n.* 6. Multò igitur magis Judices Austregarum.

123. Verùm quandoquidem Ordinatio *in praalleg.* §. 1. *suprà n.* 118. expresse requirat, ut ille Commissarius cum suis Consiliariis causam examinare ac decidere debeat, Barones autem sæpe vel plane nullum, vel vix unum consiliarium habeant, ob defectum consiliariorum Commissarii esse nequibunt. Propter quam rationem quoque Principes Commissarios eligi posse negavi suprà *n.* 66. & 67.

Objectio.

124. Regeris, Istam penuriam consiliariorum non infrequenter quoque apud Comites inveniri? Resp. Ob eandem rationem nec hos Commissarios esse posse statuendum est Atque alleg. §. 9. verb. der zum wenigsten eines hohen Prälaten Stands oder ein Graffen. Satis innuunt, ejusmodi Commissarium esse debere quendam potentiorem, qui pluribus consiliariis stipatus sit.

Resp. ad rationes pro Affirm.

125. Quod vero attinet (1.) quòd Comites & Barones æquiparentur, illud non semper procedit. (2.) Quod Baro esse possit Judex cameræ, id ideò est, quia ibi Judex habet Assessores, qui causas examinant ac decidunt.

Ejusmodi Commissarius etiam à Vicariis Imperii optineri potest.

126. Præterea à Cæsare quidem, *uti dixi praced. n.* 120. Commissarius est impetrandus, si nim. ille in Imperio sit, nam eo absente à Rege Rom. impetrari debet *O. C. p.* 2. *t.* 8. §. 8. Utroque autem obsente Commissarium à Vicariis Imperii obtineri oportet, qui hi Imperatorem repræsentant, penesque eosdem omnis jurisdictio Cæsarea est, & quicquid ad Justitiæ administrationem pertinet, peragere potestunt. Hinc istiusmodi Commissarius non minus rectè vocatur Cæsareus quam qui ab ipso Cæsare obtentus est. *Add. Schubb. c.* 6. *n.* 92. & 7. *seqq.*

Dubitatio

127. Ast dubitatur, utrum iste Commissarius ab utroque, an autem ab eo Vicario, in cujus districtu Commissarius domicilium habet, impetrari debeat? Ego existimo ab utroque Vicario ejusmodi Commissarium impetrandum esse.

In Via quarta modus procedendi Via quinta Judicem constit.

128. Modus procedendi in hac Via quarta idem est cum illo, qui suprà nu 118. in Via tertia traditus, *C. p.* 2. *t.* 4 §. 9. Qui §. se in verbis, laut obgemelter Ordnung/ refert ad *d. t.* 4. §. 7. ubi de modo procedendi in tertia via agitur, diciturq; illum modum debere institui juxta ordinationem ante hac sancitam. *videl. in C. p.* 2. *t.* 2. §. 1. & *seqq.* In quibus locis modus procedendi in primo casu est præscriptus & suprà n. 73. usque 92. explicatus.

129. Quinta Via est, ut Actor novem bonos viros & Reus Princeps novem

ex

x fuis Confiliariis aliisve nominet, atque ex his Actor tres, ex illis Reus duos fegat Judices, isti porrò in causa procedant, quemadmodum in prima Via de noem Confiliariis traditum est, *d. t.* 4. §. 10. *Add. supra n.* 103. *usque* 113.

tuendi, modusque in ea procedendi.

130. Sexta Via est, ut Actor duos bonos viros & Reus duos ex fuis Confiliariis liisve idoneis Judices dent, coram quibus juxta modum in præcedenti Via quina memoratum procedatur. Atque fi hi 4. in ferenda fententia diffenferint, nec onfenfu Partium Præfidem fibi adjunxerint, talem non fufpectum Cæfar ad intantiam utriusque vel unius Partis præficiat. Is uni Parti accedat, aut fi id ex graibus caufis falvaque confcientia nequeat facere, peculiarem fententiam fuæ prulentiæ, confcientiæ ac Juri conformem proferat. A qualibet tamen parte fui Noninati propriis, Præfes verò communibus, fumptibus conftituatur, *d. t.* 4. §. 11.

Sexta Via Judicem constituendi, ac modus in illa procedendi.

131. Septima Via est, ut Actor ex omnibus Rei Confiliariis, exceptis uno altene, quos Reus fibi refervatos vult, eligat quinque, qui juxta Ordinationem de). Confiliariis fancitam procedant, *d. tit.* 4. §. 12. *junct. n.* 73. *usque* 92. *suprà hic.*

Septima Via Judicem constituendi & modus in ista procedendi.

132. Octava Via est, ut Reus novem Confiliarios juramento astrictos ac refpeive liberatos, *prout de 9. Consiliariis in præced. n.* 102. *mentionatis traditum, d. t.* 4. §. 16. & 17. quorum minimum 5. Nobiles fiftat, coram his Scripta utrinq; 4. ntervallis 4. hebdomadum continuarum in duplo exhibeantur, & ad fummum in ertio Scripto omnia, quæ ad victoriam Caufæ videntur valere, proponantur, quartis nihil novi afpergatur, fed in iis utrinque concludatur, nova forfan in præudicium Actoris afperfa non attendantur. Si ob loci diftantiam præmemoratum empus Actori ad producendum fua Scripta nimis anguftum foret, Reus illi peteni ad quamlibet iftorum productionem adhuc 14. dies concedat, *d. t.* 4. §. 14.

Octava Via constituendi Judicem modusque in ea procedendi.

133. Si Atteftationibus indigeatur, teftes per Commiffarium utrinque comrobatum examinentur: vel fi Partes in eligendo Commiffario convenire nequeant, quævis Examinatorem cum Scriba ad teftimonia recipienda conftituat, *prællleg.* §. 14. Poffe etiam ipfos Judices Auftregarum examinationem teftium alicui committere fcribit Ruland. *de Commiss. part.* 1. *lib.* 3. *cap.* 5. *n.* 32.

Si Attestationibus indigeatur, quomodo Commissio instituenda.

134. Utrique Examinatores & Scribæ à Primate novem Confiliariorum juraneato devinciantur, quòd in examinandis teftibus fe æquales, fideles ac diligenes præbere, Atteftationes neutri Parti manifeftare, fed eas jam nominatis Confiiariis, utpote Judicibus fub figillo Examinatorum transmittere velint fine fraude, *d. t.* 4. §. 18.

135. In utroque cafu, *intellige quando testium examinatione opus est, & quando a non indigetur*, novem illi Confiliarii juramento obftringantur ac refpectivè liberentur, *d. t.* 4. §. 16. & 17. Et quidem eo modo, prout in Via prima traditum, *supra n.* 102.

Consiliarii Principis Rei in hac vita etiam jurare tenentur.

136. Sed quæritur, Anne Confiliarii etiam in reliquis Viis jurare cogantur? Refp. Cum in O. C. de eo nihil expreffe fancitum fit, difpofitio juris communis ocum habebit, jam verò de ifto jure omnis judex jurare tenetur, *l.* 14. *C. de Judic.* Proinde nec illi Confiliarii ab hoc juramento erunt immunes.

Idem est in reliquis Viis.

137. Poft hæc ad Documentorum Atteftationumque productarum defenfionem

Rotulo publico

cato quo modo procedendum,

nem exhibenti Deductionem Probationum (ein Probation-Schrifft) & Parti adversæ exceptionem contra illa omnia intra quatuor hebdomadas à die Copiæ utrinque communicatæ numerandas edere liceat, & tum denique causa pro conclusa habeatur, *d. t.* 4. §. 14.

Actorum transmissio in hac octava Via est in libera voluntate Commissariorum. Ad quam transmissionem neque in illa octava neque in reliquis Viis Commissarii cogi possunt.

138. Causæ conclusæ Acta de assensu utriusque partis ad quandam Universitatem pro concipienda sententia mittere illis novem Consiliariis liberum sit, ipsi verò conceptam sententiam suo nomine pronuncient, *d. t.* 4. §. 15.

139. Ast cum in hoc unico casu Actorum transmissio reperiatur de Consensu Partium concessa, quæritur an Partibus istam transmissionem urgentibus ad eandem Consiliarii non tantum in hoc, sed etiam in reliquis casibus necessariò sint astricti? Utrumque negatur. Prius, quia id potestati Consiliariorum relinquitur, *d.* §. 15. *ibi* auch Macht haben. Ergò necessitati non subjicitur. *Rennem. dict. cap.* 4. *n.* 5. Atque hoc præjudicio confirmat Schubh. *de Austreg. cap.* 6. *n.* 254. *& seq.* Posterius, quoniam d. §. 15. ad alios casus non extendendus. Deinde quia nemo Judiciũ regulariter ad transmissionem Actorum est astrictus, *Schrad. de feud. part.* 19. *sect.* 14. *n.* 57. *Rennem. dict. cap.* 4. *n.* 4. 5. *&* 6. Quod præsertim obtinet in illis, qui juris sunt periti, quales isti Consiliarii esse debent, *C. p.* 2. *tit.* 4. *princ. verb.* Neun seiner trefflichen Rähte.

Objectio.

140. Non obstat, quod de consuetudine hodierna Acta ad petitionem Partium ad Consilium Sapientum transmitti soleant, nam id in Camera & fortassis etiam in aliis Judiciis non observatur, præsertim ubi Judices sunt juris gnari. Atque sic in quodam illustri Judicio transmissionem Actorum denegatam esse refert Schubh. *d. cap.* 6. *n.* 253.

Quando Judex ad transmissionem Actorum obligatus.

141. Ad transmissionem verò Actorum solummodò tenetur Judex imperitus, *Schrad. dict. sect.* 14. *n.* 66. *Rennem. d. cap.* 4. *n.* 16. vel ubi id consuetudine, Statuto aut pacto ita introductum est, *ibid. n.* 72. *&* 73. *Rennem dict. cap.* 4. *n.* 7. vel justa causa subsit, *ibid. n.* 74. *&* 75. ubi addit, licet Judex invitus regulariter ad transmissionem Actorum non teneatur, tamen ipsum melius atque honestius facere, si Partium id postulantium petitioni locum det. Plura de transmissione Actorum qui cupit, ille prælaudatum Rennemannum in allegato Tractatu legere potest.

Ex his octo unam viam Actor pro suo arbitrio eligere potest.

142. Quam verò Viam ex his octo Actor eligere velit, ejus libero arbitrio relictum est, & Reus Princeps electam viam sequi cogitur, *d. t.* 4. §. *pen.* Nisi Princeps forsan cum suis Nobilibus aliisve Subditis singularia pacta aut consuetudines habeat, quæ salva illibataque maneant, *C. p.* 2. *t.* 6. §. *pen.* A Principe Reo autem illa non solum alleganda, sed etiam probanda sunt, *Mynf.* 5. *O.* 1. *n.* 2. Ut plurimum verò in praxi exerceri Viam tertiam & quartam, videl. de tribus Principibus à Reo debitè requisito nominandis, & de impetrando à Cæsare Commissario, attestatur Schvvanm. *Processf. Cam. lib.* 1. *cap.* 3. *n. ult.*

Reconventio non habet locum in Viis 7. & 8.

143. Præterea specialiter constitutum est, ut in duabus postremis Viis *sc. septima & octava* Actor reconveniri nequeat, in reliquis autem Viis reconventio licita sit, *d. t.* 4. §. 19. Ast cum in *d. t.* 4. §. 1. (in quo agitur de Via prima & incorrectus adhuc mansit, *attestante d. t.* 4 §. 4.) expressè sancitum, quod reconventio

n prima via locum habere non debeat, manifestam contradictionem inter, *d.§.1.* § 19. adesse apparet, quæritur itaque qualis conciliatio hîc instituenda? Illam aliis relinquit Schvvanm. *Process. Cam.lib.1. cap.2.n.27. Add. Meland. ad Meur. Tit. de Austreg. n.4.*

144. Sed cùm ratio, quare in 7. & 8. via reconventio locum non habeat, ea esse videatur, quòd cùm satis durum sit, ut Actor coram Rei Consiliariis, qui promodum in propria causa sint Judices, cogatur agere, iniquum sit putatum, ut coram iisdem Consiliariis quoque reconveniretur, atque hinc sancitum, ut reconventio in istis duabus viis locum non habeat, *uti vult Gisebert. de Reconv. c.9. n.* 4. In prima autem via expresse sit constitutum, ut Actor coram Rei Consiliariis non reconveniatur, *dict.§.1.vers.* Auch soll. Opinor nec in prima via Reconventioni locum esse, & per verba: in den obgemeldten Articteln: in alleg. §.10. posita intelligi tantùm proximè præcedentes articulos viæ sextæ, quintæ & tertiæ. *Nec in via prima*

145. E contra in via tertia, quarta, quinta & sexta Actor non agit coram suis Consiliariis Rei, sed aliis Judicibus, vel à solo Actore, vel ab ipso & reo electis, hinc graviter ferre non debet, ut coram Judicibus ab ipso electis reconveniatur. Atque hoc modo discrepantiam prælleg. §.1. & 19. consiliarii posse statuo *cum Gisebert. præcit. n.4.* Quod antem reconventioni in prima via non sit locus docent Mindan. *de process. c.17. n.ult.* Schvvanm. *dict. l.1. c.2. n.10. & c.67. nn.7.* Atque alii plures. *In via 3. 4.5 & 6. Reconventioni locus est.*

146. Porro quoniam septima via cum secunda in eo convenit, ut Actor coram Rei Consiliariis teneatur agere, puto ob rationem *supra n. 144.* adductum quoque in secunda via reconventioni locum non esse, Et hoc ulterius confirmat, quòd in secunda via eodem modo, uti in prima, procedi debeat, *dict. t. 4. §.15.* Quemadmodum igitur Reconventio non habet locum in prima via, sic quoque nec in secunda via habebit. *Idem statuit Schubb. de Austreg. c.7. n.4. & 3. seqq.* *Non autem in secunda.*

171. An verò in reliquis tribus casibus, *nim. primo, secundo & quarto,* reconventioni locus sit non immerito dubitatur. Et quidem Sichardus *in l.14. n.9. C. de sent. & interloc.* negat in quarto casu, *de quo tractatur in C. p.2. t.5.* reconventioni locum esse. Atque ob rationes à Sichardo *citat. loc.* adductas, cùm eædem quoque in primo & secundo casu militent, in utroque casu idem jus obtinere putat Mag. *O.53.* *In primo, secundo & quarto casu Reconventioni locum non esse opinantur Sichardus & Magenh.*

148. Ast postquam in istis tribus casibus circa reconventionem Ordinatio nihil disponit, circa illam dispositio juris communis obtinebit, *arg. C.p.3. t.ult.* Sed de jure communi tam coram Judice delegato, quàm ordinario reconventio institui potest, *Umm. Process. Judic. disp.10. n.10. & 11.* Quare ut negem illam quoq; in præmemoratis tribus casibus posse institui, nec rationes Sichardi, neque authoritas Magenhorstii mihi persuasum reddere possunt. *Mecum sentit Gisebert. de Reconv. c.10. nn.4. & 2. seqq.* Quod tamen intellectum volo, ut causa ejusmodi sit, in qua aliàs de jure communi reconventio locum habet, nam v.g. in causis spolii reconventio de illo jure locum non habet, *c.ult. De ord. cognit.* Ergò nec illo casu in Austregis habebit. *Quorum opinio rejicitur.*

In quarto Casu modus constituendi Judicem ac procedendi est duplex, & coincidit uterq; modus cum Via tertia & quarta supra tradita.

149. In quarto & ultimo casu, *si nim. Prælati, Comites, Barones, & Nobiles immediati se invicem conveniunt*, modus tum judicem constituendi tum procedendi duplex est: Unus, ut Reus requisitus tres Principes ultra duodecim milliaria ab Actore haud remotos nominet, ex his Actor deligat unum, qui in causa procedat, quemadmodum in præalleg. t. 4. §. 7. (*remissive*) sancitum est, *C. p. 2. t. 5. Jung. præced. n. 117. & 2. seqq.*

150. Alter modus est, ut Actor Commissarium à Cæsare impetret, coram quo juxta modum in *d. t. 4. §. 9.* (*itidem remissivè,*) præscriptum procedatur, *d. t. 5. in fin.* Cujus autem conditionis hic Commissarius esse debeat, *in d. t. 5.* quidem non exprimitur, sed cùm idem tit. 5. se ad præcit. §. 9. referat, qui requirit Commissarium, qui eminentis Prælaturæ aut Comes sit, etiam in hoc casu ejusmodi requiritur, *per tradita præced. n. 120. 121.*

Quæ causæ dicantur simplicis spolii.

151. Porrò quod causas simplicis spolii concernit, notandum quod simplex spolium hic dicatur omnis de possessione dejectio, quæ fit facto juri quidem contrario non tamen pacifrago, *C. p. 2. t. 8. pr.* Quodnam verò factum sit pacifragum, docebitur infrà *Tit. 29.*

Quoad has causas Modus procedendi coram Austregis coarctatus est.

152. Cùm autem ob ejusmodi spolium prima statim via in camera agi nequiret, sed spolians coram Austregis esset conveniendus, ubi modus procedendi quoad Spoliatum, qui ante omnia celeriter restituendus, nimis tardus videretur ac propterea tumultus facile exoriri possent, ad conservandam pacem publicam, & maturationem æqualis administrationis Justitiæ, ex æqua commiseratione erga spoliatos supra traditus coram Austregis procedendi modus aliquantulum coarctatus est, *d. t. 8. pr. §. 1.*

Austregæ verò quoad easdem in suprà enarratis 4. Casibus locum habent, & idem est ubique modus constituendi Judicem

153. Notandum tamen, quòd Austregæ etiam in hoc spolio duntaxat in ante enumeratis quatuor Casibus locum habeant, & insuper quoque modus Judicem constituendi in quolibet casu idem sit cum supra tradito. Nam (1.) Princeps à Principe spoliatus uti debet Austregis, quas Principes vigore constitutionis Imperii (*videl. C. p. 2. t. 2.*) contra se invicem habent, *d. t. 8. §. 2. Add. præced. n. 58. usque 92.* (2.) Principem à Prælato, Comite, Barone, aut Nobile immediato spoliatum Austregis in d. p. 2. t. 3. concessus uti oportet, *d. t. 8. §. 15. Add. præced. nu. 92. usque 99.* Inferioribus Principe à Principe spoliatis unam ex octo Viis *in d. p. 2. t. 4. & supra n. 99. usque 149. propositis* capessere licet, *d. t. 8. §. 3.* (4.) Prælati, Comites, Barones & Nobiles immediati à se invicem spoliati Austregas in d. p. 2. t. 5. concessas, & præced. n. 149. atque seq. recensitas habent, *præalleg. §. 15.*

Modus procedendi in casu secundo & quarto.

154. Modus procedendi in casu secundo & quarto hic idem est cum modo in casu secundo & quarto tradito *suprà n. 98. & 149.* coarctatus tamen in eo, quòd Processus ita properè decurrere debeat, quò liti intra annum finis imponatur *d. t. 8. §. 15. in fin.*

Item in casu primo & tertio.

155. In primo autem & tertio casu eundem modum procedendi observari oportet, qui itidem in primo & tertio casu explicatus est suprà *n. 73. usque 92. & n. 103. usque 149.* Hic modus tamen in eo coarctatus, quod Princeps requisitus curare teneatur, ut intra proximum mensem, seu legitimis impedimentis inter-

ntervenientibus longissimè intra 6. hebdomadas per citationem obtentam lis ab Actore inchoari inque ea ritè procedi possit, *d. t.* 8. §. 4. sed tamen summariè & quidem tam celeriter, quò inchoata lis intra annum, postquam illa pendere cœpit, terminetur, *d. t.* 8. §. 6. Sin unus ex nominatis tribus (*aut quatuor. juxta d. t.* 8. §. 1.) Principibus judex electus fuerit, hunc Reus intra 14. dies post electionem (*insinuatam*) pro litis disceptatione in se suscipienda imploret: Vel Commissarius, quem Actor à Cæsare impetrasset, ad ejusdem Actoris instantiam intra mensem citationem decernat, litemque intra annum finiat, *d. t.* 8. §. 7.

156. Sed cùm in jam alleg. §. 7. expresse dispositum, quòd Reus Judicem ex tribus nominatis Principibus electum pro suscipienda litis disceptatione implorare teneatur, quæritur anne idem obtineat, si quis Judex ex quatuor nominatis Principibus electus sit; quanquam in præcit. §. 1. qui loquitur de casu, ubi quis ex 4. nominatis principibus Judex eligitur, sancitum sit, quod Actor & Reus simul electum Judicem pro suscipienda litis disceptatione implorare debeant, illudque à me etiam ad illum casum, ubi quis ex tribus principibus Judex electus est, extensum sit suprà n. 119. Cùm tamen in d. §. 7. in odium Spoliatoris sancitum, ut is Judicem ex tribus principibus electum solus imploret, idem quoque dicendum puto, si quis Judex ex 4. principibus electus sit. *Solus reus Judicem ex 4. nominatis Principibus electum pro suscipienda causa implorare hic tenetur secus quàm suprà traditum.*

157. Porrò cùm in præced. n. 106. traditum, quòd lis intra mensem à die insinuatæ requisitionis proximum per obtentam citationem inchoari debeat, ideò quæritur, quando lis ita inchoari dicatur? Resp. Dicitur lis ita inchoari, quando pendere incipit, man die Sach in Recht anhängig gemacht wird. Incipit verò pendere à die insinuatæ citationis, *suprà t.* 25. *n.* 52. *Lis quando per obtentam citationem inchoari dicatur.*

158. Atque ab isto die insinuatæ citationis annus, intra quem litem finiri decrete *supra n.* 154. & 155. dixi, computandus est, *d. t.* 8. §. 6. 7. & 12. Cùm autem aliàs ille annus à die libelli judicialiter exhibiti demum currere incipiat, *præced. n.* 109. Hic in causis spolii coarctatus procedendi modus elucescit. *Ostenditur coarctatio modo procedendi hic facta.*

159. Cùm igitur ex hactenus dictis constet, quòd modus procedendi in causis spolii, exceptâ solâ coarctatione, idem sit, qui suprà traditus: ille autem unus demque sit in præmemorato casu primo, secundo, quarto, atque casus tertii Via tertia & quarta, *vid. sup. n.* 73. *usque* 92. *atque n.* 98. 118. & 128. Item unus demque in casus tertii via prima, secunda, quinta, sexta & septima, *vid. n.* 103. *usq;* 113 item *n.* 113. 129. 130. & 131. Sola autè Via octava singularem procedendi modum sibi destinatum habeat, apparet in universum triplicem coram Austregis procedendi modum in Ord. Cam. præscriptum esse. *Modus procedendi coram Austregis in universum est triplex.*

160. Quilibet verò procedendi modus juri communi, ordinationi Camerali atque Recessibus Imperii conformis esse debet, non attento quòd in territorio Judicis alius obtineat & & in usu sit, quemadmodum docet Schubh. *de Austreg.* *c.* 6. *n.* 223. *Qui tripiex modus juri communi & Ord. Cam. conformis esse debet.*

161. Neque tamen ob id, quòd Judex juxta modum procedendi in suo territorio observatum processerit, processum querelæ nullitatis subjacere statuit Schubh. *l. cap.* 6. *num.* 224. & *seq.* Sed hoc obtinere puto, si partes tacendo consenserit

 Nam

Si tamen Judex mosum procedendi in suo territorio usitatum ob servet, Processus ideò non est nullus. Nam si statim ab initio contradixerint ac de nullitate sint protestatæ, Judex autem eò non attento nihilominus processerit, illas querelam nullitatis in Processu commissæ instituere posse nullus dubito.

Utra Partium Judici pro labore Sportulas exsolvere teneatur. 162. Denique Judici legitimè procedenti etiam Sportulæ pro labore debentur, hinc quæritur utra pars illas exsolvere cogatur? Resp. Si Princeps Reus suos Consiliarios Judices considere facit, iis sumptus suppeditare debet, *C. p. 2. t. 4. §. 6. & t. 6. §. 1.* Facit verò illud in casus tertii Via prima, secunda, septima & octava. In Via sexta electa binos judices quælibet pars propriis, Præsidem verò communibus sumptibus id fiat, prout in Via sexta sancitum est. Idem statuendum in Via quinta, quoniam ibi etiam quævis pars suos judices constituit, ideo æquum erit, ut propriis sumptibus id fiat, prout in Via sexta sancitum est. In ejusdem casus tertii via tertia & quarta, item in casu primo, secundo, ac quarto judex ex nominatis Principibus electus communibus sumptibus, Commissarius vero à Cæsare impetratus sumptibus impetrantis constituendus videtur.

Austregæ cessant I. in omnibus casibus in O. C. non expressis. 163. Pertractatis 4. Casibus, in quibus Austregæ tam in omni causarum genere, quàm in causa simplicis spolii locum habent, jam videndum in quibus casibus cessent. Cessant autem I. in cunctis casibus præter 4. suprà enumeratos in Ordin. Camer. non expressis, casus enim non expressus, vel sub expresso ex mente legis comprehensus, *vid. suprà n. 54.* permittendus est dispositioni juris communis vel Ordinationis Cameræ, quæ vult ut Immediati in Camera, & Mediati coram suo Superiori conveniri debeant, *tit. proximè praced. n. 39.* Austregæ verò sunt strictissimi juris & Interpretationis, ideò nihil ultra expressum comprehendunt, imò illas præcise in suo casu & qualitate considerari observarique oportet, *Mag. ad O.C. p. 2. t. 5. verb.* Adel.

Quales sunt primo 164. Casus autem nonnullos in Ordin. Cam. non expressos & in quibus ideò Austregæ cessant, melioris informationis ergò hic subjungam, quales sunt (1.) Si Princeps vel etiam alius velit convenire alterius subditum. Hoc enim coram Domino illius Subditi tanquam ordinario judice fieri debet, *arg. C. p. 2. t. 1. pr. & §. 1. Item tit. 5. §. fin. eod.*

Secundo. 165. (2.) Si quis cujuscunque etiam sit conditionis Civitatem Imperialem convenire velit, nam illud in Camera fieri oportet. Præjudicium habes in causa Möndhens contra Weissenburg. *Vid. Supplic. Cameral. tit. 1. n. 2.* Item in causa Thaler contra Landaw / *vid. dict. tit. 1. n. 6.* Nisi conventa Civitas singulares judices (besondere Austräge) privilegio vel longissimi temporis præscriptione, *prout de quibusdam t. proximè praced. nu. 51. & 2. seqq. traditum*, habeat, qui tum primo adeundi, *Gail. 1. O. 1. n. 20.*

Refutatur Fichardus 166. Erat igitur Fichard. *part. 2. Consil. 129. circ. fin.* putans Principes adversus Civitatem Imperialem coram Austregis judicio experiri posse, ex hac ratione ne Principes deterioris essent conditionis respectu Civitatum Imperial. quam Prælatorum, Comitum, Baronum Nobiliumque immediatorum. Verùm si hæc ratio alicujus momenti esset, sequeretur, quod Principi suos Subditos multò magis coram Austregis convenire liceret, cujus tamen contrarium demonstravi tit. proximè

ximè præced. *n.* 26. Deinde neque casus, quo Princeps Civitatem Imperialem; nec casus, quo suos Subditos convenire vult. Ord. Cam. *nim. C. p.* 2. *t.* 3. expressus est, qua propter utroque casu Austregæ cessant, *per tradita præced. n.* 163.

167. (3) Si Prælatus, Comes, Baro aut Nobilis immediatus à Civitate Imperiali, item Prælato, Comite, Barone, Nobili mediatè Imperio subjectis, aut Civitate provinciali vel quocunque alio privato, & ècontrà Civitas Imperialis cæterique mediati ab illis immediatis conveniantur, *arg. C. p.* 2. *t.* 5. *Junct. præced. n.* 56. *Tertiò.*

168. (4) Licet Princeps à propriis Subditis coram Austregis conveniendus sit, *præced. n.* 52. Prælato tamen, Comite, Barone & Nobile immediato à suis Subditis convento, Austregæ cessant, *arg. d. t.* 5. *& supra n.* 56. Rationem diversitatis esse præeminentiam excellentiamque dignitatis Principum opinatur *Gail.* 1. *O.* 1. *n.* 17. Utrum autem hæc opinio ab omni parti beata alii dijudicent. *Quartò.*

169. Quòd si Prælati, Comites, Barones, ac Nobiles immediati à propriis Subditis conventi cum iis singularia pacta seu consuetudines habeant, neque tum Austregis præmemoratis locus est, *C. p.* 2. *t.* 6. *§. fin.* sed illa pacta seu consuetudines attendi debent, *Gail.* 1. *O.* 1. *n.* 46. ubi allegat *O. C. p.* 2. *t.* 4. *§. ult.* ex quo à contrario sensu ita videtur argumentari: *Princeps à suo subdito coram Austregis conveniendus est, per d. §. ult. Ergo Prælatus, Comes, &c. non coram Austregis sed in Camera conveniri debet.* Verùm enim verò an hæc consequentia sit Concludens, itidem Prudentioribus dijudicandum relinquo. Meo exili Judicio rectius id probatur à contrario sensu ex d. t. 5. & quidem ita: *In d. t.* 5. *expressè sancitum, quod Prælatus, Comes, Baro & Nobilis immediate imperio subjecti se invicem coram Austregis convenire possint, Ergò in reliquis casibus Austregæ locum non habebunt, per tradita præced. num.* 163.

170. II. Si adsint Austregæ conventionales, hæ enim Austregis Ordinationis derogant, *C. p.* 2. *t.* 2. *pr.* *II. Cessant Austregæ.*

171. III. Si Jurisdictio Cameræ ratione causarum fundetur. Quot modis autem illud fiat, *per tractabitur infra tit.* 28. *& seqq.* *III.*

172. IV. In actionibus realibus, si nim. Actor in loco rei sitæ agere velit, *secundum tradita proxime præced. tit. n.* 11. *IV.*

173. V. In iis, quæ màgis imperii quam Jurisdictionis sunt, *Tennag. de Process. Class.* 2. *cap.* 29. *in fin.* Inter hæc Tutoris dationem refert idem Tennag. *d. Class.* 2. *cap.* 22. Obstat, quod tutoris datio neque Jurisdictionis neque Imperii sit, *l.* 6. *§.* 1. *de Tutel.* Verum Resp. de Jure Digestorum neque ei qui Jurisdictionem nec ei, qui Imperium habebat, sed ei, cui id nominatim erat datum, competebat datio tutoris, hinc ista dicitur neque Jurisdictionis neque Imperii esse. Cum verò hodiè qui habet Jurisdictionem vel Imperium, sine ulla speciali concessione habeat quoque Jus dandi tutores, illa datio & Jurisdictionis & Imperii est. Magis Imperii quam Jurisdictionis esse autem dicitur, quia habens Jurisdictionem, *id est, potestatem Juris dicendi sine coercitione, uti habent Austregæ, vid. supra n.* 12. *& infra* 204. non potest tutores refractarios coercere, quod tamen potest habens imperium, *id est, potestatem Juris dicendi cum coercitione. Adde* Polic. Ordn. 1577. *tit.* 32. *V.*

174.

VI. 174. VI. Quando res, de qua controvertitur, non in jure Actionis, sed mero officio Judicis consistit, uti est Ordinatio & confirmatio Tutorum curatorumque, causæ alimentorum, &c. *Gylm.* voc. Außträge. §. Außträge *locum.* Ex eadem ratione in Mandatis de relax. captivis C. C. Austregas cessare statuit Idem *voc. Mandata C. C.* §. 3. *Fallit. Add. infra tit.* 34. *num.* 41.

Quæ res dicatur mero Judicis officio consistere. 175. Res autem mero judicis officio consistere dicitur, circa quam nulla in jure prodita actio est, quamobrem si jus in illa reddendum, Judex implorandus, ut in eadem jurisdictionem sui officii intuitu exerceat. Atque hoc officium communiter vocant *Nobile. Mercenarum* verò dicunt, quando Judex, quemadmodum Famulus præcepto sui Domini inservire cogitur, ita præcepto juris inservire actionisque in hoc proditæ propriam naturam sequi tenetur, *Tholosan. Syntagm. Jur. lib.* 47. *cap.* 21. *n.* 10. *Ruland. de commiss. part.* 3. *lib.* 2. *cap.* 4. *princ.*

VII. 176. VII. Quando per confessionem Rei Actoris intentio incontinenti probata est, ratio quoniam tunc à præcepto condemnatorio potest incipi ac mandari S. C. ut solvatur. *Gylm. voc.* Außträge. §. Außträge *non habent.* Et alias Austregæ cessant, quoties à Mandato S. C. inchoare licet. *Praxi sic attestante.* Ratio sine dubio hæc est, quia Judices Austregarum non habent Executionem, *infra n.* 203. *& seqq.*

VIII. 177. VIII. Si Austregis gaudentes banniuntur vel Regalibus privantur, quoniam omnia privilegia, ergò etiam privilegium fori amittunt, *Mynf.* 1. *O.* 90.

IX. 178. IX. Si Austregis renuntiatum sit. *Add. tradita tit. proximè præced. num.* 30. *&* 4. *seqq.* Hinc in causa Braunschweig contra Sachsen Mandatum ad dimitt. hypothec. C. C. 15. Febr. 1661. decretum est, *Supplic. Camer. tit.* 8. *num.* 17.

X. 179. X. Si Austregis gaudens tanquam pars & non legitimo modo, jure & vi potestatis Jurisdictionisque per se aut ad alterius instantiam suum Subditum extrajudicialiter gravaverit. Secus tamen est si tanquam nudus Judex procedat, *R.* 1594. §. Wann aber von. 94. *& seq. Gail.* 1. *O.* 120. *n.* 1. *&* 2. *seqq.*

XI. 180. XI. In causis criminalibus. Hæ enim coram Cæsare pertractandæ, vigore Constit. Friderici II. cap. 4. vers. Wo es aber gehet an Ihr (*sc.* der Fürsten und anderer hoher Leute) Leib / &c. Das wollen wir (*sc.* Röm. Käyser) selber richten. Quæ constitutio (*vide eam apud Gold. Statut. Imper. tom.* 1. *part.* 1. *pag.* 84.) non reperitur correcta. Errat itaque Mynd. *de Process. cap.* 9. *n.* 4. quando scribit fundamento carere, quod cognitio in causis criminalibus respectu Reorum immediatè imperio subjectorum solius Cæsaris sit. *Add. Schubb. de Austreg. cap.* 5. *n.* 8. *usque* 39.

181. Neque hic distinguendum est, utrum delictum à Principe, Comite. Barone aut Nobile immediato in proprio, an autem alieno territorio perpetratum sit, *Schubb. d. c.* 5. *n.* 39. *usque* 64. *ubi dissentientibus sufficienter respondet.* Quænam verò causæ dicantur Criminales, ostendam infra *tit.* 43. *n.* 3. *usque* 7.

XII. 182. XII. In causis matrimonialibus. *Vid. Schubb. d. cap.* 5. *num.* 64. *usque* 107. *Add. infra tit.* 43. *n.* 14.

183.

183. XIII. In causis feudalibus, *Gail. O.29. n.7. Vid. Schubh. d. cap.5. n.107 usque 124. Praeterea addatur distinctio tradita infrà tit.41. n.2. & seqq.* XIII.

184. XIV. In reductione Laudi, quae omissis Austregis ad Cameram pertinet, *Gail. 1. O.1. n.49.* A quo dissentit Schubhardus *de Austreg. c.9. part.2. n.44.* Et quidem ex hac ratione, quod reductio Laudi ab eo judice petenda, coram quo alioquin ipsa causa, si compromissum non fuisset, debuisset examinari, *docente ipso Gail. 1. O.149. n.2.* Nam petitio reducendi est quaedam ad judicem competentem seu ordinarium provocatio, *Gail. d. n.2. & seq.* Ubi Judex ordinarius, *id est, qui alias Compromisso non petito Judex competens fuisset*, est adeundus, *Gail. 1. O.120. n.4. circ. fin.* Sed Gailii sententia anno 1659. fuit observata in causa Solms contra Solms citationis ad vid. se restitui adversus Laudum. *Vid Supplic. Cam. t. 17. n.1.* Atque anno 1664. Laudantium sententia reformata, *Vid. sent. Cam. n.997.* XIV.

185. XV. Si Austregis gaudens suum Domicilium in alterius territorium transferat, ibique Larem foveat. Domicilium enim jurisdictionem tribuit, *l. 2. C. de Jurisd. l.19. §.1. de Judic.* Et hoc procedit, si Actor coram Judice domicilii Reum convenire velit. Nam alias, licet Reus ratione domicilii Domino territorii subjectus sit, cùm tamen adhuc ratione Dignitatis immediatum Imperii membrum maneat, atque sic diversam personam diverso respectu aequè principaliter repraesentet, *per tradita Gail. de Arrest. cap. 6. n. 14. & seq.* Actori liberum erit Reum vel coram judice Domicilii vel coram Austregis convenire, *quò facit l. 2. C. ubi Senator.* XV.

186. Praedictis non obstat, quòd Status Imperii ubique locorum suam dignitatem retineant ac qualitas personam sicut umbra corpus sequatur, *Gail. d. cap.6. n.7.* Atque persona sit dignior rebus. Nam dignitas manet nec splendor qualitatis obfuscatur, sed duntaxat nova qualitas super inducitur, cujus contemplatione quis alibi sortitur forum, & quidem sua voluntate, dum non minus consentiat in illud, quàm si cum altero contrahat. In foro autem contractus personam privilegiatam conveniri posse à nullo dubitatur. Idem sentit & latiùs prosequitur *Schubh. de Austreg. c.9. n.34. usque 67. Add. t. proximè praeced. n.11. in fin.*

187. XVI. Si Viduae seu Pupilli privilegio fori *in l. unic. C. Quando Imp. inter pupill.* ipsis concesso uti velint, *quemadmodum contra Gail. 1. O. 1. nu.40. statuit Schubh. d. cap.9. n.10. usque 18.* De praememorato Privilegio elegantem Tractatum conscripsit Johan. Novarius *de Election. Variat. & fori.* Et tantum de Austregis Ordinationis. His affines sunt Austregae specialiter concessae *in R.* 1555. Und ob solcher. 22. XVI.

188. Austregae conventionales sunt, quas quaedam immediata Imperii membra ex privata conventione inter se constitutas habent. Quarum nonullas recenset Schubh. *de Austreg. c.8. per tot.* Atque illis *ibid. n.15.* etiam annumerat Austregas, quas civitates imperiales quasdam habere tradidi *t. proximè praeced. n.53.* *Austregae conventionales quae.*

189. Sed quaeritur, si Reus istis conventionalibus Austregis vel earum praescriptae formae non satisfaciat, utrum causa ad Austregas Ordinationis, an verò ad Cameram pertineat? Ad Austregas Ordinationis utpote judicium adhuc inter- *Q. vid. h.t. num. 202. inf.*

 me-

medium causam pertinere cum Everhard. Jun. *vol.1. cons.* 16. statuit Schubh. *de Austreg. c.9. n.pen. & ult.*

Q. 190. Porrò quæritur, si quis habens Austregas conventionales cum protestatione de non consentiendo neque prorogando, nisi quatenus & in quantum de jure teneatur, eligat Austregas Ordinationis, utrum posteà ad conventionales redire possit? Affirm. Quia protestanti suum jus salvum manet, *Schubh. d.c.9.nu. 121. usque 129. ubi n.123. Præjudicium pro Affirmativa allegat.*

Causa ab Austregis ad Cameram devolvuntur vel per viam protr. seu denegat. Just. vel per viam appellationis Priori modo devolvuntur

191. Porrò videndum quomodo causæ ab Austregis ad Cameram devolvantur. Devolvuntur verò ad Cameram duplici modo, (1.) per viam protractæ seu denegatæ Justitiæ. (2.) Per viam Appellationis.

192. Per viam protractæ seu denegatæ Justitiæ causæ ab Austregis ad Cameram devolvuntur, si præstitutum tempus in administranda justitia non observetur. *C.p. 2.t.28.pr.* Quod fit, (Si Princeps Reus ab alio Principe requisitus intra 4. hebdomadas non nominet 4. Principes sive aliud quippiam in Ord. Cam. præscriptum intermittat, *C.p.2.t.2.§.ult.*

193. (2.) Si Actor Reum requirat, ut 3. Principes nominet, & iste intra mensem vel nullum vel non omnes sed duntaxat unum duosve nominet, *Gail.1.O.1 n. 35.& 36.Mynſ.1.O.41.* Atque Actor in illos duos unumve consentire nolit. Quo casu Actor ad ulteriorem requisitionem non tenetur, *Magenh. ad O.C.p.2.t.5. verb.* Drey Churfürsten. Unica enim requisitio sufficit, *Gail. & Mynſ. dd.loc.* Ex

(1.) hac ratione quia Ordinatio præscribit certam formam, quæ præcise observanda.

(2.) Unde qui initio semel vitiose & imperfectè facit, non videtur paruisse, *Magenh. pracit.loc.* Hinc post unicam requisitionem 13. Maji 1663. in causa Hessen contra Leyen citatio super denegatâ Justitia decreta est, *Supplic.t.11.n.9. Add. ibid. num.13.*

194. Unica autem requisitio, *ut dixi*, sufficit, si nim. legitimè facta est. Hinc cùm quidam Episcopus requisitus, ut nominaret judices, coram quibus super spolio commisso conveniretur, responderit (*fortè metuens ne nominando Judices super spolio, tacite visus fuisset spolium confiteri,*) se non spoliasse, quod si vero requireretur juxta formam O.C.Part.2.t.4. tunc se nominaturum Judices, nihilominus tamen ob nominationem non factam Pars requirens posteà Citationem in Camera impetravit, ibique causa, Episcopi exceptionibus fori declinatoriis haud obstantibus, retenta fuit, *teste Magenh. O.63.*

(3.) 195. (3.) Si Principe inferior Principem requirat, ut coram suis consiliariis intra mensem jus aperiat, atque Princeps requisitus intra mensem suos Consiliarios aliasve personas judices considere non faciat, aut salvum conductum Actori, ejus Comitibus seu ablegatis deneget *C.p.2.t.4.§.1. in fin. junct. t.8.§.4. & 11.eod.* vel Actori nullos Advocatos Procuratoresque habenti istos ex suis subditis non det nec ad inserviendum compellat, *pracit. §.11.*

196. (4.) Si electus impetratusve Commissarius intra mensem citationem decernere renuat, *d.§.11.Vide tamen suprà n.85. usque 42.* Quòd si Reus citatus coram ejusmodi Commissario absque justa recusationis causa non compareat, Actor

Actor contra illum uti alias in contumaciam procedere potest, Vel etiam quia Reus non comparens privilegio Austregarum tacitè renuntiasse videtur, illum ab Actore rectà in Camera conveniri posse arbitror,

197. (5) Si novem Consiliarii seu aliæ destinatæ personæ, aut electus impetratusve Commissarius liti intra annum finem non imponant, *d. t.* 8. §. 12. Et quanquam, si hoc non fiat, in *alleg.* §. 12. expressè sancitum, quod causa statim ipso jure ad Cameram devoluta sit, ibique in eo statu, quo relicta, reassumi debeat, cum verò in hoc casu non credatur Narratis Supplicantis, etsi specificet atque asserat de tempore, quo causa introducta est, documentum quoddam requiritur, *Magenh. ad O. C. p.* 2. *t.* 8. §. Gleichermeiß. 12. Nam alioquin causa non statim in Camera recipitur, sed prius Promotoriales decerni solent, *Magenh. ad alleg. t.* 8. *Rubr. vers. Si verò. Add. omninò infra Tit.* 37. *n.* 9.

198. Causa autem prædicto modo ad Cameram devoluta, illi Judices Acta ad Instantiam Actoris intra hebdomadas summum sex sumptibus Spoliatoris edant, *d. t.* 8. §. 13. Contra tergiversantes à Camera decernantur Compulsoriales ac celeriter, prout secundum jura in causis spolii decet, procedatur. *d. t.* 8. §. 14. ***Causis ita ad Cameram devolutis Acta intra 6. hebdom. edenda sunt.***

199. Per Appellationem causæ ad Cameram devolvuntur, si gravatus per sententiam Austregarum ab his appellet. Quod non solum in causis simplicis Spolii sed etiam in reliquis omnibus permissum est, *C. p.* 2. *t.* 2. §. 2. *t.* 4. §. 1. *lit. A. t.* 6. *pr. t.* 8. §. 9. & 10. Et quanquam in istis textibus solius Cameræ fiat mentio tamen appellatio ad Aulam Cæsaream ideo non excluditur, sed ob concurrentem Jurisdictionem gravato liberum est ad Cameram vel Aulam Cæsaream appellare. ***Per Appellationem causa ad Cameram devolvuntur, si gravatus ab Austregis appellet.***

200 In ista autem appellatione ubique observanda, quæ alias de Appellationibus ad Cameram, *de quibus infra t.* 44. & *seqq.* observari præcipiuntur *dd. loc.* Exceptis (1) Quòd Appellantes nova ducere volentes Juramentum Novorum deducendorum præstare teneantur, *d. t. pr.* & §. 9. Atque ita antiquitus in causis Austregarum solummodò obtinebat. Verum hodiè omnes Appellantes sive nova velint de ducere sive non. indistinctè Juramentum Appellationis præstare debent, *prout uberius dicetur infra t.* 48. *n.* 48. & *seqq.* ***In qua Appellatione quæ observari debeant.***

201. (2) Quòd in causis Spolii Appellantes suam Appellationem intra tres menses à die interpositionis in Camera exhibere ibique pendentem facere cogantur, *d.* §. 9. & 10. Sed quæritur numne ad consummandam istam pendentiam sufficiat Processuum Appellatoriorum insinuatio, an verò etiam necessaria sit istorum reproductio? Quanquam prius affirmandum videretur, qui insinuatio litis pendentiam efficit, *supra tit.* 25. *n.* 52. Posterius tamen rectius asseritur, quia in reliquis causis intra 6.)). Appellatio non solum insinuari sed etiam in Camera reproduci debet, *C. p.* 2. *t.* 33. *pr.* Quare illud non minus intra 3.)). in causis spolii specialiter præfixos fieri oportet. Deinde si in causis spolii sola insinuatio sufficeret, inter has & reliquas causas valdè parva diversitas esset, ob quam ferre legem specialem profectò operæ pretium non fuisset.

202. Occurrit hic insuper quæstio, num ab Austregis conventionalibus ad Austregas Ordinationis, an verò ad Cameram appellari oporteat? Resp. ad Cameram, ***A conventionalibus Austregis non ad Au***

Ab Austregis non ad Cameram appellandum. meram, quia illæ harum locum occupent, atque parem Jurisdictionem habeant. A pari verò ad parem appellare prohibitum, *Nov.* 23. *cap.* 4. Par enim in parem nullam habet Jurisdictionem seu Imperium, *l.* 4. *de Appellat.*

Sententiarum ab Austregis latarum executio non Austregis sed Cameræ competit. 203. Ultimò quæritur, si à sententia Austregarum non appelletur, cui illius executio competat? Eam Austregis competere opinatur Schubh. *de Austreg. cap.* 6. *n.* 202. & 3. *seqq.* Et quidem (1) quia (*etiamsi concedatur, illos non esse ordinarios, secus quam praced. n.* 12. & 10. *seqq. demonstratum, tamen*) sunt delegati Principis, hi verò suam sententiam exequi possunt. (2) Quoniam in sola causa spolii ob summum spoliati favorem Executio Cameræ demandata, *d. t.* 8. §. 8. Ergò in reliquis causis Austregis non adempta censetur. Imò (3) Ipsis executio expressè attributa legitur in *C. p.* 2. *t.* 4. §. 14. *verb.* Vor denen neun (Rähten) die Hauptsach und *NB. Execution* in erster Instantz gehört.

204. Verum enim verò hisce non obstantibus adhuc rectius asseritur in genere Austregis Executionem suæ sententiæ non competere, quia constitutio de Austregis est stricti Juris & interpretationis, atque ad non expressè concessa minimè extendenda, *praced. n.* 54. Jam autem causæ cognitio & sola sententiæ pronuntiatio, non verò ejus executio Austregis concessa, idcircò nec ad eandem præallegata Constitutio extendi debet. *Mecum sentit Tennag. Claß.* 2. *cap.* 18. *n.* 3. & *Gail.* 1. *obs.* 1. *n.* 52. & *seq.*

Non obstat (1) 205. Non obstat Schubhardi argumentum primum, quia ipso fatente, *d. c.* 6. *n.* 205. Princeps tam ordinario Judici quam suo Delegato causæ cognitionem committere potest, sententiæ executione sibi reservata aut alii, cui ipse voluerit, commissa, uti in Revisione factum. Cum igitur Cæsar Austregis sententiæ executionem expressè non concessit, sibi ac Cameræ illam reservasse censetur.

(2) 206. Nec quicquam refragatur argumentum secundum, nam eò, quod in causis spolii Executio Cameræ expresse demandatur, non denegatur statim in reliquis causis, quia unius inclusio, non confestim alterius exclusio est. Nec illius expressæ demandationis causa potest esse favor spoliati, nam iste favor in nullo alio magis quam celeri executione consistere poterit. Jam verò Austregæ suam sententiam elapso decendio statim exequi possent, cum tamen per Mandata Executorialia demum post lapsum multarum hebdomadum à Camera impetrata sententia Executioni multò tardius committatur.

(3) 207. Nec denique tertium argumentum ullius roboris est. Nam licet non solum in *praalleg.* §. 14. sed etiam in O. C. 1521. *art. ult.* §. Zum Achten. 8. *atque O.C. p.* 2. *t.* 4. §. 13. supra allegata verba legantur, tamen puto in his omnibus locis pro verbo: *Execution*, verbum: *Exception*: poni debere, quoniam insolita valdeque incongrua locutio est, si dicamus. *Executiones audire.* Deinde si hac correctione non admissa, vulgaris lectio retinenda, tamen statui oportet præmemoratum verbum *Execution* ibi non denotare potestatem exequendi sententiam, sed examinandi causam eamque ad finem perducendi. Ita accipitur in cap. 2. distinct. 87. Et alias verbum *Exequi* sæpissimè sumitur pro aliquod negotium expedire & ad finem perducere, *uti notum ex Lexicographis, Add. l. ult. de Testib.*

TIT.

TIT. XXVIII.

DE PACE RELIGIOSA.

1. PErtractatis Austregis & visis personis, quarum ratione Jurisdictio Cameralis fundatur, jam progrediendum ad causas eandem fundantes. Ubi primò observandum, aliquando solam qualitatem causæ Jurisdictionem Cameræ fundare, uti est causa fractæ pacis, causa fiscalis, causa violati Privilegii Cæsarei, Res immediatè sub Imperio sita, & denique si continentia causæ adsit: Aliquando ad qualitatem causæ insuper requiri, ut Reus immediatè Imperio subsit, quemadmodum requiritur in causis mandatorum, Relaxationis Juramenti ad effectum agendi L. Diffamari, protractæ denegatæve Justitiæ, &c. Et ultimò nonnunquam præter qualitatem causæ requiri, ut tam Actor quam Reus immediatè Imperio subsit uti in causa litigiosæ possessionis, pignorationis & Arresti. Ex quo patet Jurisdictionem Cameræ ob solam qualitatem causæ non semper fundari.

In causibus, quibus causa Jurisdictionem Cameræ fundat, non semper sola illius qualitas sufficit.

2. Inter causas verò Jurisdictionem Cameræ fundantes occurrit primò Causa fractæ pacis. Quæ pax vel religiosa vel prophana, *R.* 1594. §. Alsdann wir. 94. Seu quemadmodum alias dividitur, est vel Religionis vel Imperii, Religion- und Landfried. *R.* 1555. §. Setzen demnach. 14. *in fin. C. p.* 2. *t.* 10. §. *ult.* & *t.* 25. §. 12. *De hac tractabo tit. proximè seq.*

Prima causa Jurisd. Cam. fundans est causa fractæ pacis. Pax verò est vel religiosa vel prophana.

3. Pacem religiosam quod attinet, sciendum cum superiori sæculo in omnibus Comitiis ab Anno 1521. usque 1532. habitis ad dissensionem circa Religionem ortam in unanimem consensum rursus redigendam variè tractatum laboratumque esset, quorum Acta extant apud Hortled. Von Ursachen deß Deutschen Kriegs. *Tom.* 1. & *Gold. Constit. Imp. tom.* 1. *pag.* 441. *cum multis seqq. Item apud Eund. Statut.* & *Rescript. tom.* 1. *part.* 2. *R.* 1524. §. Als auch viel. 28. & *seq. R.* 1525. §. 1. & *seqq. R.* 1526. *à princ. usque ad* §. 12. *R.* 1529. *à princ. usque ad* §. 16. & *R.* 1530. *à pr. usque ad* §. 71.

Pacis religiosa origo & progressus.

4. Interim verò illa dissensio in tantum excrevisset, ut nullo alio & quidem meliori modo quam per generale vel nationale Concilium posse tolli in Comitiis Norimbergæ Anno 1522. habitis putaretur, *vid. Hortled. d. tom.* 1. *pag.* 8. *R.* 1524. §. Als auch vil gedachter. 28. *R.* 1526. §. 1. Atque de hoc Concilio instituendo in diversis Comitiis multum consultaretur, res tamen propter quædam impedimenta felicem exitum non sortiretur, *R.* 1532. *art. Concilium* betreff. 1. §. Und wiewol. 1.

Dissensio circa Religionem optimè per Concilium tolli posse putatum fuit. Quare de indicendo usque ad ejusmodi concilium pace servandi actum.

5. Præmemorata autem dissensio adhuc magis indies augeretur, pacemque publicam valdè turbaret, Archiepiscopum Moguntinum & Palatinum Principem apud Carolum V. cum relicto Belgio Ratisbonam Comitiorum agendorum causa petens, in itinere 1. Febr. 1532. Moguntiam venisset, iterum de pace usque ad præfatum Concilium servanda intercessisse, ac Imperatore consentiente, proxi-

mo mense Aprili inter prælaudatum Moguntinum & Protestantes de illa pace agi Svveinfurti esse cœptum, *Sleidan. de Stat. Relig. lib.* 8.

Atque ista induciæ A. 1532. factæ & publicatæ sunt. 6. Hæc pax (*seu potius Induciæ pacis, uti vocantur in R.* 1541. §. Und damit: 26. *R.* 1555. §. In solcher. 13 *quia istæ duntaxat usque ad Concilium supra memoratum aliumve conventum Statuum Imperii initæ.* (decreta Norimbergæ 23. Julii 1532. *Extat apud Goldast. d. part.* 2. *pag.* 67. *& seqq.* A Carolo V. autem approbata 2. August. & in Comitiis Ratisbon. 3. ejusdem mox eodem Anno universis Rom. Imperii subditis mandata ac promulgata. Quam approbationem atque promulgationem vide apud Hortled. *d. tom.* 1. *pag.* 70. *&* 71.

Ostenditur error Mindani 7. Errant igitur Mindan. *de Processf. cap.* 28. *pr.* ejusque Exscriptores, quando tradunt illam pacem temporariam primo esse initam Anno 1541. cum tamen eandem *R.* 1541. §. Und damit. 26, utpote jam antehac initam solummodò confirmet.

Eædem induciæ aliquoties confirmatæ ac renovatæ sunt. 8. Eadem hæc pax à Ferdinando Rege Rom in dem Cadauischen Vertrage (*habetur apud Hortled. d. tom.* 1. *pag.* 687. *& seqq.*) Anno 1534. primum fuit repetita ac confirmata. Deinde ab Oratoribus Commissariisque Cæsareis ratificata in dem Franckfurter Anstands-Vertrage de Anno 1539. cujus mentionem facit Hortled. *d. tom.* 1. *pag.* 149. *& aliquot seqq.* Porro Anno 1541. communi Imperatoris Statuumque consensu renovata, *R.* 1541. §. Und damit. 36. *usque* 33. ac prorogata *per R.* 1542. §. Und damit die Zeit. 131. *& seq.* Iterum repetita in *R.* 1544. Nachdem wir uns. 76. *usque* 99. *R.* 1545. §. Dieweil wir aber. 7. *usque* 12. ac conservata usque ad bellum Germanicum à Carolo V. Anno 1546. contra confœderatos Schmalcaldicos susceptum.

Pax religiosa perpetua Anno 1555 inita. 9. Ac licet postea Anno 1548. & 1551. in Comitiis Augustanis *V. R.* 1548. §. Und nachdem. 3. *usque* 17. *R.* 1551. §. Und als wir. 3. *usque* 14. de Concilio instituendo ac diversitate Religionis componenda rursus actum fuerit, atque Anno 1552. per Transactionem Passaviensem (*eam habet Gold d. part.* 2. *p.* 175. *& seqq.*) novæ Induciæ factæ, cum verò neque illud Concilium institueretur, nec valde arduum Religionis articulum in durantibus Comitiis finere possibile esset, *R.* 1555. §. Als sich aber. 9. Nec Induciæ antea factæ paci publicæ in Imperio conservandæ suffecissent, sed diffidentia inter Status semper duraret, mutua benevolentia Magistratuum ac subditorum magis magisque exularet, rebelliones, tumultus ac innumeræ calamitates in Imperio excitarentur; His malis averruncandis Imperator ac Status Imperii certam ac perpetuò duraturam pacem de se invicem Religionis intuitu non turbandis Anno 1555. in Comitiis inierunt, *R.* 1555. §. In solcher fürgezogener. 13. *&* §. Und nachdem. 25. Quam in sequentibus Comitiis repetierunt & Pacificatione Osnabrug. *art.* 5. *&* 7. ulterius declararunt.

Pacis religiosa definitio. 10. Hisce præmissis ad ipsam definitionem accedo. Pax religiosa verò est conventio unanimi Imperatoris ac Statuum Imperii de se invicem Religionis intuitu non turbandis consensu inita, *per R.* 1555. §. In solcher. 13. *vers.* haben wir uns.

11. Con-

11. Constitutio super hac pace promulgata vulgò vocatur Pacificatio religiosa, Pax religiosa, item Pax Religionis. Ejusque species sunt Transactio Passaviensis, Pax religiosa strictè dicta, *quæ habetur in R.* 1555. §. Setzen demnach 14. *usque* 33. atque instrumentum Pacis, *arg. J.P. art.* 5. §. 1. *Constitutiones super pace religiosa*

12. Hujus Pacis religiosæ (*late dicta*) præcipua capita sunt sequentia, (1.) Sub hac Pace duntaxat comprehendantur religioni Catholicæ & Evangelicæ addicti, cæteris Sectis adhærentes exclusi sint, *R.* 1555. §. Doch sollen. 17. Hodie posterioribus Reformatam Religionem profitentes sunt annumerati, & quidem ita ut quicquid juris aut beneficii tum hæc pax religiosa tum aliæ constitutiones Imperii Statibus Catholicis & Evangelicis tribuunt, id etiam Reformatis competat. Salvis tamen semper Statuum Protestantium, *videl. Evangelicorum & Reformatorum*, inter se & cum Subditis suis conventis pactis, privilegiis, reversalibus, dispositionibusque aliis, quibus de Religione aut ejus exercitio & inde dependentibus, cujuslibet loci Statibus ac Subditis hucusque provisum est, salva itidem cujusque conscientiæ libertate, *J.P. art.* 7. *pr. R.* 1654. §. Doch soll dabey. 23. Præter has tres Religiones verò, *nim. Catholicam, Evangelicam ac Reformatam* nulla alia in Sac. Rom. Imperio recipiatur aut toleretur, *d. art.* 7. *in fin.* *Species sunt tres* *Pacis religiosæ præcipua sunt capita seu articuli sunt* I. *Tres Religiones hodie in imperio permissæ.*

13. (2.) Controversa Religio non aliter quàm per Christianas, amicas pacificasque vias ad consonum Christianum intellectum ac congruentiam componatur, *R.* 1555. §. Und damit solcher. 15. *in fin. Transact. Passav.* §. *Quoad Religionis* 42. II.

14. (3.) Imperator & Status Catholici Status A. C. addictos (*seu Evangelicos*) ob horum Religionis doctrinam ac professionem armis violenter non invadant, detrimento non afficiant, nec vim inferant, seu aliâ viâ contra eorundem conscientiam ac voluntatem ad deserendam hanc Augustanam Confessionem, fidem, ritus & ceremonias in Ecclesiam suorum territoriorum introducta vel in posterum introducenda cogant: neque mandatis aliisve modis molestent, aut despicatui habeant, sed prædictam Religionem ejusque exercitium liberum, ut & bona tam mobilia; quam immobilia, subditos cunctaque Statuum Evangelicorum jura intacta relinquant, idque sub pœna pacis publicæ, *pralleg. R.* 1555. §. 15. *Transact. Passav.* §. *Ob hoc quoque* 13. & §. *Quoad Religionis*. 42. III.

15. (4.) E contra Status Evangelici idem erga Imperatorem ac Status Imperii Catholicos sæculares & ecclesiasticos, eorumque Collegia aliosque ecclesiastici Ordinis homines & subditos sub eadem pœna servent, *R.* 1555. §. Dargegen sollen 16. *Transact. Passav.* §. *Et quidem* 12. IV.

16. An sub hominibus ecclesiastici ordinis quoque Commendatores sint comprehensi antiquitus dubitatum fuit, ut videre licet apud Gylm. *Tom.* 1. *part.* 1. *p.* 194. Hodie Commendæ inter bona ecclesiastica expresse recensitæ inveniuntur, *J. P. art.* 5. §. *Bona ecclesiastica*. 14. & §. *Quacunque* 24. Ex quo sequitur commendatores esse personas ecclesiasticas seu religiosas. *Commendatores sunt personæ ecclesiasticæ.*

17. (5.) Utriusque Religionis (*Catholica nim. & Evangelica lata dicta, quatenus hæc quoque Reformatam complectitur, v. praced. n.* 12.) Status erga se invicem V.

jure

jure ipsis vigore sacri Imperii Legum, Ordinationum, Recessuum ac Constitutionis de pace publica competente contenti vivant, *d.§.* Dagegen sollen 16. *& d. §. ob hoc quoque* 13. Sicque inter eosdem omnes & singulos æqualitas exacta ac mutua quatenus formæ Reipublicæ constitutionibus Imperii ac huic paci religiosæ conformis est, ita ut quod uni parti justum, alteri quoque sit justum, violentiâ omni & Via facti, sicut & alias, ita hîc inter utramque partem perpetuò prohibitâ, *J.P. art.5. §.1. in fin.*

VI. 18. (6.) Fundationes sacræ, monasteria, aliaque bona ecclesiastica à quibusdam Statibus atque illorum Antecessoribus in usum templorum, scholarum, stipendiorum, (Müten) aliarumque rerum conversa, quæ neque ad alios Imperii Status pertinent, nec tempore Transactionis Passaviensis, aut posthac (*sc. usque ad pacem religiosam 25. Sept. 1555. publicatam*) ab Ecclesiasticis fuere (*realiter, Gylm. d. part. 1. pag. 220.*) possessa, destinatæ dispositioni absque omni contradictione judiciali vel extrajudiciali relinquantur, nec illorum nomine Camera ullos Processus decernat, *R.* 1555. §. Dieweil aber 19.

Circa adjudicandam possessionem bonorum Ecclesiastic. 1. Januar. 1624. observandus est.

19. Ubi singulariter notandum, quòd quidem præmemoratum tempus à publicata pace religiosa usque ad Annum 1648. circa dijudicationem possessionis bonorum ecclesiasticorum, retentam confirmando, ablatam verò restitutioni mandando observatum fuerit, ast cùm post præmemoratam pacem religiosam præsertim durante nupero tricennali bello illa possessio variè fuisset translata, in Conventu Osnabrug. complacuit possessionem 1. Januar. 1624. habitam unicum solumque futuræ observantiæ ac restitutionis in Ecclesiasticis, & quæ intuitu eorum in Politicis mutata sunt, fundamentum constituere, cassatis omnibus interim in ejusmodi causis latis sententiis, publicatis Decretis, institutis transactionibus & executionibus, reductione ad statum dicti anni dicique in omnibus facta, *J.P. art 5. §. Terminus à quo 2. & §. Quæcunque* 24. Idem dies verò in exercitio Religionis non ita præcisè attenditur, *infra n.* 37. Deinde Terminus Anni 1624. nullum præjudicium creare debet iis, qui ex Capite Amnestiæ aut aliunde restituendi veniunt, *d. art. 5. §. Terminus autem* 13.

VII. 20. (7.) Ecclesiasticis Electoribus, Principibus ac Statibus, Collegiis, Monasteriis, Ordinisque Ecclesiastici hominibus sui census, reditus, decimæ, feuda sæcularia, cunctaque jura (*intellige, prout illa 1. Januar. 1624. possederunt,*) salva maneant, *R.* 1555. §. Damit aber. 20. *vers.* Doch denen Geistlichen *junct. ibid. praced.* §. Dagegen sollen. 16. *& J. P. art. 5. §. Ratione redituum* 44. Reservata tamen Magistratui sæculari, sub quo illa bona sita sunt, suâ in his Jurisdictione, emolumentis & juribus, quæ ipsi ante exortum de Religione dissidium competierunt. Atque insuper ex iisdem bonis ministeria Ecclesiæ, Scholæ, Eleemosynæ & Hospitalia, quemadmodum antiquitùs sic quoque deinceps, nullo alterutrius Religionis discrimine habito, constituantur sustententurque, *R.* 1555. §. Auch 21. *& d.§. Ratione redituum.* 44.

VIII. 21. (8.) Circa hanc constitutionem ac sustentationem si quid dubii incidat, utraque Pars unum duosve Arbitros liti decidendæ nominent. Iis inter se dissentien-

ientibus Præsidem non suspectum adjungant. Hi utraque parte summariè audita ntra sex menses quid quantumque in illa ministeria ac reliqua impendendum sit, leterminent. Interim tamen, quibus sustentationis illius controversia movetur, sua oossessione non dejiciantur nec præcludantur. Quantum verò ex reditibus, censious, decimis & fundis ad ministeria contulerint, tantum deinceps usque ad litem initam porrigant, *R.* 1555. §. Und ob solcher. 22.

23. (9) Reditus, census, decimæ, pensiones, quæ vigore hujus Pacis alterutrius Religionis Statibus ob immediatas aut mediatas fundationes Ecclesiasticas ante vel oost Pacem religiosam acquisitas ex alterius provinciis debentur, quorumque n possessione vel quasi percipiendi 1. Jan. 1624. fuerunt, absque ulla exceptione olvantur. Sicubi etiam nonnulli Status quædam protectionis, Advocatiæ, aperturæ, hospitationis, operarum aut alia jura in alterius Religionis Statuum ditionib. ac ionis sive intra, sive extra territorium sitis legitimè usu seu concessione habuerunt, omnes ex æquo sua pristina jura retineant, *J.P. art.* 5. §. *Illi relictus.* 45. IX.

24. (10) Reditus etiam, nec non decimæ, Canones & Pensiones Evangelicis tatibus, fundationibus jam destructis collapsisque, ex alienis territoriis debita, exolvantur iis, qui 1. Jan. 1624. in possessione perceptionis vel quasi fuerunt. Quæ undationes autem ab Anno 1624. destructæ fuêre aut in futurum concident, eaum pensiones etiam in alienis territoriis Domino destructi Monasterii seu loci, in uo id situm fuerit, exsolvantur. Similiter quæ fundationes 1. Jan. 1624. in possessione vel quasi Juris decimandi è bonis novalibus in alieno territorio fuerunt, int quoque in posterum, nil autem novi Juris quæratur. Inter cæteros Status Imerii atque Subditos id Juris sit, quod jus commune vel cujusque loci consuetudo & bservantia de decimis ex bonis novalibus constituunt, aut per pactiones voluntaias conventum est, *alleg. art.* 5. §. *Reditus etiam.* 46. X.

25. (11) Bona Ecclesiastica immediata quod attinet, sive sint Archiepiscopatus, Episcopatus, Prælaturæ, Abbatiæ, Balliviæ, Præposituræ, Commendæ, ve liberæ fundationes sæculares aut alia simul cum reditibus, pensionibus & aliis uocunque nomine signatis, ejus religionis Consortes, qui 1. Januar. 1624. in ealiillorumque possessione fuerunt, tranquillè ac imperturbatè possideant, neutriue parti seu in judicio, seu extra alteri negotium facesse re liceat, *d. art.* 5. §. *Bona Ecclesiastica.* 14. XI.

26. (12) Si quis in Archiepiscopum, Episcopum, Prælatum electus vel postutus, solus aut una cum Capitularibus seu singulis seu universis, aut etiam alii Ecesiastici Religionem, sive sit Catholica, sive Evangelica, imposterum mutaverit, le statim suo jure excidat, honore tamen famaque illibatis, item fructus ac reitus citra moram & exceptionem cedat. Capitulo autem vel cui id de jure com:tit, integrum sit aliam personam Religioni ei, ad quam beneficium istud vigore ransactionis Osnabrugensis pertinet, addictam eligere aut postulare, relictis taien decedenti fructibus reditibusque intereà perceptis ac consumptis, *d.t.* 5. §. *Si itur.* 15. Hoc vigore pacis religiosæ in solis Catholicis à sua Religione discoentibus obtinuit, *R.* 1555. §. Und demnoch. 18. XII.

XIII. 27. (13) Qui Archiepiscopatibus, Episcopatibus, beneficiis aut præbendis suis immediatis à 1. Jan. 1624. judicialiter seu extrajudicialiter (*ob Religionem post 1. Jan. 1624. usque ad diem publicati Instrumenti Pacis mutatam, uti ego intelligo*) exciderunt, aut quocunque modo fuerunt turbati, vigore harum (*sc. literarum, id est, Instrumenti Pacis, ni fallor,*) illicò restituantur, ita quidem, ut quæcunque bona Ecclesiastica immediata præmemorato 1. Jan. Catholico Præsule regebantur, Catholicorum caput recipiant, quæ verò Evangelici possederunt, etiam in posterum retineant, utrimque remissis fructibus intereà perceptis damnis & expensis, *dict. §. Si igitur. 15. vers. Si ergò.*

XIV. 28. (14.) In omnibus Archiepiscopatibus, Episcopatibus & reliquis fundationibus immediatis Jura eligendi ac postulandi juxta cujusque loci consuetudines & antiqua Statuta illibata maneant, quatenus illa Constitutionibus Imperii Transactioni Passaviensi, Paci religiosæ atque Instrumento pacis sunt conformia, nec quicquam de novo admisceatur, quod uni alterive Religioni addictarum conscientiæ adversari, seu eorum jus imminuere possit, *d. art. 5. §. In omnibus. 16.*

XV. 29. (15.) Postulati verò & Electi in suis Capitulationibus spondeant, se susceptos Ecclesiasticos Principatus aliave beneficia nequaquam jure hæreditario possessuros, vel id acturos, ut hæreditaria fiant, sed ubique libera sit Capitulo & quibus præterea competit, tam electio & postulatio, quàm sede vacante administratio juriumque Episcopalium exercitium, *d. art. 5. §. Postulati. 17.*

XVI. 30. (16) Cæsarea Majestas jus primariarum precum, ubi anteà quoque in posterum exerceat, modò in decedentis locum Consors Religionis atque idoneus ad normam Statuorum & observantiæ surrogetur, *d. art. 5. §. Ubi Sacra. 18. De hoc Jure plura tractant Wehn. Practic. Observ. Voc.* Panis-Brieffe. *& Besold. Thesaur. Practic. Voc. Preces primariæ.*

XVII. 31. (17) Annatarum, Jurium pallii, confirmationum, mensium papalium & hujusmodi jurium ac reservationum nomine in Evangelicorum bonis Ecclesiasticis immediatis prætensa validitate & executione à Brachio sæculari impetrandâ careant *d. art. 5. §. Si quid Annatarum. 19.* In quibus verò immediatis Capitulis utriusque religionis Capitulares & Canonici admittuntur, menses papales, qui d. die quoad decedentes Catholicos in usu fuere, porrò obtineant, & executioni mandentur, *d. art. 5. § In quorum. 20. Add. libr. 7. Decretal. lib. 1. tit. de Annatis. 3. & Besold. Thesaur. Practic. Voc. Annata. Qui allegat Authores de Annatis scribentes.*

XVIII. 32. (18) Capitularium aut Canonicorum numerus, qui fuit 1. Januar. 1624. ex utraque Religione semper maneat & decedentibus consortes ejusdem Religionis surrogetur. Si verò alicubi tempore Instrumenti Pacis plures Catholici vel Evangelici quàm Anno 1624. beneficia possederunt, illi hæc beneficia adretineant, mortuis autem Catholici Evangelicis & hi illis succedant, donec utriusque Religionis numerus, qui 1. Januar. 1624. erat, redintegratus fuerit, *d. art. 5. Quot §. Capitulares. 21.*

XIX. 33. (19) Monasteria, Collegia, Ballivias, Commendas, Templa, Fundationes,

nes, Scholas, Hospitalia, aliave bona Ecclesiastica mediata, ut & eorum reditus ac jura, quocunque nomine ea appellata fuerint, à Statibus Evangelicis 1. Jan. 1624. realiter possessa, eadem omnia ac singula, sive semper retenta, sive restituta, sive quovis modo aut prætextu judicialiter vel extrajudicialiter post dictum tempus interversa aut adempta, jam omninò absque mora & indistinctè cum suis pertinentiis documentisque amotis restituenda, sine ulteriori turbatione, juris & facti persecutione perpetuò quietè possideant, non attentis exceptionibus, quod illa ante seu post Transactionem Passaviensem vel pacem religiosam occupata, aut alio modo obligata esse dicantur. Irritis itidem prorsus exceptionibus, quæ ex introducto alicubi locorum Exercitio interim mistico anterioribus vel secutis pactis, generalibus aut specialibus transactionibus, litibus motis, causisve decisis, vel etiam Decretis, Mandatis, Rescriptis, Reversalibus, Litispendentiis seu aliis quibuscunque prætextibus ac rationibus desumi possent, *d. art.* 5. §. *Quacunque*, 24.

34. (20) Idem jus sit quoad Status Catholicos, ut illa bona in territoriis Statuum Evangelicorum sita sint. Non tamen in alios Religiosorum Ordines, quàm quorum regulis primitùs dicata sunt, commutentur, nisi ejusmodi Religiosorum ordo planè intercideritt, tunc enim Magistratui Catholicorum Ecclesiastico liberum sit ex alio in Germania ante exorta Religionis dissidia usitato Ordine novos religiosos substituere. Personarum verò numerus utriusque Religionis, qui 1. Januar. 1624. ibidem repertus fuit, ejusdemque publicum exercitium idem maneat, quod quovis in loco dicto Anno dieque usitatum fuit, absque ullius vel alterius partis impedimento. In iisdem bonis etiam Cæsareæ Majestati primariæ preces ac Pontifici sui menses papales 1. Jan. 1624. habita, ad modum circa bona immediata superiùs *num.* 30. traditum salva maneant. Conferant quoque Archiepiscopi & quibus aliis id Juris competit, beneficia mensium extraordinariorum. Quod si etiam Evangelici in ejusmodi bonis dicto die & Anno à Catholicis realiter planè vel ex parte possessis jura præsentandi, visitandi, inspectionis, confirmandi, corrigendi, protectionis, aperturæ, hospitationis, servitiorum, operarum, &c. habuerunt: Item Parochos ac Præpositos ibi aluerunt, jura ista sarta tectaque maneant. Præbendarum quoque vacantium electiones aut collationes debito tempore modove à Catholicis non factæ in ejusdem religionis personas, cujus decedens fuit, ex jure devoluto ad Evangelicos pertineant, *d. art.* 5. §. *Omnia quoque*, 25. XX.

35. (21) Jus diœcesanum & tota Jurisdictio Ecclesiastica cum omnibus suis speciebus contra Status Evangelicos eorumque subditos tam inter Catholicos & Evangelicos, quàm inter ipsos solos Status Evangelicos cesset, atque intra cujusque territorii terminos se contineat. Ad exigendos autem reditus, census, decimas & pensiones in iis Evangelicorum Statuum ditionibus, ubi Catholici Anno 1624. notoriè in possessione vel quasi exercitii Jurisdictionis Ecclesiasticæ fuerunt, utantur eâdem posthac quoque, ad excommunicationem tamen nonnisi post tertiam demum denunciationem procedatur. Deinde Catholicorum subditi Evangelici, qui Anno 1624. Jurisdictionem Ecclesiasticam agnoverunt, huic Juris- XXI.

dictioni subsint in iis casibus, qui Evangelicam Religionem nullatenus concernunt, modò ipsis occasione Processus nihil injungatur eorundem Religioni vel conscientiæ repugnans. Eodem etiam jure Magistratuum Evangelicorum Catholici subditi censeantur, inque illos, qui Anno 1624. publicum Religionis Catholicæ exercitium habuerunt, Jus diœcesanum, quatenus Episcopi (*Catholici*) illud dicto Anno quietè in eosdem exercuerunt, salvum sit, *d. art.* 5. §. *Jus diœcesanum.* 47. *R.* 1555 §. Und demnach 18. In quibus verò Civitatibus Imperii mixtæ religionis exercitium in usu est, Catholicis Episcopis contra Cives Evangelicos nulla sit Jurisdictio. At Catholici juxta observantiam Anni 1624. suo jure experiantur, *d. art.* 5. §. *In quibus.* 48.

XXII. 36. (22) Jus reformandi Exercitium Religionis cuinam, quomodo & quatenus competat, de eo in pace Religiosa expressè quidem nulla fit mentio, ex communi tamen per totum Imperium hactenus usitatâ praxi illud Statibus Imperii immediatis cum jure territorii & superioritatis competit, *d art.* 5. §. *Quantum deinde* 29. Quatenus igitur quilibet Status est Dominus territorii, eatenus in eo Jus reformandi quoad suos subditos, sive isti sint Comites, Barones, Nobiles, Vasallos, Civitates, Fundationes, Monasteria, Commendas, Communitates, sive alii Privati, salvo tamen iisdem à Religione Dominorum suorum dissentientibus beneficio emigrandi, habeat, *praalleg.* §. 29. Intellige tamen juxta observantiam aliquâ Anni 1624. parte usitatam. Hæc enim observantia instar regulæ tam in publico quàm privato Religionis exercitio instituendo, permittendo ac conservando obtinet, *d. art.* 5. §. *Pacta autem.* 32.

Ratione Exercitii Religionis non præcisè 1. Januar. 1624. observandus.

37. Ubi notandum, licet secundum supra tradita inter ipsos Status circa bona Ecclesiastica præcisè 1. Jan. 1624. observandus sit, quod tamen inter Status ipsorumque subditos tam ratione exercitii Religionis eique annexorum, quàm bonorum Ecclesiasticorum non præcisè dictus 1. Januar. observetur, sed sufficiat subditos aliquâ etiam parte istius Anni 1624. exercitium Religionis à Domino diversæ habuisse, *d.art.* 5. §. *Placuit.* 33. & §. *Hoc tamen.* 30. Quapropter si subditi per totum Annum 1624. ejusdem cum Domino Religionis fuissent, ultimo autem die ejusdem Anni diversam exercuissent religionem, illos in hoc exercitio eique annexis, ut & possessione bonorum Ecclesiasticorum imperturbatos relinquendos aut perturbatus restituendos esse manifestè constat.

XXIII. 38. (23) Si igitur Landsassii, Vasalli & Subditi cujuscunque generis diversæ à Domino Religionis exercitium sive publicum sive privatum Anno 1624. habuerunt, illud etiam in posterum cum annexis, nempe Institutione Consiliorum (*Consistoriorum, legendum puto,*) ministeriorum ac scholarum, jure patronatûs aliisque juribus similibus citra ullam molestiam retineant, nec minus in possessione omnium præmemorato Anno 1624. in eatundem potestate constitutorum templorum, fundationum, monasteriorum, hospitalium cum omnibus pertinentiis, reditibus & accessionibus tranquillè maneant, turbati verò aut quocunque modo destituti sine ulla exceptione in eum, quo sæpè dicto Anno fuerunt, Statum plenariè restituantur, *d.art.* 5. §. *Hoc tamen.* 30. & *seq.*

39. (24) Pacta autem, Transactiones, conventiones aut Concessiones inter immediatos Imperii Status, eorumque Status provinciales & subditos praememoratos de publico vel privato Religionis exercitio introducendo, permittendo & conservando ante hac intercessae, eatenus firmae ac ratae maneant, quatenus praedictae observantiae Anni 1624. non adversantur, *d.art.* 5. §. *Pacta autem.* 32. XXIV.

40. (25) Subditi, qui nullâ Anni 1624. parte publicum vel privatum exercitium religionis habuerunt, nec non qui post pacem Osnabrugensem diversam à Domino territorii religionem amplectentur, patienter tolerentur, & conscientiâ liberâ domi devotioni suae sine inquisitione aut turbatione privatim vacare, in vicinia verò, ubi & quoties voluerint, publico Religionis exercitio interesse, vel liberos suos exteris suae Religionis Scholis aut privatis domi Praeceptoribus instituendos committere non prohibeantur, sed in caeteris officium suum cum debito obsequio & subjectione adimpleant, nullisque turbationibus ansam praebeant, *d.art.* 5. §. *Placuit.* 33. XXV.

41. (26) Subditis tam Evangelicis quàm Catholicis domicilium Religionis ergò alio transferre volentibus, emigrandi suaque bona alienandi (dummodò servilis conditionis ac debitae decimationis nomine pro cujuslibet loci consuetudine magistratui aequis legibus satisfaciant,) citra ipsorum existimationis fidelitatisve periculum libera potestas sit, *R.* 1555. §. Wo aber. 24. *d.art.* 5. §. *Quantum deinde.* 29. Subditos servilis conditionis abituros manumittendi vel non arbitrium Dominorum antiquitus erat, *praealleg.* §. 24. *in fin.* Hodiè illis neque manumissionis testimonia à Dominis deneganda, nec ullum impedimentum servitutis praetextu inferendum, *d.art.* 5. §. *conventum.* 36. *in fin.* XXVI.

42. (27) Emigrare tam volentibus quàm à Domino territorii jussis quoque liberum sit retentis bonis discedere, haecque per ministros (*Religioni Domini territorii tamen addictos ut puto,*) administrare, & quoties ratio postulat, ad res suas inspiciendas vel persequendas lites aut debita exigenda, liberè, & sine literis commeatûs adire. *d,art.* 5. §. *Quod si verò.* 35. XXVII.

43. (28) Jussis emigrare, & quidem illis, qui post Pacem Osnabrugensem religionem mutant, terminus non minor triennio, reliquis verò non minor quinquennio ad emigrandum praefigatur, nullique sive voluntariè sive coactè emigranti nativitatis, ingenuitatis, manumissionis, noti opificii, honestae vitae testimonia denegentur, aut iidem Reversalibus inusitatis vel decimationibus substantiae cum exportatae plus aequo extensis praegraventur, multò minus spontaneam suscipientibus emigrationem servitutis aut ullo praetextu impedimentum inferatur, *art.* 5. §. *Conventum.* 36. XXVIII.

44. Verùm suprà *num.* 40. *ex alleg.* §. 33. traditum, illos Subditos, qui nulla Anni 1624. parte exercitium publicum aut privatum habuerunt, seu post pacem Osnabrug. Religionem mutant, patienter tolerandos ac domi suae devotioni sine inquisitione aut turbatione privatim vacare non esse prohibendos. Cui videtur obstare, quòd in duobus num. proximè praeced. *ex alleg.* §. 35. & 36. dictum est, eosdem subditos ad emigrandum cogi posse. Ad hanc repugnantiam resolvendam *Conciliatio* §. 33. *cum* §. 35. & 36. *alleg. I.P.*

puto d.§.53. accipiendum esse de eo casu, quando Dominus suum Subditum retinere cupit, & tamen in Religione adversus illum inquirere aut eum turbare conatur, quæ inquisitio turbatioque per d.§.53. eo in casu prohibetur. Si quis verò emigrare jussus intra tempus præfixum non emigrat, ille memoriam inquisitionem ac turbationem pati vel ad Jussum Domini Territorii juxta alleg. §.35.& 36. emigrare tenetur.

XXIX. 45. (29) Quod terras diu oppignoratas seu reluitioni obnoxias ac propterea ad Dominum reluentem reversas attinet, in has illi Domino suæ Religionis exercitium publicè introducere liberum sit, Incolæ tamen & Subditi migrare aut suam Religionem, quam sub priori possessore amplexi fuerant, deserere non cogantur. De publico autem Religionis suæ exercitio inter ipsos & Dominum reluentem transigatur, *d.art.*5.§. *Quæ verò bona.* 26.

XXX. 46. (30) Cùm Domino territorii jus reformandi competat, *prout præced.num.* 36 *traditum*, illud Vasallo aut Subvasallo, nisi 1. Jan. 1624. in quieta istius juris possessione reali fuerit, minimè sit concessum, *d.art.*5. *A sola qualitate* 41.

XXXI. 47. (31) Territorii jure vel ante vel post terminum præfati Anni controverso, donec super possessorio & petitorio cognoscatur & decidatur, Possessori ejusdem Anni idem jus sit, quantum equidem ad publicum exercitium attinet. Subditi verò propter mutatam interim Religionem pendente territorii controversiâ migrare non cogantur. In iis locis, ubi Catholici & Evangelici Status jure Superioritatis ex æquo fruuntur, tam ratione publici Exercitii quàm aliarum rerum Religionem concernentium idem Status maneat, qui fuit Anno dieque suprà memoratis, *d.art.* 5.§. *Territorii jure* 42.

XXXII. 48. (32) Sola criminalis Jurisdictio, Centgericht / solumque jus gladii & retentionis, patronatûs, filialitatis neque conjunctim neque divisim jus reformandi tribuant. Quæ itaque hôc prætextu reformationes hucusque (*tam ante quàm post dictum annum*) irrepserunt, pactisve intrusa sunt, cassentur, gravati restituantur atque in posterum ab ejusmodi Reformationibus penitùs abstineatur, *d. art* 5. §. *sola criminalis* 43.

XXXIII. 49. (33) Inter Status Protestantes, *de quibus vide suprà n.* 13, de jure reformandi ita conventum est, ut si Dominus Territorii vel alicujus Ecclesiæ Patronus posthac ad alterius Sacra transierit, aut Ditionem, ubi alterius Sacra exercitio publico de præsenti vigent, sive jure successionis, sive vigore Tractatus Osnabrug. aliove quocunque titulo fuerit nactus aut recuperarit, ipsi quidem Concionatores Aulicos suæ Religionis citra Subditorum onus aut præjudicium secum atque in sua Residentia habere liceat, at fas ei non sit, vel publicum Religionis Exercitium, constitutiones Ecclesiasticas hactenus ibi receptas immutare, vel templa, scholas, hospitalia aut eò pertinentes reditus, pensiones, stipendia adimere suorumque Sacrorum hominibus applicare, vel juris territorialis, Episcopalis, Patronatûs aliove quocunque prætextu Subditis ministros alterius Religionis obtrudere, aut ullum aliud impedimentum directè vel indirectè alterius Sacris afferre, *I.P.art.*7.*pr.*

50. Et ut hæc conventio eò firmiùs observetur, liceat hoc mutationis casu ipsis

ipsis communitatibus præsentare, vel quæ præsentandi jus non habent, nominare idoneos Scholarum & Ecclesiarum Ministros à publico loci consistorio & ministerio, si ejusdem cum præsentantibus nominantibusve communitatibus sunt Religionis, vel hôc deficiente, eo loco quem ipsæ communitates elegerint examinandos & ordinandos, atque à Domino posteà sine recusatione confirmandos, *d. princ. vers. Et ut hæc.*

51. Si verò aliqua Communitas eveniente mutationis casu Domini sui Religionem amplexa petierit suo sumpto exercitium, cui Dominus addictus est, huic liberum sit sine reliquorum præjudicio ei communitati illud indulgere à Successoribus non auferendum. At Consistoriales, Sacrorum Visitatores, Professores Scholarum & Academiarum, Theologiæ ac Philosophiæ non nisi eidem Religioni addicti sint, quæ hoc tempore quolibet in loco recepta est, *d. art.* §. *fin.*

52. Sed quæritur, quid dicendum si Status Protestantium ad Catholicam, aut econtrà Catholicus ad illorum Religionem transierit, vel territorium, ubi diversa religio viget, nactus fuerit? Resp. Circa hos duos casus quidem nihil expressè dispositum reperitur, tamen in tribus proximè præced. num. tradita in illis obtinere, & neutro casu Subditos ad mutationem Religionis compelli posse puto.

53. (34) Nullus Status imperii alterum, ejusve Subditos ad suam Religionem adigat, eâve causâ abstrahat, aut contra magistratum in defensionem vel protectionem suscipiat, illisve ulla ratione patrocinetur, *R.* 1555. §. Es soll auch. 23. & *d. art.* 5. §. *Quantum deinde.* 29. Protectorem tamen assumendi juri quibusdam ab antiquo competenti per hoc nihil derogatum sit, *pracit.* §. Es soll auch. 23. XXXIV.

54. (35) Subditi sive Catholici sive Evangelici fuerint, nullibi ob Religionem despicatui habeantur, nec à mercatorum, opificum aut tribuum communione, hæreditatibus, legatis, hospitalibus, leprosoriis, eleemosynis, aliisve juribus aut Commerciis, multò minus publicis Cœmeteriis vel honore sepulturæ arceantur, nec quicquam pro exhibitione funeris exigatur, præter cujusque parochialis Ecclesiæ jura pro demortuis pendi solita, *d. art.* 5. §. *Sive autem.* 34. XXXV.

55. (36) Utriusque Religionis magistratus severè ac rigorosè prohibeat, ne quisquam publicè aut privatim concionando, docendo, disputando, scribendo, consulendo hanc pacem religiosam uspiam impugnet, dubiam faciat, vel assertiones contrarias inde deducere conetur, sed si quid dubii hinc aut aliunde incidat, de eo in Comitiis aliisve Imperii conventibus inter utriusque Religionis Proceres non nisi amicabili ratione transigatur, *d. art.* 5. §. *Utriusque Religionis* 49. Numero ex utriusque Religionis Proceribus æquato, *ibid.* §. *In conventibus.* 50. & *seq.* XXXVI.

56. (37) Nobiles immediatè Imperio subjecti unà cum subditis bonisque suis, feudalibus & allodialibus, nisi fortè in quibusdam locis ratione bonorum atque respectu territorii vel domicilii aliis Statibus Imperii subsint, vigore hujus pacis in juribus Religionem concernentibus & beneficiis inde promanantibus idem jus habeant, quod reliquis superioribus Statibus Imperii *scil. Electoribus, Principibus, &c.* competit, nec in iis sub quocunque prætexto impediantur aut turbentur. Turbati autem omnes omninò in integrum restituantur, *R.* 1555. §. XXXVII.

Und

Und in solchen.26. *J.P. art. 5. §. Libera & immediata.* 27. Eodem jure fruantur Communitates & Pagi immediati, *d.art. 5. §. Terminus à quo.* 2.

XXXVIII. 57. (38) Liberæ Imperii Civitates, prout omnes & singulæ sub appellatione Statuum Imperii non tantùm in hac pace Religionis, sed & aliàs ubique indubitatè continentur, ita etiam ex illarum numero eæ, in quibus unica duntaxat Religio Anno 1624. in usu fuit, tam ratione juris reformandi quàm aliorum casuum Religionem concernentium in territoriis suis & respectu subditorum non minus quàm intra muros & suburbia idem cum reliquis Statibus Imperii superioribus jus habeant, adeoque de his generaliter disposita, de illis quoque dicta & intellecta sint. Ante omnia verò illæ civitates imperiales, quæ sive uni sive utrique Religioni addictæ ab Anno 1624. propter Religionem vel bona Ecclesiastica, aut aliàs intuitu Religionis in Politicis quocunque modo aggravatæ sunt, in eum Statum, quô 1. Jan. dicti Anni fuerunt, plenissimè reponantur, inque eodem absque ulteriori turbatione conserventur, *d.art. 5. §. Libera imperii.* 28.

XXXIX. 58. (39) In quibus imperii Civitatibus utriusque Religionis exercitium Anno 1624. in publico usu fuit, in iis porrò maneat, earundemque cives & incolæ pacificè ac comiter invicem cohabitent. Neutri partium alteram de Religionis suæ exercitio, Ecclesiæ ritibus & cæremoniis deturbare fas sit, sed liberum suæ Religionis & bonorum usum, quemadmodum in hujus reali possessione præfato Anno fuere, ultrò citroque habeant, *alleg. §. 28. & R. 1555. §.* Nachdem aber. 27.

XL. 59. (40) Huic Paci Imperii Leges constitutionesque nihil detrahant, nec ulla declaratio aut derogatio adversus eam admittatur. Si contra fiat, nullius momenti sit, *R. 1555. §.* Und soll alles. 28. De Dubiis incidentibus in Comitiis amicabiter transigatur, *praced. num.* 55.

XLI. 60. (41) Hæc Pax, quæ diffidentiæ maximè perniciosæ tollendæ, Imperium Germanicum ab imminente interitu vindicandi sopiendorumque Religionum dissidiorum ergo inita, in omnibus suprà *num.* 12. *usque* 59. enarratis articulis usque ad amicabilem Religionum conciliationem sarta rectaque & inviolata servetur ac perpetuò duret, *R. 1555. §.* Und nachdem. 25. Atque circa eandem statuta tam in judiciis quàm alibi observentur, *d.art. 5. §.* 1. Sin verò, quod Deus prohibeat, de Religionum dissidiis amicabiliter conveniri haud possit, nihilominus pax illa sit perpetua & semper duratura, *d.art. 5. §. Bona Ecclesiastica.* 14.

Cæsaris & Statuum obligatio ad hanc Pacem servandam. 61. Id autem quò magis observaretur, Cæsarea Majestas pro se & suis Successoribus sub imperatoria dignitate, veracibus verbis ac sub pœna pacis publicæ pollicita est, neque ex plenitudine potestatis, nec ullo alio prætextu præmemoratis Articulis contraventuram, nec ut ab aliis fiat, situram esse, *R. 1555 §.* Solches und jedes. 29. Econtra Status Imperii pro se & suis Successoribus, hæredibusque sub honore principali ac dignitate, verbo veritatis, fidelitate, fide & sub pœna pacis publicæ, *de qua vid. tit. proximè seq. n.* 77. & *seqq.* eosdem Articulos in omnibus punctis rectos sartosque in æternum non minus servaturos esse promiserunt, *R. 1555. §.* Und wir die. 30. Quæ promissiones vim Juramenti obtinent, *Wehn. Thesaur. Practic. voc.* Bey Glauben und Treuen. Quicunque igitur huic Paci etiam

in minimo puncto dolosè contravenit, non solùm in pœnam modò dictam incidit, sed etiam perjurus est, atque justam Dei, qui cordium Scrutator, vindictam si in hac vita, tamen in ultimo Judicio minimè evasurus.

62. Præterea Imperator & Status se mutuò obligârunt, quòd sibi invicem nullo prætextu de facto clam palamve per se vel per alios vim inferre, armis invadere, molestare aut offendere: Neque contra hanc Pacem committentibus fraudemque facientibus adjumento esse, nec eis consilio subvenire, sed vi dolove petitis ultrò suam opem præstare velint, *R.* 1555. §. ferner verpflichten. 31.

63. Atque hæc sunt capita seu articuli sæpissimè laudatæ Pacis Religiosæ, quibus enarratis, ipsa Actio inde oriens jam delibanda venit. Oritur autem Actio fractæ seu violatæ Pacis religiosæ, quoties quis contra illam Pacem in aliquo capite aut puncto suprà memorato intuitu Religionis in Imperio permissæ, *v. praced. n.* 12. turbatur. Qualis turbatio est unicum essentiale & necessarium Requisitum istius Actionis, quo deficiente, deficit ista Actio. *Actionis super violatione hujus pacis Requisitum unicum est.*

64. In Supplicationibus tamen in Camera exhibendis clausulam: *Turbationem intuitu Religionis esse factam*, disertè apponi necesse non est, sed sufficit, si ex facti narratione rerumque circumstantiis vel verbis æquipollentibus ea qualitas colligi queat, *Gail.* 1. *O.* 2. *n.* 1. Atque Judici clarè constet, supplicantem super hac qualitate se fundare velle, *Gylm. T.* 1. *part.* 1. *pag.* 260. *n.* 5. ut putà, si narretur, turbationem fieri in persona supplicantis ejusve bonis contra constitutionem Religionis, quia ad fundandam jurisdictionem Judicis sufficit allegare qualitatem tribuentem jurisdictionem. *Gail. ibid.* Qui verò in Supplica exponit turbationem factam contra constitutionem Religionis, allegat utique qualitatem jurisdictionis Cameræ fundantem, quæ est ipsa Constitutio, *vigore R.* 1555. §. Wir befehlen. 32. Et turbatio eo ipso censetur esse facta intuitu Religionis, quando fit contra sæpè allegatam Constitutionem, *Gail.* 1. *O.* 2. *n.* 2. Imò licèt præfata Clausula nuncupatim adjiceretur, Judici tamen ex circumstantiis rei narratæ id verisimiliter non liqueret, eum ad aliquid decernendum non astringi statuit Gylm. *l. pag.* 260. *n.* 2. *Quod Requisitum etiam verbis æquipollentibus in Supplica sufficit deduci.*

65. Illa autem Actio competit omnibus prædicto modo contra pacem religiosam turbatis, non distincto, utrùm ii mediatè an immediatè Imperio subsint. Quia uti ex suprà traditis manifestè constat, non solùm tum status Imperii, tum Nobiles, communitates & pagi immediati, sed etiam omnium horum subditi istius pacis participes sunt, inque eo statu, quo Anno 1624. fuêre, relinqui & nequidem à proprio magistratu turbari debent. Imò prætereà in *R.* 1654. §. Wir setzen und ordnen. 193. expressè sancitum, quòd subditis à suo magistratu contra Pacem Osnabrug. intuitu religionis turbatis Mandata inhibitoria impetrare liceat. *Quibus Actio super violata Pace religiosa competat.*

66. Antiquitùs quidem inter Assessores Cameræ valde controversum fuit, an subditis contra suos Magistratus super hac Constitutione Processus decerni deberent, uti videre licet apud Gylm. *tom.* 1. *part.* 1. *pag.* 165. *usque* 177. *item pag.* 262. *n.* 23. *& seqq.* Tandem tamen per majora placuit, Processus decernere,

 quem-

quemadmodum patet ex tribus Præjudiciis de 23. Septembr. 1595. 8. Febr. & 18. Mart. 1597. annotatis à Gylm. *d. part.* 1. *pag.* 179. & 3. *seqq.*

67. Immediatis autem Imperii membris competit illa actio non tantùm si ipsi sed quoque si ipsorum Subditi intuitu Religionis turbentur. Idque nihil dubii habet, quoniam veluti præced. n. 14. & 15. traditum, Status inter se convenerunt etiam de alterius Subditis in Religione non turbandis, idque sub pœna fractæ pacis, ergo horum nomine illis super fracta pace agere licet, *docente praxi.*

68. Num autem in hoc casu Subditi alterum magistratum ipsos in religione turbantem proprio nomine convenire queant, forsan dubitari posset, nam de eo casu in pace religiosa nihil dispositum reperitur. Putat quidem Mindan. *de Processf. cap.* 28. *n.* 6. illos suo nomine directò agere non posse, sed priùs suos Dominos instantissimè rogandos, ut ipsos defendant. Quod si Domini hoc facere negligant, per viam denegatæ Justitiæ ad Cameram eundum esse. Verùm cùm in Pace prophana etiam quivis mediatus proprio nomine adversus violatorem ad pœnam istius pacis agere possit, *tit. proximè seq. n.* 52. nullam rationem video quare non etiam in Pace Religiosa, cui eadem pœna constituta est, idem queat.

69. Porro nihil interest, utrùm turbans uni Religionum in Imperio permissarum, an verò prohibitis Sectis adhæreat, modò turbatus unam ex permissis Religionibus foveat, ob eamque læsus sit, nam istum solum hic considerari oportet.

70. Ultimò quanquam Reformati Evangelicis annumerati sint, & contra Catholicos eodem jure fruantur, *præced. n.* 12. Cùm tamen quædam controversiæ Religionis inter illos versantur, quæ hactenus non fuerunt compositæ, sed ulteriori compositioni reservatæ sunt, *I. P. art.* 7. *princ. vers. Quoniam verò.* à se invicem intuitu Religionis turbati, etiam super hac pace agere possunt, *attestante experientia.*

Eadem Actio quibus non competat.

71. Dicta autem Actio non competit, si turbans & turbatus ejusdem sint Religionis, *Gylm. voc. Mandata super Constit. Relig.* §. *Quando turbans.* Quoniam ista turbatio non potest dici, quòd facta sit intuitu Religionis, sed magis respectu alicujus juris in re ecclesiastica facta censetur, quapropter petiti Processus denegari solent.

72. Deinde nec competit, si turbatus prohibitis sectis adhæreat, quandoquidem iste pacis religiosæ minimè capax est, *præced. num.* 12. Quamobrem ipsi super hac constitutione nulli Processus decernendi, sed potiùs aliis pœnis afficiendus est, tanquam sectam in Imperio prohibitam fovens.

Adversus quos hæc actio competat.

73. Eadem Actio competit adversus omnes Rom. Imperii Subditos tam mediatos quàm immediatos, sive Religioni in Pace religiosa permissæ sive prohibitis Sectis adhærescant. Nam hæc pax omnes Imperii Subditos, sive istius Imperii Status sint, sive non, obligat, *I. P. art. ult.* §. *pro majori.* 2. *junct. art.* 5. *eod.* Eique Paci contravenientes pœnam pacis publicæ ipso jure & facto incurrunt & contra eosdem juxta constitutiones Imperii proceditur, *d. art. ult.* §. *Qui verò* 4.

74.

74. Sæpè dicta Actio datur ad pœnam fractæ pacis prophanæ seu publicæ, *alleg.* §. 4. & *R.* 1555. §. Und damit solches 15. *cum seq.* Illa pœna autem est Bannum Imperiale, vel pœna pecuniaria 100. seu 200. Marc. aur. pur. vel de-ue pœna juris communis de vi publica. *tit. proximè seq. n.* 76. & 77. Præterea ıs & turbatus agere potest ad restitutionem bonorum ablatorum, refusionem ıni illati, ad cassandum, inhibendum, item ad non offendendum, ampliùs ɔandum, molestandum, &c. *uti latiùs demonstrabitur tit proximè seq. n.* 198. *eq.* — *Ad quid competat seu detur.*

75. Ubi notandum, si læsus ad præfatas pœnas agere intendit, quòd tunc ci-o ad videndum se declarari in illas pœnas sit impetranda, in cæteris verò casi-per Mandata procedi debeat. Quæ citatio & Mandata nonnunquam sepa-m, nonnunquam conjunctim petuntur impetranturque, *uti videre licet apud m. d. part.* 1. *pag.* 177. & *multis seqq.* Utroque tamen casu illa Mandata C. C. ernenda sunt, *C. p.* 2. *tit.* 25. §. 11. & 12. Ad hoc solummodò procedit, si ıad impetranda ejusmodi Mandata supplicetur super constitutione hujus pacis. n si quis sua Narrata super 4. Casibus, *de quibus infra tit.* 34. *num.* 69. & 4. *ı.* qualificare possit, petita Mandata etiam sine clausula decernuntur, *alleg. tit.* §. 13. *Add. Supplicat. Camer. tit.* 2. *num.* 1. & 2. *Nec non tit. proximè seq.* 7. 200. *usque* 205. — *Remedia, quibus sæpè d. Actio prosequenda veniat.*

76. Circa Judicem, coram quo Actio pacis religiosæ instituenda, distinguen-n puto, quemadmodum tit. proximè seq. n. 120. distinguitur in pace pro-na. Siquidem velut ibi, ita quoque hìc sola qualitas causæ forum fundat, *vid. ced. n.* 63. Si igitur v. g. una Civitas municipalis alteram civitatem municipa-contra hanc Pacem intuitu Religionis turbat, in turbatæ libero arbitrio erit ım turbantem in Camera, an coram Ordinario convenire velit. — *Coram quo Judice instituenda sit.*

77. Errant igitur Mindan. *de Proceß. cap.* 28. *num.* 4. ejusque consectanei, ndo statuunt, ut in Camera super Pace religiosa agi queat, necessariò requiri ıedietatem utriusque Partis. Nam etiam tempore Mindani Subditis contra s Dominos Processus super hac pace decretos esse ostendunt Præjudicia præ-. n. 66. annotata. Illudque minus dubii hodie habere constat ex præced. n. 65. ıper non plus hìc quàm in Pace prophana immedietatem tam ratione Actoris m Rei ad fundandam Jurisdictionem Cameræ requiri, itidem demonstratum ced. n. 76. Imò si quis ad Bannum Imperiale agere velit adversus violatorem is religiosæ, tunc istud, sive hie sit mediatus, sive immediatus, fieri oportet vel Camera, vel in Aula Cæsarea, quoniam nemo alius in illud declarandi potesta-habet, *suprà tit.* 25. *n.* 28. *usque* 41. — *Mindanus refutatur.*

78. Sed cùm in R. 1654. §. Wir setzen und ordnen 193. sancitum, quòd con-ransactionem Osnabrug. in Religione gravato Mandata inhibitoria decer-da sint, proinde quæritur, anne Citationes ad vid. se declar. in Bannum Im-ale sublatæ? Negatur, quia non statim ideo, quòd in citat. §. 193. duntaxat ıdatorum fiat mentio Citationes illæ excluduntur. Nam si hoc, etiam reliqua ıia mandata excluderentur, quoniam ibi solummodò Inhibitoriorum mentio facta — *Citationes ad vid. se declar. in pœnam pacis rel. leg. per R.* 1654 §. 193. *hodie non sublatæ.*

facta, cui tamen quotidiana Praxis refragatur. Sic in causa Oenhausen contra Paderborn/ 17. Febr. 1660. Mandatum inhibitorium s. Cassatorium & restitutorium verò C. C. decretum fuit. *Vid. Supplic. Cameral. tit. 2. num. 2.*

79. Deinceps vigore illius Transactionis Osnabrug. & Pacis religiosæ in ea ratihabitæ, *v. I. P. art.* 5. §. 1. hujus utriusque violator incidit in pœnas pacis publicæ, inter quas præcipua est Bannum imperiale, *praced. n.* 74. Illa autem Transactio in alleg. R. 1654. §. Solchem nach. 6. confirmata legitur. Ex quibus manifestum est, adhuc hodie citationes ad videndum se declarari in Bannum Imperii super Constitutione Religionis impetrari posse.

Idque ne quidem quoad subditos contra proprium magistratum agentes.

80. Atque hoc etiam obtinere puto, si Subditi seu Cives à suis Dominis contra constitutionem Religionis graventur, quia alleg. text. indistinctè loquuntur. Imò jam olim 23. Septemb. 1595. quendam Nobilem, qui Electori Coloniensi subjectus erat, ejusmodi citationem adversus prælaudatum Electorem ceu suum Dominum impetrâsse reperio apud Gylm. *d. part.* 1. *pag.* 180.

Assessorū Officium in decidendis causis hujus pacis.

81. Quòd si contra Pacem religiosam turbati Cameram pro administranda justitia implorent, Assessores tanquam fideles Sacerdotes Justitiæ implorantibus legitimas ac necessarias suppetias ferant, jus quomodo sæpè allegatæ paci & constitutionibus imperii conforme ipsis visum fuerit, celeriter æqualiterque omnibus sub fide juramenti reddant, *R.* 1555. §. Wir befehlen 32. *C. p.* 2. *t.* 10. §. *ult. R.* 1654. §. mehrermeldter. 157. *Transact. Passav.* §. *Omne autem*, 15. *cum seq.* & §. *Ac quæcunque.* 43. Nec in causa, quâ inter ipsos non convenit, ex odio aut favore suum Votum ad unam alteramve partem inclinent. Alterutrum an factum, quò animadverti queat, Assessores sui Voti Motivas in Scriptis exhibeant, atque deprehenso, quòd quis non ex justitia sed ex affectu judicaverit, iste litem fecerit suam, Syndicatuique subjaceat, *prealleg.* §. 157. Existente autem Votorum paritate res ad Visitatores, atque hinc ad Cæsarem deferatur, quò in Comitiis debito modo deliberetur ac decidatur, *C. p.* 1. *t.* 22. §. *ult.*

Processus in causa pacis religiosæ.

82. Circa Processum in hac Pace coram Judice Camerali instituendum specialiter notanda coincidunt cum illis, quæ in Pace prophana tradentur tit. proximè seq. *n.* 131. & *seqq.*

Constitutioni super pace relig. Remedia affinia.

83. Postremò & hoc addendum, quòd turbatus contrà sæpissimè laudatam Pacem Religionis habeat etiam alia remedia nempe supplicandi auff die Pfandung/ Arrest oder Land-Frieden. Nam Religion-Friede/ Land-Friede/ Pfandung und Arrest sunt remedia concurrentia, ita ut pro qualitate facti unum ex illis supplicans eligere possit, *Gylm. voc.* Religion-Friede. §. *An turbatur.* & §. *Ita mandata. ubi Prajudicia & rationes affert.* Quanquam à nonnullis Assessoribus contradictum esse reperiatur *apud Eund. tom.* 1. *part.* 1. *pag.* 284. & 3. *seqq.*

84. Formulas supplicandi super turbata vel fracta Pace religiosa habes in Supplicat. Cameral. *tit.* 2.

TIT.

TIT. XXIX.
DE
PACE PROPHANA, vulgò PUBLICA,
Item Land-Fried nominata.

1. Circa hanc Pacem primò considerand venit ejus origo, quam à Maximiliano I. accepit. Nam cùm ille ad Imperatoriam Majestatem evectus administrationem Rom. Imperii aggressus, è vestigio perspiceret perpetuas invasiones in Christianos longo tempore continuatas, per quas multa Christiana Regna in impiorum potestatem redacta, & ex quibus non solùmmodò Imperium Rom. sed quoque tota Christianeitas valde diminueretur, detruncaretur ac dilaceraretur, non rarò cum multarum Animarum perditione, Landfr. 1495. *in Præfat.* Recordatus est Imperialem decere solertiam ita Reipubl. curam gerere ac subditorum commoda investigare, ut Regni utilitas incorrupta persistat, & singulorum status jugiter servetur illæsus, 2. *F.* 55. *pr.* Nec ulli magis, quàm Imperatori convenire, salutem Reipubl. tueri, *l.* 3. *pr. de Offic. Præf. vigil.* *Origo Pacis publicæ*

2. Hinc prælaudatissimus Maximilianus in initio suæ administrationis confestim de commoda Rom. Imperii tuitione, & quomodo illiusmodi invasionibus aliisque malis occurri posset, deliberans existimavit hoc nullâ meliori viâ posse obtineri, quàm si omnia intestina bella præliaque in communem pacem publicam transformarentur, quapropter communicato cum Statibus Imperii consilio Constitutionem Pacis publicè confici aut promulgari curavit, *alleg. Præfat. in fin.* idque per vim contractûs, Landfr. 1500. *Præfat. in fin.* *Constitutionem super Pace publica Maximiliani I. A. 1459. promulgavit.*

3. Cùm autem omnis constitutio frustrà promulgetur, nisi etiam perpetua conservatione confirmetur, constitutionem pacis publ. cunctis servandam serió mandavit, Handhab. Landfr. 1495. *Præfat.* Omniaque bella, invasiones, spoliationes atque inprimis diffidationes in A. B. tit. 17. ac Reformat. Friderici III. de Anno 1442. art. 2. & 3. certo modo permissas sustulit, Landfr. 1495. *art.* 1. & 2. *Eodem Anno confirmavit. Et seqq.*

4. Hanc Pacem, seu Pacis constitutionem idem Maximilianus in sequentibus Comitiis ulteriùs declaravit, *vid.* Erklärung. Landfr. *de Anno* 1500. eamque confirmavit, *R.* 1512. §. Wir sollen und wollen. 3. & 5. Und ob jemands. 8. *cum duob. seqq.* *Annis ulteriùs declaravit.*

5. Carolus V. vestigiis Maximiliani I. insistens eandem Pacem repetivit multaque in articulis auxit, *vid.* Landfr. *de Anno* 1521. auctamque renovavit, *vid.* Erklärung. Landfr. *de Anno* 1522. & sub incudem revocavit, *vid.* Landfr. *de Anno* 1548. atque tandem confirmavit, in *R.* 1551. §. Als wir dan weiter. 14. & *seq.* *Eandem Carolus V. aliquoties auxit & confirmavit.*

6. Carolum V. secutus est Ferdinandus I. in *R.* 1555. §. Und damit jetzt. 33. *usque* 104. *R.* 1557. §. Als auff gedachten. 69. & 2. *seqq. R.* 1559. §. Ferner haben wir. 19. *usque* 38. Item Maximilianus II. in *R.* 1566. §. Neben Erledigung. 7. *usque* 34. *R.* 1570. §. Weiters als auch. 17. *usque* 24. *R.* 1576. §. Zum andern. 34. *usque* *Carolum V. alii Imperatores secuti sunt*

usque 52. Ac postremò Rudolphus II. in R. 1594. §. Nach erledigtem. 25. *usq*; 50.

Requisita hujus constitutionis unde addiscenda.

7. Ex quibus omnibus allegatis Constitutionibus Pacis publicæ, Recessibus Imperii & aliunde moderna Requisita Constitutionis super ea Pace sunt addiscenda. Cùm autem illa hinc inde valde sparsim habeantur, in gratiam Lectoris hìc ea in methodicam congeriem cumulabo inchoans à recensione capitulorum istius constitutionis, præmissâ tamen Definitione Pacis publibæ.

Pacis publica definitio.

8. Pax publica (*prophana*) est conventio unanimi Imperatoris & Statuum de sibi invicem vim publicam dolosè non inferendo, sed inferendam aut illatam fideliter removendo consensu inita.

Pacis publica præcipui articuli sunt:

9. Ejus præcipui Articuli seu Capitula sunt sequentia, nempe (1.) omnes Diffidationes per totum Rom. Imperium sublatæ & abrogatæ sint, Landfr. 1548. *Art.* 1.

10. Nomen *Diffidatio* autem descendit à verbo Gallico *Defier*, seu potiùs Italico *Sfidare*, quorum utrumque significat ad certamen provocare, Außfordern.

I.

Nomen Diffidatio unde descendat & quid significet.

Diffidare verò hìc nihil aliud denotat quàm bellum & extremas inimicitias alicui denunciare, befehden/ absagen. Atque sic Diffidatio est belli & extremæ ad bona, vitam, corpus & sanguinem persecutionis denunciatio, *Mindan. de Processʃ. cap.* 25. *n.* 2.

Diffidationes in Imperio prohibita.

11. Et quamvis tam per Carolum IV. in A. B. tit. 17. quàm Fridericum III. in R. 1442. art. 1. eorumque Prædecessores ex justis causis diffidationes, atque his legitimè intimatis invasiones post triduum permissæ fuerint, cùm tamen illæ variis bellis, rapinis ac conspirationibus ansam præberent, pacemque publicam turbarent, per Maximilianum I. im Landfr. 1495. *art.* 2. & Carolum V. im Landfr. 1521. & 1548. *art.* 1. omninò sublatæ ac prohibitæ sunt, & quidem sub pœna pacis publicæ, *præalleg. art.* 2. & *seqq. Add.* Peinl. Halsgerichts-Ordn. *art.* 129.

Diffidatio ante impetrationem Processuū aliquo documento probanda.

12. Citatio autem ex hoc capite ad nuda Narrata non decernitur, sed diffidatio quodam documento ante omnia probari debet, *Tennag. de decern. Processʃ. class.* 1. *cap.* 6. *n.* 1. Idque secundùm requisita L. Diffamari, *Gylm. voc. Pax publica.* §. *Diffidatores.* Ne ex facili & quavis narratione Camera multitudine Processuum & Partes inutilibus sumptib. prægraventur, *Gylm. tom.* 1. *part.* 1. *p.* 49. *n.* 12.

Literarū diffidatoriarum scriptores eâdem pæna cum Diffidante plecti debent.

13. Denique Diffidatio tantum crimen reputatum est, ut etiam illos, qui literas diffidationis (Fehd- und Absags-Brieffe) scribunt, eâdem pœnâ cum Diffidante plecti debere sancitum sit, *R.* 1594. §. Dergleichen und dieweil. 41.

14. (2.) Nemo cujuscunque dignitatis, Statûs aut conditionis sit, ulla ex causa ullove prætextu alteri bellum denunciet inferatve, eum spoliet, capiat, invadat, obsideat, sive ullam prohibitam conspirationem aut fœdus contra eundem pangat, Landfr. 1548. *Præfat.* §. 1. *vers.* Erneuren.

15. (3.) Nullus alterum possessione sua, ut putà arce, oppido, pago, sacrâ
II. æde, monasterio, sacello, reditibus, pensionibus, decimis, immobilibus mobili-
III. busque bonis, Regalibus, Jurisdictione, Judiciis, merò ac mixto Imperio, spiritualibus sæcularibusque teloniis, fluminibus, pascuis ac aliis quibuscunque juribus, nullo excepto, armatâ manu factoque violento dolosè privet, *alleg.* §. 1. *vers.* Daß auch keiner.

16. (4.)

16. (4.) Nemo alteri suos subditos abstrahat, aut ad inobedientiam adversus suos Dominos concitet, sive illos inscio atque invito magistratu contra morem Majorum in patrocinium clientelamve suscipiat, *d. §. 1. vers.* noch seine Unterthanen. IV.

17. (5.) Quilibet alienos subditos, clericos atque laicos per sua territoria liberè, tutò & impeditè commeare ac migrare sinat, nec ullatenus permittat, à suis illorum honori ac libertati contra jus violenter derogari, vim inferri, offendi ulleve modo prægravari, *d. §. 1. in fin. vers.* Sondern soll ein jeder. V.

18. (6.) Nemo ei, qui in debito loco jure æquo usurus est, victualia, commercia, pensiones, reditus & obventus intercludat, detineatve, *R.* 1555. §. Setzen demnach. 14. Ad impetrandos autem Processus super hoc articulo, victualium denegatio aliqualiter probanda, nec enim sufficit nuda narratio, Imò insuper narrandum & utcunque verificandum, daß die Victualien frevent. und fürsetzlich gesperret. Potest enim aliquando justa causa denegandi subesse, *Gylm. voc. Pax publica. §. Denegatio. Et tom. 1. part. 1. pag.* 50. *num.* 12. *in fin.* Ne vel ipse denegans egeat, vel ejus subditi necessariis alimentis destituantur, *Gylm. d. pag.* 50. *n.* 13. VI.

19. (7.) Quivis Status Imperii milites vagos, qui nullum Dominum indicare possunt, atque in suo territorio commorantur, omni adhibitâ diligentiâ reprimat, ac dissipet, Landfr. 1548. *art.* von dem Herrnlosen. 24. *C. p.* 2. *t.* 16. Sin verò ille Status id efficere non potis sit, vicinorum Statuum auxilium imploret, qui ei sub Cæsarea atque Imperii gravi indignatione, & insuper sub 40. Marc. aur. pur. assistere tenentur. Adversus renuentes nihilominus Statui, qui auxilium petiit, ad refusionem damnorum ipsi suisque subditis illatorum in Camera Imperiali agere liceat, *præcit. art.* 24. VII.

20. (8.) Nemo subditos, qui ob delicta à suis Dominis profugiunt, quò jus justitiamque evitent, aut aliàs suis Dominis eorumque subditis iniquè minantur, & in sua prætensa causa æquo jure contenti esse nolunt, foveat, hospitio recipiat, aut salvum conductum præstet, cæteroquin ille cum ejusmodi subditis pro Pacifrago habeatur, Landfr. 1548. *art.* Friedbrecher. 16. §. Und nachdem. *pen. & ult. C. p.* 2. *t.* 15. VIII.

21. (9.) Nemo Pacifragis per se vel per alios inserviat, consilio opeve adsit, ullam arcem, oppidum, munitionem, pagos, villas curtesve expugnet, aut contra alterius voluntatem vi & facto dolosè occupet, incendio seu alio modo deteriora reddat, aut ad ea perpetranda auxilium præstet, Landfr. 1548. *Præfat. §. ult. & art.* von auffgerichtem. *6. princ. R.* 1555. §. Setzen demnach. 14. Nec excusatur, qui pacifragis jure amicitiæ aut familiaritatis einen Gesellendienst præstat, quoniam amicitia non excusat peccatum, *Gail.* 1. *P. P. cap.* 1. *n.* 46. IX.

22. Auxilium verò & opem præstare videtur & ille, qui armatus alteri assistit, etsi manus non admoveat, sed ob ejus præsentiam insultatus timidior, aggressor autem alacrior animosiorque redderetur, *Gail.* 1. *de P. P. cap.* 1. *num.* 44. Item præstatur auxilium acclamando contra illum, qui offenditur, *ibid. n.* 45.

23.

X.

23. (10.) Nullus ſcienter aut dolo malo Pacifragos hoſpitio recipiat, tectum menſamve præbeat vel toleret, *texx. alleg. praced. n.* 21. licèt aliàs privilegium Bannitos recipiendi ac protegendi forſan habeat, Landfr. 1548. *art.* Auffhebung. 27. Cùm enim violatores pacis publicæ ac Banniti pro hoſtibus Imperii habeantur, gravis pœna pacis publicæ meritò etiam in illum ſtatuta, qui hoſtes Imperii domo menſave recipit ac fovet, *Gail.* 2 *de P. P. cap.* 10. *n.* 4.

Receptator Pacifragi non ſolùm Banno ſed etiam aliis pœnis plecti poteſt, contra Gailium.

24. Ubi obiter notari poteſt Gail. *dict. cap.* 10. *n.* 3. & 4. parum accuratè loqui, quando dicit contra Receptatores bannitorum Imperii citationes ad vid. ſe incid. in pœnas banni ideo decerni, quia Receptatores non minùs criminoſi quàm ipſi Aggreſſores ſint, & Conſtitutio fractæ pacis ſub pœna banni recipere bannitos prohibeat. Nam primò contra ipſos aggreſſores non ſolùm pœna banni, ſed & pœna pecuniaria 100. ſeu 2009. marc. aur. pur. & pœnæ juris communis ſtatutæ ſunt, *infrà n.* 76. Ergo Receptatores, qui æquè criminoſi, etiam iiſdem pœnis ſubjacebunt. Deinde nullibi in Conſtitutione Pacis publicæ receptio Bannitorum & Pacifragorum ſpecialiter ſub pœna banni, ſed ſimpliciter prohibetur, *uti manifeſtum eſt ex pracit. texx.* Atque poſtea dicitur, illum, qui jam allegatæ conſtitutioni in uno alterove puncto contravenerit, incidere non ſolummodò in pœnam banni, ſed quoque in præmemoratam pœnam pecuniariam & pœnas juris communis, *vid. texx. alleg. infrà n.* 76. Atque ad omnes has pœnas vel conjunctim vel diviſim contra Pacifragos agi poteſt, *infrà n.* 108. Ergo etiam adverſus horum receptatores eodem modo agi poſſe nullus dubito. Ex his quoque patet futilitas diſtinctionis Miud. *de Proceſſ. cap.* 26. *n.* 3. quando ſcribit, quòd contra Pacifragos ſupplicetur pro citatione auff den Landfrieden. Contra Receptatores verò pro citatione ad vid. ſe incid. in pœnas banni.

Rejicitur diſtinctio Mindani.

Pacifragi auxiliator iiſdem pœnis punitur.

25. Eâdem Receptatorum pœnâ quoque tenetur ille, qui Bannito pecuniam, commeatum, annonam, armave ſuppeditat, aut pro illo fidejubet, *Gail. d. cap.* 10. *n.* 36. Quò faciunt verba: Den Beſchädigern kein Hülff / Beyſtand / Fürſchub / Unter- oder Durchſchleyff noch andere Vergünſtigung geben / thun oder geſtatten / allegata in Landfr. 1548. *Præfat.* §. *ult.* & *art.* 6. *princ.* Item R. 1555. §. Setzen demnach. 14. Quatenus parentes, liberi, conjuges & reliqui Agnati ſuos liberos, parentes, conjuges & agnatos bannitos receptantes hac pœnâ teneantur, pulchrè tractat Gail. 2. *de P. P, cap.* 10. *per tot.*

Atque hac obtinent ſive Pacifragus talis per ſententiam declaratus ſive nondum declaratus ſit.

26. Atque hæc procedunt non ſolùm in Pacifrago, qui talis per ſententiam declaratus, ſed etiam in eo, qui nondum declaratus eſt, *per praalleg. texx.* Qui ſimpliciter Pacifragi mentionem faciunt, non diſtinguentes utrùm ille talis declaratus ſit necne. Deinde hoc confirmat Landfried. 1522. *art.* So der Krayß. 20. & Landfried. 1548. *art.* Von den Aechtern. 21. *C. p.* 2. *tit.* 13. Ubi tam in illos, qui Pacifragum bannitum, quàm illos, qui Pacifragum nondum bannitum recipiunt, aliove modo adjuvant, eadem pœna expreſsè ſtatuitur. Huic obſtat, quòd violator pacis publicæ, licèt maximè ſit notorius, pro Pacifrago non habeatur, antequam talis per ſententiam declaratus ſit, *infrà n.* 135. Verùm Reſp. hoc tantummodò verum quoad liberam bonorum ſuorum adminiſtrationem, quam

Paci-

Pacifragus tamdiu retinet, *Gail. 1. de P. P. cap. 19. n. 1.* Atque factâ declaratione demum illius bona omnium direptioni impuni exponuntur, *per text. express. C. p. 2. t. 10. §. 2.* Licèt ipse pacifragio perpetrato statim ipso jure in bannum Imperiale, quod præter cæteras pœnas quoque amissionem omnium bonorum sub se comprehendit, *infrà n. 78. cum 4. seqq. & n. 190.* incidat, *infrà n. 72.* Tamen cùm & aliàs pœna ipso jure imposita executionem seu effectum suum habere non possit, nisi insequatur sententia declaratoria, *Gail 2. de P. P. cap. 3. n. 9.* Ita quoque Pacifragus pro tali quoad amissionem bonorum, eorundemque administrationem ante sententiam declaratoriam non habendus, *Gail. d. cap 3. n. 1.*

27. Prædicta tamen quoad Pacifragum nondum bannitum sub hac limitatione procedunt, si videl. notorium sit, illum Pacifragum commisisse, idque receptator sciverit, *arg. d. art 20. verb.* Erklärte Aechter oder wissendliche Fried-brecher. *Gylm. tom. 1. part. 1. pag. 49. n. 11.* Proinde in Supplicatione expressè narrandum, quòd crimen fuerit notorium, & receptator sciverit, illud esse commissum ab his, quos recepit. Nam si in Supplicatione de auditu vel rumore solo tale quid deducatur, *id est, si Supplicans narret, quòd solummodò audiverit, illud crimen esse commissum à recepto, vel quòd solummodò audiverit, atque sic non certò sciat, receptatorem notorium Pacifragum recepisse*, Processus denegandi sunt, *Gylm. d. pag. 49. n. 10.* Nim. Citatio ad vid. se incid. in pœn. fract. pac. Nam posteriori casu adversus Receptatorem citatio ad se purgand. impetrari debet, Landfr. 1548. *art.* wie gegen. 14. *pr. C. p. 2. t. 11. pr.* Priori autem casu adversus eundem nulla actio intendi potest, quia illum, qui ex rumore vel legitimis indiciis duntaxat de pacifragio suspectus est, absque ulla pœna recipere licet, donec probato pacifragio in bannum declaratur, *d. art. 14. §* Und wer. 2. *& d. t. 11. §. 6.* *Modo talis notoriè existat.*

28. Atque hactenus tradita intelligenda sunt de Receptatoribus Pacifragorum & ob pacifragium bannitorum. Sed cùm non tantummodò ob fractam pacem, sed etiam ob alias plures causas in bannum quis incidat ac declarari possit, *infrà n. 67. & seqq.* quæritur, an ejusmodi bannitum recipiens iisdem pœnis subjectus sit, quibus subjacet pacifragum recipiens? Negatur, nam recipiens non majori aut pluribus pœnis affici potest, quàm ipse receptus bannitus afficitur. Sed banito ob alias causas excepto pacifragio, præter bannum nulla alia pœna infligitur, ergo nec istius receptatori infligenda est. Pacifragus autem præter bannum plectitur pœna pecuniaria 100. seu 200. Marcar. aur. pur. ac insuper pœnis juris communis. Ergo etiam ejus receptator, *per tradita praeced. n. 24. & expressum textum* Landfr. 1548. *art.* von den Aechtern. 21. *O. C. part. 2. tit. 12. verb.* Acht und andere Peen wider die Friedbrecher gesetzt. *C. p. 2. t. 13. ubi pro verb.* Acht oder andere/ legendum: Acht und andere. In causa Sievers contra Wülffen ob contumaciam bannitos defendens Procurator carcere & mutatione stationis punitos, Nuncius Cameræ verò illos domo recipiens ab officio remotus est, *Sent. Cam. num. 427. in fin.* *Banniton ob alia delicta recipientes, eadem pœnâ, quâ ipsi Banniti afficiuntur.*

29. (11.) Si quis alterius pacifragos offensores cognoverit, ipsive innotuerint, seu in flagrante facinore imploratus fuerit, læso auxilium ferat, liberet ac tuea- XI.

tueatur, offensores festinanter insequatur, atque si hos comprehendere queat, adversus eosdem incontinenti severè procedat, & sic agat, quasi res ipsius propria esset, Landfr. 1548. *art.* von auffgericht tem. 6. *pr.* Ad quod diligenter observandum, quivis suos officiales ac subditos juramento etiam astringat, *d. art. 6.* §. 1.

XII. 30. (12.) Quod si in flagrante ac patrato facinore nihil effectum esset, aut effici potuisset, sed facinorosi eorumque auxiliatores in Bannum Imperii essent denunciati, requisitus Status Bannum sine ulla recusatione adversum denunciatos exequatur, *d. art. 6. §. fin.*

XIII. 31. (13.) Læso suisque conjunctis & auxiliatoribus contra pacifragos, eorum asseclas ac receptatores sua defensio, persecutioque in recenti Facto, aut quando amicos & auxiliatores suos habere potest, licita sit, idque omne Electoribus, Principibus & Statibus Imperii perscribendi ac significandi potestatem habeat, Landfried. 1548. *art.* Die Peen 3. §. Und wenn. 1. *C. p. 2. t.* 10. §. 2. *in fin.* Nec læsus ejusque auxiliatores ob hanc defensionem ac persecutionem, modò læsio & pacifragium notoria sint, aut post comperta fuerint, ullam pœnam mereant, *d. §. 1. in fin.*

32. Ea autem persecutio etiam in alieno territorio permissa, dummodò fiat juxta modum præscriptum *in R.* 1559. §. Und wiewol. 21. *& aliquot seqq.* Quamvis cæteroquin de jure communi extra territorium non liceat capere delinquentem, *Gail.* 1. *de P. P. cap.* 16. *n.* 26. Ratio, quoniam qui in alieno territorio jurisdictionem exercet, territorium violare dicitur, ideoque injuriarum tenetur, si insequatur fugientem eumque sine licentia Domini territorii capiat, *d. cap.* 16. *n.* 27.

XIV. 33. (14.) Nemo declarati Banniti aut Pacifragi bona in horum commodum ad defendendum aliove modo recipiat, Landfr. 1548. *art.* Von den Aechtern. 21. *O. C. p. 2. t.* 12. *Atque C. p. 2. t.* 13. Nec ei, qui forsan ejusmodi bona emerit, pretium exsolutum restituatur, si fraudis fuerit conscius, *Gail.* 1. *de P. P. c.* 19. *n.* 11. *&* 12.

XV. 34. (15.) Communes Ganerbii Ganerbios bannitos pacifragosve parte suâ communis sustentationis aut juris uti frui non sinant, Landfr. 1548. *art.* wider der Gan Erben. 20. *O. C. p. 2. tit.* 13. *& C. p. 2. tit.* 14.

XVI. 35. (16.) Nemo Transactioni Osnabrugensi consilio aut ope contraveniat, executioni vel restitutioni repugnet, restitutione legitimo modo factâ sine causæ cognitione & ordinariâ juris executione restitutum de novo gravare tentet, *J. P. art. ult.* §. *Qui verò.* 3. Atque hi sunt præcipui articuli constitutionis super publica, quorum ignorantia à statuta pœna neminem excusat, cùm sit crassa, supina adeoque lata culpa ignorare, quod publicè constitutionibus Imperii sancitum ac promulgatum, & paria sint scire vel scire debere, *Gail.* 1. *de P. P. cap.* 1. *num.* 11.

Hanc Pacem frangisse dicitur non solùm qui reverâ in eam delinquit, sed etiam qui

35. Quicunque igitur contra hosce recensitos articulos aliquo modo peccat, Pacem publicam fregisse dicitur. Peccare verò contra hanc publicam Pacem censetur non solùm, qui reverà in eam delinquit, sed etiam, qui in eandem delinquere conatur, Landfr 1548. *art.* Die Peen. 3. *pr. verb.* oder zu handlen unterstehen würde. Etsi effectus non sit secutus, quia in atrocioribus delictis, quale

quale est crimen fractæ pacis, *Gail. 1. de P. P. cap. 14. n. 9.* Conatus perinde atque effectus punitur, *d. cap. 14. n. 4.*

36. Hæc regula verò duntaxat procedit, si ad aliquem actum externum ordinatum ad ipsum Factum deventum sit, & conatus aliquem effectum habuerit, *d. cap. 14. n. 7.* Nam nudus conatus frangendi non sufficit. Hinc cùm quidam super hac constitutione supplicâsset, quòd Reus coadunatis hominibus ipsum quæsivisset, ut caperet, non tamen offendisset, illudque dolo malo & vi publica, (*quæ sunt requisita pacis publicæ,*) Processus denegati sunt, *Magenb. O. 46.* Et aliàs nulus conatus nequidem in atrocissimis delictis punitur, *Gail. d. n. 7.*

37. Atque licèt conatus sit talis, ut huic constitutioni locus esse queat, tamen pœna banni in pœnam pecuniariam commutari & moderari potest, *Gail. d. cap. 14. n. 12. Gylm. tom. 1. part. 1. pag. 50. n. 14.* Quia Cameræ aliàs illa commutatio permissa est, Landfr. 1548. *art.* Von Gewalt des Kammergerichts. 13. *C. p. 2. t. 10. §. 3.* Ac præterea juxta communem Dd. sententiam, delictum non perfectum mitiùs puniri debet, *Gail. d. cap. 14. n. 16.*

38. Deinceps censentur pacem publicam frangere non solùm vim publicam facientes, sed etiam consentientes, etsi non intersint, sed mandatum dederint alii, vel per suos vim inferri curent, aut etiam solummodò sinant, Landfr. 1548. *art.* Von auffgerichten. *6. pr. verb.* noch den seinen gefährlich zuschieben / zusehen. *Gail. 1. de P. P. c. 1. n. 43.*

39. Frangitur autem pax publica, vel absque vi publica & armata manu: vel cum vi publica & armata manu, *C. p. 2. t. 10. §. 4.* Priori casu frangitur, si quis pacifragum tecto mensaque recipiat, ei operam & consilium præstet, eundem non persequatur, &c. Atque hoc casu sufficit, ut Actor in Supplicatione narret ac postea in Processu ostendat, Reum committendo aut omittendo ex dolo & scienter peccâsse contra Constitutionem pacis publicæ, nec opus est narratione vel probatione violentiæ seu coadunationis, *d. §. 4.* Atque ita hic unicum Requisitum, *videl. Dolus* allegari & probari debet.

40. Posteriori casu, ut Pax publica fracta dici queat, tria Requisita allegandа & probanda sunt, nim. I. Ut Vis illata sit publica, Landfr. 1548. *Præfat. §. 1. verb.* gewaltiger That. *junct. d. §. 4. verb.* mit offentlichem Gewalt/ id est, *vi publicâ.* Utrùm verò hæc vis committatur in agro, an in urbe nihil interest, nam licèt aliquando quidam opinarentur, hanc constitutionem ad casus in urbe commissos extendi non posse, (1.) quia non præsumeretur verisimile vim publicam in urbe committi, 2. quoniam constitutio pacis publicæ vocaretur Landfriede/ atque ita tantùm extenderet ad ea, quæ fierent extra muros urbis, (auff dem Lande.) At prima ratio in præsumptione consistit, ideo si factum præsumptioni contrarium probetur, illa ratio cessat. *vid. l. ult. pr. Quod met. caus. ibique Gothofr.* Secunda ratio est ridicula, quoniam vox Land in jam laudata Constitutione non sumitur strictè pro eo, quod muris civitatis non circumcingitur, sed latè pro universo imperii territorio complectente tam urbes quàm pagos. Eodem sensu dicimus: Teutschland/ Hessenland / Thüringerland / &c. Item der Herr in seinem Lande.

duntaxat delinquere conatur. Modo ille conatus aliquem effectum habuerit. Nihilominus tamen ordinaria pœna Banni moderanda. Pacem publicam frangere censentur non solùm facientes, sed etiam consentientes. Pax publica frangitur vel absque vel cum vi publica armataque manu. Priori casu solus dolus allegandus ac probandus Posteriori casu tria Requisita allegari ac probari debent. nim. I. Vis publica.

Item, In dieſem Lande iſt der Gebrauch/ &c. Hinc cùm Conſtitutio Pacis publicæ etiam urbes complectatur, & in iis non minùs ac in pagis Pax frangi poſſit per majora citatio ſuper hac pace in urbe fracta decreta eſt, *teſte Schvv. O. 36.* Idem meo tempore factum Anno 1638. in cauſa Univerſitatis Roſtoch. contra Senat. ibidem.

Qualis Vis publica hic requiratur.

41. Hoc autem Edictum Pacis non ad omnem vim publicam, ſed ſolam atrocem pertinere, ſcribit Gail. 1. *de P.P. cap. 7. n. 1. & 19.* Aſt verbum *Atrox*, Grauſam/ in eo Edicto nullibi reperitur, ſed duntaxat præcitata verba: Gewaltige That/ öffentlicher Gewalt. Deinde non omnis vis publica, quæ atrox eſt, confeſtim ad hanc conſtitutionem pertinet, nam ſi una perſona alteram in via publica occidat, quis hanc occiſionem non vocaverit vim atrociſſimam & publicam? Et tamen conſtitutio pacis publicæ locum non habet, *praalleg. t. 10. §. 5.* Et Gail. *d. c. 7. n. 19.* dicit, ſimplicem ſpoliatorem (*id eſt*, qui alterum de ſua poſſeſſione dejecit, non tamen facto violento, mit gewaltiger landfriedbrüchiger That. *vid. C. p. 2. t. 8. pr. & §. antepen. cum ſeqq.*) ad pœnas juris communis de vi publica teneri. Ex quo neceſſariò ſequitur illum commiſiſſe vim publicam. Verùm hæc Vis in illa dejectione commiſſa dicitur atrox, *l. 1. §. 3. de Vi & vi arm.* Neque tamen ob eam ſuper fracta pace agi poteſt. Denique omnis vis ſive ſit publica ſive privata, quæ ſit contra bonos mores, dicitur atrox, *l. 3. §. 1. quod met. cauſ.* Nemo autem aſſeruerit, eam ſemper ad fractam pacem pertinere. Itaque rectiùs dicitur, hìc vim publicam conſiderari, non quatenus eſt atrox, ſed quatenus ita qualificata eſt, prout Conſtitutio pacis publicæ requirit.

Quænam Vis propriè dicatur publica.

42. Quænam autem Vis propriè dicatur publica, & quænam privata, mirè Dd. inter ſe variant. Hujus rei quatuor Opiniones recenſet *Menoch. de A. I. Q. caſ. 394. n. 1. & 7. ſeqq.* Quibus quinta addi poteſt ex Gœdd. *ad l. 41. n. 10. de V. S.* paulò adhuc aliter ſentiente. Quod hodiernum jus & conſuetudines Germaniæ attinet, Vis publica dici poteſt omne factum publicam ſecuritatem violans. Attamen non omne ejuſmodi factum ad conſtitutionem pacis publicæ pertinet, ſed illud demum, quod ita qualificatum eſt, uti mox laudata conſtitutio requirit, *id eſt*, cujus finis ad arma & ſeditionem Imperii ſpectat, *Gail. 1. de P.P. cap. 1. n. 42.*

II. Quòd illa Vis ſit illata coadunatis hominibus armatis.

43. (II.) Ut illa Vis inferatur armatâ manu, Landfr. 1458. *Præfat. §. 1. verb.* mit gewapneter Hand. *C. p. 2. t. 10. §. 4. verb.* gewapneter Hand/ *id eſt, armatis hominibus coadunatis.* Nam verbum *Manus ſive* Hand/ uti aliàs ſæpè in vulgari ſermone, atque etiam in jure civili, *vid. l. 9. pr. Quod met. cauſ. l. 6. pr. de Peculat.* ita hìc pro multitudine hominum collectorum ſumitur.

Quot homines verò ad hanc coadunationem requirantur, arbitrio Judicis relictum eſt.

44. Cùm verò ad coadunationem requirantur plures, aſt plurali numero etiam duo vel tres comprehendantur, *per l. 12. de teſtib. per tot.* Per duos vel tres quoque pacem publicam frangi poſſe aliquando nonnulli putabant. Alii id tutiùs arbitrio ac diſcretioni Judicis pro facti qualitate & circumſtantiis dijudicandum, utrum numerus perſonarum in præſenti caſu ad frangendam pacem ſufficiat, committi conſuerunt, *uti videre licet apud Gylm. tom. 1 part. 1. pag. 48. Dub. 1. per tot.* Atque horum poſteriorum ſententia confirmata eſt in R. 1594. §. Ebener maſſen. 69. d. t. 10. §. 5.

45. Quamvis igitur unus aut duo vim publicam inferentes non super hac onstitutione, tamen super pœnis juris communis coram Ordinario conveniri ossunt, *praalleg.* §. 5. Deinde quanquam hæc constitutio non privatorum no-nine, quorum vana sine viribus ira, & qui pœnis ordinariis in officio retineri ac lecti possunt, sed eorum potissimùm nomine promulgata sit, qui per potentiam ollecto milite alium iniquè offendere & pacem publicam turbare valeant, si ta-nen privati coactis hominibus vim publicam inferant, æquè super constitutione acis publicæ conveniri queunt, quia hæc generaliter loquitur, *Gail. d. cap.* 7. *n. en.* & *ult.*

Si Judex arbitrabitur numerum delinquentium non sufficere, hi coram Ordinario conveniri posse sunt.

46. Denique Arma dicuntur non solùm gladii, hastæ & frameæ, verùm etiam astes atque lapides, *l.* 5. §. 2. *de vi* & *vi arm.* Imò arma dicuntur omne id, quod ocere potest, *l.* 9. *l.* 11. §. 1. *de vi publ.* Modò illud animo nocendi assumatur *ædd. in l.* 41. *n.* 8. *de V. S.*

Vox Arma quid denotet.

47. III. Ut vis sit illata ex proposito & dolo malo, Landfr. *d.* §. 1. *verb.* freventlich entsetzen. & *ibid.* §. *seq. verb.* freventlich einnehmen oder gefährlich beschädigen. *C. p.* 2. *t.* 11. *pr. verb.* Mit unrechtmässigen fürsetzlichen Todtschlägen/ Brand/ rc. beschädigen oder vergewältigen. Hinc in controversiis Vicino-am, quas vulgò nachbarliche Gebrechen vocant, ubi quilibet suos Subditos & nes sæpè etiam armis tuetur, non solent super hac Constitutione Processus de-erni, nisi manifestus dolus destinatusque animus pacem frangendi ac sibi aliquid nde acquirendi ex facto colligatur, *Magenh. ad O. C. p.* 2. *t.* 9. *Rubr. vers. Quannam* & *seq.*

III. Quod eadem Vis illata sit dolo malo

48. Porrò licèt hæc constitutio verum dolum requirat, ob verba *num. proxiè praced.* allegata, *Mynf.* 3. *O.* 98. Cùm verò iste in mente delinquentis consi-ar ac propterea difficulter directè probari possit, placuit ut in extrahendis Pro-essibus præcisâ narratione, dolo id perpetratum esse, non opus sit, sed sufficiat, si arratum Factum in illa Constitutione expresse sit prohibitum, atque ita dolus ex narratis circumstantiis, perspicuis indiciis & evidentia ipsius Facti, utpote ex illa vi publica, coadunatione hominum, incendio, hostili invasione alieni territo-i, &c. appareat, atque ista Narrata cum omnibus antea memoratis circumstan-is, super quibus Processus impetrati, per Actorem legitimè ac sufficienter pro-entur, *alleg. t.* 10. §. 6. *Gylm. d. part.* 1. *pag.* 50. *Dub.* 3. *per tot.*

Quem dolum præsumptivè duntaxat probatum esse sufficit.

49. Nam dolus etiam ex perspicuis indiciis probatur, *l.* 6 *C. de dol. mal.* Deine probatâ vi publicâ, quæ primum requisitum, *praced. n.* 40. & necessariò proanda est, probatus quoque est dolus, *per notab. text. in l.* 2. §. 8. *de Vi bon. rapt.* ræsumptivè tamen solummodò probatus est, quoniam ex violentia dolus præmptus tantum oritur juxta Stylum Cameræ, *teste Meichsn. tom.* 1. *lib.* 1. *decis.* 33.

1. Nisi ejusmodi violentia ex proposito in alieno territorio commissa, nam hæc, im sit de genere prohibitorum & contra jus naturæ, manifestum dolum coarit, *Gylm. d. part.* 1. *pag.* 34. *n.* 4. Denique licet dolus regulariter non præsumatur, *ail. d. cap.* 7. *n.* 12. Tamen illud non procedit, si quis versetur in actibus illicitis, im rei prohibitæ operam navans, eo ipso censetur esse in manifesto dolo, *Gail. ibid.*

ibid. n. 13. Quæ præsumptio est juris ac pro legitima habetur, *Gylm. d. Dub.* 3. *num.* 8. Eique statur, donec probetur contrarium, *Umm. disp.* 15. *num.* 63. *Gylm. ibid. n.* 3.

An quis dolo duntaxat præsumptivè probato Reus in Bannum declarandus aliquando dubitatum fuit.

50. An autem dolo sic præsumptivè probato, Reus in pœnam banni quoque condemnandus, aliquando dubitatum fuit. Nonnulli id negabant, quia cùm dolus regulariter non præsumatur, à dolo præsumpto quælibet causa sive justa sive injusta, sive etiam bestialis, quemadmodum aliquibus satis absurdè loqui placuit, excuset, *per l.* 12. § 3. *de liber. caus. Gylm. d. Dub.* 3. *n.* 7. Alii putabant hìc nullam rationem subesse, ob quam dolus vel præsumptivè probatus excusari possit propter ipsius Constitutionis verba, quæ expresse omnes colores excludunt, Landfr. 1548. *Præfat.* §. 1. *ibi*: umb keinerley ursachen willen / wie die Nahmen haben mochten / auch in was gesuchtem Schein das geschehe *Gylm. d. n.* 7. Atque Regulam, dolum ex quavis causa excusari, non aliter veram esse, quàm si injusta causa habeat probabilem simplicitatem aut ignorantiam, absitque ab ea omnis astutia, vel vafrities. *Gylm. ibi n.* 8. Quod etiam alleg. §. 3. verba: *sine calliditate tamen*: satis innuunt.

Et conclusum Bannum in pœnam pecuniariam commutandum esse.

51. Conclusum igitur est, nullam causam dolum per omnes circumstantias qualitatesque narratum, ac præsumptivè probatum excusare, illam tamen pœnæ moderationem arbitrio Judicis inducere posse, quò constitutio in suo vigore maneret, paxque publica & pœna ejus non eluderetur, neque admittendo bestiales & injustas causas occasio & ansa tumultuandi ac delinquendi subministraretur, præsertim iis, quibus ad malè agendum nihil deest præter occasionem. Quomodo autem illa pœna moderanda, cùm certa regula constitui non potuerit, id totum discretioni Judicis relictum est, ut pro qualitate Facti ejusque circumstantia pœna vel exasperetur vel moderetur, prout illius moderatio in ipsa Constitutione conceditur, Landfr. 1548. *art.* Von Gewalt. 13. *C. p.* 2. *t.* 10. §. 3. Et aliàs de jure communi ex qualitate delicti pœna temperanda est, *Gylm. d. n.* 8.

Quando nascatur Actio fr. pacis. Hæc Actio competit (1.) contra Pacem violat

52. Positis hisce tribus Requisitis, sinim. Pax cum vi publicâ & armatâ manu vel posito unico Requisito, nempe dolo, si absque vi publica & armatâ manu violata sit, oritur Actio fractæ pacis. Quæ Actio competit. (1.) Omnibus Imperii tam mediatis quàm immediatis Subditis sæcularibus & ecclesiasticis quocunque modo contra hanc pacem læsis, *arg.* Landfr. 1548. *Præfat. in princ.* Mediati tamen Clerici non ad pœnas fractæ pacis, sed duntaxat ad restitutionem bonorum ablatorum damnorumque acceptorum agere possunt, *uti latiùs dicetur infrà n.* 111. & 2. *seqq.*

Etiamsi sit Judæus, vel alius extraneus.

53. Sed quæritur, Anne Judæis ac reliquis, qui non sunt Subditi Imperiales, in Imperio tamen demorantur, hæc Actio quoque competat? Ego affirmandum puto, quia utrique sub protectione Statuum Imperii vivunt, protectionis verò participes (Schirms-Verwandte) Subditis annumerantur, *suprà tit.* 27. *num.* 52. Deinceps quod in specie Judæos attinet, illi ex consuetudine Germaniæ & Stylo Cameræ pro Civibus Romanis habentur, *Mynf.* 5. *O.* 6. ac communi Romano jure vivunt, *l.* 8. *C. de Judæis.* Atque coram Christiano Judice agere & conveniri debent.

debent, *l.* 15. *ibique* Gothof. *eod.* Itaque iis perinde atque Christianis justitia administranda est, Gylm. *tom.* 2. *part.* 1. *vot.* 29. *n.* 1. & 2.

54. (2) Competit hæredibus violati. Cùm autem de eo casu in hac Constitutione nihil dispositum, juris communis dispositio hìc observanda venit. Hæc verò est, ut in criminibus publicis, quale est crimen fractæ pacis, Accusatore mortuo instantia seu citatio pereat, accusatio tamen de novo institui possit, *l.* 3. §. *ult. de Accusat.* Modò fiat intra 30. dies utiles ab illo die, quô novus accusator agere potuerit, computandos, *l.* 10. §. *ult. Ad SC. Turpil.* Proinde si ad bannum & pœnam corporis inflictivam actum, licèt hæredes Actoris ex eadem instantia agere nequeant, novam tamen intra d. 30. dies instituere accusationem non prohibentur, quia crimen fractæ pacis est publicum, & cuilibet de populo accusare permissum est, Gail. 1. *de P. P. cap. ult. n* 28. Multò igitur magis hæredibus. Hi tamen non admittuntur ut hæredes, sed ut extranei, quia Actio popularis, qualis est hæc, Gail. *d. n.* 28. hæredibus non ut hæredibus, sed ut extraneis competit, quanquam in concursu extraneis præferantur, *l.* 3. §. 1. *de Popul. act. l.* 5. §. 5. *De his qui effud.*

(2.) Violati hæredibus.

55. Ast quod dixi, hæredes ex eadem instantia agere non posse, ei obstant à Denaiss. *Tit.* 214. §. *ult. ex Consult.* 1576. *dub* 33. tradita, nimirum Accusatore post L. C. mortuo hæredes intra 30. dies utiles Acta rata habentes & in Instantiam succedentes admitti debere. Si igitur in Instantiam succedunt, ex hac utique agunt. Quocirca distinguendum inter L. C. & non contestatam. Posteriori casu, quoniam instantia seu citatio perempta est, nova citatio ad accusationem de novo instituendam impetrari debet. Priori autem casu, quandoquidem Instantia non perimitur, *per tradita Denaisii alleg. loc.* arbitror hæredes intra d. 30. dies Acta rata habentes etiam absque citatione ad reassum. propter generalia Procuratoria, uti in aliis causis, ita & hìc ad eum statum, in quo causa tempore Defuncti fuit, admittendos esse. *Add.* Gylm. *tom.* 1. *part.* 1. *pag.* 53. *quæst.* 3. *per tot.*

An hæredes ex eadem instantia agere possint.

56. Porrò si Accusator post publicationem Attestationum testium vel conclusionem causæ diem obeat, licèt hæredes causam nolint prosequi, potest tamen nihilominus Judex, cùmque ad illum instantia non pereat, crimine non probato Reum absolvere, Gail. *d. cap. ult. num.* 27. Vel eo sufficienter probato Reum ex officio in bannum declarare, ne delicta maneant impunita, *d. cap. ult. num.* 25. *Mynf.* 5. *Obs.* 78. *n. ult.* Atque hæc obtinent, si ad bannum vel aliam pœnam corporis inflictivam actum. Sin actio ad pœnam pecuniariam 2000. Marc. aur. pur. aliasve pœnas instituta sit, distingui oportet, prout infrà *num.* 63. *usque* 75. in Reo mortuo distinctum, & quæ ibidem juxta distinctiones tradita, illa etiam accusatore mortuo obtinent atque hûc applicanda sunt.

Quid obtineat, si violatus demum post publicatum Rotulum aut conclusionem causa moriatur.

57. Deinceps notandum, si violatus forsitan impeditus ante suum obitum nullam accusationem instituerit, intra suprà memoratos 30. dies ab hæredibus ac quovis alio violatorem accusari posse, quoniam uti dictum *praced. n.* 54. cuilibet crimen fractæ pacis accusare licet, Gail. 1. *de P. P. cap. ult. n.* 28.

Competit hæc actio quoque hæredibus, licet à Defuncto non sit instituta.

58. Sed quæritur, si violatus vel nullam actionem instituerit, vel illo ante L. C. de-

Haredi licet actionem ſibi commodá eligere.

d. functo actio ad bannum inſtituta ſit, an hæres vel alius poſthabito banno ad pœnam 2000. Marc. aur. pur. agere queat? Videtur affirmandum, quia tam hæres quàm alius utroque caſu novam accuſationem ad bannum inſtituere poteſt, multò igitur magis ad pœnam pecuniariam.

Si defunctus agere noluerit, hares intra annū agere poteſt.

59. Sed quid ſi Defunctus non quidem agere ſit impeditus, verùm agere noluerit, num hæredes vel alii etiam ſæpè mentionatos 30. dies obſervare teneantur, an verò 20. Annos, quibus demum hæc actio præſcribitur, *Gail. d. cap. ult. n.* 30. habeant? Reſp. Cùm illi 30. dies duntaxat obſervandi ſint in caſu, quô violatus agere impeditus fuerit, *per l.* 3. *§. ult. de Accuſat.* puto iſtos dies in caſu, quô violatus agere noluit, non debere obſervari. Attamen illi hæredes non 20. annos, ſed tantummodò annum habebunt, quia Actio popularis quoad ipſum offenſum, eſt quidem popularis, *id eſt,* 20. *Annorum*, ſed quoad alios duntaxat, eſt annalis, *l. fin. de Popul. Act. l.* 5. *§.* 5. *De his, qui effud.*

(3.) Cuivis de populo.

60. (3.) Competit Accuſatio Pacis publicæ cuivis de populo, quia actio popularis eſt, *praced. n.* 54. At hodierno uſu populares actiones per quemlibet ex populo proponi deſierunt, & per certam ac peculiarem perſonam publicam (Fiſcal oder Frevelvogt) nomine Fiſci agendo expediri ſolent, *Sixtin. de Regal. lib.* 2 *cap.* 8. *n. ult.* Atque ita etiam hodie obtinet in fracta pace, videlic. ratione Intereſſe publici. Nam ratione intereſſe privati duntaxat accuſatoris hæredes ut hæredes agere poſſunt, quocunque extraneo excluſo.

(4.) Fiſcali Caſareo.

61. (4.) Competit Fiſcali Cæſareo, Landfr. 1548. *art.* von Gewalt. 13. *& art. ſeq. §.* Es ſollen. 5. *C. p.* 2. *t.* 10. *§.* 1. *&* 3. *item tit.* 11. *§.* 10. *& tit.* 19. *§.* 1. *eod.*

Actio fr. pacis competit (1) Adverſus omnes Paciſragos, cujuſcunque ſint qualitatis

62. Datur hæc actio (1.) contra omnes omnium qualitatum perſonas imperio ſubjectas atque hanc pacem quocunque modo violantes tam fœminas (*vide tamen infrà n.* 117.) quàm mares, *Gail.* 1. *de P. P. cap.* 1. *n.* 34. tam Univerſitates quàm perſonas ſingulares, *Gail.* 2. *de P. P. cap.* 92. *pr.* eaſque tam privatas quàm illuſtres, *Gail. d. cap.* 1. *n.* 9. Item tam Eccleſiaſticas quàm ſæculares, Landfr. 1548. *art. ult. §.* Und gebieten. 3. Circa perſonas eccleſiaſticas tamen adde diſtinctionem traditam *infrà n.* 114. *&* 115.

(2) Contra Pacis fragorum haredes, modò contra Pacifragos fuerit inſtituta. Aut ob aliquod impedimentum inſtitui nequiverit.

63. (2.) Datur adverſum violatoris hæredes. Quod tamen non ſemper indiſtinctè procedit. Quare primò diſtinguendum inter actionem adverſus violatorem inſtitutam & non inſtitutam. Poſteriori caſu contra hæredes violatoris planè agi nequit. Nam licèt actio violatæ pacis adverſus violatorem potentiâ competierit, cùm tamen adverſus ipſum viventem realiter non ſit inſtituta, per rerum naturam impoſſibile eſt illam potentialem actionem ad hæredes tranſire. Quia Entis duntaxat potentiâ, (non autem actu & realiter) exiſtentis nulla ſunt accidentia. Et quòd Actio fractæ pacis tam pœnalis quàm reſtitutoria damni illati non ſtatim à morte violatoris ſed demum à litis pendentia ſeu actione inſtituta ad hæredes tranſeat, expreſsè ſancitum eſt in C. p. 2. t. 10. §. 12. & 13.

64. Atque hæc ſine dubio indiſtinctè procedunt, ſi Actor agere valens non egerit. Secus verò eſt, ſi agere volens fuerit impeditus, nam hoc caſu morte Rei crimen quidem extinctum quoad pœnam corporis inflictivam, ut & amiſſionem

omnium

omnium bonorum, *Gail. 1. de P. P. cap. ult. num.* 15. Non tamen quoad pœnam pecuniariam, siquidem hujus ratione executio fieri potest in bona defuncti, *infrà n.* 69. Nec illud impedimentum Actori nocere debet, præsertim si ex culpa Rei oriatur.

Aut denique ad illos hæredes aliquid ex isto crimine pervenerit.

65. Deinde si ex isto crimine aliquid ad hæredes pervenerit, ad illius restitutionem omninò agi potest, *Gail. 1. de P. P. cap. ult. n.* 22. Nam quamvis crimina morte Rei extinguantur, hæredibus tamen turpia lucra extorquenda sunt, *l.* 5. *pr. de Calumniat.*

A tempore insinuatorum Processuũ verò actio dicitur instituta.

66. Ad hæc verò rectiùs intelligenda hìc declarandum venit, quando Actio dicatur instituta. Dicitur autem Actio seu lis instituta (*mota, inchoata, cœpta, accepta, pendens, pendere facta,*) non à die extrajudicialis interpellationis, neque à die decretorum aut impetratorum, sed Reo insinuatorum Processuum, *suprà tit.* 25. *n.* 52. Quare si Reus moriatur, antequam ei Processus impetrati insinuentur, adversus illum actionem institutam esse dici nequit. Insuper cùm à parte Rei hìc nulla mora aut culpa adsit, nec pro instituta haberi potest.

67. Sed dixeris forsan hoc casu Actorem agere volentem impeditum esse, ergo actio pro instituta habebitur, & quatenus est pecuniaria adversus Rei hæredes competit, *secundùm tradita præced. num.* 64. Verùm hæc intelligenda sunt de casu, quo Actor ultra tempus, quod alioquin necessariò ad Processus impetrandos & insinuandos requirebatur, impeditus fuerit. Quo casu impedimentum Actori haud nocere debet, nam ipso non impedito insinuatio ante mortem Rei fieri potuisset. Alterô autem casu nimis cita mors Rei Actori nocebit, quia hic impeditus dici nequit.

Instituta Actio ratione pœnæ corporis afflictivæ morte Rei indistinctè tollitur.

68. Deinceps si Actio jam instituta, *id est, si impetrati Processus Reo insinuati sint*, distinguendum est inter actionem ad pœnam sanguinis seu corporis inflictivam, & pecuniariam intentatam. Priori casu morte Rei Actio indistinctè tollitur, quoniam crimen vel pœna paterna filio infamiam aut ignominiam infligens ad hæredes non transit, *l.* 26. *de Pœn.* multò igitur minùs, si pœnam sanguinis, qualis est bannum, infligeret. Quænam verò pœnæ dicantur corporis inflictivæ, docebo infrà tit. 43. n. 5. Et quia amissio omnium bonorum quoque inter pœnas corporales refertur, *infrà num.* 14. illa etiam morte Rei extinguitur, *Gail. dict. cap. ult. n.* 15. Tamen adversus hæredes violatoris agi potest ad pœnam 2000. Marc. aur. pur. *Gail. d. cap. ult. num.* 17. *& seqq.* Quoniam verò instantia periit, sti hæredes ad reassumendum debent citari ad vid. se incid. in dictam pœnam.

Ast quoad pœnam pecuniariam ad hæredes transit.

69. Posteriori casu Actio ad hæredes transit, quoniam actio pœnæ pecuniariæ obitu Rei non extinguitur, sed ad hæredes transit, *l.* 22. *Ad Sct. Silan.* Cujus rei ratio est, quòd executio fieri possit in bona defuncti. Ubicunque verò sive ex delicto sive ex contumacia in bona, patrimonium & hæreditatem executio fieri potest, ibi per mortem Rei pœna non eluitur, sed hæres & successor ex bonis defuncti tenetur, *Mindan. de Mandat. cap.* 22. *in fin* dicta de actione pœnæ pecuniariæ quoque obtinent in actione ad resarcienda damna illata, *Gail. dict. cap. ult. num.* 17.

Idque de jure communi solummodò procedit, si lis est contestata.

70. Sed id de jure communi tum demum procedit, si lis cum Defuncto fuerit contestata, §. 1. *l. de perp. & temp. act. l. ult. in fin. de fidejuss. tut. l. unic. C. ex delict. defunct.* Nam litis contestatione quasi contrahitur cum Adversario, *l.* 3. §. 11. *de Pecul.* Actiones verò ex contractu vel quasi descendentes ad hæredes transeunt, *l.* 157. §. *fin. & l.* 152. §. *ult. de R. I.* Prædicta etiam obtinent, si lis pro contestata habeatur, ut si Reus non compareat, aut comparens litem non contestetur, *vid. l.* 10. *in fin. Si quis caut.* Quo casu mora Rei Actori nocere non debet, *l.* 8. *eod.* Quocirca sufficit Reum esse conventum, *per l.* 33. *de O. & A.*

Quod tamen secus est, si pœna ipso jure imponatur.

71. Deinde si pœna ipso jure imponitur, actiones lite etiam non contestata ad hæredes transeunt, ratio, quia tunc non agitur ad impositionem pœnæ sed pœnam à jure impositam exigendam, ideoque meritò transit ad hæredem, etiamsi nihil ad eum pervenerit, *Gail.* 1. *de P. P. cap. ult. n.* 18. Quando autem pœna ipso jure imponi dicatur, tradit Gail. 2. *de P. P. cap.* 3. *n.* 5.

Hinc etiã in fracta Pace Reo post insinuatis Processus mortuo, Actio ad hæredes transit.

72. Hinc cùm hæc Constitutio ipso jure pœnas imponat, Landfr. 1548. *art.* 3. *princ. verb.* Die sollen mit der That von Recht zusambt andern Peenen in unser und des H. Reichs Acht gefallen seyn. *C. p.* 2. *t.* 10 §. 1. Etiam hæ pœnæ ad hæredes transeunt, sive lis sit contestata sive non, Landfr. 1548. *art.* Daß die Instantz 11. *atque d. t.* 10. §. 12. & 13. Ubi expressè sancitum, quòd etiam lite non contestatâ actio ratione pœnæ pecuniariæ & restitutionis damni illati ad hæredes transire debeat. Intellige prout suprà traditum, si videlicet illa actio adversus Defunctum instituta sit. Quod etiam confirmant d. §. verba: So der Beschädigung oder Entsetzung halben neben verwürckter Peen geklagt *NB.* würde / und der Beklagte bey anhangender *NB.* und unvollendeter Rechtfertigung vor oder nach der Kriegs-Befestigung mit Tode abgehen würde / alsdann soll die Instantz und Rechtfertigung berührter Beschädigung oder Entsetzung halben auff deß Beklagten nachgelassene Erben kommen und fallen.

73. Ex quo manifestum est, licèt Reus post insinuatam citationem ante terminum comparitionis, pro quo 2.). in Camera plerumque solent præfigi, ex hac vita discedat, nihilominus institutas actiones pœnæ pecuniariæ & restitutionis damni illati in hæredes transferri, quia duntaxat Litispendentia requiritur in alleg. §. 12. verb. anhangender Rechtfertigung. Lis verò pendere incipit, quamprimùm Citatio Reo insinuata est, *suprà tit.* 25. *n.* 52. *Add. Reiser. de Actionib. hæred. cap.* 8. *per tot.*

Utrum Actio ad privationem Regalium instituta ad hæredes transeat. Affirmatur.

74. Sed cùm contra personas ecclesiasticas & mulieres non ad Bannum sed ad privationem omnium bonorum agere liceat, *infrà n.* 114. *& seqq.* Hæc autem privatio non possit dici pœna corporis inflictiva. Imò ipsum Bannum præter pœnam corporis quoque amissionem omnium bonorum contineat, hinc quæritur, anne Actio ad ejusmodi bonorum privationem & amissionem adversus Reum instituta ad hæredes quoque transeat? Pro affirmativa facit (1.) Quòd amissio bonorum non sit pœna corporis afflictiva. (2.) Quòd in quibus casibus pœna amissionis bonorum est imposita à lege illa, ipso jure transeat ad hæredes, *Gothofr. in l.* 1. *C. Si Reus vel Accusat. Add. præced. n* 71. Etiamsi actio adversus Defunctum institu-

Situ-

stituta non fuisset, *per l. 20. de Accusat.* Jam verò amissionem bonorum hæc constitutio imponit, *praced. n. 72.* Pro negativa militat (1.) Quòd amissio omnium bonorum inter pœnas corporales à Dd. referatur, *Mind. de Processf. cap. 9. n. 14.* Quò facit illud, quod vulgò dicitur, *pecuniam esse alterum sanguinem.* Et certè licèt per ademptionem omnium bonorum directò corpus non affligatur, tamen per consequens ei sat dura pœna infligitur, dum omnibus bonis destitutum tandem inediâ perire cogitur. Atque sic non obstat prior ratio pro Affirmativa adducta. (2.) Quòd licèt Pacifragus statim à pacifragio incidat in pœnam privationis bonorum, non tamen istorum administratio & alienatio illi aufertur, sed eam retinet usque ad sententiam declaratoriam, *Gail. 1. de P. P. cap. 19. n. 2.* Hûc facit C.p.2. t. 10.§.2. ubi expresſè sancitum, quòd bona pacifragi demum post declaratoriam sententiam omnium direptioni impuni exposita esse debeant. Atque sic effectus dictæ pœnæ usque ad declaratoriam sententiam suspenditur. Quod etiam in aliis delictis publicis obtinet, nisi expresſè sancitum, quòd pœna à die commissi criminis ad hæredes transire debeat, quemadmodum hoc in alleg. l. 20. manifestis verbis traditum est. Hinc etiam non refragatur posterior ratio Affirmativæ. *Sed Negativa verior.*

75. Porrò notandum, si quis sub constitutione Pacis publicæ non comprehensus alium sub ea comprehensum violet, vel violantes mensâ tectove recipiat, aut alio modo opem præstet, illud à violato vel à Camera Imperatori significandum, quò de necessariis prospiciatur, Landfr. 1548. *art.* Von der Ubertahrer. 17. sed cùm praeced. n. 53. demonstratum, non solùm Judæos sed etiam Extraneos in Imperio commorantes sub hac pace comprehendi, non immeritò dubitatur, quisnam in alleg. art. 17. dicatur sub hac pacè non comprehensus? Ego arbitror illum intelligi, qui non est subditus Imperii nec in Imperio commoratur. Nam adversus talem Camera aliàs Processus sine consensu Imperatoris decernere prohibetur, C. *p. 3. t. 57. §. ult.* Quare res Imperatori priùs significari debet. *Quomodo adversus Pacifragum Imperio non subjectum procedi debeat.*

76. Præterea super hac constitutione agi potest (1.) Ad pœnam fractæ pacis, (2.) Ad pœnas Juris communis, & (3.) Ad restitutionem bonorum resarciendaque damna data, Landfr. 1548. *art.* Daß an Kammergericht. 10. & *art. ult. §.* Und gebieten. 3. *C. p. 2. t. 10. §. 11.* *Ad quid detur Actio fractæ pacis.*

77. Pœna fractæ pacis autem est triplex, videl. Bannum Imperiale, pœna 2000. Marc. aur. pur. & pœna Reformatio Regiæ, Landfr. 1548. *art.* Die Peen. 3. *unct. art. seq. in pr. & art. ult. §.* Und gebieten. 3. Ex quo patet pœnam fractæ pacis atque Bannum Imperiale differre ut Genus & species, quæ à nonnullis sæpè confunduntur. Deinde Bannum Imperiale multò antiquiùs est Constitutione pacis publicæ, & denique non solummodò ob fractam pacem publicam, sed quoque ob alias multas causas, *quas infrà n. 87. usque 103. recensebo*, infligitur. Etymologiam Vocis *Bannum* traditur Gail. *2. de P. P. c. 1. n. 1. usque 16.* *Pœna fr. pacis est triplex.*

78. Bannum Imperiale subdividitur in Bannum Imperiale strictè dictum, & Privationem (*omnium bonorum & Jurium Imperii.*)

79. Bannum Imperiale strictè dictum est censura (*seu coercitio,*) quâ quis ita ab Imperio Romano excluditur, ut à nemine in clientelam, fidem aut amicitiam recipi, *Bannum Imperiale dividi.*

tur in Bannum strictè dictum. Et privationem. Differentia utriusque.

recipi, ab omnibus verò impunè tam in persona quàm rebus sub eodem Imperio sitis offendi queat.

80. Privatio bonorum & Jurium Imperii est coërcitio, quâ quis ita ab Imperio Romano excluditur, ut à nemine in clientelam, fidem aut amicitiam recipi, ab omnibus verò in bonis sub eodem Imperio sitis offendi queat.

81. Ex quibus duabus Definitionibus apparet, Bannum strictè dictum & Privationem in eo solo differre, quòd in Banno præter offensionem bonorum, etiam permissa sit offensio corporis seu personæ Banniti: in Privatione verò sola offensio bonorum sit licita. Nam quoad reliqua in omnibus coincidunt. Quapropter disposita in constitutionibus Imperii de Banno, eadem quoque in Privatione obtinent. Ob eandem rationem hic de Banno tradita, de Privatione quoque intellecta volo. Quinam verò Imperii subditi, & quare non possint banniri, dicam infrà *n.* 114. *& 3. seqq.*

Pœna Banni qualis sit.

82. Porrò ex præmissis definitionibus patet, quòd in Bannum (*seu Privationem*) declaratus non solùm desinat esse civis Romani Imperii, & per consequens privetur omnibus, quæ sunt Juris Civilis: sed etiam omnia humanitatis jura, officiorumque vicissitudines, bona & Commercia amittat, atque sic etiam ea, quæ sunt juris Gentium: Sit extra protectionem, clientelam & fidem Imperii: Pro hoste, transfuga, ac rebelle habeatur, quem urbe, domo, mensâve recipere nemini liceat, *v. Gail. 2. de P. P. cap. 1. n. 20. & 5. seqq. Add. infrà n. 190. & 6. seqq.*

Differentia inter Bannitum & Deportatum.

83. Atque hinc manifestum est multò deterioris conditionis esse Bannitum quàm Deportatum, cui aliàs compatari solet. *Vid. remissivè Gail. d. cap. 1. n. 19.* Nam Deportatus licèt amittat civitatem, bona & ea, quæ sunt juris civilis, *l. 6. pr. l. 14. §. 1. de Interd. & releg. l. 17. §. 1. de Pœnis.* Retinet tamen illa, quæ sunt Juris Gentium, ut putà emere, vendere, locare, conducere, permutare, fœnus exercere, & quæsita pignori dare, *d. l. 17. §. 1. & l. 15 pr. eod.* Imò nonnullis gaudet, quæ sunt juris civilis, *per tradita Dd. ad praalleg. Tit. de Interd. & relegat.*

Banniti extra Imperium demorantes sunt inviolabiles.

84. Deinceps Deportati olim manebant sub Rom. Imperii Jurisdictione adeoque etiam sub ejus tutela, *arg. l. 13. §. 1. De donat. int. vir. l. 7. de legat. 3. l. 5. in fin. l. 7. §. ult. de Bon. damn. l. 12. §. 15. de Captiv. l. 4. §. 2. de Re milit. & aliis texx.* Banniti verò à tutela Imperii prorsus exclusi sunt, *R.* 1544. §. Wir haben. 63. *vers.* Wann Er aber. *& praced. n. 82.*

85. Banniti tamen extra Imperium Rom. inviolabiles sunt tam in persona quàm suis bonis, quia Bannum Imperiale extra fines prælaudati Imperii se extendere nequit, *arg. l. ult. de Jurisd.* Quare si v. g. Civitas Hanseatica aut locuples mercator Banno Imperiali feriatur, naves & bona, quæ in Suecia, Dania, Anglia, Hispania, Hollandia, aut alibi extra Imperium habet, ipsi salva manent. Actiones etiam, quas forsan contra suorum negotiorum gestores aut socios illic instituendas habet, ibidem instituere prohibetur.

Item etiã Clericis in Imperio demorantes ratione persona.

86. Ex eadem ratione etiam licèt Clerici, qui tale delictum commiserunt, ob quod aliàs Laici Banno Imperiali feriri soleant, à Cæsare banniri nequeant, non in bonis, quoniam nulla habent, sed omnia ad Capitulum vel monasterium pertinent,

nent, neque in perſona, quia hujus reſpectu neque mediatè neque immediatè ſub Imperio, *id eſt, Jurisdictione Cæſarea* ſunt *ſuprà t. 26. n. 43.* Atque ita habeantur, quaſi planè extra Imperium habitarent, ac propterea in ſuo Capitulo ſeu Monaſterio in Imperio ſito quietè vivere ſuaque negotia gerere queant, tamen à nemine Laicorum tecto menſave ſub pœna in Laicis ſtatutâ recipi debent, nec actiones Civiles coram Judice ſive ſæculari ſive eccleſiaſtico inſtituere poſſunt, antequam à ſuo Judice ob commiſſum crimen ſint puniti. Aſt cùm inter Clericos nonnullæ perſonæ Eccleſiaſticæ inveniantur, quæ non ſolùm bona patrimonialia, ſed etiam feudalia habent, iſtis bonis privari ſolent, *infrà n. 115. & 116.*

Bannum Imperiale infligi poteſt.

87. Hiſce præmiſſis jam volupe eſt ſubjungere caſus, ob quas vigore Conſtitutionum Imperii Bannum Imperiale locum habet, ſuntque eæ ſequentes.

88. (1.) Si quis violat pacem publicam tum Religioſam tum prophanam, *per ſuprà tradita tit. proximè praced. n. 47. & hic num. 76.* I.

89. (2.) Si quis Electoribus ad celebrandam Electionem Regis Rom. proficiſcentibus ſalvum conductum non præſtat, *A B. tit. 1. §. Statuimus. 1.* II.

90. (3.) Qui feudum reſignat, & poſtea Dominum malitioſè diffidat, *A. B. tit. 14.* III.

91. (4.) Si quis obtentu ſententiæ in ſecreto Judicio Weſtphalico (*de quo uberiùs infrà tit. 30. n. 36. & ſeqq.*) contra Reformationem Sigismundi pro ſe latæ condemnatum in corpore aut bonis doloſè offendat, eive damnum inferat, *Reform. Judic. Weſtphal. 1495. §. ult. verſ.* Und die/ ſo ſich. Vel ſi quis imploratus ejusmodi ſententiam exequatur, *d. §. ult. verſ.* Und befehlen. Vel denique ſi quis prædictum offenſorem tanquam Imperii bannitum & violatorem pacis publicæ non perſequatur, *d. §. ult. verſ.* Welche aber ſich. Atque hic ſtatim ipſo Facto in Bannum incidit, *d. §. ult. verſ.* Würde auch. *ibi*: Erklären wir jetzt also dann / und dann als jetzt. Ubi non opus eſt ſententiâ banni declaratoriâ, *infrà num. 138.* IV.

92. (5.) Si quis Anabaptiſtas recipiat ac foveat, *Conſtit. contra Anabapt. 1529.* §. Desgleichen woll. 3. V.

93. (6.) Si quis moroſus ſit in ſolvendis collectis Imperii, *R. 1544.* §. Wir haben. 63. *R. 1566.* §. Weiter nachdem. 46. *R. 1570.* §. Es sollen auch. 34. *R. 1576.* Weiters nachdem. 16. ꝛc. VI.

94. (7.) Si milites ſe congregent, ut Cæſari aut Statibus Imperii bellum inferant, *R. 1559.* §. Damit dann. 38. *Gail. 2. ac P. P. cap. 3. n. 18.* VII.

95. (8.) Si quis peregrinis Principibus ſine ſpeciali permiſſione Germanos milites in Imperio Rom. clam palamve conſcribere & adducere conetur, *R. 1576.* §. Da aber. 46. VIII.

96. (9.) Si quis jure monetas cudendi exciderit, & tamen nihilominus cudere pergat, *R. 1566.* §. Auff den fall. 158. Ubi notandum, quòd in hoc atque duobus proximè præcedentibus, ut & caſu quarto ſuprà *n. 91.* recenſito non opus ſit declaratoria ſententia Judicis, quoniam ipſæ allegatæ Conſtitutiones expreſſè diſponunt, ut abſque ulteriori declaratione Delinquens in Bannum declaratus eſſe IX.

 de-

debeat, in verb. Als wir dieselbe auch ohn einige fernere Erklärung / jetzt alsdann und dann als jetzt in die Acht thun / Sie als Unsere und des Reichs Aechtere erkennen. *Gail.* 2. *de P. P. cap.* 3. *n.* 19.

X. 97. (10.) Si quis auxilio, consilio aut deliberationibus Turcarum aliorumve contra Christianos atque Rom. Imperium interfit, *C. p.* 2. *t.* 21. §. 4. *junct. l. fin. C. Quæ res export.* & *Gail.* 1. *de P. P. cap.* 1. *n.* 41.

XI. 98. (11.) Si quis sumptus in executionem pacis publicæ & sententiarum factos refundere recuser, *C. p.* 2. *t.* 17.

XII. 99. (12.) Si quæ ædificia ad æmulationem Imperii ædificari cœpta (*qualia sunt, quæ in finibus limitibusque extruuntur,*) post denunciatum novum opus non demoliantur. Nam cùm hæc ædificatio materiam seditionis præbeat, ex qua Pax publica turbari possit, ædificantes in denunciato opere pergere prohibentur, & pergentes banniuntur, *Gail. d. cap.* 1. *n.* 42.

XIII. 100. (13.) Si quis executioni à Cæsare aut Camera Directoribus circuli seu Magistratui loci mandatæ se opponat, *R.* 1654. §. Wegen deß *modi exequendi.* 15. *junct.* §. Ob sich aber. 161.

XIV. 101. (14.) Si quis injunctam cautionem de non ampliùs turbando, impediendo, excedendo, attentando, offendendo, &c. contra sententiam in Camera latam intra præfixum terminum non præstat, *R.* 1654. §. In Fällen. 162.

XV. 102. (15.) Si quis à Camera citatus contumax sit in non-comparendo, *C. p.* 3. *tit.* 52. §. 1. & 2. *Add. omninò infrà tit.* 66.

Pœna 2000. Marc. aur. pur. & Pœna Reformationis Regiæ quæ sint.

103. Recensitis jam causis, ob quas etiam bannum Imperiale infligitur, redeo ad pœnas fractæ pacis; quas præter bannum & pœnam 2000. Marc. aur. pur. (*quæ hodie efficiunt* 192000. *Imperial.*) etiam pœnas Regiæ Reformationis (*sc. à Friderico III. Anno* 1442. *promulgatæ*) esse præced. n. 77. dixi. Eæ pœnæ verò sunt, quòd Pacifragus contra honorem (*id est, Magistratum*) & jus egisse dicatur, in Cæsaream atque Imperii indignationem ac insuper in pœnam 100. Marc. aur. pur. (*quæ hodie faciunt* 9600. *Imperial.*) incidat. Hanc pœnam verò solvere non potens, eam in corpore luat, *R.* 1442. *art. ult. in fin. verb.* Der oder dieselbe (*sc. Pacifragi*) sollen wider Ehr und Recht gethan haben / auch in Unser und deß Reichs schwäre Ungnade / und dazu ein Peen / nemblich hundert Marck lötiges Goldes / halb in Unser und deß Reichs Kammer / und halb dem Kläger oder Beschädigten unablässig zu bezahlen verfallen seyn. Welche auch wären / die solche Peen an Gold oder Geld nicht zu bezahlen hätten / die sollen ihre Missethat an ihren Leibern erarnen / und sollen nach Reichs-Recht gerichtet werden.

Verba: Käys. und deß Reichs Ungnade: *quam pœnam complectantur*

104. Sed quæritur, quam pœnam importent præallegata verba: Unsere und deß Reichs schwäre Ungnade? Resp. Cæsar his verbis suam & Imperii gratiam delinquentibus denegat, atque sic eos pro hostibus Imperii habet. Quod certè secum trahit pœnam gravissimam, dum eisdem per hoc omnis protectio atque administratio juris & justitiæ denegatur.

105. Porrò quod pœnas juris communis attinet, ad quas etiam præter suprà memo-

memoratas pœnas fractæ pacis agi potest, *praced. n.77. junct. infrà n.* 108. illæ pro diversa qualitate delictorum quoque diversæ, de quibus videri possunt Criminalistæ. Inprimis verò hûc spectant sanctiones huic constitutioni affines, uti sunt Tit. de Vi publica, atque Tit. Ad L. Jul. Majest. D. & C. item Tit. C. de Seditiosf. Similiter 2. F. 27. & 53. item 5. F. 10. Ac denique tres Extravagantes in Calce Corporis Juris civilis collocatæ. Eas autem Juris communis pœnas hodie arbitrarias esse testantur Menoch. *de A. J. Cas.* 394. *n.* 1. Clar. 5. *sent.* §. *ult. quæst.* 83. *num.* 4. & Damhaud. *cap.* 100. *n.* 9. His contradicit Umm. *disp.* 1. *n.* 14. cum aliis à se allegatis.

Pœna Juris comm. diversa sunt.

106. Porrò quamvis, *ut dicetur infrà n.* 108. ad pœnas fract. pacis & pœnas Juris communis simultaneè in Camera agi queat, cùm tam pœnæ posteriores variæ sint, nam alia est, si agatur super vi publicâ, alia si super homicidio, alia si super furto, alia si super spolio, alia si super incendio, & quæ plura sunt Facta, quæ in actu fractæ Pacis concurrere possunt, earundem verò pœnarum quædam sint corporis afflictivæ, & quædam pecuniariæ, notandum istam cumulationem pœnarum intelligi oportere de pœnis pecuniariis, v. g. Si contra Dominum, qui adversus Vasallum pacem publicam fregit, agatur ad privationem directi dominii, vel è contrà adversus Vasallum ad privationem feudi: aut si agatur ad privationem dominii ex L. Si quis in tantam. 7. C. Unde vi. Ad pœnas enim corporales non in Camerâ sed coram Ordinario agi debet, uti infrà *tit.* 43. *n.* 2. *usque* 14. docebitur.

Quare non semper in Camera cum pœna fr. pacis cumulari queunt.

107. Denique quod attinet bona seu res à Pacifrago ablatas, illæ à læso sigillatim designandæ sunt, quò certa sententia ferri possit: & si restitui nequeant, etiam certo pretio æstimari debent. Quam æstimationem quoque juramento, nisi aliter possit fieri, probare licet. Quòd si bona erepta in specie designari, vel illorum valor speciatim probari nequeat, Judex ex allegatis conjecturis & præsumptionibus colligere debet, quid & quantum illa bona verisimiliter valuisse arbitretur, atque si super eo juratum, Reum in illud condemnet, *quemadmodum hac eleganter deducit Gylm. t.* 1. *part.* 1. *p.* 44. & 3. *seqq.* Et eadem etiam obtinent in specificatione, æstimatione & probatione damni illati. *Plura de his vide infrà Tit.* 32. *n.* 82. & *seqq.*

Bona ablata & damna data quomodo æstimari ac probari debeant.

108. Ad restitutionem verò bonorum ablatorum refectionemque damni illati & præmemoratas pœnas agere licet vel cumulativè vel separatim. Cumulativè agi potest triplici modo, (1.) Ad pœnam fractæ pacis, pœnas juris communis, & ad dictam restitutionem refectionemque. (2.) Ad pœnam fr. pac. & ad d. restitutionem refectionemque. (3.) Ad pœnas juris communis & ad sæpè d. restitutionem refectionemque. Separatim agere licet, vel ad pœnam fr. pacis vel ad pœnas juris communis, vel denique ad jam d. restitutionem refectionemque, ubi tamen salvo jure Fisci Cæsarei, Landfr. 1548. *art.* Daß am Kammergericht. 10. *C. p* 2. *t.* 10. §. 11.

Ad pœnam fr. pacis, pœnas juris comm. restitutionem bonorum & refectionem damni illati vel cumulativè vel separatim agi potest.

108. At cùm, *quemadmodum praced. n.*77. *dixi*, pœna fr. pac. sit triplex, quæritur, anne etiam simultaneè seu cumulativè ad hanc triplicem pœnam agere liceat? Resp. quòd non, quoniam unaquæque pœna principaliter ad vindicandum pacifragium est constituta. Si igitur hoc casu cumulativè ageretur, idem delictum bis terve contra notum jus puniretur. Quare una ex illis, videl. per Bannum, vel pœna 2000. Marc. aur. pur. vel pœna 100. Marc. aur. pur. necessariò eligenda est.

Ad pœnam fr. pacis, quæ triplex, simultaneè agere non licet.

est. Quòd si Actor non fecerit, sed vel in genere ad pœnam fractæ pacis, vel ad illius species alternativè egerit, electio à Judice fieri debet..

Pœna fr. pacis quando commutari ac moderari queat.

110. Porrò cum interdum Pacifragorum conditio sit, ut Bannum contra eos absque graviori periculo ac majori dispendio statui nequeat, attamen justum & æquum sit, ut quilibet delinquens meritam pœnam luat, eaque pœna ex qualitate facinoris & ejus circumstantiis moderetur, ideò Cæsar sibi reservavit & quoque judicio Cameræ dedit potestatem vel ex officio vel ad petitionem Partis Bannum in pœnam pecuniariam commutandi & pœnam 2000. seu 100. Marc aur. pur. in Constitutione hac statutam moderandi, aùt loco ejusdem pœnas juris communis, citra omne tamen Fisci Cæsarei præjudicium, substituendi, prout quolibet tempore illud utilius æquiusque fore existimatum fuerit, *prealleg. t.* 10. §. 3.

Clerici nulla feuda ab Imperio habentes duntaxat ad restituenda bona & resarcienda damna

111. Prædicto modo autem vel separatim vel cumulativè agere licet non solum Laicis sed etiam clericis, qui nimirum feuda ab Imperio habent, huicque illorum intuitu subjecti sunt, *Gail.* 1. *de P. P. cap.* 8. *n.* 12. *Mynſ.* 2. *O.* 51. Reliqui Clerici verò suo Judici ecclesiastico immediatè & solummodò subjecti super hac constitutione duntaxat ad restitutionem bonorum resarciendaque damna data agere possunt. Idque in supplicatione pro Processibus conceptis verbis testatum facere tenentur, Gail. 1. *de P. P. cap.* 8. *n.* 13. & 14. *Mynſ. d. loc.* Nam hac protestatione omissa licet simul ad pœnam fractæ pacis & restitutionem bonorum egerint, tamen nequidem quoad petitam restitutionem vincere possunt, *uti existimat Referens apud* Gylm. *tom.* 1. *part.* 1. *pag.* 30. *n.* 13. & 14. Deinde dicta protestatione omissa irregulares fiunt, honoreque ac loco privantur. Ideò consultum est, ut non solum protestentur, sed etiam super facta protestatione publicum Instrumentum confici curent, Gail. *d. cap.* 8. *n.* 15.

Non verò ad pœnam fractæ pacis.

112. Clerici verò accusationem ad pœnam Banni ideò instituere nequeunt, quoniam in illa est criminalis pœnam sanguinis, vitæ necisque irrogant, Gail. *d. c.* 8. *n.* 6. Quam ille agitare non debent. Imò nec ad vindictam publicam criminali judicio, cessante sanguinis pœna, agere possunt, *ibid. n.* 1. Proinde neque ad pœnam pecuniariam 2000. vel 100. Marc. aur pur agere iis liberum erit, quia & hæc actio criminalis est, *infra n.* 147. Idem obtinet, quamvis huic pœnæ alia pœna pecuniaria surrogetur, nam Surrogatum sapit naturam ejus, in cujus locum surrogatum est, *arg. l.* 1. §. 10. *Si is qui testam.*

Neque ad pœnam juris communis agere possunt. Quid sit civiliter & criminaliter agere.

113. Ex ante adducta ratione nec Clericis ad pœnas juris communis agere permissum, quoniam nec hæc actio minus criminalis est. Sed cum ex crimine etiam civiliter agi queat, & tunc intentata actio non criminalis sed merè civilis dicatur, Gail. *d. cap.* 8. *n.* 13. quæritur anne Clerici ex crimine fractæ pacis civiliter agere quoque prohibeantur? Ad quam quæstionem solvendam, præsciri oporret, quid sit ex crimine civiliter agere, Nam civiliter & criminaliter agere à Dd. ita variè usurpatur, ut sæpe perceptu vix sit possibile, quidnam dicere voluerint. Mihi hic criminaliter agere est agere ad vindicandum crimen, ut nimirum Reus puniatur, sive illa pœna fisco sive actori applicetur. Civiliter agere verò si agatur ad restitutionem & bonorum & refectionem damni ex aliquo crimine illati. Ex quo constat

Cle-

Clericos ad pœnas, ut nimirum crimen vindicetur, plane non; add. restitutionem verò & refectionem utique agere posse, *prout etiam jam supra n.*111. *perdocui*. Judex tamen nihilominus, si delictum sit tale, mediante justitia pœnam ex officio vel ad instantiam Fiscalis irrogare potest, *Gail. d. c.*8. *n.*15. *Mind. de Processf. cap.* 12. *n.*7.

114. Præterea quemadmodum Clerici duntaxat ad restitutionem bonorum & refectionem damni illati agere queunt, sic è contra adversum eosdem eodem modo duntaxat agi potest, & quidem non in Camera, sed coram suo ordinario judice ecclesiastico, *infrà n.*122. Quoniam in illos Cæsar nullam jurisdictionem habet, *praced. n.*86. utpote ad forum ecclesiasticum spectantem, etiam in criminalibus, *Gail.*1. *de P.P. c.*1. *nn.*14. Quapropter nec eosdem ad restitutionem bonorum compellere, multò minus istis pœnam sanguinis aut vitæ necisque periculum quale est pœna Banni, irrogare potest.

E contra etiam adversus illos Clericos duntaxat ad restitutionem bonorum refectionemq; damni illati agere licet.

115. Quod reliquas personas ecclesiasticas attinet, quamvis ille ob eandem causam à Cæsare banniri nequeant, istæ tamen quatenus Feuda, Regalia aliaque privilegia ab Imperio habent, eatenus jurisdictioni Cæsaris subsunt atque ab eo istis beneficiis privantur, *Gail. d. cap.* 1. *num.* 13. & 14. *Add. omninò infra nu.* 184. Sic quidam Clericus non tamen ob fractam pacem, sed propter contumaciam 17. Febr. 1660. privatus est, *Sent. Cam. num.* 622. Insuper etiam conveniri possunt ad pœnam 2000. seu 100. Marc. aur. pur. *per* Landfr. *art.* Wie der Landfr. 2. & *art. ult.* §. Und gebitten. 3. Item ad pœnas juris communis atque restitutionem bonorum, *praced. n.*111. Quod tamen intellige, quatenus executio fieri potest in bonis, quæ ab Imperio habent, nam si executio in ipsorum corpus facienda, delinquentes ad forum ecclesiasticum remittendi sunt, *Gail. d. c.* 1. *nu.* 19. *Add. n. praced.* 86.

Clerici feuda aliaque beneficia ab Imperio habentes, illis privantur.

116. Sed cum hæ personæ ecclesiasticæ nonnunquam bona patrimonialia seu allodialia sub imperio etiam habeant, dubitari forsitan posset, anne Cæsar illas his privandi facultate polleat? Affirmatur, quia judex secularis Clericum in patrimonio, quod ipsi subjacet, punire potest, *arg. l.*3. *C. de Episc. & Cler. Gail. d. c.*1. *n.* 5. Nam Clericus in bonis patrimonialibus censetur Laicus, *Gylm. voc. Executio. Et certum est.*

Idem quoq; in bonis allodialibus sub imperio sitis obtinet.

117. Jam dicta de personis Ecclesiasticis ratione feudorum Imperio subjectis similiter obtinent in mulieribus, nam & illæ si vim publicam per suos præfectos inferri mandaverint, aut Bannitos domo mensave receperint, vel mandatis Cæsareis non paruerint, ad supra recensitas pœnas & restitutionem bonorum conveniuntur, non autem Banniuntur, sed omnibus bonis, beneficiis, favoribus, privilegiisque juris communis ac municipalis privantur. Causa est, cum Bannitorum corpora cuivis impune committantur, ne illæ condemnatæ prostituantur, sed habeatur ratio verecundiæ ac pudoris, *Gail. d. c.*1. *n.*34. & 2. *seqq.* In causa Hansket contra Linden quædam Vidua ob contumaciam 10. Decemb. 1657. prædicto modo privata est, *Sent. Cam. n.*340. Inque ejus bona 8. Febr. 1658. Immissio decreta, *ibid. n.*350.

Dicta de Clericis quoque in mulieribus procedunt.

Quid obtineat ſi univerſitas banniatur.

118. Si Univerſitas quædam ob delictum aliquod banniatur, *de quo vide Gail. 2. de P.P. c.9. per tot.* licet eo Banno omnes & ſingulæ perſonæ Univerſitatis earumque bona ex æquo afficiantur, *d. c.9. n.9.* tamen ibi etiam perſonæ Eccleſiaſticæ & mulieres non banniuntur, ſed præfatis beneficiis privantur.

119. Sed quid fiet de innoxiis Infantibus? Portabunt iniquitatem parentum. Plerumque tamen ob illos aliaſque perſonas innocentes Bannum in pœnam pecuniariam converti ſolet, *teſte Gail. d. c.9. n.17.*

Coram quo judice ſuper fracta pace agi queat.

120. Quòd porrò attinet Judicem, coram quo actio fractæ pacis inſtitui poſſit & debeat, ſciendum eſſe in libero arbitrio Actoris, utrum pacifragum in Aula Cæſarea, num in Camera, an denique coram illius ordinario judice convenire velit. Landfr. 1545. *art.* Wie gegen. 14. *C. p.2. t.11. §.pen.* Neque Pacifragus ſi in Camera (*vel quod in idem recidit, coram Cæſare,*) conveniatur, exceptiones fori declinatorias opponere poteſt, quoniam cauſa fractæ pacis immediatè per viam S.Q. ad Cameram ſpectat; adeò ut nulla privilegia, nullaque Prærogativa dignitatis aut excellentiæ illum à juriſdictione Camerali eximant, *vigore d. §.pen. junct.* Landfr. 1548. *art.* Auffhebung aller Freyheit. 27. *Gail. de P.P. c.11. n.1, & 2.*

Pacifragus in Camera conventus exceptiones fori declinatorias opponere nequit. Cujus Regulæ limitatio.

121. Cujus Regulæ tamen exceptio eſt, (1.) In Subditis Ducis Brabantiæ, qui in Camera nunquam conveniri poſſunt, niſi ratione Contributionum Imperii, *Burgund.* Vertrag 1548. §. Dabeneben. 10. *Extat apud vold.* Reichs-Satz. *pag. 278. & ſeqq. & Gylm. tom.6. c.2. §.2.* Quapropter coram Ordinario loci ad pœnam Banni, (*non imperialis ſed provincialis, ſupra t.25. n.36.*) pœnam pecuniariam & juris communis conveniendi ſunt, *Gail. d. cap.11. nu.6.* Cùm vero illa Tranſactio Burgundica ſe tantùm ad Subditos, non autem ipſum Ducem extendat, hic tanquam Status Imperii in Camera ſuper fracta Pace conveniri poteſt.

(2.) 122. (2.) In Clericis mediatè Imperio ſubjectis, qui coram ordinario judice eccleſiaſtico ad damna parti læſæ reſarcienda, in quantum facere poſſunt, conveniri ac ſeverè ob transgreſſionem ab eodem judice puniri debent, Landfr. 1548. *art.* Ob die Geiſtliche. 22. *Add. praced. n.114.* & quidem pro magnitudine delicti, vel ſuſpenſione ab officio atque beneficio, vel privatione, vel degradatione, *Gail. 1. de P.P. c.1. n.16.* Atque ſi ille Judex ceſſet, nec facinoroſi puniantur, ille & hi ſimiliter Cæſarea & Imperii gratiâ ac protectione priventur, *praalleg. art.22. Add. praced. n.104.*

(3.) 123. (3.) Si Actor ad Bannum imperiale agere velit. Nam tunc Judex ordinarius (*niſi ille ſit Cæſar vel Camera*) eligi non poteſt, quia talis Judex quidem in Bannum provinciale, non tamen Imperiale declarandi poteſtatem habet, quare vel Aula Cæſarea vel Camera adeunda, quandoquidem nemo præter has illa poteſtate gaudet, *ſupra t.25. n.28. usque 40.* Atque hoc intelligendum non ſolum de Banno Imperiali ſtrictè dicto, ſed etiam de Privatione Regalium Imperii, quoniam hæc à ſolo Cæſare data ſunt, ideò & iſte ſolus, eumque repræſentans Camera illis Regalibus privare poſſunt.

Coram judice or. inquoque ad pœn. 2000. Marc. aur. pur. agi poteſt.

124. Judicem vero ordinarium Cæſare aut Camera inferiorem in pœnam fractæ pacis 2000. ſeu 10. Marc. aur. pur. pacifragum condemnare poſſe, nullam rationem offendo, cur dubitem.

125. Præ

Uno Judice electo ad alium transire non licet.

125. Præterea quanquam *uti praced. n.* 120. *dictum*, Actori integrum sit eligere forum, uno tamen foro electo propter litem semel cœptam ad aliud transire ipsi minimè licet, *Magenh. ad O. C. p.* 2. *t.* 7. *vers. His igitur exceptis*. Proinde si actio coram ordinario judice ad pœnas Juris communis & restitutionem bonorum sit intentata, in Camera ad pœnam fractæ pacis non potest agi propter causæ continentiam, ne illa iniquè & absurdè dividatur, *Gail. d. cap.* 11. *num.* 26. *Gylm. voc. Bannum §. Banni pœna*.

Dubitatio

126. Verum huic obstare videntur tradita Gylm. *voc. Litispendentia §. pen.* Qui scribit, Anno 1560. cum quidam conventus Lipsiæ super homicidio ex jure communi, postea conveniretur in Camera super fracta pace, acriter disputatum, an Litispendentia esset? Et Conclusum, non videri litispendentiam, cum crimen fractæ pacis in Judicium non sit deductum.

127. Ob eandem rationem, videl. continentiam causæ, si ad pœnam fractæ Pacis in Camera agatur, nec actio ad restitutionem bonorum coram ordinario judice institui potest, *Myns.* 1. *O.* 97.

Litispendentia non opposita, Judicium posterius quoque valet.

128. Sed quid si Reus non alleget litispendentiam, an utrumque judicium valebit? Utique, & sibi imputet Reus, quod litispendentiam non allegaverit. Judex enim secundum Acta & probata judicare nihilque in facto supplere debet, *d. cap.* 11. *n.* 27. & 28.

Litispendentia coram ordinario ab Actore facta non obstat Fiscali in Camera agere volenti.

129. Atque hactenus de continentia causæ & litispendentia dicta cum de Actore intelligi debeant, quoque intelligantur, illa non vulgarem dubitationem movent, Anne Actore coram ordinario judice agente, Fiscali Cæsareo ad pœnam fractæ pacis in Camera agere volenti hæc continentia causæ & litispendentia opponi queat. Et quamvis hoc affirmandum videatur, tamen adhuc verius est, neutram Fiscali nocere, (1.) Quia Actor quidem pro suo libitu non solum ad pœnas & restitutionem bonorum separatim cumulativè, sed etiam coram quo judice vult, agere potest, *uti latè supra n.* 108. *usque* 20. *traditum*, tamen illud jure Fisci Cæsarei salvo semper fieri debet, *C. p.* 2. *t.* 10. §. 3. & 11. (2.) Quoniam hic revera nulla continentia causæ propter diversa ac separata Interesse adest, nam Fiscalis pro se Interesse Fisci Cæsarei ac publicum, Actor verò suum Interesse privatum persequitur.

Quivis magistratus Pacifragos ad instantiam læsi capiat puniatque.

130. Porrò quivis Magistratus *seu Judex inferior* ad Implorationem læsi Pacifragos capiat, contraque hos justitiam administret, nec accusator in ejusmodi casibus lite durante paria vincula vel pœnam talionis subire, sed duntaxat cautionem sistendi Juri, sicut hoc æquum est, præstare cogatur. Si quis cautionem hanc præstare nequiret, aut alioquin diffamata ignotave persona esset, illa pro sua qualitate usque ad finem litis honestè custodiatur, nisi Reus cum præda deprehensus aut facinus cæteroquin ita manifestum sit, ut nulla probatione indigeat aut hæc in continenti possit fieri, tunc locuples accusator à cautione, & alter qui ignotus vel diffamatus, à custodia liber sit, Landfr. 1548. *art.* Friedbrecher. 16. *princ.*

In qualibet litis disceptatione.

131. Insuper cum in quavis causa seu qualibet litis disceptatione non tantum ipsa jura, si uti nonnunquam vocari solent, Merita causæ sed etiam ut ordine ac

 legi-

...tum Ju-rium Pro-cessum observari oportet. legitimè procedatur, omninò attendi oporteat: igitur jactis jam fundamentis Jurium in hac fractæ Pacis causa circa ejus Merita præscriptorum ad Processum in eadem observandum nunc devenio.

Circa causam fr. pacis in Processu observanda sunt vel generalia vel specialia. 132. Postquam autem in hoc Processu nonnulla omnibus causarum generibus communia, quædam verò ceu causæ fractæ pacis propria specialiter observanda occurrant, atque ita methodi ratio efflagitaret, ut post tractationem generalium demum specialia proponerentur, tamen prævia instituta deliberatione mihi visum, Lectori benevolo melius consuli, si tam in hac fractæ pacis quam in reliquis subsequentibus causis statim post delibata Jura cujusque causæ, specialia forsan circa Processum in eadem attendenda contiguè subnecterem, tractatione generalium ad suum commodum locum reservata, *nim. infra tit. 64. & seqq.*

In causis fr. pacis proceditur vel per viam citationis vel per viam mandati. 133. Ad illud igitur præstandum, repetitio ex prioribus, quod violato contra pacem publicam tam ad pœnarum quam rei ablatæ persecutionem adversus violatorem procedere liceat, primum admoneo illi violato duplici remedio juris, nimirum Citatione atque Mandato, & quidem illa ad pœnas, hoc verò ad res persequendas opus esse. *De mandato agam infra n. 108.*

In causis fr. pacis citati ne opus ad ferendam sententiam declaratoriam. 134. Citationem quod attinet, ea opus est, sive agatur ad pœnam fractæ pacis sive ad pœnas juris communis. Non obstante quod violatorem statim ipso facto de jure in pœnam fractæ pacis, inprimis in Bannum Imperiale & alias pœnas (*sc. juris communis*) incidisse ipsa Constitutio declaret, ac contra illum ab ipsa Constitutione sic declaratum postmodum à Cæsare aut Cameta, vel ex officio, vel ad instantiam violati aut Fiscalis Cæsarei denuntiatione, declaratione ejusmodi Executionis (*quam scil. ipsa Constitutio facit, nim. declarando Reum in illas pœnas*) atque exactione pœnæ Banni & aliarum severè procedi ac prout de jure agi debeat, Landfr. 1548. *art.* Die Pen. 3. *pr. & art.* Von Pein. 7. *C. p. 2. t.* 10. §. 1. Atque sic prævia citatione non opus esse videatur, sed confestim à Mandatis executivis incipi queat. Nam licet violator pacis publicæ ab ipsa lege jam in Bannum Imperii declaratus sit, cum tamen eadem lex adhuc insuper denuntiationem & ulteriorem declarationem à Judice faciendam requirat, *alleg. text.* Judex verò nequidem sententiam declaratoriam contra jam à lege condemnatum absque prævia citatione ferre possit, hanc utique præmitti oportet, *uti etiam expressè sancitum in præalleg. pr. & d. tit. 10. §. 2. verb.* Mit vorgehender *Citation.*

Quia declaratoria sententia opus sit. Vide Sup. n. 96. 135. Illa Judicis declaratione autem ideò opus, quoniam nemo dicitur Pacifragus, nisi talis per sententiam declaratus sit, *per tradita Gail. 1. de P. P. cap. 19. n. 3. atque 2. de P. P. c. 3. n. 1. & 8.* Etiamsi esset violator maximè notorius. Nam & in delictis notoriis sententia declaratoria requiritur, *d. cap. 3. n. 15.* Atque alias jura super aliquo crimine disponentia ipso jure pœnam imponi, intelligenda sunt, dummodo secuta fuerit sententia declaratoria, qua declaretur illud crimen fuisse commissum, *d. cap. 3. n. 9. Add. supra n. 26*

Accusatus de Pacifragio usque ad sententiam declaratoriam... 136. Atque hinc est quod pendente judicio super hac constitutione accusatus ante declaratoriam sententiam liberam suarum rerum administrationem retineat, & pro arbitrio de iis contrahendo, donando atque alienando disponere possit,

possit, *Gail. d. cap.* 19. *n.* 1. *& dict. cap.* 3. *n.* 8. Si tamen lite cœpta Pacifragus conscientia perpetrati criminis in fraudem legis & constitutionis sua bona alienet, tunc post sententiam declaratoriam fraude detecta actione revocatoria alienata repetiti possunt, *Gail. d. cap.* 19. *n.* 10. *Huc facit C. p.* 2. *t.* 13.

toriam Pacifragi rerum administrationem retinet.

137. Si quis autem violando pacem publicam simul etiam crimen læsæ majestatis committat, ut puta si adversus Imperatorem vel Imperium armatus contumaciter quis insurgat, aut contra Imperii prosperitatem aliquid seditiosè machinetur, Imperatori Imperioque rebellando, ipsa hora commissi criminis liberam suarum rerum administrationem amittit, illæque res Fisco affectæ sunt, *Gail. d.c.* 19. *n.* 16. *& dict. cap.* 3. *n.* 16. Non obstat, quod crimen læsæ majestatis committens licet liberam suarum rerum administrationem amittat, *per l* 20. *de Accusat.* Earundem tamen dominium usque ad declaratoriam sententiam retineat, *per expreß. text. in l.* 15. *princ. Qui & a quib. manumitt.* Quare multò magis Pacifragus usque ad sententiam declaratoriam dominium debeat retinere. Nam Resp. textus obstantes loquuntur de eo, qui solummodò crimen læsæ majestatis commisit, Gailius verò loc. alleg. agit de illo, qui crimini læsæ majestatis Pacifragium accumulavit, atque si multò atrocius peccavit.

Exceptio.

138. Deinceps quanquam, uti paulo ante dictum, Reo ob crimen in aliquam pœnam ab ipsa lege jam declarato, opus sit adhuc quoque declaratione Judicis, atque per consequens prævia citatio etiam requiratur, non indigetur tamen illa declaratione Judicis, si ipsa lex expressè disponat, ut absque ulla ulteriori declaratione Delinquens in bannum declaratus esse debeat, cujus rei 4. Casus enarravi præced. n. 96. Atque ita nec Judex citationem præmittere tenetur, sed statim à mandatis executivis incipere potest. *Add. omninò Gail.* 2. *de P. P. cap.* 3. *num.* 15. *usque* 20.

Quando sententia declaratoria præviaque citatione non indigeatur.

139. Obiter hic notandum quod sæpe dicta citatio rubricari soleat: *Citatio* uff den Landfrieden / *Citatio ad videndum se incidisse in pœnam fractæ pacis, item Citatio ad vid. se declarari in pœn. fr. pac.* Quanquam ex duabus posterioribus Rubricis, inter quas planè nulla differentia, in unam cumulatis, hæc una Constitutionibus Imperii magis congruè ita formaretur: *Citatio ad videndum declarari se incidisse in pœnam fractæ pacis.*

Citatio quomodo rubricetur.

140. Præter generalia Requisita, (*de quibus infra Tit.* 65.) contineat hæc citatio, quod Reo, quia pacem publicam vel vi eam frangendo, vel ejusdem constitutionem transgrediendo violaverit, demandetur, ut in certo termino à Judice præfixo compareat ad videndum & audiendum declarari se propter accusatam violationem incidisse in pœnam fractæ pacis, vel ad allegandum causas & exceptiones relevantes, quare ejusmodi declaratio fieri non debeat.

Requisita hujus Citationis.

141. Deinde huic Citationi libellus adjungendus Reoque simul insinuandus, vel in illa memorandum, Actorem in præfixo termino Narrata Citationis loco libelli repetiturum esse, ut fit in aliis causis S. Q. Non obstante quod tenor citationis innuere videatur, non Actorem in termino præfixo ad libelli oblationem, sed Reum ad productionem legitimarum Exceptionum relevantiumque causarum, quare de-

Eidem Citationi libellus vel adjungendus vel inserendus.

re declaratio Banni fieri non debeat, adstringi. Nam hæc causa criminalis est, *praeced. n.* 12. in qua libellus necessariò est offerendus, *l.* 3. *de Accus. ibique Dd.* Quare Actor in præmemorato termino insinuatum libellum producere , vel libello non insinuato ejus loco Narrata Citationis sub solito præjudicio absolutionis à Citatione repetere tenetur, *ex usu & Stylo hodie in Camera recepto.*

Idem quoque obti es in C tat. ad Vid. se incid. in pœnam L. Si quis in tantam.

142. Addi huc potest idem obtinere in Citatione ad videndum declarari se incidisse in pœnam L. Si quis tantam. 7. C. Unde Vi. Quippe licet citato demandetur, ut in termino præfixo compareat ad videndum & audiendum se propter accusatam violentiam jure quæsito privari destitui & excludi, vel ad allegandum legitimas causas ac revelantes exceptiones, quare privatio hæc fieri non debeat, attamen libellus est proferendus, *Schvv. O.* 27. *n.* 5. Aut Narrata Citationis libelli repetenda sunt, *juxta praed. num.* 141.

Actor in termino comparitionis citat onem reproducere & libellare tenetur, etiam Reo non comparente. Libellus in contumaciam non-agenti pro confessato hic nunquam accipitur.

143. Ex his igitur apparet, Actorem in causa fractæ pacis, etiamsi ad pœnas juris communis agatur, in termino comparitionis non solum Citationem reproducere, sed etiam libellare teneri. Quod si Reus non comparet, Actor petit Proclama, eoque decreto post elapsas 6. Juridicas procedit in contumaciam, uti in aliis causis S. Q. fieri debet. *vid. infra Tit.* 66.

144. Si Reus quidem comparet, non tamen respondet libello, is pro confessato, quemadmodum aliàs in civilibus fit, non accipitur. Nam in criminalibus plena & vera probatio requiritur, contumacia autem est probatio tantum ficta, Gail. 1. *de P. P. cap.* 15. *n.* 11. Imò in criminalibus probationes luce merediana clariores requiruntur, *l. ult. C. de Probat.* Quare libellus pro confessato non accipitur, *d. cap.* 15. *n.* 3. & 10. Ne tum quidem, quando Reus juramentum respondendorum præstare recusat, Gylm. *voc. Pax publica* §. *Etsi juris.* Quia in Criminalibus Reus nunquam pro confesso in contumaciam non-agentis habetur, Gylm. *tom.* 1. *part.* 1. *pag.* 413. *n.* 1. Idcirco in his Reo injungitur Responsio non sub comminatione confessatorum, sed sub pœna non-Jurantium, quæ pignior est, Gylm. *d. pag.* 413. *in princ.*

Idem juris est in Sigillis in recog. tis.

145. Deinde nec sigilla literarum vel Instrumentorum ex parte Rei in contumaciam non-recognoscentis pro recognitis acceptantur , sed ad probandum per testes vel comparitionem literarum admittuntur, Gail. *d. cap.* 15. *n.* 13.

146. Lis tamen pro contestata acceptatur ac Reo via proponendi Defensionales præcluditur. Hinc 13. Decemb. 1654. in causa Fiscalis & Consort. contra Hessen & consort Citationis super fracta pace interlocutum: Dann in puncto citationis ist der Krieg Rechtens für bey-sitzt an- und Gegentheiln der Weg Defensionales vorzubringen hiemit benommen / sondern Klägern zu fernerer Handlung gelassen und solches in contumaciam *Vid. Sent. Cam. num.* 35.

Prædicta procedunt quoque si ad pœnam 2000. Marc. aur. pur. agatur.

147. Atque hæc procedunt non solum si ad pœnam Banni , sed quoque si ad pœnam pecuniariam 2000. Marc. aur. pur. agatur, quia & hæc actio merè criminalis est, *uti demonstrat* Gail. *d. cap.* 15. *n.* 23. *seqq.*

148. Sin autem omninò civiliter ad pœnas juris communis & restitutionem bonorum agatur, libellus & narrata in contumaciam non-respondentis pro confessatis,

atis manus & sigilla pro recognitis, quemadmodum in aliis causis civilibus, ita & hic acceptantur, Gail. *d. c.* 15. *n. ult.*

149. Civiliter verò ad pœnas juris communis agere Gailio & Dd. aliàs est agere ad pœnas soli parti applicandas, *Umm. Process. Judic. disp.* 1. *n.* 10. Hinc si quis ex fracta pace agat ad privationem directi Dominii, item ad pœnam L. Si quis in tantam, 7. C. Unde vi. Utroque casu ad pœnam sibi soli applicandam agit. Proinde is juxta Gail. & Dd. ad pœnas juris communis civiliter agere dicitur, ac propterea libellus in contumaciam non respondentis pro confesso accipiendus est. Quod etiam velle videtur Gail. *dict. c.* 15. *n. ult.* Verùm cum, *ut suprà. n.* 113. *& infra t.* 43. *n.* 4. *docui*, criminaliter agere sit, quoties ad vindicandum crimen agitur, ut Reus puniatur, sive illa pœna Fisco, sive parti applicetur, puto in istis duobus casibus libellum pro confesso accipi non posse.

Non verò procedunt si civiliter ad pœnas juris communis agatur.

150. E contra verò si Actor contumax sit in non-respondendo exceptionibus peremptoriis seu Defensionalibus Rei, tunc isti Defensionales pro confessis accipiuntur, idque favore defensionis & innocentiæ, eò quòd in dubio meliùs sit innocentem absolvere, quàm innocentem condemnare, & quòd ad probandam innocentiam imperfectæ & fictæ probationes admittantur, Gail. *dict. c.* 15. *num.* 20. & 21.

Defensionales in contumaciam non-respondentis pro confessis acceptantur.

151. Sed quæritur ante illæ exceptiones peremptoriæ, quales sunt exceptio præscriptionis, rei judicatæ, jurisjurandi, & similes ad merita causæ principalis pertinentes, oppositæ L.C. impediant? Negat Gail. 1. *de P.P. c.* 11. *n.* 8. Ex hac ratione, quia principale negotium concernant, *d. c.* 11. *n.* 9. Quæ litis ingressum non impediunt, *ibid. n.* 10. Quod tamen ita intelligendum, si istæ exceptiones altiorem indaginem requirant, nam si in continenti probari possunt, litis ingressum utique impediunt, *infrà n.* 170.

Defensionales litis ingressum non impediunt.

152. Bene verò notandum, quòd Actor forsan à Reo reconventus reconventioni respondere non teneatur. Nam quamvis de jure communi Reus criminaliter accusatus, Accusatorem quando suam suorumque injuriam persequitur, criminaliter reconvenire & accusare possit, maximè si reconventio fiat ante L.C. Gail. 1. *de P.P. c.* 12. *n.* 1. *&* 2. Quod eatenus procedit, si reconventio fiat coram ordinario judice ipsius Reconventi & Judice utriusque causæ, Gail. *d. c.* 12. *nn.* 3. Tamen id secus est in crimine fractæ pacis, quoniam istud innocentiâ, non relatione purgandum, *ibid. n.* 4.

Reconventio in causis fractæ pacis non admittitur.

153. Nam aut Accusatus vult Accusatorem reconvenire ex eodem delicto, putà quòd Actor ipsum priùs provocaverit, aut damnum vi armata dederit: & hoc fieri debet non modum reconventionis, sed defensionis per responsionem ad libellum accusatorium, vel per Defensionales, ad quos Actor respondere tenetur, illique negati ad probandum admittuntur, quâ probatione factâ atque sic actione Actoris elisâ seu aliàs non probata Reus absolvitur, Gail. *d. n.* 4. *& seq.* Gylm. *voc. Banni.* §. 1. Aut Reus vult Accusatorem super alio delicto contra pacem publicam commissio reconvenire, atque hoc in Camera non permittitur, Gail. *d. c.* 12. *num.* 6.

Modò Actor contra eum excipiat.

est. Quòd si Actor non fecerit, sed vel in genere ad pœnam fractæ pacis, vel ad illius species alternativè egerit, electio à Judice fieri debet..

Pœna fr. pacis quando commutari ac moderari queat.

110. Porrò cum interdum Pacifragorum conditio sit, ut Bannum contra eos abeque graviori periculo ac majori dispendio statui nequeat, attamen justum & æquum sit, ut quilibet delinquens meritam pœnam luat, eaque pœna ex qualitate facinoris & ejus circumstantiis moderetur, ideò Cæsar sibi reservavit & quoque judicio Cameræ dedit potestatem vel ex officio vel ad petitionem Partis Bannum in pœnam pecuniariam commutandi & pœnam 2000. seu 100. Marc aur. pur. in Constitutione hac statutam moderandi, aut loco ejusdem pœnas juris communis, citra omne tamen Fisci Cæsarei præjudicium, substituendi, prout quolibet tempore illud utilius æquiusque fore existimatum fuerit, *præalleg. t.* 10. §. 3.

Clerici nulla feuda ab Imperio habentes duntaxat ad restituenda bona & resarcienda damna

111. Prædicto modo autem vel separatim vel cumulativè agere licet non solum laicis sed etiam clericis, qui nimirum feuda ab Imperio habent, huicque illorum intuitu subjecti sunt, *Gail.* 1. *de P. P. cap.* 8. *n.* 12. *Mynſ.* 2. *O.* 51. Reliqui Clerici verò suo Judici ecclesiastico immediatè & solummodò subjecti super hac constitutione duntaxat ad restitutionem bonorum resarciendaque damna data agere possunt. Idque in supplicatione pro Processibus conceptis verbis testatum facere tenentur, Gail. 1. *de P. P. cap.* 8. *n.* 13. & 14. *Mynſ. d. loc.* Nam hac protestatione omissa licet simul ad pœnam fractæ pacis & restitutionem bonorum egerint, tamen nequidem quoad petitam restitutionem vincere possunt, *uti existimat Referens apud* Gylm. *tom.* 1. *part.* 1. *pag.* 30. *n.* 13. & 14. Deinde dicta protestatione omissa irregulares fiunt, honoreque ac loco privantur. Ideò consultum est, ut non solum protestentur, sed etiam super facta protestatione publicum Instrumentum confici curent, Gail. *d. cap.* 8. *n.* 15.

Non verò ad pœnam fractæ pacis.

112. Clerici verò accusationem ad pœnam Banni ideò instituere nequeunt, quoniam in illa est criminalis pœnam sanguinis, vitæ necisque irrogant, Gail. *d. c.* 8. *n.* 6. Quam ille agitare non debent. Imò nec ad vindictam publicam criminali judicio, cessante sanguinis pœna, agere possunt, *ibid. n.* 1. Proinde neque ad pœnam pecuniariam 2000. vel 100. Marc. aur pur agere iis liberum erit, quia & hæc actio criminalis est, *infra n.* 147. Idem obtinet, quamvis huic pœnæ alia pœna pecuniaria surrogetur, nam Surrogatum sapit naturam ejus, in cujus locum surrogatum est, *arg. l.* 1. §. 10. *Si is qui testam.*

Neque ad pœnam juris communis agere possunt.

Quid sit civiliter & criminaliter agere.

113. Ex ante adducta ratione nec Clericis ad pœnas juris communis agere permissum, quoniam nec hæc actio minus criminalis est. Sed cum ex crimine etiam civiliter agi queat, & tunc intentata actio non criminalis sed merè civilis dicatur, Gail. *d. cap.* 8. *n.* 13. quæritur anne Clerici ex crimine fractæ pacis civiliter agere quoque prohibeantur? Ad quam quæstionem solvendam, præsciri oportet, quid sit ex crimine civiliter agere, Nam civiliter & criminaliter agere à Dd. ita variè usurpatur, ut sæpe perceptu vix sit possibile, quidnam dicere voluerint. Mihi hic criminaliter agere est agere ad vindicandum crimen, ut nimirum Reus puniatur, sive illa pœna fisco sive actori applicetur. Civiliter agere verò si agatur ad restitutionem & bonorum & refectionem damni ex aliquo crimine illati. Ex quo constat Cle-

Clericos ad pœnas, ut nimirum crimen vindicetur, plane non; add. restitutionem verò & refectionem utique agere posse, *prout etiam jam supra n.* 111. *perdocui*, Judex tamen nihilominus, si delictum sit tale, mediante justitia pœnam ex officio vel ad instantiam Fiscalis irrogare potest, *Gail. d. c.* 8. *n.* 15. *Mind. de Process. cap.* 2. *n.* 7.

114. Præterea quemadmodum Clerici duntaxat ad restitutionem bonorum & refectionem damni illati agere queunt, sic è contra adversum eosdem eodem modo duntaxat agi potest, & quidem non in Camera, sed coram suo ordinario judice ecclesiastico, *infrà n.* 122. Quoniam in illos Cæsar nullam jurisdictionem habet, *praced. n.* 86. utpote ad forum ecclesiasticum spectantem, etiam in criminalibus, *Gail.* 1. *de P.P. c.* 1, *nn.* 14. Quapropter nec eosdem ad restitutionem bonorum compellere, multò minus istis pœnam sanguinis aut vitæ necisque periculum quale est pœna Banni, irrogare potest.

E contra etiam adversus illos Clericos duntaxat ad restitutionem bonorum refectionemq; damni illati agere licet.

115. Quod reliquas personas ecclesiasticas attinet, quamvis illæ ob eandem causam à Cæsare banniri nequeant, istæ tamen quatenus Feuda, Regalia aliaque privilegia ab Imperio habent, eatenus jurisdictioni Cæsaris subsunt atque ab eo istis beneficiis privantur, *Gail. d. cap.* 1. *num.* 13. *&* 14. *Add. omninò infra nu.* 84. Sic quidam Clericus non tamen ob fractam pacem, sed propter contumaciam 17. Febr. 1660. privatus est, *Sent. Cam. num.* 622. Insuper etiam conveniri possunt ad pœnam 2000. seu 100. Marc. aur. pur. *per* Landfr. *art.* Wie der Landfr. 2. *& art. ult.* §. Und gebitten. 3. Item ad pœnas juris communis atque restitutionem bonorum, *præced. n.* 111. Quod tamen intellige, quatenus executio fieri potest in bonis, quæ ab Imperio habent, nam si executio in ipsorum corpus facienda, delinquentes ad forum ecclesiasticum remittendi sunt, *Gail. d. c.* 1. *nu.* 9. *Add. n. præced.* 86.

Clerici feuda aliaque beneficia ab Imperio habentes, illis privantur.

116. Sed cum hæ personæ ecclesiasticæ nonnunquam bona patrimonialia seu allodialia sub imperio etiam habeant, dubitari forsitan posset, anne Cæsar illas his privandi facultate polleat? Affirmatur, quia judex secularis Clericum in patrimonio, quod ipsi subjacet, punire potest, *arg. l.* 3. *C. de Episc. & Cler. Gail. d. c.* 1. *n.* 5. Nam Clericus in bonis patrimonialibus censetur Laicus, *Gylm. voc. Executio. Et certum est.*

Idem quoq; in bonis allodialibus sub imperio sitis obtinet.

117. Jam dicta de personis Ecclesiasticis ratione feudorum Imperio subjectis similiter obtinent in mulieribus, nam & illæ si vim publicam per suos præfectos alteri inferri mandaverint, aut Bannitos domo mensave receperint, vel mandatis Cæsareis non paruerint, ad supra recensitas pœnas & restitutionem bonorum conveniuntur, non autem Banniuntur, sed omnibus bonis, beneficiis, favoribus, privilegiisque juris communis ac municipalis privantur. Causa est, cum Bannitorum corpora cuivis impune committantur, ne illæ condemnatæ prostituantur, sed habeatur ratio verecundiæ ac pudoris, *Gail. d. c.* 1. *n.* 34. *&* 2. *seqq.* In causa Hansket contra Linden quædam Vidua ob contumaciam 10. Decemb. 1657. prædicto modo privata est, *Sent. Cam. n.* 340. Inque ejus bona 8. Febr. 1658. Immissio decreta, *ibid. n.* 350.

Dicta de Clericis quoque in mulieribus procedunt.

Quid obtineat si universitas banniatur.

118. Si Universitas quædam ob delictum aliquod banniatur, *de quo vide Gail. 2. de P.P. c.9. per tot*, licet eo Banno omnes & singulæ personæ Universitatis earumque bona ex æquo afficiantur, *d. c.9. n.9.* tamen ibi etiam personæ Ecclesiasticæ & mulieres non banniuntur, sed præfatis beneficiis privantur.

119. Sed quid fiet de innoxiis Infantibus? Portabunt iniquitatem parentum. Plerumque tamen ob illos aliasque personas innocentes Bannum in pœnam pecuniariam converti solet, *teste Gail. d. c.9. n.17.*

Coram quo judice super fracta pace agi queat.

120. Quòd porrò attinet Judicem, coram quo actio fractæ pacis institui possit & debeat, sciendum esse in libero arbitrio Actoris, utrum pacifragum in Aula Cæsarea, num in Camera, an denique coram illius ordinario judice convenire velit. Landfr. 1543. *art.* Wie gegen. 14. *C.p.2.t.11.§.pen.* Neque Pacifragus si in Camera (*vel quod in idem recidit, coram Cæsare,*) conveniatur, exceptiones fori declinatorias opponere potest, quoniam causa fractæ pacis immediatè per viam S.Q. ad Cameram spectat, adeò ut nulla privilegia, nullaque Prærogativa dignitatis aut excellentiæ illum à jurisdictione Camerali eximant, *vigore d. §.pen. junct.* Landfr. 1548. *art.* auffhebung aller Freyheit. 27. *Gail. de P.P. c.11. n.1. & 2.*

Pacifragus in Camera conventus exceptiones fori declinatorias opponere nequit. Cujus Regulæ limitatio.

121. Cujus Regulæ tamen exceptio est, (1.) In Subditis Ducis Brabantiæ, qui in Camera nunquam conveniri possunt, nisi ratione Contributionum Imperii, *Burgund.* Vertrag 1548. §. Dabeneben. 10. *Extat apud vold.* Reichs-Satz. *pag.* 278. *& 3.seqq. & Gylm. tom.6. c.2. §.2.* Quapropter coram Ordinario loci ad pœnam Banni, (*non imperialis sed provincialis, supra t.25. n.36.*) pœnam pecuniariam & juris communis conveniendi sunt, *Gail. d. cap.11. nu.6.* Cùm vero illa Transactio Burgundica se tantùm ad Subditos, non autem ipsum Ducem extendat, hic tanquam Status Imperii in Camera super fracta Pace conveniri potest.

(2.) 122. (2.) In Clericis mediatè Imperio subjectis, qui coram ordinario judice ecclesiastico ad damna parti læsæ resarcienda, in quantum facere possunt, conveniri ac severè ob transgressionem ab eodem judice puniri debent, Landfr. 1548. *art.* Ob die Geistliche. 22. *Add. præced. n.114.* & quidem pro magnitudine delicti, vel suspensione ab officio atque beneficio, vel privatione, vel degradatione, *Gail. 1. de P.P. c.1. n.16.* Atque si ille Judex cesset, nec facinorosi puniantur, ille & hi similiter Cæsarea & Imperii gratiâ ac protectione priventur, *prætalleg. art.22. Add. præced. n.104.*

(3.) 123. (3.) Si Actor ad Bannum imperiale agere velit. Nam tunc Judex ordinarius (*nisi ille sit Cæsar vel Camera*) eligi non potest, quia talis Judex quidem in Bannum provinciale, non tamen Imperiale declarandi potestatem habet, quare vel Aula Cæsarea vel Camera adeunda, quandoquidem nemo præter has illa potestate gaudet, *supra t.25. n.28. usque 40.* Atque hoc intelligendum non solum de Banno Imperiali strictè dicto, sed etiam de Privatione Regalium Imperii, quoniam hæc à solo Cæsare data sunt, ideò & iste solus, eumque repræsentans Camera illis Regalibus privare possunt.

Coram judice or inferiore quoque ad pœn. 2000. Marc. aur. pur. agi posse.

124. Judicem vero ordinarium Cæsare aut Camera inferiorem in pœnam fractæ pacis 2000. seu 10. Marc. aur. pur. pacifragum condemnare posse, nullam rationem offendo, cur dubitem.

115. Præ

125. Præterea quanquam *uti praced. n.* 120. *dictum*, Actori integrum sit eligere forum, uno tamen foro electo propter litem semel cœptam ad aliud transire ipsi minimè licet, *Magenh. ad O. C. p.* 2. *t.* 9. *vers. His igitur exceptis*. Proinde si actio coram ordinario judice ad pœnas Juris communis & restitutionem bonorum sit intentata, in Camera ad pœnam fractæ pacis non potest agi propter causæ continentiam, ne illa iniquè & absurdè dividatur, *Gail. d. cap.* 11. *num.* 26. *Gylm. voc. Bannum* §. *Banni pœna*.

Uno Judice electo ad alium transire non licet.

126. Verum huic obstare videntur tradita Gylm. *voc. Litispendentia* §. *pen.* Qui scribit, Anno 1560. cum quidam conventus Lipsiæ super homicidio ex jure communi, postea conveniretur in Camera super fracta pace, acriter disputatum, an Litispendentia esset? Et Conclusum, non videri litispendentiam, cum crimen fractæ pacis in Judicium non sit deductum.

Dubitatio.

127. Ob eandem rationem, videl. continentiam causæ, si ad pœnam fractæ Pacis in Camera agatur, nec actio ad restitutionem bonorum coram ordinario judice institui potest, *Mynf.* 1. *O.* 97.

128. Sed quid si Reus non alleget litispendentiam, an utrumque judicium valebit? Utique, & sibi imputet Reus, quod litispendentiam, non allegaverit, Judex enim secundum Acta & probata judicare nihilque in facto supplere debet, *d. cap.* 11. *n.* 27. & 28.

Litispendentia non opposita, Judicium posterius quoque valet.

129. Atque hactenus de continentia causæ & litispendentia dicta cum de Actore intelligi debeant, quoque intelligantur, illa non vulgarem dubitationem movent, Anne Actore coram ordinario judice agente, Fiscali Cæsareo ad pœnam fractæ pacis in Camera agere volenti hæc continentia causæ & litispendentia opponi queat. Et quamvis hoc affirmandum videatur, tamen adhuc verius est, neutram Fiscali nocere, (1.) Quia Actor quidem pro suo libitu non solum ad pœnas & restitutionem bonorum separatim cumulativè, sed etiam coram quo judice vult, agere potest, *uti latè supra n.* 108. *usque* 20. *traditum*, tamen illud jure Fisci Cæsarei salvo semper fieri debet, *C. p.* 2. *t.* 10. §. 3. & 11. (2.) Quoniam hic revera nulla continentia causæ propter diversa ac separata Interesse adest, nam Fiscalis pro se Interesse Fisci Cæsarei ac publicum, Actor verò suum Interesse privatum persequitur.

Litispendentia coram ordinario ab Actore facta non obstat Fiscali in Camera agere volenti.

130. Porrò quivis Magistratus *seu Judex inferior* ad Implorationem læsi Pacifragos capiat, contraque hos justitiam administret, nec accusator in ejusmodi casibus lite durante paria vincula vel pœnam talionis subire, sed duntaxat cautionem sistendi Juri, sicut hoc æquum est, præstare cogatur. Si quis cautionem hanc præstare nequiret, aut alioquin diffamata ignotave persona esset, illa pro sua qualitate usque ad finem litis honestè custodiatur, nisi Reus cum præda deprehensus aut facinus cæteroquin ita manifestum sit, ut nulla probatione indigeat aut hæc in continenti possit fieri, tunc locuples accusator à cautione, & alter qui ignotus vel diffamatus, à custodia liber sit, Landfr. 1548. *art.* Fridbrecher. 16. *princ.*

Quivis magistratus Pacifragos ad instantiam læsi capiat puniatque.

131. Insuper cum in quavis causa seu qualibet litis disceptatione non tantum ipsa jura, si uti nonnunquam vocari solent, Merita causæ sed etiam ut ordine ac legi-

In qualibet litis disceptatione.

ne tum Jura tum Processum observari oportet.

Circa causam fr. pacis in Processu observanda sunt vel generalia vel specialia.

legitimè procedatur, , omninò attendi oporteat : igitur jactis jam fundamentis Jurium in hac fractæ Pacis causa circa ejus Merita præscriptorum ad Processum in eadem observandum nunc devenio.

132. Postquam autem in hoc Processu nonnulla omnibus causarum generibus communia , quædam verò ceu causæ fractæ pacis propria specialiter observanda occurrant, atque ita methodi ratio efflagitaret, ut post tractationem generalium demum specialia proponerentur , tamen prævia instituta deliberatione mihi visum, Lectori benevolo melius consuli, si tam in hac fractæ pacis quam in reliquis subsequentibus causis statim post delibata Jura cujusque causæ , specialia forsan circa Processum in eadem attendenda contiguè subnecterem, tractatione generalium ad suum commodum locum reservata, *nim. infra tit. 64. & seqq.*

In causis fr. pacis proceditur vel per viam citationis vel per viam mandati.

133. Ad illud igitur præstandum, repetitio ex prioribus , quod violato contra pacem publicam tam ad pœnarum quam rei ablatæ persecutionem adversus violatorem procedere liceat, primum admoneo illi violato duplici remedio juris, nimirum Citatione atque Mandato, & quidem illa ad pœnas, hoc verò ad res persequendas opus esse. *De mandato agam infra n. 108.*

In causis fr. pacis citationem opus ad ferendam sententiam declaratoriam.

134. Citationem quod attinet, ea opus est, sive agatur ad pœnam fractæ pacis sive ad pœnas juris communis. Non obstante quod violatorem statim ipso facto de jure in pœnam fractæ pacis, inprimis in Bannum Imperiale & alias pœnas (*sc. juris communis*) incidisse ipsa Constitutio declaret , ac contra illum ab ipsa Constitutione sic declaratum postmodum à Cæsare aut Camera, vel ex officio, vel ad instantiam violati aut Fiscalis Cæsarei denuntiatione, declaratione ejusmodi Executionis (*quam scil. ipsa Constitutio facit, nim. declarando Reum in illas pœnas* ,) atque exactione pœnæ Banni & aliarum severè procedi ac prout de jure agi debeat, Landfr. 1548. *art.* Die Peen. 3. *pr. & art.* Von Peen. 7. *C. p. 2. t.* 10. §. 1. Atque sic prævia citatione non opus esse videatur. sed confestim à Mandatis executivis incipi queat. Nam licet violator pacis publicæ ab ipsa lege jam in Bannum Imperii declaratus sit, cum tamen eadem lex adhuc insuper denuntiationem & ulteriorem declarationem à Judice faciendam requirat, *alleg. text.* Judex verò nequidem sententiam declaratoriam contra jam à lege condemnatum absque prævia citatione ferre possit, hanc utique præmitti oportet, *uti etiam expressè sancitum in præalleg. pr. & d. tit.* 10. §. 2. *verb.* Mit vorgehender *Citation.*

Quare... declaratoria sententia opus sit. Vide Sup. n. 96.

135. Illa Judicis declaratione autem ideò opus, quoniam nemo dicitur Pacifragus, nisi talis per sententiam declaratus sit, *per tradita Gail. 1. de P. P. cap. 19. n. 3. atque 2. de P. P. c. 3. n. 1. & 8.* Etiamsi esset violator maximè notorius. Nam & in delictis notoriis sententia declaratoria requiritur, *d. cap. 3. n. 15.* Atque alias jura super aliquo crimine disponentia ipso jure pœnam imponi, intelligenda sunt, dummodo secuta fuerit sententia declaratoria, qua declaretur illud crimen fuisse commissum, *d. cap. 3. n. 9. Add. supra n. 26*

Accusatus de Pacifragio usque ad sententiam declara-

136. Atque hinc est quod pendente judicio super hac constitutione accusatus ante declaratoriam sententiam liberam suarum rerum administrationem retineat, & pro arbitrio de iis contrahendo , donando atque alienando disponere possit,

possit, *Gail. d. cap.* 19. *n.* 1. *& dict. cap.* 3. *n.* 8. Si tamen lite cæpta Pacifragus conscientia perpetrati criminis in fraudem legis & constitutionis sua bona alienet, tunc post sententiam declaratoriam fraude detecta actione revocatoria alienata repetiti possunt, *Gail. d. cap.* 19. *n.* 10. *Huc facit C. p.* 2. *t.* 13.

toriam Pacifragi rerum administrationem retinet.

137. Si quis autem violando pacem publicam simul etiam crimen læsæ majestatis committat, ut puta si adversus Imperatorem vel Imperium armatus contumaciter quis insurgat, aut contra Imperii prosperitatem aliquid seditiosè machinetur, Imperatori Imperioque rebellando, ipsa hora commissi criminis liberam suarum rerum administrationem amittit, illæque res Fisco affectæ sunt, *Gail. d.c.* 19. *n.* 16. *& dict. cap.* 3. *n.* 16. Non obstat, quod crimen læsæ majestatis committens licet liberam suarum rerum administrationem amittat, *per l* 20. *de Accusat.* Earundem tamen dominium usque ad declaratoriam sententiam retineat, *per expreß. text. in l.* 15. *princ. Qui & a quib. manumitt.* Quare multò magis Pacifragus usque ad sententiam declaratoriam dominium debeat retinere. Nam Resp. textus obstantes loquuntur de eo, qui solummodò crimen læsæ majestatis commisit, Gailius verò loc. alleg. agit de illo, qui crimini læsæ majestatis Pacifragium accumulavit, atque si multò atrocius peccavit.

Exceptio.

138. Deinceps quanquam, uti paulo ante dictum, Reo ob crimen in aliquam pœnam ab ipsa lege jam declarato, opus sit adhuc quoque declaratione Judicis, atque per consequens prævia citatio etiam requiratur, non indigetur tamen illa declaratione Judicis, si ipsa lex expresse disponat, ut absque ulla ulteriori declaratione Delinquens in bannum declaratus esse debeat, cujus rei 4. Casus enarravi præced. n. 96. Atque ita nec Judex citationem præmittere tenetur, sed statim à mandatis executivis incipere potest. *Add. omninò Gail.* 2. *de P. P. cap.* 3. *num.* 15. *usque* 20.

Quando sententia declaratoria præviaque citatione non indigeatur.

139. Obiter hic notandum quod sæpe dicta citatio rubricari soleat: *Citatio* uff den Landfrieden / *Citatio ad videndum se incidisse in pœnam fracta pacis, item Citatio ad vid. se declarari in pœn. fr. pac.* Quanquam ex duabus posterioribus Rubricis, inter quas planè nulla differentia, in unam cumulatis, hæc una Constitutionibus Imperii magis congruè ita formaretur: *Citatio ad videndum declarari se incidisse in pœnam fracta pacis.*

Citatio quomodo rubricetur.

140. Præter generalia Requisita, (*de quibus infra Tit.* 65.) contineat hæc citatio, quod Reo, quia pacem publicam vel vi eam frangendo, vel ejusdem constitutionem transgrediendo violaverit, demandetur, ut in certo termino à Judice præfixo compareat ad videndum & audiendum declarari se propter accusatam violationem incidisse in pœnam fractæ pacis, vel ad allegandum causas & exceptiones relevantes, quare ejusmodi declaratio fieri non debeat.

Requisita hujus Citationis.

141. Deinde huic Citationi libellus adjungendus Reoque simul insinuandus, vel in illa memorandum, Actorem in præfixo termino Narrata Citationis loco libelli repetiturum esse, ut fit in aliis causis S. Q. Non obstante quod tenor citationis innuere videatur, non Actorem in termino præfixo ad libelli oblationem, sed Reum ad productionem legitimarum Exceptionum revelantiumque causarum, quare de-

Eidem Citationi libellus vel adjungendus vel inferendus.

is manus & sigilla pro recognitis, quemadmodum in aliis causis civilibus, ita & : acceptantur, Gail. *d. c.* 15. *n.ult.*

149. Civiliter verò ad pœnas juris communis agere Gailio & Dd. aliàs est ege- ad pœnas soli parti applicandas, *Umm. Process. Judic. disp.* 1. *n.* 10. Hinc si quis fracta pace agat ad privationem directi Dominii, item ad pœnam L. Si quis in itam, 7. C. Unde vi. Utroque casu ad pœnam sibi soli applicandam agit. Proin- is juxta Gail. & Dd. ad pœnas juris communis civiliter agere dicitur, ac pro- ereà libellus in contumaciam non respondentis pro confesso accipiendus est,]uod etiam velle videtur Gail. *dict. c.* 15. *n.ult.* Verùm cum, *ut supra. n.* 113. & *ra t.* 43. *n.* 4. *docui*, criminaliter agere sit, quoties ad vindicandum crimen agi- :, ut Reus puniatur, sive illa pœna Fisco, sive parti applicetur, puto in istis obus casibus libellum pro confesso accipi non posse.

Non verò procedunt. si civiliter ad pœnas juris communis agatur.

150. E contra verò si Actor contumax sit in non-respondendo exceptionibus remptoriis seu Defensionalibus Rei, tunc isti Defensionales pro confessis ac- piuntur, idque favore defensionis & innocentiæ, eò quòd in dubio meliùs sit ocentem absolvere, quàm innocentem condemnare, & quòd ad probandam in- ocentiam imperfectæ & fictæ probationes admittantur, Gail. *dict. c.* 15. *num.*). & 21.

Defensionales in contumaciam non-respondentis pro confessis acceptantur.

151. Sed quæritur ante illæ exceptiones peremptoriæ, quales sunt exceptio æscriptionis, rei judicatæ, jurisjurandi, & similes ad merita causæ principalis rtinentes, oppositæ L.C. impediant? Negat Gail. 1. *de P.P. c.* 11. *n.* 8. Ex hac ra- one, quia principale negotium concernant, *d. c.* 11. *n.* 9. Quæ litis ingressum on impediunt, *ibid. n.* 10. Quod tamen ita intelligendum, si istæ exceptiones tiorem indaginem requirant, nam si in continenti probari possunt, litis ingres- m utique impediunt, *infrà n.* 170.

Defensionales litis ingressum impediunt.

152. Bene verò notandum, quòd Actor forsan à Reo reconventus reconven- oni respondere non teneatur. Nam quamvis de jure communi Reus crimina- :er accusatus, Accusatorem quando suam suorumque injuriam persequitur, cri- inaliter reconvenire & accusare possit, maximè si reconventio fiat ante L. C. ail. 1. *de P.P. c.* 12. *n.* 1. & 2. Quod eatenus procedit, si reconventio fiat coram rdinario judice ipsius Reconventi & Judice utriusque causæ, Gail. *d. c.* 12. *nu.* 3. 'amen id secus est in crimine fractæ pacis, quoniam istud innocentiâ, non rela- one purgandum, *ibid. n.* 4.

Reconventio in causis fr. pacis non admittitur.

153. Nam aut Accusatus vult Accusatorem reconvenire ex eodem delicto, pu-] quòd Actor ipsum priùs provocaverit, aut damnum vi armata dederit: & hoc eri debet non modum reconventionis, sed defensionis per responsionem ad bellum accusatorium, vel per Defensionales, ad quos Actor respondere tenetur, lique negati ad probandum admittuntur, quâ probatione factâ atque sic actione ctoris elisâ seu aliàs non probata Reus absolvitur, Gail. *d. n.* 4. & *seq.* Gylm. *voc.* Banni. §. 1. Aut Reus vult Accusatorem super alio delicto contra pacem publi- am commissio reconvenire, atque hoc in Camera non permittitur, Gail. *d. c.* 12. *num.* 6.

Modo Actor contra eum excipiat.

n.6. Etiamsi civiliter agatur, seu in puncto mandati petatur restitutio, *Gail. d. c.* 12. *n.ult. Gylm.voc. Reconventio.* §. *Reconventio in causis fracta pacis.* Sed super illo novo facto nova requiritur citatio & novus Processus, *praalleg. n.6.* Admittitur tamen reconventio, si contra eam accusator nihil opponat, sed partes super eadem litem contestentur, *Gail. d.c.*12. *n.*9.

Ratio quare illa non admittatur.

154. Quòd verò in Camera in Causis fractæ pacis reconventio regulariter non recipiatur, hoc ideo receptum esse putat *Gail. d. cap.* 12. *n.* 14. quoniam separatis Processibus super diversis Factis meliùs rei veritas indagatur, & ne una causa aliam impediat, sed quælibet suo Marte procedat, & in qua priùs concluditur, in ea priùs pronuncietur, ac quoniam diversa Facta diversas sententias requirant. Præterea quia quod quis vult facere per viam reconventionis, id via Actionis facere potest, ut ita non opus sit beneficio reconventionis, *Gail. d.n.* 14. Notari tamen hîc potest, Gisseberum, *de Reconvent. c.*17. à Gailio dissentire & per rationes non contemnendas statuere, reconventionem in causis fractæ pacis locum habere.

Dissentit Gisebertus.

Requisita Actionis super fr. pace in specie probanda, alias Reus absolvendus venit.

155. Porrò sive Reus non comparuerit, sive comparens libello non responderit, sive denique responderit negans adesse qualitates seu Requisita hujus constitutionis Actor omnia Requisita, de quibus supra *n.*40. *& seqq.* latè actum, adesse in specie & sufficienter probare tenetur. Nam is non probatis deficit jurisdictio Cameræ, quia Factum pacifragum eam jurisdictionem fundans cum suis qulitatibus probari debet, quoniam qualitas requisita à Facto principali separari nequit, adeò ut omissa qualitate aliud Factum censeatur, quàm quod in libello propositum, atque sic inepta Actio instituta, propter quàm, ut & præcipuè non fundatam jurisdictionem Reus absolvendus est, *C. p.*2. *t.*10. §.14.

Idque procedit si Actor etiam in unico Requisito probando deficiat.

156. Atque hæc procedunt, etiamsi Actor circa pacifragium violentum duntaxat in unico Requisito probando deficiat, quoniam tria cumulatè constitutio desiderat, *praced. n.*40. Igitur unico deficiente non violatio pacis publicæ, sed aliud Factum censetur. Hinc si Reus factum confiteatur, adjiciat tamen se fecisse ad conservationem sui juris, istud Factum non censetur violatio pacis publicæ, quoniam qui suo jure utitur, in dolo non est, *l.*55. *de R.J.* Neque vim facere videtur, *l.*155. §.1. *eod.* Atque ita duo Requisita deficiunt.

Qui defectus etiam contingit, si Reus legitimam sui defensionem probet.

157. Idem est, si quis factum confiteatur cum qualitate legitime defensionis sui corporis, quia hæc omni jure permissas est, §.3. *de I. & I. Gail.* 1. *de P. P. c.* 16. *n.*6. Hinc eâ probatâ Reus absolvendus est, *Gail.*1. *de P.P.c.*17. *n.*5. Tenetur verò Reus probare non solam defensionem, sed quoque eam fuisse necessariam & coactam, nimirum adhibito moderamine inculpatæ tutelæ factam, *Gail. d. cap.* 16. *n.*3. & 4. Quòd si Reus in hac qualitate probanda deficiat, aut appareat ipsum moderamen inculpatæ tutelæ excessisse, pœna Banni in peculiariam commutanda, *Gail. d. c.*17. *n.*6. *Add. eundem in d. c.*16. *&* 17. *per tot. pulchra tractantem de moderamine inculpata tutela, & confessione qualificata.*

Prædicta produnt quoque si ad pœnas juris.

158. Prædicta autem procedunt non solùm si ad pœnam fractæ pacis sed quoque si ad pœnas juris communis, vel etiam ad solam restitutionem bonorum actú

sit,

it, nam hôc casu requisita fractæ pacis æquè probanda sunt, ac si ad præmemora-
as pœnas agatur, *Mynſ.* 2. *O.* 29. Quare tam in hôc quâm reliquis casibus judex
b defectum requisitorum jurisdictionem ipsius fundantium Reum absolvere te-
retur.

comm. vel restitutionem bonorum agatur

159. Utrum verò judex Reum à citatione, an ab Actione institutâ absolvere
ebeat, inter Mynsingerum & Gailium discordia est. Nam ille 2. *O.*27. & 3. *O.*
8. *in fin.* dicit, Reum à Citatione absolvi solere. Hic autem 1. *de P.P. c.*13. *n.*9.
8. & 20. tradit Reum ab instituta Actione absolvendum esse. Ad quam discor-
iam conciliandam distinguit *Gylm. tom.*1. *pag.*23. & 30. inter tempus antiquum
c novum, dicens hodie usitato stylo Reum absolvi ab intentata accusatione. Atque
a 16. Maji 1662. Reus ab instituta Actione absolutus in causa Ostfrießland con-
ra Oldenburg citat. super fr. pac. hisce formalibus: Daß gemeldter Beklagter
on angestellter Klage auff den Landfrieden und deren darauff gegründeten
landaten zu absolviren und zu erledigen sey / Als wir Ihn auch hiermit absolvi-
en und erledigen / doch gedachtem Kläger / ob Er wil / auch sonst männiglichen
n gehörigen Orten / und wie sichs vermöge der Rechte gebühret zu klagen / in
lle wege vorbehalten / die Gerichts-Kosten derentwegen auffgeloffen nach Ge-
alt dieser Sachen gegeneinander compensirend und vergleichend. *Vid. Sent.
amer. n.*842.

Dubitatur utrum Reus à citatione, an verò ab instituta Actione absolvi debeat

160. Deinceps Reo absoluto Actor in expensas condemnandus, *Gail. d. c.* 13.
um. 9. Quæ condemnatio tamen regulariter non obtinet, sed uti in aliis causis,
a etiam hîc circumstantiis consideratis Judex expensas vel compensat, vel in eas
ondemnat, *Magenh. O.*9. *Gylm. d. pag.* 30. *num.* 12. Compensatio facta est in
ausa num. proximè præced. allegata.

Reo absoluto, Actor in expensas condemnatur.

161. Porrò quanquam Reus à Pacifragio in Camera absolutus sit, nihilominus
men cum ad pœnas juris communis & restitutionem bonorum coram ordina-
o judice convenire licet. Erat verò olim in arbitrio judicis Cameræ, sententiæ
bsolutoriæ clausulam reservatoriam, quâ Actori jus agendi coram ordinario re-
rvatur, annectere aut omittere, *Gail. d. cap.* 13. *nu.* 19. Ast cum hodie Ordina-
o Cam. remissionem Partium ad judicem ordinarium expresse requirat, *d. t.*19.
14. *in fin.* illam clausulam necessario sententiæ annectendam esse puto. Quan-
uam hâc clausulâ omissâ, nihilominus tamen ordinariæ actiones ipso jure salvæ
aneant, *Gylm. d. part.*1. *pag.*32. *n.*24.

Sententia absolutoria clausula reservatoria juris coram Ordinario agendi hodie necessario annectenda est.

161. Præterea si subsecuta absolutione Actor Reum coram ordinario judice
per spolio, turbatione, injuria, vel alias ob causas jure judicioque persequi velit,
uò causa eò citiùs expediatur, nec partes novis probationibus sumptibusque one-
entur, sed celerius suum Jus consequantur, Acta super fracta pace in Camera ven-
lata per viam subsidiariæ implorationis Judici ordinario (*copialiter, non verò
iginaliter*) communicentur, quæ coram eo tantum ponderis habeant, ac si co-
m eodem prolata deductaque essent, utrique tamen parti ulteriori probatione
lvâ, *præalleg.* §. 14. *circa fin.*

Absolutione subsecuta Acta ad implorationem Judicis ordinarii à Camera edenda sunt.

163. Postremò cùm Citationibus super fractâ pace ut plurimùm Mandata an-

Reo in puncto

Citationis absoluto; ipse quoque in puncto mandati absolvi debet.

nectantur, sciendum est, quòd quidem antiquitus Reo in puncto Citationis absoluto Camera in annexis Mandatis procedere solita sit, ex hac ratione quòd Judex causæ principalis possit etiam judicare de accessoriis & incidentibus *Magenh. ad O.C.p.2.t.9. Rubr. vers. Olim. tamen & seq. Gylm. voc. Mandata super constit. fr. pac. §. condemnatio. Schvvam. O.34. & 39.n.6. cum seqq.* Verùm hodie Reus in utroque puncto, *scil. Citationis & Mandati* absolvi, Patresque ad judicem ordinarium remitti debent, *præcitat. §.14. Præjudicium allegavi suprà n.159.*

Modi, quibus Actio super fr. pace tollitur sunt 4. Primus modus est absolutio Rei. Secundus modus est præscriptio. Tertius modus est transactio.

164. Atque hic est primus modus; quô tollitur Accusatio super fracta pace, Secundus est Præscriptio. Ea enim Accusatio 20. Annis etiam quoad Fiscum præscribitur, *Gail. 1. de P.P. cap. ult. num. 30. & 31. Mynſ. 4. O.35.* Modò conventus hanc præscriptionem opponat, nam aliàs Judex petitos processus decernere tenetur. Quia Judex non debet supplere de exceptione præscriptionis, cum tempus non tollat crimen, *Mynsing. dict. O. 35. in fin* Gail. *dict. cap. ult. num. 35.*

165. Tertius modus est transactio. Super crimine enim fractæ pacis tam ante quàm post L.C. transigi potest, Gail. 2. *de PP. cap. 18. n. 1.* Quia pœnam sanguinis infert. Nam Pacifragi corpus læsioni cujuslibet impunè exponitur, *d.t.10. §.2.* Super tali autem crimine transactio permissa est, *l.18. C. de Transact.* Quoniam unicuique suum sanguinem qualitercunque, ergo etiam pretio interveniente redimere licet, *l.1. de bon. eor. qui ante sent.*

Transactio in pacifragio ante institutam Actionem indistinctè permissa.

166. At cùm pœnæ fractæ pacis sint diversæ nec cunctæ pœnam sanguinis inferant, ideò aliquantulùm accuratiùs hîc distinguendum, & quidem (1.) Inter libellum exhibitum seu Actionem propositam, & nondum propositam. Posteriori casu, quia nondum certum, utrum læsus ad pœnam sanguinis, nempe Bannum aliamve similem, an verò ad pœnam pecuniariam sit acturus, indistinctè transigi posse & transactionem valere puto, nisi Reus sit talis persona, adversus quam ad Bannum aliamve pœnam sanguinis agi nequeat. *Add. infra n.184. & 285.*

Si Actio instituta ad pœnam sanguinis transigere licet, alias non.

167. Priori casu subdistinguendum, aut actio instituta est ad Bannum, & transigere licet, *per tradita præced. nn. 165.* aut ad privationem Regalium aliorumque beneficiorum, vel ad pœnam 1000. Marc. aur. pur. seu alias pœnas juris pœnam sanguinis non inferentes, atque hôc casu nullo tempore, nisi id fiat jussu judicis, *l.6. §.3. De his qui not. infam.* transigi potest, *per l.18. Cod. de transact.* Quæ lex indistinctè loquitur.

Gail. putat transactionem ante institutam [illegible] nullius esse momenti.

168. Sed Gail. 1. *de P. P. c.11.n.17. & 18.* distinguit putans transactionem ante institutam accusationem nullius esse momenti, ideoq; eum, qui transegit, posse non obstante transactione accusationem instituere, ne crimina maneant impunita: Post acceptum vero Judicium transigentem non posse rursus accusare, sed quoniam talis transactio valida accusatum absolvi debere, nisi sit talis casus, ubi Judex ad condemnationem non ad querimoniam Partis sed ex officio procedere queat, eoque casu non obstante Reum condemnare posset.

Sed [illegible]

169. Verum enim verò transactiones in criminalibus indistinctè sive pœnam sangui-

nguinis ingerant, sive non, ante excusationem institutam initas de consuetu-ine valere atque ita usu forensi observati tradit Julius Clarus, *teste ipso* Gail. *d. um.* 17. *& Mynſ.* 2. *O.* 79. Quam Clari traditionem veram arbitor cumque eo ntio.

...entia verius putatur.

170. Insuper, si transactio est valida, & ante accusationem intervenit, notan-um (1.) Quòd læso posteà opponi possit exceptio transactionis, quæ exce-tio litis ingressum impedit, Gail. *dict. c.* 11. *n.* 11. Modò in continenti probetur, am si altiorem indaginem requirat, inficiatione adversarii, salvis quibuscunque xceptionibus & Defensionalibus L.C. injungitur, uti in causis civilibus receptum st, *d. cap.* 11. *n.* 18. *&* 19. *Magenb. ad O.C. p.* 2. *t.* 9. *vers. His itaque exceptis.* 2.) Quòd cum Fisco transigere quidem non teneatur, attamen hæc transactio Fisco ion præjudicet, sed illi nihilominus ex officio procedere liceat, Gail. *dict. c.* 11. *n.* 20. *Mind. de Process. c.* 22. *n.* 14. Neque illis hæc transactio præjudicat, *d. c.* 11. *um.* 11.

Effectus transactionis validæ.

171. Sin vero Reus transigat post accusationem institutam (*intellige tam à Fisco quàm parte læsa*) cum utroque transigere tenetur, Gail. *dict. cap.* 11. *num.* 20. Sed quid si Fiscalis non simul egerit? Resp. Ex officio adhuc agere potest, nisi ei præscriptio obstet, quæ lapsu 20. Annorum introducitur, *prout dictum praced. num.* 164.

172. Denique modus quartus tollendi accusationem fractæ pacis est naturalis mors Pacifragi. Hæc enim omnia tollit, ergò & Pacifragium. Illud tamen non simpliciter & universaliter verum, sed intelligi debet cum certis distinctionibus ac limitationibus, quas tradidi supra *n.* 63. *usque* 75.

Modus quartus tollendi accusationem fr. pacis

173. Quòd si Actor omnia Requisita hujus Constitutionis adesse probat, Reus juxta petitionem Actoris condemnatur, & quidem si Banni declaratio petita, tunc Judex Reum in illud declaret, nisi alia causa judicem moverit ad illud in pœnam pecuniariam commutandum, *vid. praced. n.* 110.

174. Ubi notandum licet Judex causam illius commutationis non exprimere teneatur, sed tantum in genere dicat, se ex causis moventibus Bannum in pœnam pecuniariam commutare, quod tamen causam condemnationis tam in hanc pœnam quàm in Bannum tum ob contumaciam, tum ob fractam pacem aliudve delictum infligendum sententiæ expressè inserere debeat, *Gail.* 1. *de P.P. c.* 6. *nu.* 7. *Gylm. voc. Banni declaratio. junct. formul. sentent. apud Gail. dict. c.* 6. *n.* 9. *&* 19. *Atque apud Gylm. tom.* 1. *part.* 1. *pag.* 35. *&* 39.

Probatis Requisitis fr. pacis, Reus juxta petitionem Actoris condemnandus. Et in sententia causa condemnationis exprimenda est.

175. Præterea hîc observari potest, quamvis sententiæ utriusque Banni tam ob contumaciam quàm fractam pacem quoad formulam pronuntiandi æquales sint, quòd tamen in quibusdam aliis differant, & quidem (1.) Sententia ob contumaciam sub conditione & cum termino suspensivo proferri potest, *juxta Gail.* 2. *de P.P. cap.* 4. *num.* 9. Ratio quoniam illa est interlocutoria & revocari potest, *Gail. d. nu.* 9. *& cap.* 5. *num.* 7. Sententiam ob pacifragium verò non aliter quàm purè proferre licet, *Gail. dict. cap.* 4. *num.* 1. *&* 2. Nam hæc est definitiva & in rem judicatam transit, quare nec retractari potest, *Gail. d. cap.* 5. *n.* 3. 4. *&* 5.

Sequentiarum Banni ob fr. pacem & Banni ob contumaciam differentiæ pal...

In casu ob non exsolutas collectas Imperii tanti effectus suspendi solet. 176. In casu non exsolutarum collectarum Imperii etiam morosi Status purè banniuntur, sed effectus Banni ad aliquot hebdomadas suspendi solet, uti apparet ex formulis sententiarum apud *Gail. d. cap. 4. n. 20. & 22.* Ubi n. 3. id vocat, proferre sententiam banni cum termino suspensivo. In eodem casu personas ecclesiasticas primò non purè sed sub conditione in eventum banniri seu regalibus privari, atque si intra præscriptum tempus vel conditionem, in sententia expressa non impleverint, jam decerni: Laßt man es bey de: Eventual-condemnation bleiben: Scribit *Magenh. ad O. C. p. 2. t. 20. pag. 169.* Quod tamen intelligendum juxta traditam distinctionem Gail. ex *d. n. 3. 20. & 22.*

Differentia secunda. 177. (2.) Sententia ob contumaciam est interlocutoria, quia causam principalem non definit, *Gail. 2. de P. P. cap. 5. n. 7.* & ideo revocari potest, *d. n. 7.* Sententiam Banni ob fr. pacem est definitiva, quoniam juris ordine servato cum plena causæ cognitione profertur, & crimen principaliter in judicium deductum extremè definit, nec alia sententia post expectatur, *Gail. d. cap. 5. n. 3.* Ac proinde revocari nequit, *Umm. disp. 19. n. ult. Gail. d. cap. 5. n. 5.*

Differentia tertia. 178. (3.) Bannitus ob contumaciam hac purgata solutione ejus quod interest, etiam invito Adversario absolvi potest, *Mynʃ. 5. O. 11. in fin.* Ratio quoniam pœna imposita intuitu contumaciæ limitatur & restringitur ad limites contumaciæ, quapropter purgata contumacia, pœna ultra suos limites extendi non debet. Cessante enim contumacia, cessat causa Banni, & per consequens etiam pœna. Bannitus ob fr. pacem verò aliter absolvi nequit, nisi Adversario consentiente, Landfr. 1548. *art.* welche umb. *26. C. p. 2. t. 19. pr. Gail. 2. P. P. cap. 18. n. 16.* Imò licet Adversarius consentiat, tamen inconsulto Cæsare à Banno non relaxandus, quoniam interest Reipubl. ne delicta maneant impunita, *Gail. d. n. 16. & Mynʃ. 5. O. 11. n. 3.* Proinde huic Bannito non tam facilè absolutio conceditur, *Gail. d. cap. 18. n. 17. & 2. de P. P. cap. 6. n. 4.*

Differentia quarta. 179. (4.) Bannitus ob contumaciam non cogitur cum Fisco Cæsareo transigere, nisi ei nuncupatim in aliquam pœnam condemnatus sit, *C. p. 3. t. 55. §. ult.* Sed Bannitus ob fr. pacem non solum cum Adversario, sed etiam cum Fisco transigere tenetur, ad hoc ut absolutionem consequi queat *C. p. 2. t. 19. §. 1.* Ratio differentiæ est, quia priori casu pars tantum læditur, & judicis authoritas contemnitur. Altero autem casu non solum pars sed etiam Imperii tranquillitas malo exemplo offenditur, quam læsionem pacis publicæ Fiscus meritò vindicare debet, *Gail. dict. cap. 6. n. 5. & 6.*

Differentia quinta. 180. (5.) Bannitus ob contumaciam solo Judicis cameræ arbitrio à Banno relaxari potest, at Bannitus ob magnas & arduas violationes pacis publicæ, ex quibus majora mala sequi possent, ad conservandam Cæsareæ Majestatis debitum Reputationem inconsultò Cæsare, etiam Adversario volenti absolvi nequit, *d. d. 19. §. ult. Gail. d. cap. 6. n. 7.*

Differentia sexta. 181. (6.) Bannitus ob contumaciam & bannitus ob pacifragium differunt in modo Executionis circa ipsorum bona facienda, nam in illius bona Actor necessariò immitendus est, *C. p. 2. t. 20. atque p. 3. t. 52. §. 2. & tit. 75. §. 8.* Quod hunc atti-

ttinet, In arbitrio Executoris est utrum Actorem in Banniti bona immittere an lia via inquerulum reddere malit, *C. p. 3. t. 58. §. 1. & 3 Gail. d. cap. 6. n. 8.*

182. Denique quanquam olim Assessores putabant differentiam esse constitundam inter declarationem Banni in criminalibus, & Banni in contumaciis, quòd cilicet non in his, sicut in illis Banniti persona omnium offensioni impunè expoatur, tamen contrarium placuit Statibus, *R.* 1532. Kammergericht. 2. *§. item* is Kammer-Richter. 13. Proinde quoad personæ expositionem impuni offenioni inter utrumque bannitum nulla differentia, atque ambo à quovis impunè ccidi possunt, *Gail. d. cap. 5. n. 12. & seqq.*

183. Quòd verò Banniti persona seu corpus omnium offensioni impunè sit exositum, id non obtinet in fœminis. Causa est ne & illæ condemnatæ prostituanur, sed habeatur ratio verecundiæ ac pudoris. Quare fœminæ in bannum impeiale non declarari sed omnibus bonis, beneficiis, favoribus, privilegiisque juris ommunis ac municipalis privari solent, *Gail. 1. de P. P. cap. 1. n. 34. & 2. seqq. Add. praced. n. 117.*

184. Deinde neque id obtinet in Masculis Ecclesiasticis, quoniam hi ratione næ personæ Papæ Romano subsunt, *supra t. 26. n. 43.* Quapropter cum Cæsar n illos, quatenus ipsi considerantur ut ecclesiastici, nullam Jurisdictionem haeat, eosdem Banno imperiali ferire nequit; *praced. n. 114.* Si tamen isti Ecclesiastici feuda ab Imperio recognoscant, aliisque juribus Imperii fruantur, iis à Cæare privari consueverunt, quoniam eatenus Jurisdictionis Cæsareæ subjacent, *raced. n. 115.* Atque hæc vera sunt in Ecclesiasticis Catholicis, nam quod Eccleiasticos cæterarum Religionum attinet, cum papalis Jurisdictio quoad his Religionibus addictos per Pacem religiosam in genere, & sic etiam quoad hos Eccleiasticos suspensa sit, *R.* 1555. Damit auch 20. Iisdam æquè ac Laicis Imperiale Bannum à Cæsare infligi posse arbitror.

185. Insuper notandum, quòd hæc Privatio tam in fœminis quam masculis Ecclesiasticis Catholicis postquam per sententiam in Judicio declarata est, non ub dio etiam denuntiari ac publicari soleat, *Gail. d. cap. 1. n. 13. & 36.* Ut fit in Banno Imperiali, quod postquam per sententiam declaratum est, sub dio quoque lenuntiatur ac publicatur, quemadmodum mox dicam. *Formulam privationis in quadam vidua vid. in Sent. Cam. num. 340. Atque in quodam ecclesiastico, ibid. um. 622.*

186. Huic vero declarationi ob majorem authoritatem & terrorem omnes Præides atque Assessores non solum interesse sed etiam ad denunciandum publicanlumque Bannum ex Judicio in consuetum locum sub dio descendere debent, *C. . 3. t. 56. §. pen.* Cum his in honorem Judicii & adhuc majorem authoritatem ac errorem ad illam publicationem descendant eique intersint etiam omnes Procuatores, *d. t. 56. §. ult.*

187. Publicatio Banni Imperialis autem fit ita, quamprimum sententia declaatoria in Judicio seu Audientia prælecta, statim Judex, Præsides & Assessores ex Audientia surgentes in publicum prodeunt, ubi Protonotarius in Corona Judicis

Rat'one declarationis nulla est differentia inter Bannum ob contumaciam & Bannum ob alia delicta. Mulieres quare non banniantur, sed priventur Juribus Imperii.

Item masculi Ecclesiastici Catholici.

Neutra privatio sub dio denunciatur ac publicatur. Banni declarationi, denunciationi ac publicationi omnes Præsides Assessores, Advocati & Procuratores intersint. Modus denunciandi ac publicandi Bannum.

cis & Assessorum multaque hominum frequentia ex breviculo sub dio recitat denunciationem, *quam vide apud* Gail. 2. *de P. P. cap.* 6. *n.* 10. Hanc denuntiationem antiquitus ipse Judex recitabat, *uti apparet ex Barth. sent. tom.* 1. *pag.* 14. *formula Sententiæ declaratoriæ & Denuntiationis Banni extat in Sentent. Camer. num.* 426.

188. Facta denuntiatione, Protonotarius schedulam denuntiationis frustillatim rumpit & in terram abjicit. Mox Edicta Cæsarea Banni in loco Denuntiationis nec non domicilii ad valvas Ecclesiarum, vel domus Senatoriæ affiguntur, ad hoc ut omnibus Bannum innotescat & Banniti persona tanquam communis omnium hostis evitari & impunè offendi queat, Gail. *d. cap.* 6. *n.* 20. Hanc affixionem quoque in Privatione observari dicit Magenh. *ad O. C. p.* 2. *t.* 9. *Rubr. vers. Deinde litera.*

189. Ruptura verò schedulæ & ejus in terram abjectio denotat, sententiam Banni passim amittere civitatem Roman. & ex Civium Rom. numerò deletum, sicque membrum abjectum nec privilegiorum aut beneficiorum Juris communis vel Imperii capacem amplius esse, id est, quod sit extra fidem & clientelam Cæsaris atque Imperii, & extra numerum civium Rom. Gail. *d cap.* 6. *n.* 22. Ruptæ & in terram abjectæ schedulæ frustula à famulo Fiscalis colligi solere testatur Magenh. *in d. Rubr. vers. Ubi verò.* Rationem autem, quare id fiat, ibidem non addit.

Effectus Banni denuntiati ac publicati.

190. Quamprimum verò quis prædicto modo in Bannum declaratus ac denuntiatus est, ejus corpus & bona omnibus liberè permissa sunt, atque in illo violando nemo delinquere dicitur, Lanf. 1548. *art.* Die Peen. 3. *pr. C. p.* 2. *t.* 10. §. 2. Et sic Bannitus Imperii clientela destitutus est.

191. Deinde talis declarati Banniti omnes obligationes, juramenta & fœdera ipsum continentia, ex quibus erga alium actiones habere posset, invalida ac mortua sunt, *præcitat. loc.* Quæ aliàs suum robur ex jure Romano habent. Hine quia ejusmodi Bannitus beneficio Juris Rom. orbatus est, Civis Romanus esse desinit. Nam civis Rom. dicitur, qui jure Romano utitur. Proinde Bannitus nullas actiones, hæ enim juris Romani sunt, Gail. 2. *de P. P. cap.* 12. *n.* 2. instituere potest, imò ne quidem antea institutas prosequi ipsi licet, Gail. *d. cap.* 12. *n.* 11. & 3. *seqq.* Quia per amissionem juris Rom. ejus persona inhabilis ad standum in Judicio facta, *ibid. n.* 7. & 8.

Bannitus in jus vocatus comparere & se defendere potest.

192. Atque hæc procedunt in Bannito Actore. Sin verò Bannitus ab alio in jus vocetur, comparere & se defendere potest, quia (1.) Judicium redditur invitum, (2.) Defensio est juris naturalis, quæ nemini, ne Diabolo quidem deneganda, (3.) Omnis citatus tam in criminalibus quam civilibus causis tanquam legitimus contradictor audiendus est, Ejus enim persona per citationem adeò habilis efficitur, ut nulla in judicio contra illam exceptio postea admittatur, quoniam non spontè ut Actor, sed necessariò ut defensor venit, Gail. *d. cap.* 12. *n.* 15. & 3. *seqq.* Imò ne quidem valet Statutum, quòd Bannitus tam agendo quam defendendo audiri non debeat, quia defensio, cum sit Juris naturalis Statuto excludi nequit, *d. cap.* 12. *n.* 20.

193. Dein-

193. Deinceps notandum, quòd Bannitus citatus comparere ac ſe defendere queat, ſi ſit reus neceſſarius, non vero ſi voluntarius. Ille dicitur, contra quem principaliter actio dirigitur, vel qui nominatim verbis conceptis in judicium vocatur: Hic vero, qui ſpecialiter non vocatus, ſed petitio ad judicem dirigitur, nullo nominato reo, veluti ſi per Edicta publica citentur Creditores in genere, qui ſuâ intereſſe putaverint, *Gail. de c. 12. n. 25.* *Si vim. eſt Reus neceſſarius.*

194. Idem obtinet, ſi Bannitus citetur ſuper L. Diffamari. Nam quamvis ibi nominatim citetur, cum tamen ejuſmodi defenſio ſit voluntaria & non neceſſaria, audiendus non eſt, nec proinde proprie reus ſit, ſed per Comparationem Actor efficiatur, cùm diffamare nihil aliud ſit, quàm ad judicium provocare, *Gail. d. cap. 12. n. 26. & 2. ſeqq.* Nec deinceps novum opus denuntiare poteſt, quia ejusmodi nuntiatio voluntariæ defenſionis inſtar ſit, *d. c. 12. n. 29.* Denique nec ei reconventionem inſtituere licet, ne id quod in defenſionis remedium ſuſtinetur, ad impugnationis materiam extendatur, *ibid. n. 30.*

195. Porrò ſciendum, quòd in bannum declaratus reddatur infamis, Landfr. 1548. *art.* Wie gegen 16. Und we. 2. C. p. 2. t. 11. §. 6. Atque ſi ultra annum & diem in iſto Banno doloſè perſeveret, quòd tunc Cenſura eccleſiaſtica notandus (*ſeu excommunicandus*) veniat, Landfr. 1548. *art.* Von denen die über Jahr 25. *Bannitus eſt infamis & ultra annum in Banno doloſè perſeverans excommunicandus.*

196. Poteſt & illud huc addi, quòd ſemel Bannitus & nondum abſolutus ob novùm delictum iteratò banniri poſſit, quia de uno crimine accuſatum rurſus accuſare liceat. Nec id ſecundum Bannum ſine effectu eſt, quoniam abſolutio à primo Banno ipſi nihil prodeſt, niſi etiam à ſecundo pariter abſolvatur. Quot enim ſunt Banna, totidem debent eſſe abſolutiones, nec una abſolutio ad aliam porrigitur, *vid.* Gail. 2. *de PP. c. 11. per tot.* *Bannitus iterum banniri poteſt.*

197. Denique cùm omnis ſententia frùſtra feratur, niſi lata executioni quoque mandetur, & ideo omnium maximè ſententia Banni declaratoria cum tantâ ſolennitate denuntiata ac publicata, ne illa eluſoria reddatur, exequenda ſit, deinceps quidem hîc de ejus executione tractari debuiſſet, verùm quia iſtud commodius fieri poſſe exiſtimavi, ubi de executione ſententiæ in genere agetur, iſtam tractationem illuc reſervare placuit. Quo in loco etiam abſolutionem à Banno deliberaturus ſum, *nimir. infra t. 77.* Et tantum de Proceſſu per viam citationis ſuper fracta pace inſtituto. Jam aliquid dicendum quoque de mandatis ſuper eadem pace impetrari ſolitis. *De ſententiæ Banni executione & abſolutione remiſſive.*

198. Cùm enim, *uti ſupra num. 77. & ſeqq. latiùs perdocui*, commiſſo pacifragio non ſolùm ad ejus pœnarum ſed quoque rei ablatæ perſecutionem à læſo agi queat, ideò viſa pœnarum perſecutione, nunc paucis perſecutio rei ablatæ perſtringenda venit. Hæc autem perſecutio verſatur tum circa bonorum ereptorum reſtitutionem, tum circa refuſionem damni illati, hinc opus eſt mandatis de reſtituendo & refundendo. Atque ſi quis captus, Mandatis de relaxando. Imò ſi quis ulteriorem læſionem metuat, Mandata de non amplius turbando, moleſtando, offendendo aliaque his ſimilia Mandata inhibitoria obtineri poſſunt. *De Mandatis ſuper fracta pace.*

199. Poſ-

Mandata super fracta pace impetrantur vel accessoriè vel principaliter.

199. Possunt verò hæc Mandata omnia obtineri vel accessoriè cum Citatione ad vid. se declar. vel separatim ac principaliter, *per C.p.2 t.25.§.11. & docente praxi quotidiana.* Mandatum de relaxando Arresto cum præmemorata Citatione conjungi non posse, rationibus & præjudicio confirmat SchW. O.41. An autem hoc universaliter verum, forsan dubitari posset, præsertim quoniam alias Mandata de relaxando simul cum citatione illa impetrare liceat, *d.t.25.§.12.* Sed sciendum, quòd Mandata super constitutione de Arrestis semper S.C. emanent, *C.p.2.t.24. pr.* Mandata autem super fractâ pace petita non aliter quam C.C. decerni debeant, *infrà nu. proximè seq.* Atque hæc est ratio, quare mandata super constitutione de Arrestis relaxandis cum citatione super constitutione fractæ pacis conjungi nequeant, *Magenh. ad O.C. p.2.t.9. Rubr. vers. Si itaque.*

Utroque casu decernenda sunt C.C.

200. Specialiter verò notandum, quòd in causis fractæ pacis tum prophanæ tum religiosæ Mandata de restituendo (*sub quibus etiam Mandata de resarciendo seu refundendo damno illato complector,*) & relaxando sive accessoriè sive principaliter petantur, non aliter quam C.C. decerni debeant, *C.p.2. tit.25.§.11. & 12.* Ratio autem quare S.C. mandari non possit juxta Gail. *1. de P.P. cap. 5. nu. 5.* est, ne Accessorium, utpote Mandatum una cum citatione decernendum potentius sit suo Principali, videl citatione. Verùm cum hæc ratio solùm procedat in casu, quo Mandatum accessoriè petitum, jam verò illa Mandata principaliter ac separatim petita quoque non aliter quàm C.C. decernenda sunt, *per d. §. 11. vers.* Zuweilen *seorsim.* manifestum est hanc rationem non sufficere.

Ratio.

201. Rectiùs itaque dicitur, ideò Mandata de restituendo & relaxando in causa fractæ pacis S.C. non decerni, quoniam per illa reus sua possessione absque causæ cognitione dejiceretur. Nemo autem sine causæ cognitione sua possessione est destituendus, cum & prædo in ea tuendus sit, maximè cùm res plena periculi & contra jus sit, ut sanè in causis fractæ pacis apparet, *Gylm. t.1.p.1.pag.53.* Ratio rationis est quoniam in fracta pace causa principalis ad Cameram spectat, ibique definita est, nec ea quando in puncto Mandati pronuntiatur, ad Judicem inferiorem remittitur, quare si judex S.C. mandaret, id instar definitivæ esset, cum causam principalem decideret, atque ita reus sine prævia causæ cognitione (*id est, inauditus, l.5.§.4. C. de Tempor. Appell.*) nimis celeriter & quasi ante tempus condemnaretur. In 4. verò casibus, in pignoratione & Arrestis duntaxat punctus occasione causæ principalis incidens in Camera deciditur, ejusque respectu S.C. mandatur, isto autem puncto deciso causa principalis ad Judicem inferiorem remittitur, quare hîc mandatum causæ principali non præjudicat, uti fit in fracta pace. Nam si quis puncto mandati super fracta pace in Camera disceptato, ratione causæ principalis coram inferiori Judice agere intenderet, ei semper exceptio rei in Camera judicatæ posset opponi.

Prædicta quoque obtinent in causis pacis religiosæ.

202. Jam dicta in causis fractæ pacis religiosæ quoque obtinent, quoniam mandata de restituendo & relaxando in istis causis assimilantur mandatis super pace publica, *d.t.25.§.12.* Atque hîc etiam ipsa controversia turbatæ religionis fere controversiam possessionis prætendit, in qua utique S.C. mandati non oportet,

Ten-

'nnag. Claff. 1. cap. 2. n. 2. Ne nim. Reus absque prævia causæ cognitione sua ll. ssione privetur, per tradita n. proximè praced. Cum verò in d. §. 11. & 12. que alleg. Vis. 1579. §. Fernere. 13. duntaxat fiat mentio Mandatorum de resti-ndo & relaxando, prædicta ad alia Mandata, quod nim. C. C. decerni d. be-t, non esse extendenda putat Gylm, tom. part. 1. pag. 215. n. 11. & 12. Atque a Mandata S. C. decreta esse invenies in Supplic. Cam. tit. 3. n. 2. 3. 6. 9. 15. & i. Item in Sent. Camer. n. 35. & 66.

203. Porrò quanquam, uti dictum, si Mandatum super fracta pace tam religio- quam prophana petatur, illud non aliter quam cum clausula decerni possit, id nen secus est, si factum pacifragum super 4. Casibus qualificetur, nam tunc S. . mandari potest, quoniam causa principalis ad Judicem inferiorem remittitur, p. 2. t. 25. §. 1. Quapropter ei causæ per illud Mandatum nullum præjudicium fertur. Atque ita cessat ratio in causis fractæ pacis adducta, vid. praced. n. 201. *Fa?. Pacifr. s per 4. casibus qua' si ato etiam S. C. manda i p test.*

204. Imò si Factum ita comparatum, ut Narrata super 4. casibus qualificari ieant, & forsan cum citatione accessoriè Mandatum de restituendo & relaxando . C. sit impetratum, potest impetrans, si illud Mandatum reproducere nolit, vel jam reproductum sit, Processui in puncto Mandati expresse renuntiet, postea ex sdem planè Narratis & eodem Facto pro Mandato de restituendo & relaxando C. super 4. casibus, seu quod idem est, super O. C. Tit. 23. (qui in Concepto O. . est 25.) supplicare atque istud mandatum S. C. impetrare, d. t. 25. §. 13. *id quoque fieri potest, proce ... super ... pace impetratis renuntiato.*

205. Sed cum in d. §. 13. non exprimatur, quod puncto Citationis etiam re-nuntiandum sit, dubium occurrit an & hæc renuntiatio necessaria. Mihi videtur uod non. (1.) Quia allegatus §. 13. solummodò requirit renuntiationem Mandati que ille strictè interpretandus veniat, ideò ad renuntiationem Citationis non vi-etur extendendus. (2.) Quia citatio super fracta pace & Mandatum de restituen-o seu relaxando super 4. casibus impetrandum sunt compatibilia, quæ simul sub-stere possunt, in his verò alterutrius renuntiatio necessaria non est. (3.) Quoniam ste experientia de stylo Camerali novissimo cum Citatione super fracta pace si-mul decreta inveniuntur Mandato de restituendo & relaxando S. C. in causa Lei-ngen contra Pfaltz Lützelstein/ v. Supplic Cam. tit. 3. n. 6. Item in causa Fu'ba ontra Lungen/ vid. d. tit. 3. n 3. Item in causa Fiscalis contra Hessen / vid. Sent. amer. num. 35. Nec non in causa Fiscalis contra Churpfaltz/ vid. Sent. Cam. n. 66. *An expressa re-nuntiatio necessaria.*

206. Prædicta tamen de mandatis S. C. duntaxat procedunt, si nim. Pacifragus t immediatus Imperii, nam contra mediatum imperii Mandata S. C. super sæpè memoratis 4. casibus decerni nequeunt, uti ubertius dicetur infra tit. 34. Atque ic non principaliter Pacifragium, quod alias forum contra mediatum Imperii ındaret, sed Facti qualificatio super 4. casibus præcipuè attenditur, Gail. 1. de '. P. cap. 5. num. 27. *Tradicta non procedunt si pacifragus est mediatus Imperii.*

207. Præterea notandum, cum in fracta pace Mandata relaxando captivo C. C. decerni debeant, quod captivus interim donec causa principalis decidatur, de-nere possit, quod valdè iniquum videtur, ut melioris sint conditionis frangen-s pacem capiendo, & sic plus delinquendo, quam non frangentes, Magenh. ad *Mandata de relax. quare C. C. in causis fr. pacis decernenda.*

O. C. p. 2. t. 22. Rubr. versic. Notandum. Cum in pignoratione, Arrestis aliisque casibus mandata de relax. capt. S. C. decernantur, *uti infra tit. 32. 33. & 34. latius demonstrabitur.* Verùm Ratio diversitatis est, quod in fracta pace causa principalis ad Cameram spectet, cui causæ forsan favor Captivi nullum præjudicium afferre debet. In reliquis verò casibus causa principalis ad Ordinarium Judicem remittitur, hinc in iis C. C. mandari non potest, ne alias principalis causa ad Cameram trahatur, *Magenh. d. loc.*

Limitatio.

208. Quòd verò in fracta pace mandata de relax. Capt. duntaxat C. C. decernantur, id limitat Magenh. *ad O. C. p. 2. t. 9. Rubr. vers. Si itaque.* in casu, quo privatus vel Nobilis & sic inferior Comitem vel Ducem contra pacem publicam capiat atque abducat, nam hoc casu mandata de relax. Capt. S. C. decerni posse putat, ex hac ratione quia nulla præsumptio pro Magistratu esse possit, utpotè cum inferior, scil. privatus nullam jurisdictionem in majorem seipso, videl. Comitem seu Ducem habere queat. Atque hoc ibidem præjudicio confirmat. Puto tamen dicendum, illud præjudicium, accipi debere non de Mandato super fracta pace, sed super constitutione de Arrestis, aut alterius generis constitutione impetrato: vel accipi debere de antiquiori tempore, quo nonnunquam Mandata de relax. S. C. super fracta pace decreta sunt, *testante d. t. 25. §. 11.*

Et persona capta nominatim peti debet mandatum de relaxant. capt. *Restitutio bonorum etiam absque Mandato restitutorio in citatione peti potest.*

209. Insuper quanquam Mandatum de restituendo etiam contineat refusionem damni dati, si tamen præterea personæ captæ, nominatim quoque mandatum de relax. Capt. petendum est, *Gylm. d. p. 1. pag. 27.*

210. Sed quid si bona ablata damnumque datum sit, Mandatum verò restitutorium citationi non jungatur, sed duntaxat petatur citatio ad vid. se declar. adjecta clausula: *cum refusione expensarum damnorum & interesse*: quæritur an vigore hujus clausulæ judex Reum ad restitutionem bonorum ablatorum refusionemque damni dati condemnare teneatur? Resp. Quòd sic, quia non solum Vox *Interesse*, sed etiam vox *Damnum* tam latè patet, ut quoque bona ablata complectatur, *l. 3. de damn. infect. l. 9. de Religios. L. 15. §. 7. Quod vi aut clam. l. 12. §. 4. Ad exhib.* Libellus ambiguus verò in utilitatem ac favorem Actoris interpretandus est, *l. 66. ibique Gothofr. de Judic.* Hinc qui petit refusionem damni & Interesse, utique etiam restitutionem bonorum ablatorum petiisse censetur. Judex verò Reum tenetur condemnare in omne id, quod in libello petitum est, quoniam sententia libello debet esse conformis, *Umm. disp. 19. n. 31.*

Imò adhuc in [illegible] e libello id peti potest.

211. Ast si neque refusio damni & interesse, neque restitutio bonorum in libello petita sit, sed demum post exhibitum libellum & L. C. in Replicis per implorationem officii Judicis petatur, aliquando in Camera dubitatum fuit, an isti petitioni locus dandus Reusque juxta illam Implorationem ad restitutionem bonorum ac refusionem damnorum condemnandus sit. Et decisum fuit quòd sic, *teste Magenh. ad O. C. p. 2. t. 9. vers. sciendum tamen & Schvv. O. 38.* Atque si hoc verum, singulariter notandum est.

In causis fractæ pacis [illegible]

212. Porrò cum omnia Mandata parvi sint momenti, ne habeant insertam pœnam, qua Reus illis non parens plecti queat, atque is metu istius pœnæ ad pari-

tio-

ionem compellatur, proinde etiam nunc inquiri oportet sub quâ pœnâ mand ta n crimine fractæ pacis decerni debeant. Cùm verò principalis pœna fractæ pacis ſi Bannum imperiale, ſub eâ regulariter decernuntur, *Gylm. tom. 1. part. 1. p. 31. t. 18. Tennag. de Proceſſ. claſſ. 1. c. 2. n. 4.* Hinc idem Gylm. *voc. Mandata ſuper conſtit. fr. pac. §. In cauſa* Landfrieden. air: *In cauſa* Landfrieden *ſi ſupplicatur pro mandato, tunc ſimpliciter* (id eſt, ſub pœna Banni S. C.) *decernendum eſt, ſi cauſa poſtulat, non cum clauſula juſtificatoria.*

darerum pœna regulariter eſt Bannum.

213. Dixi regulariter Mandata in fracta pace ſub pœna Banni decerni, quia judex pœnam Banni interdum in pœnam pecuniariam commutare ſolet, ſi nim. factum non adeò ſit atrox, aut alia cauſa ſubſit. *vid. praeced. nu. 110.* Hinc ejuſmodi Mandata pro qualitate delicti & delinquentium, aliarumque circumſtantiarum ſub pœna 10. 20. 30. 40. 50. & 100. Marc. Aur. pur. decerni aſſolent, *praxi ſic docente.*

Quod Banni ſæpe in pœnam pecuniariam commutari ſolet.

214. Notandum verò, quod mandata de reſtituendo & relaxando ſuper fracta pace nunquam ſub pœna Banni ſed ſemper ſub pœna pecuniaria decerni debeant, *Tennag. d. c. 2. n. 2.* Idque quia alioquin durum eſſet uſque adeò ſtari ſimplicibus Narratis, ut alicui nondum convicto, neque alias audito tanquam criminoſo reſtitutio rerum ſub capitali pœna injungatur, *juxta eund. d. c. 2. n. 3.* Sed verior ratio eſt, quod Mandata illa non aliter quàm C. C. decerni poſſint, *praeced. n. 201.* Mandata verò ſub pœna Banni decreta nunquam clauſulam juſtificatoriam annexam habent, ſed ſemper S. C. emanant.

Mandata de reſtituendo & relax. ſemper ſub pœna pecuniaria decernuntur.

215. Placet & illud obiter hic addere, quòd Gylm. *voc. Mandata ſuper conſt. fr. pac. §. Mandata de non turbando* dicat: *Mandata de non turbando* dem Landfrieden zu wider werden bey Peen des Landfriedens *decernirt. Mandata autem de non moleſtando decernuntur cum clauſula.* Rationem illius diſtinctionis puto hanc eſſe, quod in Mandato de non turbando præſumatur Actorem eſſe in poſſeſſione, ideoque ob favorem poſſeſſionis Mandata de non turbando ſub pœna fr. pacis exeant. Mandata vero de non moleſtando duntaxat obtineant, ſi quis alteri minetur, quod illum velit moleſtare, ſive id fiat in perſonis, ſive in bonis ſive in alio jure.

De veritate diſtinctionis inter Mandata de non turbando & non moleſtando, dubitatur.

216. Denique quod Proceſſum in præmemoratis Mandatis obſervandum attinet, ipſe eſt idem cum illo, qui alias in Mandatis tum S. tum C. C. obſervari debet, *de quo latè agetur infra in t. 34.*

Qualis Proceſſus in Mandatis ſuper fr. pace obſervandus.

217. Bene verò notandum, quod hactenus edocta intelligi debeant de eo caſu, quando Pacifragus eſt notorius. Cùm verò ſæpè contingat, ut Pacifragium quidem ſit notorium, à quo autem illud ſit commiſſum, non adeò certo ſciatur, ſed tamen aliquis de pacifragio perpetrato ſuſpectus habeatur, proinde Cæſari & Statibus quoque ſancire collibuit, ut ſi quis violatæ pacis publicæ ex legitimis ac ſufficientibus indiciis ſit ſuſpectus, vel de eo ſit fama publica, violatus vero perpetratæ violationis illum convincere nolet vel non poſſet, quo Accuſator ad ſuam Accuſationem & Reus ad proſecutionem ſuæ nocentiæ vel innocentiæ eo maturius minoribuſque ſumptibus pervenire queat, violato liceat, ut ſuſpectum vel coram ſuo (*ſc. Suſpecti*) Judice, vel coram Imperatore vel coram Camera Imperiali ad ſe juando purgandum citari curet, Landfr. 1548. *art.* Wie gegen. 14. *pr. C. p. 2. t. 11. pr.*

Si Pacifragus non notorius ſed ſuſpectus, citatio ad ſe purg. impetranda.

219. Et

Hanc citationem quod que Fiscalis impetrare potest.

218. Et cùm publicè intersit ne dicta maneant impunita, *Gail. 1. d. PP. cap. 7. nu. 2.* talem citationem insuper non solum Fiscalis impetrare, sed eam quoque Camera ex proprio motu & officio decernere potest, *d. art. 14. §.* Es sollen. 5. *& d. t. 11. §. 10.*

Citationis ad se purgandum Requisi tum primum Requisitum secundum.

219. In Supplicatione verò pro Citatione ad se purgandum narrari oportet (1.) Quòd Supplicans læsus sit contra constitutionem pacis publicæ, *d. art. 14. pr. & d. t. 11. pr. verb.* Wider Recht und den Landfrieden beschädigt.

220. (2.) Quòd de violatore certo constet, sed reus ex legitimis & sufficientibus judiciis suspectus, vel de eo publica fama sit, *dd. princ. verb.* Die Thäter nicht offenbar. *junct. verb.* Dieselbige doch aus redlichen erheblichen genugsamen Anzeigungen in Verdacht stunden/ oder davon offentlich Gerücht und Geschrey wäre.

Requisitum tertium.

221. (3.) Causæ supplicationis (*non tamen articulatim, uti antiquitus, sed summarie vel punctatim concepta*) una cum supplicatione exhibendæ sunt, *dd. princ. ibiq; Motat.* Quo Judex priusquam citationem decernat, summariè cognoscere possit utrum revelantes sint necne, *Tennag. Class. 1. c. 13. n. 2.* Illarum revelantiâ deprehensâ judex citationem decernit, cui causæ suspicionis inferendæ (*seu separatim adjungendæ*) *d. t. 11. §. 1.* Quo Reus deliberatè ad respondendum & defendendum se comparere queat, *Gail. 2. de P. P. c. 7. n. 3.* Si Citatio reo coram sub oculis aut ad consuetam habitationem commodè insinuari nequeat, duobus tribusve locis, ubi Citato procul dubio innotescet, affigi potest, *praalleg. §. 2. in fin.*

Citatus in persona vel per Procuratorem comparere potest, juramentum tamen in persona præstare tenetur.

222. Utrùm verò Reus ipse vel per Procuratorem in termino citationis comparere velit, id ipsius libero arbitrio relictum est, sed si postea eidem juramentum injungatur, illud in persona, nisi sit Elector aut Princeps, præstare debet, *d. t. 11. §. 1.* Atque hoc Citationi quoque inseri oportet, *d. t. 11. lit. A.* Smiliter etiam Judex personaliter compariturо suisque, quos secum adducturus sit, salvum conductum in scriptis præstare debet, *praalleg. §1.*

Processus in causa purgationis est summarius. Processus in contumaciam Rei non comparentis quomodo instituendus.

223. Processum in hac purgationis causa, qui summarius est, *d. t. 11. §. 8.* quod attinet, Reus Pacifragii suspectus ad citationem legitimè insinuatam in termino citationis vel per se, vel per Procuratorem comparere & libello Actoris (*id est, articulis seu causis suspicionis ab Actore propositis*) respondere tenetur *jam citat. §. 1.*

224. Si contumax est in non-comparendo, Articulos seu causas suspicionis pro confessis acceptari scribit, Gail. *2. de P. P. cap. 7. n. 19.* allegans O. C. *p. 2. t. 10. §.* Würde sich aber. 1. (*Est in C. p. 2. t. 11. §. 5.*) Verùm neque in allegat. §. 1. illud dicitur, neque in formula sententiæ à Gailio *d. c. 7. n. 20.* tradita acceptatio illa expressè fit, sed utrobique tantum dicitur, quòd Reus suspectus non-comparens pro obnoxio insimulati criminis haberi debeat. Videtur itaque potiùs crimen seu Factum quàm causæ suspicionis pro confessato haberi. Et aliàs quando infamato injugitur purgatio, si non venerit ad se purgandum, crimen confiteri videtur, ita ut condemnari possit, *Gail. d. c. 7. n. 22.*

In causa sequentia cita tionem.

225. Proinde Actor Reo non comparente primùm petit Proclama, eo autem decreto atque elapsis 6. Juridicis non petit, ut lis pro contestata accipiatur, & ipse

& ipse ad ulteriora admittatur, uti fit in aliis causis, sed hoc tantum petit, ut reus postquam hactenus non comparuerit seque purgaverit, ipse declaretur Reus ob noxius insimulatæ violationis pacis publicæ ac desuper necessaria Citatio, *intelli- ge Citationem ad vivend. se incidisse in pœnam Banni*, decernatur. Si reus ad hanc secundam citationem rursus non comparet, tunc præmisso proclamante & effluxis 6. Juridicis, Actor petit ut reus Bannum declaretur. Quo facto absque ulteriori probatione Facti in Bannum declaratur ac denuntiatur, fitque declaratio & denunciatio forma consueta *d. t.* 11. §. 5. *Gail. d. c.* 7. *n.* 20. & 21. Atque sic in Bannum declaratus à nemine tecto mensave recipiatur, sed habeatur pro infami atque à cunctis adversus illum vigore costitutionis de pace publica agatur, *d. t.* 11. §. 6.

Reus secunda vice citatus suam innocentiam probare & absolvi potest.

226. Sin verò reus ad illam secundam citationem compareat, potest exhibitis suis Defensionibus innocentiam suam probare absque absolutionem obtinere, *privileg.* §. 5. & *Gail. d. nu.* 21. imò id etiam potest post sententiam Banni declaratoriam, coutumaciâ tamen priùs purgatâ, (1.) Quoniam contumacia est fictum delictum & ficta imaginariaque probatio, quæ ex præsumptionibus proficiscitur, *Gail. l. de PP. c.* 8. *nu.* 1. Sententia verò ex fictis probationibus & præsumptionibus lata nunquam transit in rem judicatam, *Gail. d. c.* 8. *n.* 7. Quapropter quoque tempore veritatem investigare licet, *Mynf.* 6. *O.* 85. *n.* 4. Atque sic sententia retractari potest, *Umm. disp.* 19. *in fin.* (2.) Quoniam sententia Banni in contumaciam lata est interlocutoria, *Gail. d. c.* 8. *num.* 8. *Add. praced. num.* 177. Quæ etiam retractari potest, *Umm. disp.* 19. *nu.* 21. (3.) Quod ultra contumaciam rei conventi, quoque de delicto luculenter ex veris probationibus constare debeat, *Gail. d. c.* 8. *n* 10.

Actore in expensas condemnando.

227. Sed dubium occurrit, an reo absoluto Actor hîc quoque in expensas condemnandus. Ergo salvô aliorum meliori judicio arbitror quod sic, quia Actor Reum injustè accusavit, atque ita malam causam fovit,

Processus in contumaciam non agentis.

228. Porrò si reus quidem comparet, sed purgationem vel excusationem recusaret, eodem modo reus insimulati criminis declaretur, *d. t.* 11. §. 5. Quia nolens se purgare pro convicto habetur, Gail. *d. c.* 7. *n* 22. Ast anne hôc casu secundâ citatione opus? Puto quòd non, quando quidem reus in judicio præsens, ideo ulterius non citandus, sed potest Actor petere, ut ille tanquam pacis fractæ convictus & talis declaratus, nunc porrò in Bannum declaretur. Attamen si suspecto præstando juramenti injungatur, & ille adjuramentum personaliter præstandum non compareat, utique citatione secundâ opus erit, *per express. text. alle* 7. § 5.

Quando citatus ad juramentum purgationis admittendus.

229. Si Reus comparet & causas suspicionis negat, & Actor suspicionem per sufficientia indicia, famam aut unicum testem, qui de facinore, auxilio, ope, aut quod connivisset, testaretur, Indicat: vel si suspectus humilis status, Accusator verò sublimis & honesta persona fide digna, status, conditionis vitæque integræ ac probatæ esset, atque propositos suspicionis articulos, quòd veros credat, juramento affirmaret, tunc suspectus tenebitur eique Decreto injungatur, personaliter sese juramento purgare, *d. t.* 11. §. 2 Quòd si Actor in probatione deficiat, Reus autem verisimilibus præsumptionibus gravetur, ei hoc juramentum

nihilominus judex injungere poteſt, *Magenb. ad O.C.p.2.t.10.pr. verſ.* Und dieſe big.

Principes per mandatarios juramentum purgationis præſtant.

230. Deinceps ſi ſuſpectus ſit Elector aut Princeps, atque ei præſtatio illius juramenti injungatur, iſte non perſonaliter comparere tenetur, ſed ipſi illud per mandatarium, qui ad minimum ſit Nobilis, præſtare conceſſum eſt, *dict.t.11.§.8.* Ex quo notandum, quòd ſæpe memoratum Juramentum per Procuratores Cameræ ſiquidem horum nullus eſt Nobilis, præſtari nequeat. Deinde occurrit dubitatio, cùm in d. §.8. nulla fiat mentio Comitum ac Baronum, anne hi in perſona jurare teneantur. Quod affirmandum videtur, quia in alleg. §.8. ſoli Electori & Principi illud privilegium, ut per mandatarium jurare poſſint, conceſſum eſt, ideò à tali privilegio reliquæ inferiores perſonæ videntur excluſæ.

Si perſonaliter ad jurandum obligatus comparere nequeat, Commiſſarius, coram quo juret, ordinandus eſt.

231. Portò ſi ſuſpectus ad jurandum perſonalter comparere obligatus coram Judice in termino ad jurandum præfixo propter corporis invaliudinem vel alia notoria impedimenta perſonaliter comparere nequeat, Documentum fide dignum ſub ſui vel proximè ſiti domini aut magiſtratus ſigillo Judici transmittat, ſuæ non-comparitionis cauſas atque excuſationes proferens, ad quas ei Judex, ſi qua fortè ſpes ſit, impedimentum brevi ceſſaturum eſſe ulteriorem dilationem admittat, *d.t.11.§.7.* Sin verò illud impedimentum brevi non ſit ceſſaturum, vel ſuſpectus ex aliis juſtis coram Judice perſonaliter comparere non poſſit, Judex commiſſarios conſtituat, coram quibus ſuſpectus domi ſuæ vel in alio opportuno loco juramentum ſuæ purgationis perſonaliter præſtet, *praalleg. §.7. in fin.*

Coram ejuſmodi commiſſario etiam communitas Pacifragii ſuſpecta juret,

232. Coram ejuſmodi Commiſſariis etiam perſonaliter jurent duæ partes Senatûs alicujus communitatis hoc modo in ejus vocatæ, atque ſi inter eas privatæ ſuſpectæ perſonæ Senatûs ab Accuſatore denominarentur, eæ inter præmemoratas duas partes quoque ad jurandum recipiantur. Sin verò ejuſdem civitatis ſeu communitatis perſonæ tanquam privatæ ſuſpicione laborarent, ſive in Senatu ſive extra eum fuerint, cum iis veluti cum aliis privatis perſonis prædicto modo procedatur. *d. t.11.§.3.*

An Pacifragii ſuſpecto compurgatores imponendi Judex dijudicabit.

233. Et ſi accuſatus tanta ſuſpicione laboraret, ut compurgatoribus indigeat, Judex dijudicet, utrum ei ſint imponendi necne, qui tunc jurent, quod credant Accuſatum rectè juraſſe. Quâ purgatione factâ Accuſatus ab omni ſuſpicione immunis ſit, donec ab Accuſatore in jure perpetrati facinoris convictus fuerit, tunc contra illum tanquam iſtius facinoris Reum & perjurum, prout decet, procedatur, *d. t.11.§.4.* Poteſt itaque Reus propter factam purgationem ſemel abſolutus, ſuper eodem crimine denuò accuſari. Nam juramentum purgationis eſt judiciale, quod probationem in contrarium admittit, *Gail. 2. de P.P. cap.7. nu.12. Mynſ. 2.O.82.*

Juramento purgationis quando non opus.
Injuſtè citatus injuriarum.

234. Hôc purgationis juramentum non indigetur, ſi Reus crimen fateatur, ſed ſuas legitimas defenſiones habeat, tunc enim niſi moderamen inculpatæ tutelæ exceſſerit, abſolvendus erit, *per tradita praced. n.157.*

235. Porrò ſi quis alium abſque legitimis cauſis in ſuſpicionem trahat, eamque in ju-

In jure non persequatur, sed appareat, illam injustè esse citatum, citans injuriarum vel in Camera vel coram ordinario judice convenire potest, *d. t. 11. §. ult. junct. Gail. d. cap. 7. n. ult.* In his tamen injuriarum causis, maximè si Palinodia petatur, non solet præproperè procedi. Tempus enim & mors has dirimere & in procuratorem sententia ferri assolet, *Magenb. ad O. C. p. 2. t. 12.*

actionem instituere potest.

236. Supra n. 221. traditum articulos suspicionis una cum Supplicatione pro citatione judici offerendos eosdemque citationi inserendos esse, exinde olim aliquando dubitatum fuit, an postea in Processu Additionales produci queant, cogendusque Reus ad illos respondere. Et in pleno conclusum, Additionales admittendos esse ad probandum, ipsum verò Reum ad respondendum desuper sine nova citatione compelli non debere, *Mynsf. 2. O. 81. Gylm. voc. Pax publica. §. In causa fr. pacis quando.* Qui posterior tamen *ibid. §. Citatio generalis.* putat ad respondendum duntaxat novam dilationem absque nova citatione esse dandam. Cujus opinio in puncto juris verior est.

Quatenus in causa purgationis Additionales admittendi.

237. Cum in sæpe prælleg. tot. tit. 11. nullibi dicatur Reum Defensionales opponere posse, dubitatur an Reo hos opponere permissum sit. Interdum (*ergò non semper*) Defensionales in causis purgationum admitti scribit *Gylm. voc. Defensionales. §. pen.* Deinde Reum iteratò citatum Defensionales dare posse docet Gailius *allegatus supra n. 226.* Imò potest Reus suam innocentiam quoque post sententiam declaratoriam probare, *d. n. 226.* ubi Defensionalibus opus erit. Multò igitur magis poterit Defensionales producere, si prima vice citatus comparet.

Reus Defensionales producere potest etiam secunda vice citatus.

238. Supra tradito modo etiam procedatur adversus tam illum, qui sua bona intentione fraudulenta sui commodi causa vendidit, alienavit, aut alteri in tuitionem aliove modo tradidit & postea pacem publicam violavit, quam eum, in quem ista bona alienata, aut cui vendita seu tradita sunt, si ejusdem fraudis suspicione laboret, *C. p. 2. t. 12.*

239. Denique cum utraque actio tam fractæ pacis quam purgationis sit criminalis, quia utroque casu ad Banni declarationem proceditur, *Gail. 2. de P. P. cap. 3. n. ult.* dubitatur, utrum Revisio à sententia condemnatoria in Camera lata peti possit. Et videtur quod non, cum uti dictum, utraque actio sit criminalis, à qua juxta veterem consuetudinem Sacri Imperii non appellatur, *C. p. 2. tit. 31. §. 14.* Quamvis de Jure Justinianeo secus sit, *Gail. 1. O. 1. num. 28. Mynsf. 4. O. 41.* Proinde nec revisio peti poterit, quia ubi appellationes de jure communi, sub quo latè sumpto sine dubio etiam comprehenditur inveterata Germaniæ consuetudo, non admittuntur, neque revisio in Camera peti potest, *R. 1654. §.* In Fällen. 125.

Modo supra tradito quoque adversus Pacifrago sua bona alienantes eorumque receptatores procedendum. An à sententia in causa fr. pac. lata Revisio peti possit? Negatur.

240. Verùm respondeo, (1.) Licet utraque Actio censeatur esse criminalis, tamen à reliquis actionibus criminalibus multum differt, quemadmodum id ostendit Gail. 1. *de P. P. cap. 9.* Quare ab his ad illam non semper argumentari licet. (2.) De jure communi Bannitus appellare potest, *Umm. disp. 1. num. 25. in fin.* Ergò etiam in Camera revisionem petere, *sec. tradita num. proximè praeced.* (3.) In causis fractæ pacis à sententia Banni condemnatoria, cum definitiva sit, revisionem

Sed Affirmativa verior.

nem petendam alias illam in rem judicatam transire suumque effectum sortiri tradit *Gail. 2. de P. P. cap. 5. n. 5.*

In ea sit purgatio nem neque appellatione neque revisione indigetur.

241. Sed in causis purgationum ejusmodi sententia est interlocutoria neque in rem judicatam transit, *Gail. 2. de P. P. cap. 8. n. ult. Add. praced. n. 226.* Ergone etiam ab hac revisio petenda? Peti potest, sed non est necessitatis, quoniam sententia tam interlocutoria quam illa, quae non transit in rem judicatam, ab eodem judice retractari potest, *Umm. disp. 19. n. 19. & ult.* Ideò hoc casu neque revisione neque appellatione opus erit. Ast refragatur, quòd sententia in causis purgationum sit Criminalis, *praced. n. 239.* Omnis verò sententia criminalis transit in rem judicatam, *Gail. d. cap. 5, n. 4.* Respondeo, *ut supra n. 240.* non semper à causis fractae pacis ad reliquas causas criminales argumentari licere.

Quibus remediis periculum pacis frangendae avertendum.

242. Atque haec de violatione pacis publicae hactenus tradita sufficiant. Nunc cum tranquillitas Imperii Caesari & Statibus semper tantae sollicitudini fuerit, quo ista sarta tectaque conservaretur, ut non solum in violatores pacis publicae gravissimas supra recensitas poenas statuerint, sed quoque si ab aliquo duntaxat periculum illam tranquillitatem ac pacem violandi immineat, ad istud periculum avertendum certa remedia constituerint: de his pauca in sequentibus subjungam. Idem periculum verò praecipuè imminet primo si quis violationem pacis publicae apparat, deinde si quis eandem verbis minatur. Priori casu Mandata avocatoria, posteriori autem Mandata de offendendo decerni solent.

Mandata avocatoria quando impetrari possint.

243. Hinc quod priorem casum attinet, si nimirum quis contra constitutionem pacis publicae alterum cum exercitu aliove modo violenter invadere videbitur, aut delectum militum ad alterius offensionem agit, ei ad istius, qui se juri offert & tamen invasionem vel offensionem metuit, vel etiam Fiscalis Caesarei requisitionem sub poena Banni Camera mandare debet, ut ab ejusmodi violento Facto atque invasione desistat, & aequo jure ac justitia sit contentus, Landtf. 1548. *art.* von Mandaten. 8. *princ. C. p. 2. t. 10. §. 7.*

Si mandato avocatorio non obtemperetur, quomodo procedendum.

244. Si huic Mandato (*quod Advocatorium nominari solet, & quidem speciale respectu generalis, de quo mox,*) non obtemperetur, (1.) Fiscalis contra non-obtemperantem ad poenam Mandato insertam sine ulla mora procedat, atque iste non-obtemperans à Camera in Bannum aliasque poenas fractae pacis declaretur. (2.) Camera simul contra omnes illi inobedienti auxilium ferentes generale Mandatum advocatorium (eine gemeine Abforderung) sub poena Banni decernat. (3.) Similiter Camera alios vicinos Status moneat, ut pro conservanda pace iis, qui vim publicam ac invasionem sustinent, auxilium realiter ferant, *d. art. 8. §. fin. & d. 10. §. 8.* Quae monitio consuevit vocari Mandatum auxiliatorium, Monitorium. appellat Eennag. *Class. 1. cap. 12.*

Mandata avocatoria & auxiliatoria sub qua poena emanent.

245. Sub qua poena verò illud mandatum auxiliatorium, & utrum C. an S. C decerni debeat, in allegat. locis non exprimitur. Utrumque autem avocatorium decernitur sub poena banni, quemadmodum paulo ante dictum, quia spectat ad pacem publicam conservandam, & quidem S. C. quoniam ejusmodi bella ipso jure illicita & reprobata sunt, quo casu à Praecepto incipi potest, *Gail. 2. de P. P. c. 4. num. 3.*

num. 3. Proinde nec milites Vasalli ob fidelitatem, milites subditi propter obedientiam, neque milites conducti ob militiæ Sacramentum excusatur, si contra Mandata Cæsaris Domino ac Duci militiæ assistant, sed tanquam hostes imperii anniuntur, *Gail. d. c.*4. *n.* 10. *usque* 18.

246. Cùm verò istis Mandatis non annectatur citatio ad videndum se declarar. in Bannum, si nimirum Mandatis contraveniant, ideò tam Dux quam milites contravenientes prius citandi sunt quàm in Bannm declarentur. *Mandatis non annectitur citatio ad vid. se incid.*

247. Ast cùm in præalleg. §. fin. & §. 8. dicatur, quòd fiscalis ad pœnam Mandato insertam procedere debeat, Partis autem nulla fiat mentio, dubitatio occurrit, an pars quoque ad istam pœnam agere possit. Circa quam dubitationem distinguendum puto, nam ut pars vel sola vel simul cum Fiscale Mandatum avocatorium impetravit, aut non impetravit. Partem ad illam pœnam priori, non verò posteriori casu agere posse existimo. Poterit tamen etiam posteriori casu, pars contra pacem publicam læsa est, Citationem & mandata super fracta pace impetrare. E contra diem obtinet in Fiscale. *Quid obtineat si Fiscalis & pars non simul mandata avocatoria impetrarint.*

248. Suprà n. 343. & 244. dictum, priùs Mandatum avocatorium speciale contra Ducem Exercitus impetrandum, atque si is non pareat adversus eundem citationem ad vid. & simul contra omnes milites generale Avocatorium impetrari debere. Illud tamen non ita observatur, sed statim simul contra Ducem & milites Mandata avocatoria decernuntur, quod etiam velle videtur Gail. *d. c.*4. *n.* 1. & *seqq.* *Mandatum avocatorium generale & speciale simul decerni solent.*

149. Porrò Mandata de non offendendo, ob minas ut decernantur requiritur, (1.) ut minans sit talis persona, quæ minas contra pacem publicam exequi & possit, & soleat, *C. p.* 1. *t.* 10. §. 9. Quapropter bene consideranda persona minantis, cujus sit qualitas, dignitatis aut potentiæ, an minas effectui dare consueverit, an vana sit sine viribus ira, *Gail.* 1. *de P.P. c.* 11. *n.* 12. Nam elusoriæ minæ non timendæ sunt, *Gail.* 1. *O.* 4. *n. ult.* *Mandatorum de non offendendo Requisitum primum.*

250. (2.) ut minæ sint talis, quibus executis pax publica turbari possit, *Gail.* 1. *c.* 2. *nu.* 11. Quare Narrata Supplicationis super fracta pace fundata esse debent, aliàs Jurisdictio Cameræ non fundaretur, *Gylm. tom.* 1. *part.* 1. *pag.* 312. *n.* 6. & *t.* 1. *part.* 3. *pag.* 30. *n.* 10. *Requisitum secundum.*

251. Et licet Narrata Supplicationis pro Mandatis de non offendendo super fracta pace fundata esse debeant, tamen illius pacis Requisita non tam scrupulosè exigenda sunt, sed sufficit, si per incidia, conjecturas & præsumptiones metuentis executionem minimarum de futuro periculo taliter qualiter doceatur, *Gylm. d. p.* 30. *na.* 21. Quapropter publica sanctione constitutum, ut in Narratis Supplicationum pro ejusmodi Mandatis, dummodo periculum pacifragii utcunque doceatur, aliasve sciatur, non omnes fractæ pacis qualitates exprimi necesse sit, *d.* §. 5. §. 10. *Quòmodo Narrata Supplicationis pro Mandato de non offend. probanda.*

252. Docendum verò est istud periculum & supra memoratæ minæ epistolà diffidatoria seu comminatoria aut alio documento unà cum Supplicatione exhibendo, *Gail.* 1. *O.* 4. *n.* 1. Sin vero à comminante ejusmodi epistola non transmissa

ſed tantum per Nuncios vel alia indicia futura offenſio ſit denuntiata, utile erit deſuper inſtrumentum confici curare. Quod ſi ejuſmodi argumenta haberi nequeunt, probabilibus & ſufficientibus indiciis fides habebitur, & Narratis ſimplicibus in tali diſcriminis cauſa creditur, *Mindan. de Mandat. c.*33.*n.*4.

253. Deinde documento non opus eſt (1.) Si tale Mandatum unà cum aliis Proceſſibus petatur, *Magenb. O.*31. (2.) Quando Factum aliquod violentum eſſe perpetratum narratur, & ex eo Mandatum de non offendendo petitur, *Gylm. voc. Mandata de non offendendo* §. *Quando factum.* Quia tale factum ſunt minæ reales, quæ ut per inſtrumentum probentur, non eſt neceſſe, *Schvv. O.*43. *n. ult.*

254. Illa autem aliqualis probatio requiritur propter gravitatem pœnæ, nim. Banni, ſub qua hæc Mandata emanant, & propter notam, quæ per eadem pacis publicæ violatoribus aliàs inùritur, & ne propter nimiam frequentiam eviléſcant, *Gylm. d. pag.*30. *n.*9.

Mandata de non offendendo temere decerni haud debent

255. Ideò ſæpe dicta Mandata de non offendendo temerè decerni haud debent, *Gail.* 1. *O.*4. *n.*1. Cùm tamen ſpectent ad conſervandam pacem publicam & favore digna ſint, maximè ab initio quandô decernuntur, *Gail.* 1 *de P.P. c.*3 *n.*9. Et prætereà nullius ſint præjudicii, nam ab Imperatore ſeu Camera ſolùm mandatur, ne quis alteri vim iniquè faciat, ne contra conſtitutiones Imperii ſceleratè arma ſumat, ne pacem publicam nefariè violet, &c. quod nihil injuriæ ſeu præjudicii habet, ideò Judex in decernendis ejuſmodi madatis non debet admodum difficilis eſſe, *Gail. dict. c.*3. *n.*6. Præſertim cùm ejuſmodi Mandatis ſæpè multi metu pœnarum in officio retineantur, qui aliàs ruptis juſtitiæ habentis omnia pro ſua libidine per fas & nefas attentarent, *Gail. ibid. n.*7. Aſſeſſores tamen illa magnifacere, nec facile decernere, ſed in non adeò magnis cauſis vel plane denegare vel tandem judicialiter decernere atteſtatur Gyml. *voc. Mandata de non offend.* §. *pen.*

Tam mediatus quàm immediatus Mandata de non offend. contra pacem publicam impetrare poteſt.

256. Porrò ſicut quivis, ſive ſit mediatè ſive immediatè Imperio ſubjectus, citationem ſuper fracta pace impetrare & eadem contra ejuſmodi quemvis impetrari poteſt, *prout ſupra nu.*52. *& ſeqq. latius dictum*, ita etiam quivis Mandatum de non offendendo impetrare & contra quemvis minantem impetrari poteſt, ſi nimirum Narrata ſuper fracta pace prædicto modo qualificentur & verificentur. Imo etiam contra Eccleſiaſticos, qui magiſtratui eccleſiaſtico ſubſunt, tale Mandatum poteſt impetrari. Sin verò poſteà impetràns lædatur, denegatur citatio ad vid. ſe declar. in pœnam Mandato inſertam, quia quoad hanc citationem juriſdictio Cameræ non eſt fundata, *Magenb. ad O. C. p.*2. *t.*9. *Rubr. verſ. Denique fallit.* Cujus denegationis ſine dubio hæc eſt ratio, quod Clerici mediati in cauſis fractæ pacis non in Camera ſed coram ſuo judice eccleſiaſtico ſunt conveniendi, *praced. num.*122.

Subditis contra Dominos Mandata de non offend. regulariter non ſunt decernenda.

257. Subditis contra Dominos Mandata de non offendendo regulariter non ſunt decernenda, *Gail.* 1. *de P.P. c.*2. *n.*18. (1.) Quia præſumptio pro Magiſtratu eſt, cum nihil injuriæ causâ facere, ſed in ſubditis jure publico uti videatur, *Mindan. de Mandat. c.*34. *n.*3. (2.) Ne Subditi contra ſuos Dominos facilè concitentur & armentur, *Gylm. tom.*2. *par.*1. *vot.*10. *n.*14.

258. Sin

258. Sin verò gravissima sævitia subsit, quæ nulla probabili causa excusari po-
t, aut minæ atrocissimæ & quæ pacis publicæ transgressionem adæquarent, illa
ındata Subditis non deneganda sunt, siquidem hæc nihil aliud præcipiant,
am quod jura communia & pacis publicæ sanctio jubet, *Gylm. d. n.* 14. Et hoc
ɔcedit, si Narrata verisimiliter probata sunt, *R.* 1594. §. So soll auch 79. Nam
ıtrocius quid vel inhumanius à Domino actum narretur, quod non satis probe-
:, utrisque & Subditis & Domino, ut in officio quisque suo se contineat, injun-
:ur, præservata interim informatione de excessibus, si qui commissi sint, corri-
ndis, *Mandan. de Mandat. cap.* 34. *n.* 5. *Nisi gravissima sævitia Domini orem aliqualiter probetur.*

259. Porrò quanquam Dominus Subditos suos inobedientes, refractarios &
belles etiam hostiliter & armata manu licitè punire possit, tamen extra casum
obedientiæ ac rebellionis moderatè cum Subditis agere debet. nec illos plus
juo & solito tributis, vectigalibus atque operis gravare, *Gail. de cap.* 2. *num.* 20.
on alias si Dominus suos Subditos ac sanguinem usque miserè emungat, eosqʒ
ɔn aliter ac bestias tractet. Cæsar tanquam omnium superior & directus Domi-
ıs hanc sævitiam ac crudelitatem Mandatis pœnalibus etiam ex officio coercere
ɔtest, mandando Domino sub pœna vel pecuniaria, vel indignationis suæ Cæsa-
æ Majestatis, vel Banni vel amissionis Jurisdictionis & feudi imperii, ne Subditos
iquè & aliter solito tractet, *Gail. d. cap.* 2. *n.* 22. *Vel Subditi insoliti oneribus graventur.*

260. Deinceps observandum est, si narratur, Da man Jhm nicht verholffen
erde seyn daß Er andere gebührende Wege für die Hand nehmen wolle. Quòd
eò non decernantur Mandata de non offendendo, quia minans intelligitur via
ıris acturus, *Gylm. voc. Mandata de non offendendo.* §. *ult.* *Mandata de non offend. ex ora minaneem, quod via iuris se acturus, decerni haud debent.*

261. Decernuntur verò Mandata de non offendendo S. C. quia præceptum fit
per eo, quod omni jure tam divino quam humano prohibitum est, videlicet ne
ter alterum vi armata dolo malo ex proposito & insidiis lædat, ne pacem publi-
um turbet. quo casu Judex à Præcepto rectè incipere potest, *Gail.* 1. *O* 4. *num.* 2.
einde quoniam hæc Mandata ad conservandam Pacem publicam spectant, *Gail.*
id. n. 1. sub pœna fractæ pacis publicæ, nim. Banni decernuntur. Tamen quem-
ımodum in Citationibus super fracta pace in locum Banni sæpè pœna pecuniaria
ıbstituitur, *vid. præced. n.* 122. ita etiam in his Mandatis non 10. 20. 30. 40. 50.
:u 100. Marc. aur. pur. de hodierno stylo substitui solet, *Mandata de non offend. super fr. pace S. C. & sub pœna Banni decernunt.*

262. Atque hæc procedunt, si Mandata de non offendendo ad Narrata super
acta pace qualificata impetrentur. Nam in aliis casibus & causis præter causam
actæ pacis ejusmodi Mandata non sub pœna Banni sed sub pœna pecuniaria
lias communiter Mandatis hodie inseri consueta, videl., 10, Marc. aur. puri tam
ɔla quam simul cum aliis Processibus decernuntur. Quod etiam fit in Processibus
actæ pacis, nam in illis aliquando S. aliquando C. C. sub hac pœna decreta inve-
iuntur, *vid. Supplic. Camer. tit.* 3. *num.* 1. 2. 5. 6, 9. & 16. Atque eadem Man-
lata simul cum Processibus super constitutione pignorationis decernendi jus esse
x Consult. 1576. Dub. 2. tradit Denaiſ. *Tit.* 186. §. 1. In causa Hamburg con-
ra Braunschweig 5. Januar. 1660. cum Mandato de restituendo & non amplius *Sed in aliis causis sub pœna pecuniaria emanant.*

turbando super constitutione pignorationis simul decreta citatio super fracta pace, *Supplic. Camer. tit. 6. num. 1.*

Mandatis de non offend. non annectitur ut Reus cautionem de non offend. praestet.

263. Insuper quanquam Mandata de non offendendo futuram offensionem concernant, *Gail. 1. de P. P. cap. 3. num. 1.* tamen illis non solet inseri, ut Reus intra certum terminum compareat atque cautionem de non offendendo seu contraveniendo praestet. Ratio est, quia in Factis negativis praesumitur Reus Mandato seu sententiae judicis acquiescere, donec contraventio probetur, quamobrem hac cessante cautione non est opus, *Gylm. voc. pignoratio. §. An per silentium.* In causa Ostfriesland contra Oldenburg. tamen Mandato de non offendendo S. C. citatio ad docendum de paritione annexa est, *Vid. Supplicat. Cameral. tit. 1. n. 16. in fin.*

Neque annectitur citatio ad vid. se declar.

264. Praeterea nec Mandatis iisdem annectitur Citatio ad vid. se declar. in poenam illis insertam, quia non praeteritam & quae Mandatum praecesserit, sed quae istud sequitur & futuram offensionem concernit, ideò ad illam poenam aliter agi nequit, quam si post insinuatum Mandatum impetrans offendatur, *Gail. d. cap. 3. n. 1. & 2.* Ubi super isto novo Facto Citatio contra offendentem ad vid. se declar. in poen. Mand. insert. peti debet. Et si quidem ista nova offensio qualificata est super fracta pace in Camera ejusmodi citatio decernitur. Sin minus, puta si simplex spolium commissum aut turbatio facta sit, vel alioquin omnes qualitates fractae pacis non adsint, tunc propter defectum Jurisdictionis illa citatio denegatur atque Supplicans remittitur ad judicem ordinarium, ut ibi ad poenas juris communis agat, *Gail. d. cap. 3. n. 3. & 1. O. 4. n. 3.*

265. Formulas Supplicandi super hac constitutione fractae pacis pro impetrandis tam citationibus quam Mandatis reperies in supplicat Cameral. tit. 3.

TIT. XXX.

DE

CAUSIS FISCALIBUS.

Omnis causa fiscalis immediate Jurisdictionem Camerae fundat.

1. Causa in ordine secunda Jurisdictionem Camerae fundans, est causa fiscalis. Nam non solum de Jure communi, *vid. l. 1. 2. & t. t. C. ubi caus. fiscal.* sed etiam de Jure Camerali omnis causa fiscalis, sive Fiscus Caesareus agat, sive conveniatur, coram Imperatore, vel Camera imperiali, quae vicem Imperatoris gerit, est disceptanda, *C. p. 2. t. 21. pr. & §. ult.* Proinde regula: *Actor forum Rei sequitur:* in l. fin. C. ubi in rem actio. Et l. 2. de Jurisdict. tradita, in hac causa non obtinet, adeò ut Reus nullam fori praescriptionem opponere queat, *l. ult. C. ubi caus. fiscal.*

Nomen Fisci Etymologia & Homonymia.

2. Haec causa verò dicitur fiscalis à Fisco, quae vox à ferendo secundum quosdam derivata denotat (1.) Cophinum seu vas, in quo olim pecunia publica colligebatur atque in Aede Saturni asservabatur. Hinc (2.) per Metonymiam Adjuncti pro Subjecto locus, in quo ista pecunia asservatur, dicitur Fiscus. Et denique (3.) per Metonymiam continentis pro contento ipsa pecunia Fiscus appellatur.

3. Fiscu

3. Fiscus alias etiam vocatus fuit Ærarium, quod Nomen ab ære, *id est, pecunia* :scendit. Posteriori tempore Fiscus etiam consuevit vocari Camera, quatenus :c vos denotat locum, in quo pecunia publica asservatur, *Add. supra t. 3. num.* Germanicè in quibusdam Civitatibus Imperialibus nominatur die Cämmerey. qui ei præfecti sunt. Die Cämmerirer oder Cämmereyhern. Ex eodem significatu descendunt quoque voces Germanicæ, Ertz Cämmerer / Cämmerer/ Cämmerey / Cammer-Güter / Cammer-Lehen / ꝛc. Sic etiam pecunia Principis seu alterius Status Imperii vocatur Cammer-Gut/ *R.* 1544. §. Und dieweil. 10. Alia mmuniter Cammer-Güter/ Tafel-Güter. *Ejusdem Synonyma.*

4. Hinc Fiscus Cæsareus sæpe vocari solet Camera Cæsarea, Landfr. 1548. *art.* Zie der Landfried. 2. *verb.* in unser Käyserliche Kammer. *R.* 1542. *art. antep.* §. . *& art. ult.* 1. §. *verb.* Unser (Käyserliche) und deß Reichs Kammer. Item in mnibus Mandatis Cæsareis à Judicio Camerali emanatis, quando vel tota pœna, l ejus dimidia pars Cameræ Cæsareæ & dimidia pars Actori à contraveniente exvi præcipitur. *Fiscus Cæsareus & Camera Cæsarea idem denotant.*

5. Hic verò notanda venit differentia inter Cameram Cæsarem (*fiscum Cæsam seu Imperatoris*) & Inter Cameram Imperii (*seu Imperialem,*) Nam Came- Imperialis propriè loquendo appellatur quicquid ad commodum pecuniarium perii pertinet. Alle Einkommen so dem Reich zugehören / als da seyn Baud/ Vorrath/ Reichs-Steuer/ Türcken-Steuer / Cammergerichts-Unterhalg/ &c, Camera autem Imperatoris ast quicquid ad patrimonium Imperatoris Ɛtat, Alles was dem Käyser allein heimfällt / als Römerzug / atque omnes næ, quæ in casibus sequentibus & alias à Procuratore Fisci Cæsarei exiguntur. am distinctionem quoque tradit Glossa *ad Rub. C. de Jure Fisc. ibi; Bartol. n. 7.* *Differentia inter Cameram Imperatoris & Imperialem.*

6. Iste autem Procurator utrique Cameræ *sc. tam Imperatoris quam Imperii* :fectus est, quippe is non solum persequitur patrimonium Imperatoris, sed uti inpatebit, etiam agit de iis, quæ ad commodum Imperii pertinent, nempe de cau- :xemptionem contributionem Imperii, collectarum Turciarum, sustentatio- Cameræ, &c. Hinc ille Procurator gaudet Titulo, Käyserl. Majest. und deß Reichs General-Fiscal. In Constitutionibus Imperii passim vocatur Fiscalis sareus. *Add. supra t. 8. per tot.* *Utrique Cameræ præfectus est Fiscalis Cæsareus.*

7. Ex hisce præmissis constat causam fiscalem dici, quotiescunque Procurator i Cæsarei vel ad commodum pecuniarium Imperii, vel ad patrimonium Impeoris augendum in Judicio Camerali agit. Oritur autem illa causa ex variis casi- , qui in jure Cæsareo & Constitutionibus Imperii expressi reperiuntur, *C. p.* 2. 1. *pr. & §. ult.* *Quænam causa dicantur fiscales.*

!. I. Istorum verò casuum primus est, Si quis contra Auream Bullam committat, *alleg. tit.* 21. §. 1. *Causa fiscalis prima.*

!. II. Si quis adversus constitutionem pacis publicæ delinquat, *præcit.* §. 1. ubi alis agere potest vel ad pœnam Banni imperialis, vel ad dimidiam partem tam næ 2000. Marc. aur. puri, quam alterius pœnæ pecuniariæ in locum Banni fors surrogatæ; *prout latè dictum tit. proximè præced. n. 76. & multis seqq.* *Secunda.*

Tertio 10. III. Si quis Mandatis Cæſareæ Majeſtatis vel Judicii Imperialis non paruerit, *d.* §. 1. Hoc caſu pro qualitate & tenore Mandatorum Fiſcalis pœnam Mandatis inſertam modò totam modò ejus partem dimidiam accipit. Si Fiſcalis ad partem Fiſco debitam ſe non intromittit, Actori ſua pars adjudicatur, non facta Fiſco reſervatione. Quod ſi tamen poſt ſe intromittat pro ſua dimidia parte, hæc illi quoque adjudicatur, *Gylm voc. Pœna in princ.* Debet autem iſta intromiſſio fieri intra 20. Annos, alioquin præſcribitur, *l.* 1. §. 3. *de Jure Fiſc.*

11. Sed cum Mandata Cæſareæ Majeſtatis & Mandata Judicii Imperialis in alleg. §. 1. verb. Dero Käyſerl. Majeſtät oder deß Käyſerl. Cammer-Gerichts Geboten. Sibi invicem opponi videantur; atque ex eo quis forſan concludere poſſit, quaſi Fiſcalis Judicii Cameralis etiam adverſus illum, qui Mandatis in Aula Cæſarea impetratis non obtemperat, in Judicio Camerali procedere teneatur advertendum eſt, licet Aula Cæſarea & Judicium Camerale concurrentem habeant juriſdictionem, *ſupra t.* 25. *n.* 41. Quòd tamen lis in Aula Cæſarea ſemel cœpta ad Camerale Judicium, & ècontra pertrahi nequeat, *d. t.* 25. *n.* 46. Quare Fiſcalis Cameræ adverſum illos, qui Mandatis in Aula Cæſarea impetratis non obediunt, in Judicio Camerali minimè procedere poteſt, atque allegata verba conjunctim accipienda ſunt de Mandatis Cæſareis à Camera Imperiali emanatis.

Cauſa fiſcalis quarta. 12. IV. Si quis in ſolvendis Collectis Imperii moram nectat, *d. t.* 21. §. 2. Is verò ſtatim ipſo Facto in pœnam Banni incidit, *R.* 1544. §. Wir haben uns. 63. *R.* 1566. §. Weiter nachdem. 46. *R.* 1582. Weiters nachdem. 15. *Tennag. Claſſ.* 1. *cap.* 14. Quæ pœna pro re circumſtanti & ad celerandam exactionem Reſidui à Camera in grandem pœnam pecuniariam mutari poteſt, *R.* 1576. Es ſollen auch. 34. *R.* 1576. §. Dabeneben ſollen 18. *R.* 1594. Daneben ſoll auch. 15. Hanc pœnam eſſe dupli innuiſſe videtur Gail. *de Arreſt: cap.* 11. *n.* 32. Verum an ſtylus tempore Gailii ita obtinuit. me latet. Hoc autem ſcio, in Conſtitutionibus Imperii quantitatem hujus pœnæ certam determinatam non eſſe.

Qui nam ſint immunes à collectis Imperii. 13. Ab his collectis immunes ſunt (1.) Nobiles Imperii immediati, *R.* 1542. §. Demnach haben. 58. *R.* 1557. §. Wir wollen. 53. (2.) Civitates Hanſeaticæ, *alleg. text.* (3.) Dux Sabaudiæ, *Speidel. in Specul. Juridic. voc.* Kreiß *verſic. Quid autem.* (4.) Comites & Barones, qui aliis Principibus ſubjecti ſunt, Die keine Reichs-Grafen oder Reichs-Freyhern ſeyn / *R.* 1548. §. Wiewol auch. 66. *ibid.* Daß ſolche Grafen und Herrn nicht *immediatè* Glieder deß Reichs oder darinn begütert / ſondern ſolcher Landsfürſten Unterthanen und Landleute wären. *Add. ſupra t.* 27. *n.* 37. Reliqui verò Comites & Barones, qui vel feuda ab Imperio recognoſcunt, vel ob merita erga Cæſarem atque Imperium tales creati ſunt, ratione iſtorum feudorum, vel ſi nulla feuda habent, in recognitionem præeminentiæ, quam à Cæſare conſecuti ſunt, illas collectas ſolvere tenentur, *d.* §. 66. *verſic.* Aber die jenige (Grafen und Herrn) ſo in dem H. Reich begütert / oder (*quam vocem ibidem alternativè ſumo,*) anderer Fürſten *Subditi immediatè* nicht wären / daß dieſelbige nach ziemlichen Dingen gleich andern mit deß Reichs Anlagen belegt werden. (5.) Principes, Comites & Barones, qui vulgò vocantur Abgetheilte Fürſten / Grafen und Herren.

14. Sed

14. Sed cùm quod in specie prædictos nobiles & Civitates attinet, utrique ad eas collectas pro ratâ solvendas à Cæsare & Statibus Imperii per amicam tractationem commoveri soleant, uti ex præalleg. & aliis Recessibus Imperii videre licet, quæritur si promissis non stent, an contra illos etiam per citationem ad vid. se declar. &c. procedi possit? Affirmatur, quia eo ipso dum solutionem Collectarum promittunt, quoque se, si promissioni non stent, ad pœnas quibus alii Imperii Status subjecti sunt, obligasse videntur.

Processus in exigendis Collectis Imperii.

15. Quod Processum in hisce collectis exigendis concernit, omnis mora per Judicem Cameræ est præscindenda, inprimis verò inobedientibus nullæ dilationes concedendæ sunt, *C. p.* 3. *t.* 41. §. 3. sed in iis celeriter procedendum, *d. t.* 41. §. 2. Post distantia loci tamen & qualitate personarum ampli termini præfigi debent, qui etiam ex causis relevantibus prorogari possunt, *d. t.* 41. §. 1.

Procuratores sententias in istis Collectis latas statim transmittant.

16. Procuratores vero sub pœna arbitraria in istis Collectis vel sustentatione Cameræ sententias latas statim post earum publicationem suis Dominis transmittant, *d. t.* 41. §. *pen.* Acceptas Quitantias seu literas solutarum collectarum non in judicio exhibere sed extrajudicialiter ad partem sive domi Fiscali ostendere debent, Fiscale autem ejusmodi solutionem seu ostensionem pro sufficienti non habente, illud fiat judicialiter, *d. t.* 41. §. *ult.*

Collectarum exactio non nisi quam per Monitoria, nunquam per Citat. ad vid. d. inchoatur.

17. Porrò notandum, quòd olim non in omnibus collectis exigendis citatio ad vid. se declar. in Bannum secundum tradita præced. n. 12. decreta fuerit, sed in quibusdam primò Fiscalis Monitoria sub pœna 10. Marc. aur. pur. impetraverit. Quibus absque ulteriori dilatione in primo termino parendum, vel causæ, quare hoc ita fieri non deberet, oretenus paucis aut in scriptis allegandæ erant, *d. t.* 21. §. 2. Si his non parebatur, aut causæ allegatæ erant irrelevantes, præmissis aliquot comminationibus seu sententiis paritoriis, sequebatur declaratio pœnæ Monitoriis illis insertæ, & decernebantur Executoriales sub pœna Banni, id est, decernebatur citatio sub pœna Banni ad parendum Monitoriis & solvendam pœnam iisdem insertam, vel (*si sc. non pareretur pœnaque solveretur,*) ad vid. se declar. in pœnam Banni. Atque tunc tam in hoc quàm priori casu, quo statim citatio ad vid. se declar. decernebatur, præviis aliquot Paritoriis declaratio Banni sequebatur, *de quo videri potest Gylm. voc. Fiscus. per tot.* Hodiè in exigendis collectis in genere Processum, qui in exigenda sustentatione Cameræ præscriptus est, *infra n.* 26. *& seqq.* imposterum observatum iri opinor. Antiquus modus procedendi in exigendis Collectis Turcicis videri itidem potest apud Gylm. *voc.* Türcken-Hülff. *per tot.*

Registris Imperii quoad exactionem Collectarum creditur.

18. Quoad exactionem Collectarum Imperii ejus Registris (der Reichs-Matricul oder denen Anschlags-Registern) creditur, ideoque ista pro authenticis hîc habentur. Et quanquam sufficiat hæc à Fiscale in judicio allegari, nec opus sit, ut in omnibus causis judicialiter exhibeantur, tamen si Fiscalis extrajudicialiter petit Processus originalia simul exhibere debet, alias ei nihil decernitur, *Magenh. ad O. C. p.* 2. *t.* 10. *versic. Primo præmittendum. & seqq.*

Quæstio

19. Deinde si quidam Status in exceptionibus adducant, se nihil ab Imperio habe-

Exceptiones immunitatis admittuntur.

habere, nec unquam Imperio aliquid solvisse, differentia facienda inter Collectas privilegiatas, uti sunt Defensiv-Hülff / Baugeld und Vorrath / atque Ordinarias, quo pertinent Türckensteuer / Cammergerichts-Unterhaltung und Römerzügz. Dictæ exceptiones in illis non, in his verò utique admittuntur, isto tamen modo ac conditione, prout Recessus imperii de Anno 1548. §. Wan auch ein 56. eas admittit, videl. si istæ exceptiones in possessorio judicio exhibeantur, se sc. intra hominum memoriam nihil Imperio dedisse neque Imperio fuisse subjectos. Si verò in petitorio adducantur, illæ pertinent ad causam exemptionis illicque tantummodo admittendæ, *Magenb. ibid verf. Secundò annotandum.* Exceptiones âutem in causa exceptionis admissæ in collectis privilegiatis non sunt admittendæ, *Magenb. ibid. verf. Quartò articuli.*

Quid beneficium Exceptionis impossibilitatis

20. Insuper si quidam Status allegent paupertatem ac impossibilitatem, quamvis nudo nihil detrahi possit & nemo ad impossibile obligetur, tamen contra eos ordinaria via procedi potest usque ad Bannum & declarationem, exclusive tamen, ut Imperium maneat in possessione, si fortè illi ad pinguiorem fortunam pervenirent, *Magenb. ibid. verf. Quintò quid.* Sin vero petant, sich zu ringern / & dicant, daß sie zu hoch angeschlagen seyn. Hæ exceptiones cùm ad hoc judicium non pertineant, nec relevent, non sunt admittendæ, *Magenb. ibid. verf. Sexto sed.* Oppositis Privilegiis, nisi per modum præcepti consensu statuum impetrata sint, non facile fides adhibenda, *Magenb. ibid. versic. Tertiò sciendum.*

Si plures Domini Dominatum indivisim possideant, exactio adversus possessorem domus gentilitiæ instituenda

21. Si duo, tres pluresve unum dominatum indivisim possideant, eoque utantur fruantur, Fiscalis in exigendis hisce Collectis adversus possessorem Domus gentilitiæ (den Inhaber deß Stammhauses) procedat. Hic tamen possessor à Consortibus partes viriles per actionem in Camera reposcere potest, *R.* 1576. §. Bey Berathschlagung. 101. Idem quoad sustentationem Cameræ sancitum reperitur in *R.* 165*d*. §. So den bisshero 16. Ubi hoc ita limitatum, ut si Domini inter se tam Dominatum quàm sustentationem Cameræ (*idem & præmemoratas Collectas extende*,) diviserint, atque istud Cameræ notificarint, exactio & executio contra quemvis possessorem pro rata dirigatur.

Has collectas Domini à suis Subditis exigere possunt

22. Porrò quanquam hasce collectas Status Imperii olim ex suis Ærariis (Auß ihren eigenen Cammer-Gütern) tantummodò solverint, postea tamen illis, cum quærerentur ipsorum Æraria nimis exhauriri, concessum ut à Subditis illas collectas exigerent, *R.* 1557. Welches wir von. 48. *& seq. R.* 1566. §. Dieweil nun diese. 41. *& seq.* Huic exactioni si subditi resistant, in pœnam dupli incidunt, *R.* 1566. §. Derowegen haben wir. 44. Et Dominus illos vel ipse ad debitæ Quotæ & pœnæ exsolutionem compellere, vel contra eosdem refractarios, si adeò potentes sint, Dominus eos cogere nequeat, Mandata pœnalia de solvendo in Camera obtinere potest, *R.* 1567. §. Dawider auch. 15. *R.* 1584. §. Dawider auch. 14. Et quidem S.C. nisi vel C.C. petantur, vel alia justa causa subsit, *Consult.* 1583. *Dub.* 11. Sub qua pœna hæc madata exire debeant, nullibi exprimitur, puto tamen eadem sub pœnâ 10. Marc. aur. pur. uti alia Mandata communiter decerni solent, decernenda esse.

23. Post-

23. Postquam hodie Subditi à suis Dominis quoque ad subsidium sustentatio- Camerae trahi possint, *R.* 1654. §. Betreffend aber. 14. *in fin.* Contra refra- rios eodem modo procedi posse ex identitate rationis statuendum est. E contrà ò Subditi adversus Dominum tam ratione sustentationis Cameræ, *vid. Capit.* 9p §. 3. *circa fin.* quàm Collectarum non facilè audiendi sed à limine judicii ad oitam paritionem ablegandi sunt, *per texx. num. proximè praced. allegatos.* *Nec Subditi contra Dominos facilè audiendi.*

24. Potest etiam Dominus contra suos subditos collectas circulares solvere rectantes in Camera Mandata impetrare, verùm non ad pœnam dupli, sed dunat quoad solutionem simpli, *Gylm. voc.* Türcken-Steuer. §. In der Türcken- iin. Nam in morosis debitoribus harum collectarum pœna dupli non constitu- st. Quomodo alias Dominus contra Subditos contumaces in præstandis de- is oneribus procedere possit, ex parte tradit Gail. *de Arrest. cap.* 10. *Collecta circulares & alia opera quomodo à Subditis exigi debeant.*

25. V. Si quis in solvenda sustentatione Cameræ (Cammergerichts-Unterhaltung) morosus sit, *d. t.* 21. §. 2. *Deput.* 1557. §. Ferner nachdem. 15. Circa us sustentationis exactionem Processus antiquus à novo differt. Nam olim Fiscalis primò tenebatur contra Status morosos impetrare Monitorium sub pœna . Marc. aur. pur. quo reproducto si non parebatur, ille declarationem pœnæ & Ctiùs petebat. Antequam verò quis in pœnam declarabatur, dabantur tres comminationes, Endlich/ Nachmahls Endlich/ & Eventualis, quâ nimirum Reus entualiter in pœnam declarabatur, atque Arctius seu ulteriores Processus, *id est,* ecutoriales sub pœna Banni, *vid. praeed. n.* 17. decernebantur, & hæc ultima arbitrio Judicis poterat prorogari. Hisce Executorialibus Reo insinuatis re- ductisque duæ comminationes, Endlich/ und Nachmahls Endlich / rursus emittebantur, & postea sequebatur declaratio Banni cum termino suspensivo , *lm. voc. Fiscus.* §. *Exactior. & seq. Add. tit. proximè praced. n.* 176. Termino luxo Fiscalis demum impetrabat Mandatum de exequendo seu immissoriale ad- rsus Directores Circulares, atque procedebatur, *prout traditum est in O.* 8: *p.* 3. 18. § 4. *cum seqq. & C. p.* 3. *t* 57. §. 7. *cum seqq.* *Causa fiscalis quinta. Processus antiquus in exigenda sustentatione Cameræ.*

26. Verùm istis ambagibus resectis hodie si Status quidam suam sustentatio- Cameræ Quotam singulis Nundinis Francofurtensibus solvendam non sol- , de solutione per extrajudiciale Monitorium à Camera admonetur, *vid. Sup- c. Camer. tit.* 4. *n.* 8. Si emanato Monitorio non obtemperat, sed unus termi- s non-solutus terminum sequentem attingit, quoties hoc accidit, toties ille Sta- ; morosus incidit in pœnam unius Marc. aur. pur. (*sunt* 96. *Imperial.*) vel si ius Quota sit major, in pœnam dupli, *R.* 1654. §. Würde aber deme. 10. v. g. quis pro uno termino cogeretur solvere 100. Imperiales, & post prævium Mo- torium ante lapsum termini sequentis non solveret , jam ejus duplum, videl. 00. Imperial. solvere teneretur. *Processus hodiernus in exigenda sustentatione Cameræ.*

27. Deinde postquam quis in illam pœnam incidit, ad implorationem Fiscalis esarei à Camera ad Directores circulares dantur literæ requisitoriales, in quibus i Directores in modum precum requiruntur, ut illum Statum morosum in suo rculo habitantem exequantur, non expectatâ Banni declaratione, attamen si ab *Executio quomodo facienda.*

Exequendo exceptio impossibilitatis opponatur, contra illum, qui non ex proposito, sed quia non fuit solvendo, solutionem distulit, executio non ad illam pœnam sed duntaxat in simplum fiat, *R.* 1654. §. Wegen deß *modi exequendi*. 15.

Mandata executoria quando sunt decernenda. 28. Si Directores circuli illas Requisitoriales flocci pendant, à Camera per Mandata executorialia S. C. ad faciendam executionem astringuntur, *R.* 1654. §. Wofern aber. 17. Et quidem sub pœna 10. Marc. aur. pur. contraque Directores inobedientes procèditur, uti aliàs in Mandatis S. C. procedi solet, *de quo infrà tit.* 34. *n.* 170. *usque* 200. Antequam verò ejusmodi Mandata Camera decrevit, priùs post jam emissa Monitoria & Requisitoriales tribus vicibus per Procuratores Status morosos de solutione sustentationis Cameræ voluntariè facienda admonuit, *vid.* G. B. 2. *Januar.* 1656. 6. *Febr.* 1657. & 4. *Decembr.* 1658. Quòd si Directores Circuli forsan justas causas allegant, quare exequi non possint, executio alii Statui in eodem Circulo & Substitutis Adjunctisque Circuli, aut istis detrectantibus Directoribus proximi Circuli demandatur, à quibus etiam sine recusatione perficienda est, *alleg.* §. 17.

Executioni se opponens incidit in Bannum. 29. Porrò si Directoribus exequi volentibus Exequendus resistat, statim in pœnam Banni incidit. *pracit.* §. 15. Atque tunc Fiscalis petit citationem ad vid. se incidiss. in pœnam Banni. Et licèt executioni resistens ipso facto in Bannum jam inciderit, tamen adhuc opus est sententiâ declaratoriâ, quæ præviam citationem requirit, *Add. tit. proximè praced n.* 134. Hâc citatione reproductâ ac Citati exceptionibus summariè auditis, earumque irrelevantiâ à Judice cognitâ, sine respectu & morâ citatus in Bannum declaratur, ad quem finem etiam Executioni se opponens ab Executore Fiscali nomine tenus indicari debet, atque tamen nihilominus, si Executor susceptam Executionem commodè perficere potis non esset, adhibitis uno, duobus aut tribus circulis vicinis ad realem executionem juxta Ordinationem Executionis procedatur, *d.* §. 15. *vers.* Zum Fall auch.

Fiscali Statuum morosorum Bona arrestare licet. 30. Similiter etiam Fiscali Cæsareo contra morosos eorumque bona ac reditus arresta pignorationesque petendi facultas sit. Status & cujusvis loci magistratus quoque ad illius implorationem eidem auxiliatoriâ manu succurrant, ita succurrere renuens dignam pœnam juxta arbitrium judicis luat, *d.* §. 15. *in fin.* Verùm hæ arrestationes atque pignorationes hactenus nondum practicatæ sunt, *teste experientiâ.* Neque olim in usu fuère, *Gail. de Arrest. cap.* 11. *n.* 32.

Director Circuli morosus à Directore vicini circuli exequendus est 31. Præterea si Directores circuli in mora solvendi suam Quotam deprehendantur, Director proximi circuli juxta modum suprà præscriptum adversus illos executionem perficiat, vel dicto modo ad pœnam Banni procedatur, *R.* 1654. §. Also auch. 18. Intellige, si Directores in mora solvendi existentes se executioni opponant, non quasi statim adversus istos ad Bannum procedi possit.

Dispositio circa antiquam ac residuam sustentationem Cameræ. 32. Atque hactenus tradita intelligenda sunt de sustentatione Cameræ ab Anno 1654. currente, cùm verò non pauci Status per multos annos ratione sustentationis Cameræ jam d. Anno nihil solvissent, sancitum est, ut quilibet Status duas partes sui Residui 12. Terminis in 12. proximis Nundinis Francofurtensibus atque ita in 6. Annis, initio à Nundinis Anno 1654. circa Festum S. Michaëlis celebratis

ratis facto solveret, & contra non-solventem eodem modo, uti paulò ante di-
m est, procederetur, *R.* 1654. §. Wegen der bey. 19. Præterea placuit, ut ex
memorata currente Sustentatione currentia Cameralium salaria, atque ex illis
ibus partibus Salaria ante Annum 1654. cessa solverentur, iisdem verò parti-
non sufficientibus ex tertia Residui parte in duobus proximè sequentibus An-
solvendâ efectus suppleretur, *R.* 1654. §. Und sollen von dem. 20.

13. VI. Si quis contra Ordinationem politicam (Policey-Ordnung) peccet, *C.* VI.
*t.*21.§.3. Hæc Ordinatio primùm An.1530, promulgata, deinde An.1548. re-
nata, & denique Anno 1577. renovata auctaque est. Extant omnes tres in
dice Recessuum Imperii, ultima tamen, quia reliquis auctior, meliori cum
ctu legi hicque addi potest.

14. VII. Si quis auxilio, consilio aut deliberationibus Turcarum aliorumve VII.
tra Christianos & Romanum Imperium intersit, *præalleg. t.* 21. §. 4. Hujus
na est exclusio ab Imperio ac confiscatio mnium bonorum, *d.* §. 4. Bannum
periale esse vult Gail. 1. *de P. P. cap.* 1. *n.* 41. Si Reus mediatè Imperio subsit,
confiscatio non à Fisco Cæsareo sed à Domino territorii facienda tam in bonis
dalibus quàm allodialibus, *Capit. Leopold.* §. 27.

15. VIII. Si quis alterius subditos ob Anabaptismum extortes contra Constitu- VIII.
iem de Anabaptistis An.1529. primitùs factam atque postea An.1544.&1551.
ovatam, *vid.R.*1544.§.Nachdem auch.74.*R.*1551.§.Hierauff haben.89. scien-
ecepetit,*d.t.*21.§.5. Ille autem subjacet pœnæ Banni,*præalleg.§.5.junct.Consti.
de Anabapt.* 1529. §.Dergleichen.3. Hinc ad implorationem Fiscalis Cæsarei
tra Quaden 29.April.1663. citatio ad vid. se incid. in pœn.Banni decreta est,
*Supplic.Cam.tit.*4.*n.*2. Sin verò Anabaptistæ clam ac nesciente Magistratu sub
aterent, Magistratus ob id periclitari vel Processibus obrui haud debet, sed
is per Fiscalem est admonendus, *d.* §. 5. *in fin.*

16. IX. Si quis infestatis per vagos milites auxilium non tulerit imploratus. IX.
verò incidit in pœnam 40. Marc. aur. pur. à Fiscali exigendam, *d. t.* 21. §. 6.

17. X. Si quis contra Constitutiones arcani Judicii Westphalici dolo malo com- X.
àt, *d.t.* 21. §.*pen.* In violatores harum Constitutionum variæ pœnæ sunt statu-
intequam verò eas enumerem, pauca quædam de istius Judicii nomine, origi-
c forma præmittam. Hoc Judicium verò Germanicè appellatur das frey und *Arcani*
nliche Gericht, *Reformat ejusdem de Anno* 1439. *apud Gold.* Reichs-Satz/ *Judicii*
163. & 2. *seqq.* Das heimliche Gericht/ *R.* 1442. *art.* Von dem heimlichen *Westph.*
icht. 7. *pr.* Das Westphälische Gericht / *Reformat. Jud. Westph. de Anno* *Synonyma.*
5. *princ.* Das Westphälisch Blutgericht/ Vehem-Gericht/ Freystul/ *Spejd.*
secul. Juridic. voc. Westphälisch Blutgericht.

18. Hujus arcani Judicii Westphalici originem Carolo M. attribuit Fridericus *Judicii*
*in d art.*7 *princ.* Cui astipulatur Æneas Sylvius in Europ.c.49. ubi inquit: *Sub* *Westph.*
cerium coactos Westphalos in fide Christiana cum retinere non posset, occultos insti- *origo Carolo M.*
Judices, quibus potestatem dedit, ut quamprimùm dejeràsse aliquē comperiissent, *attribuitur.*
fidem fregisse, aut aliquod aliud flagitium commisisse, maxillū supplicio afficerent,
primùm comprehendi posset, nullâ citatione praviâ, aut defensione præmissâ. Hæc

Ejusdem Judicii Reformatio à Sigismundo facta.

39. Sequenti tempore cùm ad illud Judicium non solummodò adhiberentur inidonei imperitique Judices & Scabini, sed etiam multæ causæ eò non pertinentes ad istud traherentur, Sigismundus Imperator per Archi-Episcopum Coloniensem sæpè dictum Judicium Anno 1439. reformans constituit, ut in illo tantùm judicarentur sequentia delicta, (1.) Si Laicus Christianus masculus à Christiana fide deficeret. (2.) Si quis consecrata templa & cœmeteria combureret, diriperet spoliaretque, (3.) Si quis esset notorius proditor. (4.) Si quis puerperas stupraret ac spoliaret. (5.) Si quis furto, rapinæ, homicidiis, seditioni & incendio operam daret. Atque in summa, si quis contra honorem (*id est, magistratum, arg. §. 7. I. de I. N. G. & C.*) ageret, ob id autem judicio se sistere & æquum jus pati detrectaret, *alleg. Reformat. 1439. cap. 2.* Deinde idem Sigismundus constituit, ut Judices & Scabini essent legitimè nati præmemoratorumque delictorum dijudicandorum periti, *d. Reform. 1439. cap. 1. & 5.*

Et à Friderico ulterius declarata. Pœna in violatores Judicii Westph. Statut.

40. Hanc Reformationem ulteriùs declarans Fridericus III. sanxit, ut Princeps seu Dominus istius Judicii (der Stulherr) ei Reformationi contraveniens pœnam 10. Marc. aur. pur. Fisco Cæsareo solveret: Ejus Domini Judex (der Frey-Graff) ab officio removeretur: Accusatores injustas citationes obtinentes supplicium simile & corporis supplicium subirent. Insuper illorum quivis contra honorem egisse putaretur, adversusque eum procederetur, quemadmodum decuerit, *R. 1442. art. 7. in fin.* Præterea idem Fridericus sanxit, ut tam ipsi accusatores, quàm qui eos scienter ac dolo malo mensa tectove reciperent aut foverent, (1.) Contra honores & jus egisse viderentur, (2.) Gravem indignationem Cæsaris & Imperii incurrerent. (3.) Inciderent in pœnam 100. Marc. aur. pur. pro dimidia parte Fisco Cæsareo, & pro altera dimidietate Actori solvendam, & qui hanc pœnam solvendo non esset, crimen lueret in corpore. (4.) Privarentur omnibus feudis & privilegiis, quæ ab Imperio haberent. (5.) Illorum corpus & bona, tanquam ab Aula Cæsarea aliisve bene constitutis Judiciis bannitorum, omnium impuni offensioni exponerentur, *R. 1442. in fin. junct. d. art. 7.*

Pœna à Maximil. I. adjecta.

41. Insuper Maximilianus I. constituit, ut si quis obtentu sententiæ in Secreto Judicio Westphalico contra præmemoratam Reformationem Sigismundi pro se latæ condemnatum in corpore aut bonis dolosè offenderet, eive damnum inferret, incideret in pœnam fractæ pacis, *Reform. Jud. Westph. de Anno 1495. §. ult. vers.* Auch die so sich. Si quis verò imploratus ejusmodi sententiam exequeretur, vel prædictum offensorem ceu Imperii Bannitum & violatorem pacis publicæ non persequeretur, in pœnas Reformationi Friderici III. insertas, (*quarum 5. n. proximè praeced. recensita,*) incideret, *d. §. ult. vers.* Und befehlen.

Denaisii explicatio ad §. pen. rejicitur.

42. Atque ad has pœnas, quatenus ex Fisco Cæsareo applicandæ veniunt, Fiscalis contra delinquentes in Camera agit, *C. p. 2. T. 21. §. pen.* Ex quo §. pen. semissem suprà n. 40. dictarum 10. Marc. aur. pur. Fisco Cæsareo duntaxat applicandum opinatur Denais. *Tit. 143. §. 9.* Ast cùm illæ 10. Marc. in totum soli Fisco attribuantur in d. art. 7. §. ult. Et hic §. ult. per d. §. pen. expressè non corrigatur, Denaisii opinionem erroneam esse puto. Sed hæc forsan frustranea, quoniam illud

ocul-

occultum Judicium Westphalicum jam diu abolitum neque ejus vestigia hodie aperesse à multis Westphalis mihi relatum, apud eos verò, qui de hoc judicio scripserunt, de istius abolitione nihil inveni. Cui volupe est, plura videat in suprà llegatis Reformationibus & apud Freherum de Occultis Judiciis Westphalicis.

43. XI. Si quis Imperii Subditum ad judicium exterum pertrahat, *R.* 1512. . Wo aber hierwider. 59. *junct.* §. *preced. ibid.* Iste verò condignâ pœnâ plectendus, idque ad instantiam ipsius Magistratus vel Fiscalis, *praalleg.* §. 59. aut iscalis & Magistratûs (*seu etiam subditi*) simul, *stylo ita recepto.* Solent autem ôc casu peti Mandata cassatoria & inhibitoria, cum citatione ad vid. se incid. n pœnam violatæ Jurisdictionis Imperii. *Præjudicia vid. in Supplic. Camer. tit.* . *n.* 3. 4. & 5. *Add. ibid. num.* 1. *Item tit.* 13. *num.* 1. *Hæc citatio tamen denegata est, Mandatum verò cassatorium & inhibitorium S. C.* 7. *Aug.* 1663. *in causa Voes contra Voes decretum, dict. tit.* 13. *num.* 2. Idem quoque constitutum n Appellationibus causarum civilium ab Officialibus ad Pontificem Rom. ejusue Nuncios interpositis, *R.* 1654. §. Als sich dann. 164. *Capit. Leop.* §. 19. *Add. ufrà tit.* 48. *num.* 7. Quare in causa Fiscalis contra Quaden 12. Maji 1665. sententiam Romæ latam Camera cessavit, Appellantem tamen non punivit, *Sent. Cam. in Mantiss. n.* 24. Causa Fiscalis XI.

44. XII. Si contra emanentes Visitatores & Revisores ad exactionem pœnæ c sumptuum ob istorum absentiam factorum agi debeat. Sciendum enim, cùm x Visitatorum Revisorumque frequenti emansione ingentia damna non solùm omparentibus Visitatoribus Revisoribusque, sed etiam Partibus litigantibus xorirentur, sancitum esse primò, ut Visitatores emanentes vel nullum idoneum ubstitutum mittentes mille Aureos (*id est,* 1333⅓. *Imperial.*) pro mulcta ad sutentationem Cameræ exsolverent, eaque mulcta per Mandata executorialia à Fiscali exigerētur, *Cod. p.* 1. *tit.* 64. §. 11. *Add. suprà tit.* 24. *n.* 27. Secundò ut m Visitatores tum Revisores vel planè emanentes vel inidoneos Mandatarios nittentes non tantùm Visitatoribus & Revisoribus præsentibus, sed etiam in casu rorogatæ Revisionis Exassessoribus peregrè ad suæ sententiæ defensionem evoatis & litigantibus frustrà circumactis impensas ob id factas refunderent, *d. t.* 64. §. 8. & 9. Atque has impensas Fiscalis per Monitoria (*sub pœna* 10. *Marc. aur. pur.*) & in casu inobedientiæ per Executoriales atque ulteriores Processus exiget, *d. tit.* 64. §. 10. XII.

45. XIII. Si causæ exemptionum ventilandæ veniant. Causæ Exemptionum erò dicuntur, quando Fiscalis contra aliquem Statum Imperii seipsum vel lterum Statum à Collectis Imperialibus eximentem procedit, atque jura Impei tuetur. XIII. Causa exemptionū quæ sint.

46. Exemptio autem fit tribus modis, (1.) Si eximens pro consentiente exempto collectas solvat. Hòc casu quoniam nulla lis est, neque Imperio de Collectis iis & jure quicquam decedit, in eo acquiescatur: Sin verò eximens Collectas on solvat, contra exemptum per Fiscalem Cæsareum procedatur, at ipsum inemnem eximens cogatur præstare, *R.* 1548. §. Und als durch. 52. Exemptionis modus

 47. (2)

2\. 47. (2.) Si neque eximens neque exemptus Collectas solvat, Fiscalis contra exemptum procedat, atque eximentem pro suo Interesse ad id citari curet, *R.* 1548. §. Etliche andere. 53

Cameræ cognitio in Exemptionum causis.

48\. Camera verò non solùm utrum aliquis Status justè aut injustè exemptus, sed quoque an à Collectis Imperii immunis, contra illas præscriptione gaudeat, seu ex aliis legitimis causis easdem solvere non sit obligatus; Atque insuper utrum vincenti exemptori cum onere suæ Quotæ, an liber adjudicandus, secundùm merita causæ & jura communia cognoscat atque judicet, *R.* 1548. §. Und soll unser. 54.

Exemptor, cui m[illegible] cum onere adjudicatus, pro moderatione instare potest.

49\. Exemptoribus verò reservatum sit, si ipsis de exemptis unus vel plures cum onere adjudicarentur, illique putarent exemptos in suis Collectis ultra istorum facultates ac reditus gravatos esse, ut penes Status Imperii pro moderatione instent, *R.* 1548. §. Doch soll. 55.

Exemptio etiam ante L.C. probari potest.

50\. Si exemptus vel exemptor, perspecto libello Fiscalis Cæsarei & postea habito justo tempore deliberandi, se in jure offerat, quòd intrà 4. vel ex relevantibus causis 5. menses proximos possessionem vel quasi libertatis non-contribuendi deducere ac probare velit, audiendus atque etiam ante L. C. ad ejusmodi probationem admittendus, ac desuper decernendum, quod juris est, *R.* 1548. §. Wann aber. 56.

Exemptionis modus 3.

51\. (3.) Si aliquis Status alterum Statum invitum, qui ipse collectas suas solvit, eximere conetur, Fiscalis vel qui eximi nolit, contra exemptorem prædicto modo procedat, *R.* 1548. §. Uber solches. 57. Fiscalis quoque ei, qui eximitur, assistere simultaneoque Processu Jura Imperii defendere potest, *Gail.* 1. *O.* 21. *n.* 1.

Imperio in possessione collectandi existente Exemptor pro adjudicato Exempto Collectas solvat.

52\. Si exemptus exemptori vel cum, vel sine onere adjudicetur, atque illi inter se de Collectis absque judiciali cognitione convenire nequeant, exemptori si exemptus in Matricula Imperii (*quæ in causis exemptionum tum semiplenam probationem, tum præsumptionem facit, Gylm. voc. Matricula Imperii,*) reperiatur, suasque Collectas semper solverit, & Imperium in possessione Collectandi fuerit, Collectæ cum onere accrescant, hasque ille pro exempto solvat, *R.* 1548. §. Ob aber der. 58.

53\. Sin verò exemptus, licèt in Matricula Imperii reperiatur, nihil Imperio unquam solverit, ille exemptori sine onere adjudicetur, nisi exemptus intra hominis memoriam semel, bis pluriesve Imperio contribuerit, istudque sic in quasi possessione esset, ille absque tergiversatione inposterum contribuat, *R.* 1548. §. Hätte aber. 59.

Collectæ nimis parvè Exemptori impositæ augeantur.

54\. Exempto autem ita sine onere exemptori adjudicato, si exemptori collectæ nimis parvæ impositæ, hæ juxta qualitatem causæ legitimo modo augeantur, *R.* 1548. §. Und im Fall. 60. Si sine judiciali cognitione de eo conveniri nequeat, illa lis ad Cameram remissa sit, ibique procedatur, prout decet, *R.* 1548. §. Wo aber in solchem. 61.

Collectas qui solvere teneantur.

55\. Lite Exemptionis verò pendente Imperii collectas solvant, qui in Matricula reperiuntur Collectas solvisse atque in quarum possessione Imperium est, *R.* 1548.

1548. §. Würde sich. 62. Similiter solvant & ii, qui intra hominis memoriam is Imperio semel, bis aut pluries solverunt, *R.* 1548. §. Wo aber innerhalb. 64. ii autem nullas collectas anteà solverunt, atque sic in possessione vel quasi liberis sunt, ad illarum solutionem ante finitam litem non astringantur, *R.* 1548. §. er die Außgezogene. 65. Exempto etiam Decretis ab Imperii Statibus ratione llectarum jam antehac impetratis uti liceat, *R.* 154. §. Hätte auch. 65.

56. Denique in his Exemptionum causis Fiscalis celeriter procedat, eique nul- ctardatio à Collegio Camerali permittatur, *C. p.* 1. *t.* 29. *lit. C.* Eundem quo- : etiamsi non imploretur, ex officio Fisci sumptibus procedere oportet, *R.* 1654. Berührtem unserm 93. Summariè verò, de simplici & plano procedendum, juævis ejusmodi causa intra biennium à primo comparitionis termino proxim determinationem suam per sententiam definitivam ejusve vim habentem ciscatur, *R.* 1548. §. Etliche andere. 53. In iis tamen exemptionum causis, : altiorem indaginem requirunt, juris ordine servato procedi debet, *Gail.* 1. 21. *n.* 1. Quomodo autem Fiscalis suum libellum formare probareque debeat, anter tradit Gail. *d. O.* 21. *n.* 9. *& seqq.* ***Processus in causis exemptionum.***

7. XIV. Si quis contra Edictum Monetale delinquat. Hòc casu Fiscalis adis violatorem illius Edicti ad privationem privilegii cudendi monetam & inr ad pœnam 40. Marc. aur. pur. (*id est*, 3840. *Imper.*) agit, *R.* 1551. §. haben wir. 46. *&* §. 49. Tenor verò Edicti monetalis (Müntz-Ordnung.) de io 1559. habetur in Codice Recessuum Imperii. **XIV.**

8. XV. Si quis Camerali Judicio in- & extra illud debitam Reverentiam non tet, ejusdem Mandata decenti Respectu non accipiat, his legitimo modo non at, inprimis autem in Insinuationibus Processuum Cameralium atque alibi in tis ac oretenus se modestum non præbeat, in judicio & extra illud injuriosis is, calumniosis & Judicii Authoritati contrariis verbis Judicium atque Judilenigret. Contra talem Fiscalis ad pœnam à Judice pro qualitate personæ & ti moderandam procedat, *R.* 1654. §. Damit aber. 165. Hinc Fiscalis in Hörde contra Hörde/7. Jul. 1664. ratione Scripti Judicio camerali injuriosi -& judicialiter exhibiti suo officio uti jussus est, *Sent. Cam.* 987. Deinde etn diversis causis est admonitus, ut contra immediatè se erga insinuationes essuum gerentes suo officio uteretur, *vid Sent. Cam. num.* 66. 95. 223. 315. 317. *&* 960. Qui verò Decretis Cameralibus se gravatum putat, de locis, ubi juxta Constitutiones Imperii decet, (*nim. apud Visitatores & Rees Cameræ, Cæsaream Majestatem seu Status Imperii in Comitiis*) conquerar *alleg.* §. 165. **XV.**

. XVI. Si quis in causis in Camera pendentibus alibi Mandata inhibitoria, itoria, avocatoria suspensoriaque impetret, ac per ea istas causas retardet. Ilm Parti adversæ & Fiscali in pœnam 10. Marc. aur. pur. condemnandus venit. e istis Mandatis non attentis, nihilominus in illis causis procedendum, procet, *R.* 1654. §. Ebenmässig sollen. 166. Sin verò causæ ad Cameram non untes (*de quibus agam infrà t.* 43.) ibidem forsan acceptæ sint, prædicta Mandata **XVI.**

data impetrare licet, *praalleg.* §. 166. *verf.* Ausserhalb der. *Add. suprà tit.* 25. *n:* 18. *usque* 28.

XVII. 60. XVII. Si Judex inferior ab Appellante legitimè requisitus vigore Cæsarei Edicti *in C.p* 2.*t*.34.§.11. *memorati* Acta edere dolosè detractet. Contra ejusmodi detrectantem Fiscalis ad pœnam 20. Marc. aur. pur. agit, *praalleg.* §. 11. & *R.* 1654. §. Ob er auch schon. 61. *in fin.* Ast illud edictum in Imperio unquam esse promulgatum aut Fiscalem ratione hujus pœnæ aliquando egisse hactenus non inveni.

XVIII. 61. XVIII. Si Judex, à quo Rationes decidendi ad insinuatas Compulsoriales edere renuat, tunc enim is in pœnam 2. Marc. aur. pur. incidit, *R.*1654. Desgleichen sollen 60. Sed cùm in Compulsorialibus ad edenda Acta dimidia pars pœnæ tantùm Fiscali, & altera dimidia pars Appellanti applicetur, non immeritò dubitatur, anne in Compulsorialibus ad edendas Rationes decidendi idem obtineat. Verùm id negandum est, quoniam quoties lex pœnam imponit & non exprimit, cui illa pœna applicanda sit, in dubio Fisco applicari debet, *Marant. part.* 4. *Distinct.* 1. *n.* 40. Jam verò in præcit. §. 60. non exprimitur, cui illa pœna Compulsorialium ad edendas Rationes decidendi applicari debeat, Ergo tota Fisco applicanda venit.

XIX. 62. XXI. Si quis propter temeritatem litigandi vel oppositionem frivolatum Exceptionum in pœnam Fisco Cæsareo solvendam à Camera condemnatur, *R.* 1654. §. Nicht weniger. 85. & 2. *seqq.* Hôc casu, ne novo Processu indigeatur, videlicet ne Fiscalis Mandatum de solvendo pœnam impositam, vel Citationem ad vidend. exigi eandem pœnam, priùs impetrare & ita novum Processum instituere necesse habeat, condemnato à Camera ad exsolvendam impositam pœnam semper præfigendus est terminus sub pœna dupli & comminatione realis Executionis. Si condemnatus intra præfixum terminum (*qui pro distantia loci modò unius, modò duorum, modò trium mensium esse solet,*) impositam pœnam non solvit, incidit in pœnam dupli, id est, tenetur adhuc alterum Tantum pœnæ priùs impositæ solvere. *v. g.* Si quis in unam Marc. aur. pur. condemnatus hanc intra præstitutum tempus non solvit, tenetur adhuc aliam Marc. aur. pur. atque ita in universum duas Marcas solvere. Et tunc Fiscalis judicialiter petit propter non doctam nec factam Paritionem declarationem pœnæ dupli atque Mandatum de exequendo adversus Magistratum condemnati, vel si hic immediatè Imperio subsit, adversus Directores Circuli, proceditur que uti aliàs in puncto Executionis procedi solet, *S.* 1654. So offt auch. 86. Sin verò Fiscalis declarationem pœnæ dupli, ut & Mandatum de Exequendo in Camera petere nolit, sed duntaxat dictatam pœnam simplicem malis persequi, Magistratus condemnati à Fiscali imploratus atque de hac imposita pœna (*per documentum sententia*) edoctus realem executionem sine mora perficiat, *R.* 1654. §. Gestalt Sachen auch. 87. Ob temerariam litigationem Appellati quoque (*quod notatu dignum,*) in causa Brett contra Bremern 17. Mart. 1654. in 2. Marc. aur. pur. condemnati sunt, *Sent. Cam. n.* 10. Atque in causa Schmid contra Reventlaw/ 6. Jul. 1655. Appellatis pœna unius Marc. aur. pur. imposita est, *ibid. n.* 84.

63. XX.

63. XX. Si quis propter frivolam Appellationem in pœnam aliquam condem-
ntur. Hæc enim soli Fisco applicanda venit. *C. p.* 2. *t.* 31. §. 3. Quantitas pœnæ
ivolè appellantium hodie statuta est duarum usque ad 20. Marc. aur. pur. pro
bitrio Judicis augendas minuendasque, *R.* 1654. §. Und nachdem. 120. Hacte-
is tamen Judex Camerè frivolè appellantes plerumque in unam, rarò in 2. Mar-
s aur. pur. condemnavit. *Præjudicia habes in Sent. Camer. num.* 156. 258. 403.
36. 423. 434. 468. 505. 782. 835. & 869. *Item in Mantiss. num.* 33. & 71.
condigam pœnam verò præcipuè etiam temerarius Advocatus causæ pro ma-
itudine delicti & quidem magis quam imperiti Litigantes condemnari debet, *d.*
120. *in fin. Vid. Sentent. Cam. num.* 782. & 835. *atq; ibid. Mantiss. n.* 33. & 71. XX.

Causa Fiscalis

64. XXI. Si Advocatus causæ Juramentum Appellationis præstare recuset.
am iste in pœnam unius Marcæ aur. pur. incidit. G. B. 28. *Januar.* 1657. §.
n. Cum vero ibidem non exprimatur, cui hæc pœna applicari debeat, ea tota Fis-
applicanda venit, *per tradita præced. n.* 61. Atque Fisco expressè adjudicata est
causa Vircus contra Bartels/ & in causa Buwinghausen contra Bülaw/ *Vid.*
ntent. Cam. num. 316. & 995. Modus autem in istam pœnam declarandi eam-
ie exigendi in hac & præcedenti causa coincidit cum illo, , qui in præced. n. 62.
dditus est. XXI.

65. XXII. Si ex causis ad Judicium Camerale per appellationem aliave via de-
lutis, circa restaurationem judiciorum inferiorum vel administrationem justi-
e aliquis defectus deprehendatur, aut alias in facto notorium sit, quod ex Judi-
i inidoneitate, imperitia, negligentia, corruptione seu malitia ad alicujus præ-
dicium ac detrimentum judicatum, justitia denegata aut protracta sit, Hoc casu
m nocentes Magistratus, quam ab iisdem ordinati Judices commerita pœna
r Fiscalem exigenda plectantur, *R.* 1654. §. Wann sich auch. 109. Illud tamen
ndum factum, sed si Judex administrationem Justitiæ protrahat, Camera illi ejus
ituationem injungi vel etiam certum terminum ad finiendam causam præfige-
solet, *vid. Sent. Cam. n.* 347. 739. 893. & 948. *item in Mantiss. n.* 2. & 95. XXII.

66. XXIII. Si Assessoribus injuria ratione ipsorum Status seu conditionis illata.
Hanc enim Fiscalis prosequi tenetur, *Gylm. voc. Assessores.* §. *fin.* XXIII.

67. XXIV. Si Debita Cancellariæ Cameralis à partibus per Procuratores non
igantur. Nam tunc Fiscalis illa debita exigere tenetur, *supra t.* 11. *n.* 32. XXIV.

68. XXV. Si quidam Circulus pro sua Quota in mora solvendi sumptus in Exe-
:ionem ab alio Circulo factos existat. Ad quorum sumptuum exsolutionem Fis-
is procedere jubetur, *C. p.* 3. *t.* 58. §. 5. Atque has causas Fiscales enarrasse pro
: vice sufficiat, plures alias quotidiana experientia manifestabit. XXV.

69. Deinceps silentio hic non prætereundum, licet omnes causæ fiscales sint
nmariæ, in quibus sola Facti veritate inspecta procedendum, tamen earum non-
llas contradictiones partis in dubium revocari, ideoque in illis, cum altiorem
laginem requirant, juris ordine opus esse, sicut in causis privatorum, *Gail.* 1.
f. 20. *n. ult.* Quare causæ fiscales in Camera sunt vel ordinariæ vel extraordi-
:iæ seu summariæ, *Gail. ibid. n.* 5.

Causæ fiscales sunt vel ordinaria vel extraordinaria.

Ff 70.

70. Causæ Fiscales ordinariæ dicuntur, in quibus ordinaria via, hoc est, Juris ordine servato per citationem & libellum proceditur, uti sunt causæ fractæ pacis & causæ exemptionum, item causæ pœnales & aliæ de quibus in l. 1. & tot. tit. ff. de Jure Fisc. *Gail. t. n. 5.* Ubi nota in genere, quod quoties dubitatur, utrum quis sit debitor Fisci vel non toties Fiscus contra illum ordinario Judicio agere teneatur, *Bartol. in l. 4. n. 3. C. de conv. fisc. debitor.*

71. Causæ fiscales summariæ sunt, ubi de plano extra ordinem & lævato velo celeriter proceditur, uti sunt, causæ collectarum Imperii, quæ certam determinatamque ex Matricula Imperii, occurrente necessitate, præstationem habent, in quibus à præcepto atque sic ab executione tanquam super Debitis liquidis & ex Statuum voluntate contractis absque libello ac strepitu Judicii incipitur atque proceditur ad faciendam solutionem collectarum, *Gail. 1. obs. 20. n. 5.* Nam hujusmodi collectæ ob pacem publicam & Imperii tranquillitatem indicuntur, idque consensu Statuum, moram igitur & longum Processum non patiuntur, sed conditione certi ex conventione publica statim executivè exiguntur, *Gail. dict. Obs. 20. n. 6. & 7.*

Formula supplicandi in causis fiscalib.

72. Formulas supplicandi à Fiscale Cæsareo adhiberi solitas vide in Supplic. Cameral. tit. 4.

TIT. XXXI.

DE

POSSESSIONE LITIGIOSA.

Tertia causa Jurisd. Cam. fundans.

1. Tertia causa Jurisdictionem Cameræ fundans est litigiosa Possessio. Possessio autem dicitur litigiosa, quando unam eandemque rem seu Jus duo pluresve ex justis causis se possidere contendunt, atque ita dubium fit, cui possessio magis competat.

Constitutionis super litigiosa possessione origo.

2. Postquam autem in Romano Imperio sæpissimè propter ejusmodi litigiosam possessionem controversiæ atque contentiones, non rarò etiam seditiones ac tumultus exorirentur, constituit Maximilianus I. quoties inter duos pluresve Imperio immediatè subjectos tale litigium oriretur, ne illi propterea ad violenta facta, seditiones, bella aut invasiones ullo modo prosilirent, sed Cameram adeuntes litem controversæ possessionis ibi finaliter de jure componi finerent, tamen ea res lite pendente nemini in sua possessione vel quasi fraude esset, *R. 1512. §. Und nachdem. 57.*

Et Progressus.

3. Hanc constitutionem postea Carolus V. secunda vice promulgavit, *Vid. O. C. 1521. art. pen.* eandemque Anno 1548. & 1555. revidit & ampliavit, *prout habetur in O. C. p. 2. t. 21. teste Gail. 1. O. 5. n. 1.* Ista ampliata constitutio sequenti tempore per Consultum Collegii Cameralis de Anno 1576. quodammodò immutata est, *uti apparet ex collatione d. t. 21. cum C. p. 2. t. 22. & in sequentibus hic demonstrabitur.* Fundamentum verò hujus Constitutionis desumptum est ex l.

13. §. 5.

3. §.3. de Usufr. &c. 9. in fin. De restitut. Spoliat. *docente Gylm. vot. Litigiosa* *possessio. §. fundamentum.*

4. Ad fundandam vero Jurisdictionem Cameræ super Constitutione litigiosæ possessionis hodie quatuor requiruntur, I. Ut Uterque litigans immediatè Imperio sit subjectus, *C. p.2. t.22, pr.* Vel si inter duorum pluriumve Immediatorum subditos bonorum aut jurium possessio sit litigiosa, atque insuper sub cujus Jurisdictione isthæc bona jurave sita sint, lis subsit, *d. t.22. §.1.* *Ejusdem requisitum primum.*

5. II. Ut neuter possessionem habeat, sed uterque ex justis causis se magis possidere contendat, *d. princ. vers.* Also daß. Ut ita possessio sit dubia, *d. t. 22.* *§. pen. verb.* Die Gewähr / *possession* oder *quasi* auß redlichen Anzeigungen zweiffelich. Nam si certum est alteram partem possidere, & alteram turbare possidentem, hæc constitutio locum non habet, nec potest fieri inhibitio vel sequestratio, etiamsi periculum armorum subesset, quoniam fieret cum injuria possidentis, *Gail. 1. O. 5. num. 6.* sed turbans aliis competentibus remediis coercendus est, *ibid. num.* 5. Ex quo etiam patet differentia inter turbatam & litigiosam possessionem, nam turbatio præsupponit possessionem, in litigiosa possessor est incertus. *Requisitum secundum.*

6. Citationem super hac constitutione esse decretam, ubi ex quibusdam Mandatis jam antea à Camera emanatis manifestum erat, possessionem esse apud supplicantem refert *Schv.O.59.* An hoc verum valde dubito, quia Constitutio expressè requirit, ut Possessio sit dubia, *secundum tradita num. proxime praced.* *Dubitatio de veritate Præjudicii à Schv. alleg.*

7. III. Ut vel periculum armorum ex rixis jurgiisque quotidianis metuendum, *d. t.22. pr. vers.* Und darauß zu besorgen. Vel præsens sit discrimen Partesque in procinctu existant, *d. t.22. §. pen. vers.* Und die Partheyen. *Requisitum tertium.*

8. Ubi hoc notandum, quod priori casu, quando nim. duntaxat periculum armorum adest, seu metuitur, ne partes ad arma perveniant, Ordinarium possessorium: Posteriori autem casu non ordinarium sed solummodo Summarium in Camera discuti debere, uti ex consult. 1576. Dub. 26. tradit Denais. *tit.* 221. §. 5. *& 6* *Ordinarium possessorium quando in Camera discuti.*

9. Hoc igitur posteriori casu, excusso possessorio summario tam possessorium ordinarium quàm petitorium: Priori autem casu duntaxat Petitorium ad Judicem competentem remittitur, *arg. d. t 22. §.2. Gylm. tom. 1. part. 1. pag.* 522. Ratio, quia qualitas Jurisdictionem Cameræ, scil. possessio dubia seu controversia, uter incumbat rei & uter turbet, per sententiam in summario (*vel etiam in ordinario*) possessorio latam decisa expirat, *Tennag. Clas. 2. c.2. n.4.* Deficiente autem hac qualitate, deficit Jurisdictio, *Gail. 1. O.6. n.7.* *Et quando ad Judicem inferiorem remitti debeat.*

10. Ordinarium verò possessorium dicitur, in quo juris ordine servato proceditur, & absolutè de possessione Partium disceptatur, plenæque probationes requiruntur, *Gail. 1. O.7. n.2.* Vocatur alias Possessorium plenarium, *ibid. num.* 1. Summarium (*extraordinarium, momentaneum, summariissimum*) est, in quo absque tela Judicii & sine longo litis sufflamine, solâ facti veritate inspectâ celeriter proceditur, *Gail. d. O.7. n.5.* *Differentia inter possessorium ordinarium & summarium*

 11. Dixi

Hujus constitutionis tres sunt casus juxta Gail.

11. Dixi præced. nu.8. Possessorium ordinarium etiam in Camera aliquando discuti debere, cui refragatur Gail. 1. *O.7. n.1.* & 5. ubi dicit, hanc constitutionem duntaxat de Possessorio summario disponere. Ad quam instantiam resolvendam præmitti debet, quòd Gail. d. nu.1. hujus Constitutionis tres casus faciat, quorum primus est, si possessione inter partes Imperii immediatas litigiosas existente, nullus metus armorum adsit, de quo casu agitur in O.C. *p.2. t.21. pr.* Secundus, si inter ejusmodi Partium Subditos non solum possessio sit litigiosa, sed etiam de superioritate & magistratu loci, ubi bona jurave sita fuerint, ambigatur. Atque de hoc casu agitur in *d.t.21.§.1.* & *d.t.22.§.1.* Tertius, si possessio, ut in primo casu: sit litigiosa & simul subsit præsens periculum armorum, qui tertius casus traditur in *d. t.21. §.fin.*

Primus casus olim fuit si nequidem metus armorum adfuerit.

12. Atque in hoc §. fin. seu casu tertio hanc Constitutionem omnium maximè obtinere putat Gail. *præalleg. loc.* Cùm autem in eo casu tertio, quando sc. præsens armorum periculum adest, duntaxat summarium Possessorium discuti possit, *uti dictum supra n.8. junct. n.7. ibid.* Hinc sine dubio est, quòd Gailius d. loc. scripsit hanc constitutionem tantummodo ad summarium Possessorium pertinere. Videtur autem Gailius ita scripsisse, quod eo tempore, quo ipse Assessorem egerit, fortassis fuerit dubium, quomodo d. t.21. princ. sit intelligendum & an casus primus in d. princ. propositus jurisdictionem Cameræ fundaret. Quod Dubium apparet ex Consult. de Anno 1576. post Gailii abdicaturam Assessoratûs facto, in quo Consulto casus primus in d. princ. propositus ita declaratus, ut non aliter jurisdictionem Cameræ fundaret, quàm si adesset metus armorum, uti videre est in C. p.2. t.22. princ. ubi d. t.21. princ. interpolatum reperitur. Qui casus antea sub d. t.21. §.fin. continebatur, atque d. t.21. princ. accipiebatur de casu, ubi metus armorum non adesset. Atque ita Assessores jam allegat. §.fin. & princ. distinxerunt intellexeruntque apud Meichsn. *tom. 3. decis.10. pag.218.* & *2. seqq.*

Quod confirmatur ex Tennag.

13. Idem etiam sentit Tennag. *Class. 2. c.1. n.4.* dum ait: *Non requiro hic* (sc. d. t.21. princ.) *præsens periculum armorum non magis quam in Constitutione pignorationis, sed ipsa supra dicta qualitas litigiosa possessionis jurisdictionem fundat ex voluntate Ordinationis*, (id est, Constitutionis super litigiosa possessione,) *quæ futuro periculo maturè providit, ideo scil. quòd facile ac frequenter in ejusmodi contentione ad arma perveniatur, O. C. p. 2. tit. 21. princ. & tit. 22. princ.* Ita ille.

Hodiernus casus primus & tertius.

14. Iste verò casus in præced. n.12. sub fin. memoratus, si nim. metus armorum non adest, *per præalleg. Consult. de A.1576. Dub.26.* explosus, & alius substitutus est, videl ut ibi adsit metus armorum, *d. t.22. princ. vers.* Und darauß zu besorgen. (Qui casus hodie primus est.) Et sancitum, ut nisi ille metus adsit, quòd petiti Processus denegati atque causa ad ordinarium Judicem remitti debeat, *præcit. Dub.26.* & *Denais. d. t.221. §.ult.* Prædicti autem tit.21. §.fin. tantùm de casu, ubi armorum periculum præsens adest, partesque jam sunt in procinctu, acceptus fuit, uti ex d. t.21. §.fin. interpolatione in allegat. t.22. §. pen. propositâ apparet. Atque hic casus hodie tertius est.

15.Quod

Circa casum secundum quæstiones tres.

15. Quod verò secundum casum præced. n. 11. memoratum attinet, cum iste quoad verba incorrectus mansit, quemadmodum ex comparatione allegat. t. 21. §. 1. & t. 22. §. 1. constat, dubitatur quomodo in eo casu fundetur Jurisdictio Cameræ, & itaque quæritur (1.) Utrum Dominorum litigiosa jurisdictio, sub quânam Subditorum bona vel jura, de quorum possessione controvertitur, sita sint, fundet Jurisdictionem Cameræ? (2.) An sufficiat sola qualitas litigiosæ possessionis, uti olim in primo casu sufficiebat? *vide suprà n. 12. & 2. seqq.* (3.) Num hic casus secundus permutationem casus primi, (*add. præced. n. 14.*) etiam tacitè mutatus sit, ut in illo æquè metus armorum hodie requiratur?

Harum quæstionum resolutiones.

16. Quod primam quæstionem attinet, non refragabor illi, qui dixerit, Dominorum litigiosam Jurisdictionem fundare forum Camerale, quia aliàs Reus sub jurisdictione Dominorum immediatorum litigiosa domicilium habens in Camera conveniri debet, *suprà t. 26. n. 22.* Deinde quoniam Pupillis tutores non habentibus sed sub ejusmodi litigiosa Jurisdictione habitantibus, tutores à Camera dantur, *C. p. 2. t. 1. §. pen.* Sin autem alicui hæc opinio non arridet, sed putat forum Camerale hîc fundari non ex litigiosâ Dominorum Jurisdictione sed ex litigiosa possessione Subditorum, nec id mihi displicuerit, arbitrarer tamen hujus possessionis solam qualitatem hodiè non sufficere, sed prætereà requiri metum armorum. Atque sic hunc casum secundum per casus primi mutationem quoque tacitè correctum esse. Et per consequens juxta posteriorem opinionem ad quæstionem primam & secundam negativè, ad tertiam vero affirmativè respondeo.

Objectio Resp.

17. Ast instas à Subditis nullum periculum armorum metuendum? ℞. Hoc quidem verum, sed hic casus secundus intelligendus de eo, quando illorum Subditorum Domini suum Interesse prætendentes hujus occasione facilè ad arma prolire possent. Et cum in hoc casu non solùm metus armorum, sed etiam horum præsens periculum adesse queat, hunc secundum casum non per se, sed quatenus primo aut tertio casu qualificatur, jurisdictionem Cameræ fundare, atque in eo possessorium summarium, seu etiam ordinarium, juxta distinctionem præced. n. . traditam, coram Judice Cameræ excuti debere.

Coram quo Judice Dominorum litigiosa Jurisdictio decidenda.

18. Sed quæritur anne coram eodem Judice litigiosa Dominorum Jurisdictio decidenda? Resp. Cùm in sæpe d. t. 22. §. 2. tradatur, quod discusso possessorio reliquæ contentiones coram competente bonorum seu Jurium Judice pertractari debeant, litigio autem Jurisdictionis nondum excusso, illud fieri nequeat, cùm incertum Dominorum hactenus habeat Jurisdictionem, & per consequens Judex esse queat, existimo hanc controversiam, sub utriusnam videl. Jurisdictione bona gravè sita sint, quoque à Camera esse determinandam.

Alius casus præter tres præmemoratos.

19. Et quæ hactenus dixi de hoc secundo casu, arbitror quoque obtinere in to casu, si scil. litigantium unus mediatè, alter immediatè Imperio subsit, quia ujus Dominus pro suo Interesse certo se est intromissurus, cujus occasione non minus Pax publica, quàm in tribus reliquis casibus turbari potest. Imò Referens pud Meichsn. *tom. 3. decis. 10. pag. 217. in fin.* putat, ex hac constitutione etiam urisdictionem Cameræ esse fundatam, siquis mediate Imperio subjectus suo

nomine agat vel conveniatur, quando nim. idem motus, tumultus & metus armorum adsit, atque sic illam constitutionem ex identitate rationis ad præmemoratum casum extendi posse. Hinc cùm cæteri Assessores illius Referentis opiniónem amplecterentur, exceptione fori declinatoriâ, quod nim. utraque pars immediatè imperio non subesset, rejectâ partibus injunctum ut in causa principali procederent, *Meichsn. d. decis.* 10. *in fin.*

Aut tres tribus casibus aut unicum casum diversis qualitatibus præditum hic constitui oportet.

20. Atque cum casus num. præced. jam propositus diversus sit à dictis reliquis tribus casibus, ac præterea casus secundus alius est, si in eo adsit præsens periculum armorū, alius verò si duntaxat illorum metus adsit, uti & propter has duas qualitates duos diversos casus, sc. primum atque tertium facit Gailius 1. *Obs.* 5. *n.* 1. & 5. quando litigium possessionis est inter duos immediatè Imperio subjectos. Ergo etiam duo casus sunt faciendi, si inter illorum Subditos possessio & inter Dominos Jurisdictio est litigiosa. Ac per consequens non tantum tres, veluti existimat Gailius, sed plures casus constituendi sunt. Quanquam illud Ordinationi Camerali non adeò congruat, quæ Gailii casum primum atque tertium pro uno diversis tamen qualitatibus prædito, quôd nimirum in primo metus armorum in tertio autem armorum præsens periculum adesse debeat, sumit, *arg. d. t.* 22. §. *pen verb.* in obberührtem Fall. Quæ verba sunt singularis numeri & unitatem denotant.

Conventionales Austregæ an quatenus hic locum habeant.

21. Porrò cùm d. t. 22. §. 3. immediatè præmemorato casui secundo in eod. t. §. 1, & 2. proposito connectatur, atque in illo §. 3. dicatur, siqui Status ob tales dissensiones haberent conventionales Austregas, his nihil esse derogatum, quæritur utrum illud tantum de hoc secundo casu, an verò de reliquis duobus quoque intelligendum? Resp. Cùm num. proximè præced. ostensum, rectius duntaxat unicum casum duabus qualitatibus præditum, quam tres aut etiam plures casus constitui, nullam vero rationem inveniam, quare illæ Austregæ locum habeant, si iste casus unà qualitate, nim. quod metus armorum adsit, præditus, eisdem verò non sit locus, si idem casus altera qualitate, quod vîdel. præsens armorum periculum adsit, præditus est, istis Austregis indistinctè locum esse arbitror, idque eo magis, quoniam utraque qualitas in prædicto casu secundo occurrere potest, *secundum tradita præced. nu.* 17. Imo licet tres pluresve casus constituamus, tamen ob illorum maximam cognationem & identitatem rationis adhuc idem dicendum autumo.

Requisitum quartum

22. IV. Ut Judex Cameræ de armorum metu, aut de eorum præsenti periculo & procinctu Partium aliquo modo ac summariè ex Missivis hujus causâ transmissis, vel ex instrumentis desuper convectis, vel ex scientia propria certior sit factus, *d. t.* 22. §. *fin.*

Hæc constitutio non solum ad Interdictum retinendæ sed etiam adipiscendæ.

23. Deinceps notandum, quanquam verba hujus Constitutionis suadeant, eam duntaxat de Interdicto retinendæ possessionis accipiendam esse quòd tamen illam quoque in Interdicto adipiscendæ, quando videl. vacantem possessionem uterque armatâ manu apprehendere intendat, locum habere existimet Gail. 1. O. 5. *num.* 8. Et quidem ex hac ratione? quia finis hujus constitutionis est conservatio Pacis publicæ. *Add. præced. n.* 2. Si igitur subsit periculum armorum ratio-

ne

requirendæ possessionis, beneficio hujus constitutionis nascenti malo, immi- itique scandalo non minus maturè obviandum erit. Causa autem finalis est ani- legis, *Gail. d. num.* 8. Quæ magis quam ipsa verba attendenda, *l.* 17. *de LL.* oniam ea cessante. cessat ipsa Lex, *Tiraquel. in Tract. Cessante causa*, *numer.* o.

24. Quod verò Interdictum recuperandæ possessionis attinet, in illo Constitu- hæc planè locum non habet, quia qui dicit se spoliatum, utique fatetur versarium incumbere possessioni, *Tennag. Class.* 2. *cap.* 2. *in fin. Add. praced.* 9. 5. *Non verò recuperandæ possessionis pertinet.*

25. Ex hisce præmissis jam facio hanc generalem regulam: Cuicunque, adver- quemcunque & ad quodcunque datur Interdictum retinendæ & adipiscendæ ssessionis, illi, adversus istum, & ad hoc constitutio super litigiosa possessione *sitis sc. supra enumeratis* 4. *Requisitis*), quoque competit. *Cui, contra quem & ad quid hæc constitutio competat.*

26. Processum litigiosæ possessionis quod concernit, deprehensis præmemora- Requisitis Camera ad implorationem Partium Citationem decernit, & in ter- casu simul pro qualitate negotii vel possessionem ad Partium instantiam, seu *illa parte agere volente*) ex officio sequestrat, vel si forsan possessio sit vacua, aut ca jura sit litigium ob quasi possessionem, utrique parti inhibet, ut illa possessio- donec summariè cognoscatur, utrinam possessio adjudicanda vel inhibendum abstineant, *d. t.* 22. *§. pen. Gail.* 1. *O.* 5. *n.* 2. Et alias hæc inhibitio ferè idem ratur, & in incorporalibus commodior est, *Tennag. Class.* 2. *cap.* 2. *n.* 3. Ca- ra verò ex officio possessionem sequestrans etiam sequestres nominat, *Schvv. Process. cap.* 16. *n.* 1. *Processus super hac constitutione.*

27. Sed quæritur anne in primo & secundo casu (*posito nim. quod distinctio ced. n.* 11. *tradita subsistere possit,*) illa sequestratio & inhibitio locum habeat? sp. Cum olim aliquando hæc quæstio incideret, in pleno per majora conclu- n, in primo & secundo casu inhiberi non posse, (1) quia de eo in istis duobus ibus nihil dispositum reperitur, ideo dispositio juris communis locum habet, *ra tit.* 2. *n.* 15. Jam verò de jure communi in possessoriis regulariter inhiberi quit, nam alias frustranei essent tituli D. & C. uti possidetis. (2) Quoniam in ctis duobus casibus processus ordinarius observandus, cui lite pendente inhi- ndo nihil derogari potest. (3) Quia Status Imperii circa hanc quæstionem in R. 32. art. Kammergericht betreffend. 2. §. Item als sich. 14. se retulerunt ad O. 1521. art. pen. qui tantum loquitur de illis duobus casibus, (*nam tertius casus mum Anno* 1555. *in O. C. p.* 2. *tit.* 21. *§. ult. additus est,*) inque eo nihil de in- bitione seu sequestratione habetur, ideo Status utramque tacitè denegarunt, *Meichsn. tom.* 3. *decis.* 10. *pag.* 218. & 2. *seqq.* Atque hinc emanata inhibitio in nsa Biermund contra Biermund 28. Novemb. 1565. cassata est, *Meichsn. d. cis.* 10. *pag.* 221. *Sequestratio & inhibitio an locum habeat in casu primo & secundo. Negatur.*

28. Porrò quoad modum procedendi per viam Citationis sciendum, cum Pos- sio sit duplex plenaria & Momentanea, *praced. n.* 10. etiam duplicem requiri Pro- ssum, videl. Ordinarium in possessione plenaria, & summarium in momentanea. *Processus in puncto Citationis est vel Ordinarius.*

In

In illo Juris ordine servato, libellando, litem contestando, respondendo inque cæteris per omnia proceditur, uti in aliis causis citationum seu simplicis querelæ. *Schvv. obs. 57. n. 4.*

Vel summario.

29. Quod Processum circa momentaneam possessionem attinet, ibi absque libello & litis contestatione proceditur, prævia tamen citatione ad comparendum & proponenda sua jura possessoria. Ubi notandum, quod si Actor hanc citationem impetret, solus Reus, quia Actor jam est in judicio præsens, citari soleat, sin verò Judex ex officio illam decernat, quod tunc judex utramque Partem citet jubens ut in Camera certo termino compareant, & sua jura possessoria summatim per articulos cum nominatione testium & Commissariorum proponant, *Gail. 1. O. 6. pr. Mynf. 2. O. 96.* Alterutra Parte in mora existente. Judex interlocutione contumaci injungit, ut certo die sua jura cum nominibus testium & Commissariorum producat, *Gail. d. O. 6. n. 2.*

Exceptio contra Commissarios & ab Appellatio non attendenda.

30. Si forsan contra nominatos Commissarios excipiatur, vel ab eisdem appelletur, cum testes in hoc causarum genere duntaxat ad informationem Judicis examinentur, commissarii nihilominus testes examinandi examenque perficiendi potestatem habeant, *C. p. 3. t 20. §. 20 ibique lit. M.* Commissiones verò etiam sine adjunctione Notarii in hoc Momentaneo possessorio decernuntur, quia hic Processus est quasi quædam inquisitio Judicis ex officio, *Gylm. voc. Possessio litigiosa. §. ult.*

Quales Articuli admittendi.

31. Deinde observari oportet, in hoc momentaneo possessorio non quoslibet articulos admitti, sed tantum eos, qui ad hoc judicium summarium pertinent. Itaque si nimis effusi, longo ordine & magno numero conscripti sint, ita ut altiorem tractatum Processumque requirant, atque potius ad plenarium possessorium spectent, tunc aut omninò rejiciuntur aut partim admittuntur, partim rejiciuntur. Multitudo autem articulorum ideò rejicitur, quod in hoc judicio summariè de possessione cognosci debeat, salvo plenario possessorio, *Gail. 1. O. 6. n. ult.*

Articuli & reliqua Acta non communicantur.

32. Exhibitis verò hinc inde articulis possessoriis, factaque nominatione Commissariorum & testium, quæ nominatio una cum articulis exhibetur, nulla fit Partibus Actorum, id est, scripturarum & exhibitorum communicatio, copiæ non decernuntur, responsiones ad articulos non exiguntur, lis nulla contestatur, non juratur de calumnia, quod tamen de jure fieri debet etiam in summariis Judiciis. Nominati commissarii deputantur, commissio in communi forma decernitur, atque certum tempus pro qualitate personarum & causæ pro omni dilatione assignatur, *Gail. 1. O. 6. n. 3.*

Idem obtinet in Attestationibus.

33. Attestationibus utrinque productis, harum nulla fit publicatio, sed statim in causa concluditur ac porrò super momentaneo possessorio tantum, in favorem melius probantis pronuntiatur, sed salvo plenario possessorio & petitorio coram judice competente instituendo, *Gail. d. O. 6. n. 4. & 5.* Ad illius institutionem verò Judex Cameræ Partibus certum terminum non præfigit, *Gail. ibid n. 7.* Imò nec petitorium, cum alias ipso jure competat, in sententia expressè reservatum in duabus causis apud Meichsn. *tom. 1. lib. 1. decis. 7. & 11.*

34.

34. Denique notandum, quod sententia super momentaneo possessorio lata sit :rlocutoria. & multum differat, ab ea, quæ fertur super Possessorio plenario, *quo remissivè Schvv. O. 58. in fin.* Deinde quòd in illa sententia interlocutoria ibitio forsan simul emanata partim tollatur, partim confirmetur. Tollitur au- ı respectu victoris, qui iniquum foret eum pendente judicio super possessorio nario fructu suæ possessionis carere. Respectu victi confirmatur, ut victor in possessione quiete tueatur, donec in possessorio ordinario aliud cognoscatur, idaturque, *Gail.* 1. *O.* 6. *n.* 6. *Sententia in momentaneo possessorio lata est interlocutoria & inhibitio partim tollit partim confirmat.*

35. Ultimò addendum est & hoc, quod Mandata de non offendendo in hac ıstitutione litigiosæ possessionis nullius momenti sint, quia iis non obstantibus libet se in sua possessione etiam cum armis, prout hoc jura permittunt, defen- e potest, atque sic inde sequens turbatio pacis publicæ non impedietur, Kammergericht Bedencken auff etlicher Stände *Gravamina, de Anno* 1557. §. Sonlich dieweil. Finis verò hujus constitutionis est, ne pax publica turbetur, *praced.* :. & 23.

36. Duæ Formulæ supplicandi pro Citatione super constitutione litigiosæ posionis habentur in Supplication. Camer. *tit.* 5. *n.* 1. & 2, Atq; Citatio *dict. t.* 5. . Nec non Mandatum & Citatio cum inhibitione loco Sequestrationis, *ib. n.* 4.

TIT. XXXII.
DE PIGNORATIONIBUS.

QUarta causa Jurisdictionem Cameræ fundans est Pignoratio. Hic autem Pignoratio dicitur actus, quo quis immediatè Imperio subjectus alterum iliter subjectum ipsiusve Subditos pignorat aut capit. *Quarta causa Jurisd. Cam. fundans.*

1. Pignorare autem dicitur non solum, qui rem aliquam aufert, sed etiam qui gem abducit. Imò etiam pignorare seu potius capere dicitur, qui gregem in ıulum vel locum aliquem includit, ut inde exire nequeat. Nam paria sunt rem erre vel ita includere & arctè custodire, ut usus ejus intercidat, quando autem s rei haberi nequit. ista dicitur perempta perditaque, *Gail. de Pignorat. O.* 9. *n.* *Pignorare quis dicatur.*

:t Carceri mancipatus dicitur non solum, qui in Carceribus est. sed etiam qui :a Carcerem ita augustè certo loco est circumscriptus, ut ab eo recedere ipsi sine na non liceat, v. g. si alicui domus vel tota Civitas pro carcere detur, *Gail. de O.* ı. 3. Denique in vinculis quoque esse dicuntur, qui interposita stipulatione ita ıxati sunt, ut moniti se iterum certo loco sistant, *ibid. n. ult.*

3. Porrò prout superior constitutio de Possessione litigiosa, sic etiam hæc de noratione pacis publicæ conservandæ ergo facta est. Nam cum ob turbatam Julictionem vel possessionem alicujus juris, puta piscandi, pascendi, venandi, upandi, exigendi tributa, similiumque jurium, nec non ratione privilegiorum, galium finium regundorum ac salvi conductus gravissimæ controversiæ haud inter Principes aliaque Imperii membra exorirentur, & illorum tuendorum tia sæpè ad arma perveniretur, Paxque publica non sine maximo innocentium ditorum & vicinorum damno, pessimo exemplo turbaretur, cæteris Constitu- *Constitutionis super Pignoratione Origo.*

Gg tio-

tionibus ratione Pacis publicæ conservandæ jam antè promulgatis, & hæc saluberrima Constitutio Anno 1548. adjecta, atque Ordinationi Camerali inserta est, *vid O. C. p. 2. t. 22. & Gail. de Pignorat. O. 1. n. 1. & 2.* Illam verò posteris temporibus variè declaratam auctamque esse patet ex *C. p. 2. t. 23. junct. d. t. 22.*

Requisitum primum. 4. Requisita hujus Constitutionis sunt, I. Ut tam pignoratus quàm pignorans immediatè Imperio subsit, *C. p. 2. t. 23. princ.* Hoc Requisitum in Supplicatione expressè est allegandum, alioquin Processus denegantur, etiamsi illud sit notorium, cùm sit qualitas fundans Jurisdictionem. Notorietas enim licet quandoq; relevet ab onere probandi, non tamen relevat ab allegando. Et ita Dominos inter se conclusisse per Notat. Abb. & Dd. in c. 5. de for. compet. atque hanc opinionem communiter in Camera servari testatur Gylm. *tom. 1. part. 1. pag. 316. n. 7. & 2. seq.*

Quis pro immediato habendus. 5. Pro Imperii immediato quoque habendus, qui duntaxat ratione bonorum talis est: Item, qui talis ratione Status, ut si quis Assessor Cameræ sit, *Gylm. voc. Pignorat. requisitum primum. §. Mediati quoad suam personam.* Si quis verò mediatus privilegium habeat, ut nullibi quàm in Camera conveniri possit, hujus constitutionis beneficio neque activè neque passivè gaudet, sed ibidem ordinariâ viâ conveniri potest, Gylm. *ibid. §. Quando aliquis.* Si sc. sit Reus. Quare si Actoris vices gerit, Rei forum ordinarium sequi cogitur.

An persona immediata ratione domicilii bonorum vero mediatorum, pro mediata habenda? Negatur. 6. Utrum verò tam in hâc pignorationis quàm Arrestorum constitutione persona Imperio immediatè subjecta, ratione domicilii ubi degit, aut bonorum, de quibus lis movetur, mediatè Imperio subjectorum pro mediata habenda sit, diversæ inter Assessores fuere opiniones, *uti videre licet ex Consult.* 1594 *Dub. 12. apud* Gylm. *Tom. 1. part. 3. p. 135. & ex Schvv. 1. Process. c. 23. n. 10 & seqq.* Multa præjudicia, in quibus talis persona pro immediatâ habita nec medietas bonorum attenta est, adducit Gylm. *voc. Exceptiones. §. Exceptio subject. ratione bon. Et d. voc. pigner. §. Sciendum pag.* 260. Atque hoc in Camera usu receptum esse attestatur Referens apud Meichsn. *tom. 1. lib. 1. decis. 32. n. 1.*

Affirmatur. 7. Contrariam sententiam fovet Gailius *de Arrest. cap. 6.* quæ sententia quidem in Deputatione Wormatiensi Anno 1586. confirmata est, *teste Consult. 1590. Dub. 14. Senat. 1. apud Gylm. tom. 2. part. 2. p. 178.* Verùm Recessus dictæ Deputationis propter quorundam Statuum contradictiones in Imperio non est publicatus, nec Cameræ insinuatus, quapropter ejus pleraque capita deinceps Recessui Imperii de Anno 1594. sunt inserta, *d. R.* 1594. §. weiter und als. 50. *& praed. leg. Dub.* 14. Hæc tamen quæstio ad Conventum Deputatorum 3. 13. Julii, 1595. instituendum est remissa, *R.* 1594. §. was und so viel. 98. Verum enim verò neque in isto conventu neque in conventu Anno 1600. instituto ista quæstio plenam decisionem nancisci potuit, proinde tunc temporis ejus decisio ad proxima universalia Comitia rejecta est, *Deput.* 1600. §. Es haben uns. 140. Sed illa decisio ad hunc usque diem nondum suum effectum consecuta est.

Perinde est utrum Dominus, an alius. 8. Perinde verò est, utrum ipse Dominus, an ejus Officialis aliusve illius met jussu ac mandato pignoraverit, *C. p. 2. t. 23. Princ. ibi :* Durch sich selbst oder dieselbe. Quod enim quis per alium facit, per seipsum fecisse videtur, *l. 180. de R. I.* Et

hoc

ɔc casu pignoratus vel utrumque simul, vel solum Dominum, non verò solùm ficialem super hâc Constitutione convenire potest, *Gylm. de voc. pignorat.* §. *Si smediatus.* Sed debet id facere coram officialis ordinario judice, *per n. proximè 7.*

ejus nomine pignoret.

9. Probè verò notandum, necessarium esse, ut in Supplicatione pro Processis disertis verbis narretur, pignorationem per Officialem in rem & intuitu Doini esse factam. Nam si officialis privatâ quâdam cupiditate & vindicta pignoısset, ipse ob talem violentiam coram suo competenti Judice est conveniendus, ıia hôc casu jurisdictio Cameræ non esset fundata ob defectum primi Requisi-, *Gail. de Pignorat. Obs.* 5. *n.* 3. *Add. praced. n.* 4. Quod Requisitum necessario ı Supplicatione est exprimendum, alioquin Processus denegantur, *praalleg. nuer.* 4.

In Supplica necessario exprimi debet pignorationem nomine Domini esse factam.

10. E contrà verò idem Gailius *d. O.* 5. *n.* 9. non necessarium putat adjicere gnorationem jussu Domini esse factam, ponderando verba Constitutionis, ibi: Durch die seine. Cùm hæc veba jussum Domini non obscurè includant atque præpponant, quamobrem sufficere in Supplica narrare Dominum per suos officias pignorasse. Proinde talibus Narratis standum, donec contrarium probetur, *id. n.* 10. Tamen Gylm. *tom.* 1. *part.* 1. *pag.* 341. & 343. tradit, Processus pericuı partis decretos esse, ubi ex Supplicatione de jussu & consensu Domini non conıret, neque de eo doceretur. Hodie consensus & jussus aliquo modo probanus. Hinc in causa Schencken contra Münster 18. Marc. & 6. Maji, 1661. ıpplicanti injunctum, ut consensum & Ratihabitionem Domini aliquo modo robaret, *Supplic. Camer. t.* 6. *n.* 11. & & 12.

Jussum verò exprimere non est necesse.

11. Cùm ratihabitio retrotrahatur & mandato æquiparetur, *C.* 10. *de R.I. in* 6. linc prædicta de Domino mandante & consentiente, etiam in ratihabente obtient, modò pignoratio sit facta in rem & contemplatione Domini, nam alias eam ominus ratam habere non posset, quia nemo ratum habere potest, quod suo omine gestum non est, *c.* 9. *de R.I. in* 6. *Gail. praalleg. n.* 3.

Dicta de Domino mandante etiam obtinent in Domino ratihabente.

12. Porrò si Dominus consensum seu ratihabitionem neget, cùm ex eo dubia : intricata disputatio ad protelationem Paritionis possit nasci, sancitum est, ut si ominus post insinuata mandata rei restituendæ facultatem habeat, nec tamen ım restituat, per non-secutam restitutionem ratihabitio probata sit, *C. p. tit.* 23. *ult.* Imò hodie antequam ejusmodi Mandata decernuntur, ne illa propter secuım restitutionem vel probatum dissensum cassandi veniant, solet Supplicanti inıngi, ut doceat se à Domino petiisse restitutionem, sed eam obtinere non poıisse, uti factum 31. Maji, 1661. in causa Schencken contra Münstere / *Supplicat. Camer. t.* 6. *n.* 13. *in fin.*

Ratihabitio si negat quomodo probanda.

13. II. Ut Pignoratus sit in possessione ejus loci vel juris, in quo & cujus resectu pignoratio facta est, *Gail. de Pignor. O.* 3. *n.* 6. Nam pignoratio non potest ec debet fieri in loco alieno sed suo, Gylm. *tom.* 1. *part.* 1. *pag.* 34. *n.* 1. Quare hæc onstitutio duntaxat locum habet in Interdicto retinendæ possessionis, Gail. *d. n.* . In quo requiritur, ut unus possideat, alter turbet, vel uterque se magis possidere

Requisitum secundum.

 con-

Haec constitutio duntaxat locum habet in plenario possessorio retinendae possessionis.

contendat, *Gail. d.O.3.n.1.* In aliis vero Interdictis, nim. adipiscendae vel recuperandae possessionis non procedit, quia necesse pignoratum asserere, se esse in possessione, & ab Adversario captis pignoribus iniquè turbari, *Gail.d.O.3.n.2.* Adeoque hoc Possessorium retinendae possessionis non est momentaneum sed ordinarium. (*add. t.proximè praced.n.10.*) in quo plenae probationes requiruntur & sententia lata definitiva est, Victo plenum praejudicium in possessorio afferens, possessio enim Victori plenè adjudicatur, salvo petitorio, *Gail. d. O. 3. n.3.*

Non omnis turbatio possessionis est pignoratio.

14. Quoniam verò non omnis turbatio est pignoratio, qualis hîc praecipuè requiritur, licetè diverso omnis pignoratio sit turbatio possessionis, ideò in decernendis processibus super hac constitutione diligenter observare oportet, utrum in Supplica pro Processibus vera pignoratio, an autem simplex turbatio deducta sit, *Gail. d.O.3.n.4.*

Qualis possessio hic requiratur.

15. Nihil verò interest, utrum quis in solidum, num. vero pro certa parte, an de nique pro indiviso possideat, *Gail. d.O.3.n.6.* Si unus habeat Dominium alicujus rei, alter verò jus eâ re utendi fruendi, v.g. si quis habeat in aliena sylva jus venandi, in alieno prato jus pascendi, &c. atque is in ejusmodi jure turbetur, eôque uti prohibeatur captis pignoribus, utili interdicto uti possidetis ex hac constitutione agere potest, *praalleg. n.6.*

Supplicans praecipuè hanc possessionem probare tenetur.

16. Deinceps hoc secundum Requisitum non solummodò in decernendis Processibus benè est considerandum, sed etiam à Supplicante aliquo modo probari debet. Hinc in causa Dortmund contra die Clevisch: Regirung 16. Aug. 1662. Supplicanti injunctum, ut possessionem aliquo modo probaret, *Supplic. Camer.t.6. n.6. in fin.* Idem factum 19.Octobr. 1661. in causa Osnabrügge contra Ravensbergische Beambten / *dict. t.6. n.10.* Idque ideò ne posteà Processibus decretis & exceptionibus Rei forsan rejectis, per injunctionem Paritionis Reus suâ quietâ possessione, causâ omnino incognita sub praetextu quasi talis possessio dubia esset, privetur, atque ita pignorato per viam indirectam attribuatur, quod directo tam celeriter nactus non esset, prout Status imperii de eo conquesti in *R.1654.§.* Demnach sich. 138.

R. 1654. §. Dennach sich 138. exemplo illustratur.

17. Ut haec clarius proponam, casus sit talis: Cajus & Maevius inter se contendunt de jure venandi in certo quodam loco. Cajus perspiciens Maevium esse in possessione venandi, ideò si viâ juris procederet, se in possessorio succubiturum. Quo autem occasione hujus constitutionis possessionem sibi acquireret, venatur in isto loco, Maevius Cajo retia aufert, canes ferasque captas abducit. Cajus impetrat Mandatum super hac Constitutione, Maevio autem suis exceptonibus rejectis injungitur Paritio, ut nimirum ablata restituat. Hôc modô Maevius per viam indirectam ex sua quieta possessione dejicitur, & Cajo illa possessio, Possessorio nondum debitè discusso, attribuitur.

Requisitum tertium Novum Jus acquirendum in specie exprimendum est.

18. III. Ut pignorator in illo loco, ubi pignoratio facta, per hanc pignorationem novum jus sibi acquirere & usurpare velit, *Gail. d.O.3.n.7.* Hoc vero novum Jus in specie est exprimendum, *d.t.23.§.4.* Nempe utrum sit jus venandi, piscandi, pascendi, collectandi, &c. Nec sufficit in genere narrare, quod Reus per ejusmodi pignorationem novum jus sibi acquirere velit. Cujus rei ratio est

primò,

rimo, quo novum Jus quærendum Mandato ſpecifice inſeri & pignorans contra lud defenſiones ſuas eò pleniùs ac certiùs inſtituere poſſit. Deinde ne ſub generali allegatione novi Juris uſurpati mandata ex hac Conſtitutione fraudulenter & iquè extrahantur, *Gylm. tom. 2, part. 1. vol. 20. n. 1. & 2.* Tertiò, ut eò certiòs inlligatur, num res tertia, innocens & non-litigioſa pignoris loco ablata atque ſic ropriè pignoratio ſit, *praalleg. §. 4. Gylm. tom. 1. pag. 372. n. 58. & 59.*

19. Inſuper requiritur, ut Jus quærendum non rantummodò in ſpecie expriaatur, ſed etiam ut illud à jure, in cujus poſſeſſione Supplicans ſe eſſe prætendit, on ſit diverſum ac ſeparatum, ſed idem, *Gylm. d. vot. 20. num. 3. & 4.* *Item 'ebea eſſe idem cum illo, cujus poſſeſſionem ſe habere Supplicans aſſerit.*

20. IV. Ut perſona vel res capta ſeu pignorata non ſit litigioſa, ſed tertia & nocens, *d. t. 23. §. 3. Gail. d. O. 3. n. 8.* id eſt, Debet eſſe talis, quæ citra controerſiam confeſſione ipſiusmet pignorantis alterius eſt, vel ſaltem eſſe non negatur, uæ nihil commune habet cum jure controverſo, quoniam in ea re nec jus conoverſum neque ejusdem Juris fructus uſusve conſiſtat, ut poſſeſſione ſua pignonsſe uti dicere poſſit, ſed tale Factum propriè ſit pignoratio, quando aliud pro io capitur, videlicet Res innocens, id eſt, quando quis rem, quæ non ſit litigio-, nec in qua jus controverſum conſiſtat, nec quæ ſit fructus rei litigioſæ, capit, ita contra juris formam ſine Judice propria authoritate ſibi jus dicit, licet prændat ſe hoc ſui juris defendendi gratia feciſſe, *Gylm. tom. 1. part. 1. pag. 363. 71. & 373.* *Requiritur tertium.* *Quæ res dicantur tertia, non litigioſa & innocens.*

21. Cùm verò difficilem dijudicationem ſæpè habeat, quænam res propriè prortia & innocenti habenda, atque hinc olim variæ quæſtiones motæ ſint, quæ in onſtitutionibus Imperii & apud Cameraliſtas deciſæ reperiuntur, ideò quosdam aſus ſpeciales, in quibus res ablata pro tertia reputatur, hæcque Conſtitutio lo m habet, hîc ſubjiciam. Et quidem (1.) Si jus venandi, paſcendi, lignandi, &c. litigioſum, atque retia, canes, pecora, currus, equos ac ſimilia pignorentur, *t. 23. §. 3.* *Caſus ſpeciales, in quibus res ablata tertia habetur.* *Primus.*

22. (2.) Si litigioſi Subditi, cùm neutri Domino parere detrectent, litis plaè exſortes inſonteſque ab alterutro in carcerem conjiciantur, *d. t. 23. §. 5.* Nam cet illi ſubditi non ſint res tertia ſed ipſa litigioſa, tamen favore perſonarum, ne orſan innocens ſubditus, qui in dubio neſciat, utri potiòs debeat obtemperare, iquè patiatur, & interim dum Domini de jure diſceptant, miſere vexetur. Inper quia minus periculi ſit ſubditum carcere liberare ac Dominum ad tempus oſſeſſione ſua deſtituere, quàm ut miſer ſubditus vel in hoc ſaltem innocens ucietur, placuit non ita anxiè rem tertiam in perſonis captis attendendam eſſe, *§. 5. & Gylm. tom. 1. part. 1. pag. 372. num. 53. junct. ibid. pag. 368. & 3. ſeqq.* odò tamen ipſe cauſam pignorationi non præbuerint, *d. t. 23. §. 6. Denaiſ. Tit. 83. §. 18. & 19.* *Secundus.*

23. (3.) Similiter ſi qui non ob maleficium, ſed aliud delictum (*intellige non orporali, ſed alia pœna plectendum,*) in litigioſo territorio ab alterutra parte cati, & nondum puniti ſunt, præventio punientis delictum locum habeat, & ceſſan- ſuprà adducta diſtinctione (*ſc. inter perſonas & res captas.*) hæc conſtitutio *Tertius.*

 im-

immutata subsistat, (*atque nulla mandata de relaxando decernantur*,) *d. t.* 23. §. 6. Atque ni fallor, hic est verus sensus alleg. §. 6. aliàs valdè obscuri præsertim ob annexum versic. Doch daß. Quem tamen non d. §. 6. sed præalleg. §. 5. limitationem esse cum Denaisio d. loc. arbitror.

Quartus. 24. (4.) Si Jus forestæ seu glandis legendæ litigiosum sit, ac legenti poma Sylvestria glandesve eripiantur. Ubi tamen distinguendum, nam ablati fructus aut propriè sunt fructus ipsius juris controversi, aut juris separati. Priori casu, cum illi fructus sint quasi pars fundi seu juris, atque sic ipsius rei controversæ, & per consequens pro re ipsa & non tertiâ habendi, cessat constitutio. Idem obtinet in fœno, ligno ac reliquis fructibus naturalibus ex ipso fundo prognatis. Posteriori casu, quando nim. intuitu juris lignandi glandes, colligendi fruges, juris decimarum nondum separati aut sepositi culmi fascesve auferuntur, id pro pignoratione non immerito habendum, *d. t.* 23. §. 8. *Schvv. O.* 78.

Quintus. 25. (5.) Si jus venandi vel piscandi controversiam & feræ & pisces capti occupanti eripiantur, quoniam utrique pro re tertia, & non pro rei litigiosæ fructu seu parte habentur, *d. t.* 23. §. 9. *Schvv. O.* 77.

Sextus. 26. (6.) Si cùm de jure mulctandi certatur, delinquenti capto nihil præter mulctam extortum, isque ipse Mandato necdum petito obtentove citra dispendium (ohne Entgelt) dimissus fuerit, Extorquens ad restitutionem mulctæ per Mandata astringatur, *d. t.* 23. §. 11. *Schvv. O.* 80.

Septimus. 27. (7.) Si alienus minister subditusve coactus ad promittendum spondendumque se imposterum jus litigiosum in contemplationem sui Domini haud esse usurpaturum. Quandoquidem tales personæ propter extortam sponsionem non omnimodò liberæ habendæ, Mandata super hac constitutione decerni debent, *d. t.* 23. §. 12. *Schvv. O.* 83.

Octavus. 28. (8.) Si vini venalis causa hedera suspensa alteriusve juris signa corrumpantur, fragantur, dispungantur, radantur, utcunque unius assis vix æstimanda & triobolo reparari possint, *d. t.* 23. §. 17. *Schvv. O.* 89.

Nonus. 29. (9.) Si propter jus litigiosum patibulum, casula, sepes similisve alia structura excidatur, etsi nihil de fragmentis ablatum sit, quatenus tamen res æstimationem aliquam admittit, ejus intuitu Mandata S.C. decernantur, *d. t.* 23. §. 18. *Schvv. O.* 90.

Decimus. 30. (10.) Si cui nulla res ablata sed in fraudem constitutionis aliquid corruptum deteriusve factum, puta si retia concisa, canes perempti, pecora damnosè abacta, fruges protritæ, aut in aquam projectæ, ministri subditive verberati, vulnerati aut debilitati fuerint, *d. t.* 23. §. 19. *Schvv. O.* 88.

Undecimus. 31. (11.) Si jus patronatus sit controversum & claves templi auferantur. Nam hoc casu ablatæ claves pro re tertia habentur. Atque id præjudicio confirmat Gylm. *voc. Pignorat. requisit. tertium* §. *ult.* Ita quoque 6. Mart. 1658. decretum fuit Mandatum de restituendo & non ampliùs turbando S. C. in causa Lübeck contra Sachsen-Lauenburg Mandati auff die Pfandungs-Constitution, die

ab-

;genommene Kirchen-Schlüssel zum Breitenfeld betreffend. Copia hujus Man-
iti extat in Supplicat. Camer. *tit. 6. n. 16.*

32. (12.) Si jus pinsendi panes sit controversum, tunc panes ablati pro re ter- a habentur, *Gylm. praalleg. voc. §. pen.* *Duodecimus.*

33. Econtra res ablata pro tertia non habetur, nec constitutioni locus est (1.) fructus ipsius rei controversæ auferantur, siquidem hi fructus sunt pars illius rei ontroversæ, v. g. Si jus forestæ, seu glandis legendæ sit litigiosum & lecta poma andesve auferantur, *vide num. praced. 24.* *Casus specifici, in quibus res ablata pro tertia non habetur. Primus.*

34. (2.) Si propter litem de vectigali vel collectis non amplius quam ea causa beri dicatur, citra ipsius personæ injuriam ademptum sit. *d. t. 23. §. 10. Schvv.* *Secundus.* 79. Hoc enim casu cum pignorans duntaxat abstulerit, quod litigiosum est, pa- t hanc constitutionem cessare.

35. (3.) Si subditi litigiosi per carcerem non solummodo fidelitatem atque obe- entiam capienti jurare, sed & alterius subjectionem obedientiamque ejurare gantur, *d. t. 23. §. 13. Schvv. O. 84.* Obstant tradita præced. n. 22. Sed di- nguendum videtur inter subditos adhuc in carcere detentos & subditos jam à rcere rursus liberatos. De illis intelligendus est d. num. 22. De his numerus præ- ns. *Tertius.*

36 (4.) Si criminosum in loco litigioso jam captum alter eripiat è manibus ca- entis, *d. t. 23. §. 14. Schvv. O. 85.* Cum enim hoc Factum pro exercitio juris ntroversi (*quod exercitium hic est fructus rei litigiosa,*) atque ita pro simplici rbatione habeatur, huic constitutioni locus esse nequit, *per praalleg. §. 14.* *Quartus.*

37. (5.) Si cæsorum punitorumque cadavera ex territorio alieno ob litigiosum erum Imperium auferantur. Nam hoc casu restitutio in pristinum locum per andata non est injungenda, *d. t. 23. §. 15. Schvv. O. 86.* *Quintus.*

38. (6.) Si de corpore vel veste cæsi nihil sed sola vulnerum mensura in sig- m pignusve meri Imperii auferatur, quoniam ejusmodi Factum pro exercitio ris controversi seu turbatione reputatur, *d. t. 23. §. 16. Schvv. O. 87. Add. æced. n. 36.* *Sextus.*

39. (7.) Si vini venalis causa hedera suspensa alteriusve juris signa dejiciantur tegra ac illæsa, quia hoc factum itidem simplex turbatio est, *d. t. 23. §. 17. pr. hvv. O. 89.* Secus est. si corrumpantur, *praced. num. 28.* *Septimus.*

40. Res tertia autem in hac constitutione requiritur, quoniam in ea interdi- m retinendæ possessionis ventilatur, ubi uterque contendit se esse in possessio- , *Add. praced. n. 13.* Quo casu si alter utatur sua possessione, recipiat fructus l decimas controversas, jam si statim ad petitionem alterius idem jus & posses- nem prætendentis, sine clausula absque ulla causæ cognitione idem mandare- r, ut illos fructus seu decimas supplicanti restitueret, certè talis sua possessione ipso sine causæ cognitione destitueretur, *Gylm. tom. 1. part. 1 pag. 363. n. 5.* Sin rò alia res non controversa auferatur, illius restitutio absque causæ cognitione fine clausula mandari potest, (1.) qui pignorans per hoc Mandatum in suo *Quare hic requiratur. Res tertia.*

jure

jure non læditur, (2.) quia contra naturalem æquitatem est, ut persona seu res alia pro alia pignoretur. (3.) Quoniam nemo propria authoritate sibi jus dicere & se vindicare debet. (4.) Quia omnes pignorationes de jure sunt prohibitæ, *Gylm. d. part. 1. pag. 362.*

Non necesse est ut illa res tertia sit propria sed sufficit eam esse ex bonis pignorati.

41. Nihil verò interest, utrum illa res tertia sit propria, an commodata, locata, deposita, &c. modò pignoratus in ea usumfructum aliudve jus habeat, ita ut ejus intersit non pignorari, nec enim requiritur, ut res sit in alicujus bonis, sed sufficit eam esse ex bonis, hoc est, ex substantia ejus, cui res ablata est, *per text. elegantes in l. 2. §. 22. Vi bon. rapt. l. 1. §. 33. d. Vi & vi arm. l. 49. de V. S. Gail. de Pignor. cap. 4. num. 4.*

Requisitum quintum.

42. V. Ut pignoratio sit facta ex causa civili & non criminali, *d. t. 25. pr. verb.* Allein Malefitzsachen außgenommen. Causæ criminales autem ideo hic excipiuntur, ne delicta maneant impunita, & delinquentem in foro delicti forum sortiri, si ibidem apprehendatur, notum est, quia delictum dat jurisdictionem ei, qui alias eam non habet, Gail. *de pign. O. 3. n. ult.*

Malefitz-Sachen *quid denotent.*

43. Hic occurrit quæstio motu non indigna, utrum sc. omnes causæ criminales, an vero duntaxat eæ, quæ pœnam corporis afflictivam continent, sub alleg. verb. Malefitz'achen/ comprehendantur? Resp. cùm verbum Malefitz aliis delictis opponatur in d. t. 23. §. 6. posterius affirmandum videbatur, attamen cum si quis captus ob alia delicta, nec huic constitutioni locus sit, *praced. n. 23.* prius veritati magis congruum est. Quæ verò causæ criminales dicantur, vide infra *tit. 43. n. 2. & seqq.*

Nihil refert in quo loco pignoratio fiat.

44. Atque hæc sunt quinque essentialia Requisita, quæ necessario ad progenerandam Actionem super constitutione pignorationis desiderantur. Atque hæc Requisita in Supplica exprimi debent. Hinc in causa Schenckins contra Münster 18. Mart. 1661. Supplicanti injunctum ut illa Requisita exprimeret, *Supplic. Cam. tit. 6. num. 11. in fin.* Quod verò locum pignorationis attinet, nihil interest utrum ea in loco controverso, alieno vel etiam proprio pignoratoris territorio committatur, modò novi juris acquirendi gratia fiat, Gail. *de Pignorat. O. 10. n. 1.* Nam intentio & voluntas pignoratoris magis quam locus aut tempus spectanda, Gail. *d. O. 10. n. 12.*

Qua de nascatur actio super constitutione pignorationis & cui competat.

45. Positis itaque supra recensitis quinque Requisitis nascitur Actio super hac Constitutione, quapropter jam videndum, cui illa actio competat. Ubi notari potest hæc regula: Cuicunque competit Interdictum uti possidetis, ei (*positis sc. illis quinq; Requisitis*) etiam super constitutione pignorationis agere licet. Hinc cum is, qui vi, clam vel precario possidet, contra tertium Interdicto uti possidetis agere possit, *per l. 1. §. fin. & l. 2. uti possidet.* Idem etiam hac constitutione contra tertium uti potest, *Mindan. de Processf. cap. 35. n. 5.*

In specie verò competit (1.) Domino ratione subditi.

46. In specie verò notandum, quod hæc actio competat (1.) omni immediatè Imperio subjecto non solum si ipse, sed etiam si ejus subditus pignoretur capiaturvè *d. t. 23. pr. verb.* Einen andern / der dem Reich gleicher gestalt unterworffen/ oder die seine pfänden oder fahen würde. Dicta tamen de subdito non aliter

pre-

rocedunt, quam si is intuitu Domini pignoratus captusve sit, aut alias Interesse
)omini in hac pignoratione vel captura principaliter versetur, *per tradita seq. n.*
o. Eodem modo si Subditorum Subditus pignoretur, hæc constitutio non habet
ocum, nisi Domini quoque principaliter intersit, *Magenb. ad O. C. p. 2. t. 22.*
r. vers. Quid verò Et ita in pleno conclusum esse tradit Gylm. *tom. 1. p. 1. pag.* 316.
n. 3.

47. (2.) Vasallo non solum qui immediatè, sed etiam qui mediatè imperio subjectus est, si pignoratio sit facta in re feudali. Posterior tamen Vasallus non ex sua persona suoque duntaxat nomine agere potest, nam hoc casu Jurisdictio Cameræ propter defectum primi Requisiti hujus constitutionis non esset fundata, um ille Vasallus mediatè Imperio subsit, sed cogitur agere vel solum nomine Domini, vel nomine suo & Domini simul, vel denique una cum Domino, *Gail. de ignorat. O. 6. n.* 1. *(2.) Vasallo nomine Domini.*

48. (3.) Domino feudi, si illius Vasallus pignoretur, nam Dominus pro se ipso, ratione pignorati Vasalli, agere potest, quoniam hoc casu non solum agitur de præjudicio Vasalli, sed omnium maximè de præjudicio Domini ratione directi dominii, nec illud ex facta turbatione & pignoratione Adversarii deterius reddatur, atque sic in effectu ipse Dominus pignorari videtur, Gail. *d. n.* 1. Unde etiam Dominus remoto Vasallo principaliter agere possessionemque Vasalli & jus suum defendere ac tueri potest, Gail. *d. O. 6. n.* 2. Imò transigente Vasallo Dominus pro suo jure & Interesse pignorationis causam prosequi potest, quia transactio Vasalli Domino nocere nequit, Gail. *d. O. 6. n.* 3. *(3.) Domino feudi ratione Vasalli in re feudali pignorati.*

49. (4.) Usufructuario, nam hic si immediatè Imperio subjectus, principaliter ex sua persona: sin verò mediatè Imperio subjectus sit, vel una cum Domino proprietatis immediatè Imperio subjecto, vel nomine illius Domini, prout duobus numeris præcedentibus de Domino feudi & Vasallo traditum est, rectè super hac constitutione agit, Gail. *d. O. 6. n.* 5. Potest etiam Proprietarius nomine usufructuarii in bonis immediatè, Imperio subjectis super hac constitutione agere, quia illius interest, ne usufructuarius pignoretur, *Add. præced. n.* 41. Sic locator tanquam Proprietarius ratione conductoris in re conducta pignorati ex hac constitutione agere potest, agens tamen petere debet, ut res ipsi Locatori restituatur, alioquin petiti Processus denegantur, *Schvv. O.* 76. Gylm. *voc. Mandata pignorationum. §. Quando Supplicantes.* *(4.) Usufructuario.*

50. (5.) Civitati Imperiali, si cive suo pignorato pro suo proprio interesse principaliter agit, nam hoc casu principaliter offenditur Respublica, non civis, qui Reipublicæ nomine possidet, Gail. *d. O. 6. n.* 11. Quoties verò Factum Subditorum Dominum concernit, ipse Dominus turbari injuriaque affici videtur, *Gail. 1. d. O. 6. n.* 12. Si civitas agere pro cive ratione privati Interesse, interest enim civitatis, ne civis in sua possessione turbetur, tunc quoniam deficiunt Requisita Constitutionis Processus in Camera petiti denegantur, quia absurdum sequeretur, quod in omnibus turbationibus, quæ fierent civibus, Civitates Imperiales in Camera Processus super hac Constitutione obtinere possent, Gail. *d.* *(5.) Civitati Imperiali, si ejus Civis pignoratus.*

Hh *O. 6.*

O. 6. n. 13. Quapropter Civis in sua possessione turbatus pro pignoribus iniquè ablatis coram ordinario judice agere debet, *ibid. n.* 14. Bona ad Hospitale pertinentia propria Civitatis esse censentur, ideò illis pignoratis Civitas proprio nomine agere potest, *Ante. Maril. Obs.* 106.

(5.) Capitulis majoribus.

51. (6.) Collegiis vel Capitulis majorum seu Cathedralium Ecclesiarum feuda ab Imperio habentibus, si in iis feudis turbentur, *Gail. de Pignorat. O.* 7. *n.* 3. In reliquis verò bonis temporalibus, quorum multa in Germania ubique possident, turbata cum non sint Status Imperii sed suo Archi-vel Episcopo subjecta, super hac Constitutione agere & conveniri nequeunt, *Gail. d. O.* 7. *n.* 1. & 2. Sed coram Ordinario judice id fieri debet. Quod ita intellige, si ista bona sint duntaxat Capitulorum propria & separata, nam si ea sunt communia Episcopi & Capituli, tunc ex persona Episcopi tanquam Principis Imperii Jurisdictio Cameræ fundatur, & Capitulum cum Episcopo, vel Episcopus etiam solus remoto Capitulo super pignoratione agere potest, *Gail. d. O.* 7. *n.* 8.

(7.) Capitulo sede vacante.

52. (7.) Capitulo sede vacante, quia illud Episcopum defunctum repræsentat, *Gail. d. O.* 7. *n.* 5. *Add. supra tit.* 26. *n.* 45.

(8.) Collegiis Canonicorum liberis.

53. (8.) Collegiis Canonicorum liberis, quæ ex singulari Privilegio immediatè Cæsari & Imperio in temporalibus subjecta sunt, die Käyserl. freye weltliche Stifft/ *Gail. d. O.* 7. *n.* 6. *Add supra tit.* 26. *n.* 44.

(9.) Habentib. communem Jurisdictionem

54. (9.) Iis, qui communem jurisdictionem in uno eodemque loco aut pago habent, & unius Domini subditus eò loci novi juris quærendi gratia ab altero iniquè pignoretur. Ratio quia hæc Constitutio ad Interdictum uti possidetis, pertinet, hoc verò competit ei, qui pro indiviso possidet, *Gail. de Pignorat. O.* 20. *num.* 1. *Mynf.* 3. *O.* 20.

Hæc Actio non competit (1.) Domino hominum propriorum sub alio Domino habitantium.

55. Ex diverso hæc Actio non competit, (1.) Domino hominum propriorum à Domino, in cujus territorio domicilium habent, pignoratorum, quoniam hi non sunt subditi illius sed hujus, sub cujus jurisdictione domicilium habent, *Gail. de Pignorat. O.* 8. *n.* 4. *Mynf.* 1. *O.* 12. Non enim servitus personalis sed domicilium subditum facit, *Gail. d. O.* 8. *n.* 5. Contraria præjudicia habet Gylm. *voc. Exceptiones. §. Exceptionem subjectionis.* Quorum ratio sine dubio hæc est, quòd domicilium non faciat Subditum, uti contra Gailium statuit Mindanus, *infra tit.* 34. *n.* 80.

(2.) Domino Emphyteutæ à Domino territorii pignorati.

56. (2.) Domino cujus Emphyteuta, agricola, colonus aut censitus à Domino territorii ratione prædiorum censualium in isto territorio sitorum pignoratur, vel captis pignoribus ad solutionem Collectarum seu aliud quippiam præstandum compellitur, quia constat pignoratos esse subditos pignoratoris, *Gail. de pignorat. O.* 15. *n.* 11. & *seqq.*

Adversus quem competat.

57. Porrò hæc Actio competit adversus omnem, adversus quem aliàs datur Interdictum uti possidetis, intellige tamen positis præmemoratis Requisitis. Hinc non solummodò adversus eum, qui ipse pignoravit, sed quoque adversus illum, cujus jussu aut consensu pignoratio facta, vel ratihabita sit, *d. t.* 22. *in princ. verb.* Da einer dem Reich ohne Mittel unterworffen durch sich selbst oder die seine

einen

inen andern ꝛc. Adversus illum vero, qui mediatè Imperio subjectus & nomine immediatè subjecti pignoravit, non aliter datur, quàm si immediatè subjectus simul conveniatur, alioquin enim propter defectum primi Requisiti deficit jurisdictio Cameræ, quamobrem ille mediatè imperio subjectus, si solus conveniatur, non alibi quàm coram Ordinario conveniri potest, *Add. præced. n.9.*

58. Præterea ad quod datur Actio interdicti uti possidetis, ad id quoque datur Actio super constitutione pignorationis. De jure Camerali autem hæc Actio datur tum ad repetenda pignora aut relaxandos captivos, tum ad deducendum jus pignorandi, *C. part.2. t.23. princ. Deput.* 1600. Gleichwol ist auch. 51. Quod prius Mandatum de restituendo aut relaxando, quoad posterius Citatio ad deducendum jus seu allegandum causas pignorationis decernitur. Atque sic duo remedia in hac constitutione præscripta sunt, quæ semper in uno Processu conjunguntur. *Ad quid competat. Hujus constitutionis remedia sunt mandatum & citatio.*

59. Quod Mandatum de restituendo concernit, Camera pignoratori ad implorationem pignorati sub certa pœna (*quæ hodie semper 10. Marc. aur. pur.*) & sine clausula justificatoria mandat, ut in continenti absque ulla exceptione ac detrimento (ohne Entgelt) pignora restituat, vel si isthæc culpa negligentiave pignoratoris deteriora facta aut plane perdita sint, seu etiam ad evertenda ejusmodi damna per pignoratum pretio redempta, justum pretium vel loco pignoris redemti acceptam pecuniam restituat, *C. p.2. t.23. pr. in medio. Gail. de Pignorat. obs. 1. per tot.* Idque cum omni Interesse & damno, *Add. infrà n.90.* *Mandatum est vel de restituendo,*

60. Mandatum de relaxando captivo quod attinet, capienti sub eadem pœna & S.C. mandatur, ut Captivos sub veteri consueta Urpheda, non aliter tamen quàm se rursum sistendi, si ita judicatum fuerit, relaxet, *præalleg. princ. in medio.* *Vel de relaxando captivo.*

61. Sed hic non immeritò quæritur, anne ista urpheda quoque contineat cautionem non ulciscendi carcerem nec de facto nec de jure? Id innuere videtur Deaif. tit. 186. §. 1. dum allegati princ. verba: Auff alte gewöhnliche Urphed / doch anders nicht / dan auff Wiederstellen / im Fall solches mit Recht erkennt würde: vertit: *Sub solita cautione non ulciscendi seq; rursum, si sic judicatum fuerit, sistendi.* Verùm cùm in præcitatis verbis expresse sancitú, ut urpheda illa non aliam cautionem quam se rursum sistendi continere debeat, id negandum arbitrarer. *Urpheda à Captivo præstanda, quam cautionem contineat.*

62. An autem hæc cautio fieri debeat exactè pignoribus vel fidejussoribus, an autem nuda promissio sufficiat, id nullibi exprimitur. Nudam promissionem sufficere non puto, quandoquidem relaxatus si iterum non statutus esset: Ad juratoriam tamen cautionem incarceratos admissos esse præjudiciis confirmat Gylm. *voc. Captivus §.pen. & ult.* *Quomodo Captivus debeat cavere.*

63. Bene notandum, quòd hâc urpheda seu cautione in Mandatis de relaxando Captivo super quatuor Casibus obtentus non opus sit, sed sufficiat, si relaxandus se juri offerat atque cautionem de se in causa principali judicio sistendo præstet, *C. p.3. t.42. §.15.* *Hac cautione non opus in Mandatis de relax. Capt. super 4. casib.*

64. Mandatum verò tam de restituendo quàm relaxando S.C. ideò decernitur, quoniam ejusmodi pignorationes & capturæ omni jure tam communi quàm *Quare Mandata S. C. in*

 Im-

pignorationibus decernantur.

Imperii prohibitæ sunt, quo casu judicem à Præcepto incipere posse communiter receptum est, quoniam præsentia citati actum impedire nequit, Gail, *de pignorat. obs.* 13. *n.* 4.

Mandatis super hac Constitutione annectitur duplex Citatio,

65. Deinceps utrique Mandato tam de restituendo quam relaxando duplex annectitur Citatio, quarum unâ (*quæ aliàs in genere omnibus Mandatis S.C. regulariter annecti solet, cujus formulam vide t. proximè seq. n.* 15. *& propterea vocatur:* Annexa citatio solita:) jubetur Reus comparere ad docendum de paritione vel videndum se declarari in pœnam Mandato insertam, aut allegandum causas, quare talis declaratio fieri non debeat, *d. t.* 22. *pr. in fin.* Gail. *d. O.* 13. *n.* 2. Altera jubetur Reus si pignorator comparere ad deducendum jus pignorandi seu allegandum causas pignorationis, *præalleg. princ. in fin.* Gail. *d. O.* 13. *nu.* 1. Atque hæc posterior citatio non accessoriè, sed æquè principaliter ac illud Mandatum decernitur, Gail. 1. *de P.P. c.* 5. *n.* 21. Quapropter etiam ista citatio suum peculiarem Processum habet, *infrà n.* 68. *junct. n.* 92. *& seqq.* Formula illius Mandati & utriusque citationis extat in Supplicat. Cameral. *t.* 6. *n.* 16.

Processus super Pignoratione & Mandatum de non amplius turbando simul decerni nequeunt. Mandatum vero de non offendendo cum Processibus pignorationis conjungi possunt.

66. Porrò & illud huc addendum, cùm aliquando super eodem facto processus super hac constitutione & simul Mandatum de non amplius turbando C.C. peterentur, quæsitum fuit, an decerni possint, & conclusum fuit, quòd non. Ideò tantùm prædicti Processus decreti sunt, Mandatum verò denegatum est, Anno 1565. *ita referente Ante-Marsl. Obs.* 66. Attamen in causa Hamburg. contra Braunschweig/ 5. Jannuar. 1660. Mandatum de non amplius turbando S.C. decretum, *Supplic. Camer. t.* 6. *n.* 1. Similiter factum 4. Aug. 1662. in causa Straßburg contra Hanau/ *dict. t.* 6. *n.* 8. Et Mandatum de non turbando S.C. 27. Nov. 1661. decretum in causa Aufsfens contra Bamberg/ *dict.* 6. *n.* 2. Mandata autem de non offendendo cum Processibus pignorationis decerni possunt, cùm Judex futurum damnum semper prævio aliquo Præcepto etiam sine causæ cognitione avertere possit, *Gylm. tom.* 1. *part.* 1. *pag.* 365. *num.* 23. Deinde quoniam sunt compatibilia & ad diversa tendunt, *Gylm. d. part.* 1. *pag.* 372. *n.* 54. Præjudicium habes in prædicta causa Aufsfens contra Bamberg.

Possunt quoque ex eodem facto Mandatum super pignoratione & citatio super fracta pace decerni.

67. Deinde observandum, ex eodem facto tum Mandatum super constitutione pignorationis, tum & ob causam fractæ pacis citationem super fracta pace impetrari posse, *uti ex consult.* 1576. *Dub.* 2. *tradit. Denais. Tit.* 183. §. 11. Sic 5. Januar. 1660. in causa Hamburg contra Braunschweig tale Mandatũ & Citatio impetrata sunt, *Supplic. Camer. tit.* 6. *n.* 1. *Addatur ibidem num.* 12. *in fin.* Debent tamen decerni in separatis Processibus, *Gylm. voc. Pignoratio.* §. *Pignoratio & citatio pag.* 257. Atque hujus rei multa præjudicia extare testatur Gylm. *præalleg. nu.* 54. Hoc tamen non aliter procedit, quàm si utraque pars immediatè Imperio subest, quemadmodum constitutio super Pignorationibus requirit, *preced. nu.* 4. Hinc cùm aliquando citatio super fracta pace & Mandatum super pignoratione peteretur, citatio quidem decreta, sed mandatum denegatum fuit, quoniam utraque pars imperio non immediatâ suberat, *teste Gylm. d. part.* 1. *p.* 5. Citatio autem super fr. pac. & Mandatum super Arrestis cumulari nequeunt, *supra t.* 29. *n.* 199.

68. Pro-

68. Processum super hâc constitutione quod attinet, cùm præced. n. 58. tradiderim hujus constitutionis remedia esse duo, nim. Mandatum & Citationem, utrumque verò suum peculiarem Processum habeat, sequitur in prædicta constitutione Processum esse bipartitum, sc. unum Mandati, alterum Citationis, Gail. *de Pignor. O.* 13. *n.* 1.

Processus super constitutione pignorationum est bipartitus.

69. Et quidem in puncto Mandati (*qui alsàs etiam* punctus paritionis *vocatur, quia in eo paritio urgetur,*) proceditur uti in aliis Mandatis S.C. Nam aut non comparet Reus, tunc præmisso proclamate & elapsis 6. Juridicis Actor petit declarationem pœnæ & Arctius, quod utrumq; statim decernitur. *Add. infra t.* 34. *n.* 170.

In puncto Mandati proceditur ut in aliis Mandatis S. C.

70. Sed quæritur, Anne omisso arctiori Mandato Mandatum de Exequendo peti possit? R. Hoc affirmandum videtur propter generalitatem textûs (B.)S. 28. *Jan.* 1657. §. *ult.* ubi libero arbitrio Actoris relinquitur, utrum in causis Mandatorum S.C. Arctius, an Mandatum de Exequendo petere velit. Posterius si petatur, Executor tenetur pignora recuperare, captivos relaxare ac pœnam Mandato insertam exigere.

Si simplici Mandato non paret vel arctius vel mandatum de exeq. peti potest

71. Aut Reus comparet, de plena autem paritione non docet, sed suas exceptiones opponit, quare declaratio pœnæ in Mandato communitata fieri haud debeat. Exceptiones verò, quas Reus opponere potest, ut plurimùm versantur circa defectum suprà enarratorum Requisitorum hujus constitutionis, nim. causam esse criminalem, non civilem, captivumque ob commissum maleficium detineri, quo casu Reus ante Paritionem audiendus, idque optimâ ratione, ne delicta maneant impunita, *Gail. de Pignorat. O.* 14. *n.* 3. Judex verò excipienti brevem ac peremptorium terminum probandi suam exceptionem assignare atque accuratè perpendere debet, ne malitiosè differendæ paritionis ergò hujusmodi Exceptio opponatur, Gail. *d.* 14. *n.* 6.

Exceptiones, quas Reus opponere potest, (1.) causam ob quam captus esse criminalem

72. Item si quis ob delictum à Domino alterius territorii in loco domicilii captus & aliò traductus sit, atque capiens excipiat, se hoc non novi Juris acquirendi gratiâ fecisse. Eo enim casu huic constitutioni non est locus, (1.) quia deficit tertium ejus Requisitum, *Add. præced. n,* 18. (2.) Quoniam Constitutio generaliter omnes causas criminales absque ullo discrimine excipit. Lege igitur non distinguente nec nos distinguere debemus. *l.* 8. *ibique Gothofred. de publician. in rem action. l.* 64. §. 9. *Solut. matrim.* Quapropter turbatus in sua Jurisdictione ob captum suum subditum in loco domicilii Ordinaria Juris via coram competente judice contra turbantem experiri debet vel ratione violati territorii, vel actione L. Juliæ de vi publica, Gail. *d. O.* 14. *n.* 5.

Quæ etiam contra Dominum domicilii opponi potest.

73. Item si Reus excipiat alterutrum litigantium non immediate Imperio principaliter subesse, quæ objecta exceptio relevans est, & probata jurisdictionem Cameræ tollit, factaque turbatio ad competentem judicem remittitur, Gail. *d. O.* 14. *n.* 7. Sed quæritur, utri hoc casu probatio injungenda? Resp. Si Reus neget pignoratum immediatè imperio subesse, pignorato incumbit probatio, *juxta Ante-Maril. obs. pen.*

(2.) Alterutrum non esse immediatum imperii.

74. Item si Reus excipiat officialem suum sine mandato vel consensu suo pigno-

(3.) Reum

pignorationem non jussisse, aut ei consensisse. Quæ omnes ante paritionem ad probandum admittuntur.

gnorasse. Quô casu probatio jussus, consensus vel ratihabitionis Domini pignoratio incumbit, Gail. *d. O.* 14. *n.* 9. *Add. præced. n.* 10. *& 2. seqq.* Atque hæ similesve exceptiones ante paritionem ad probandum admitti debent, alioquin sententia paritionis propter deficientem Jurisdictionem esset ipso jure nulla, & judex in Revisione seu syndicatu succumberet, Gail. *d.* O. 14. *n. ult.*

(4.) Captivum non esse subditum Actoris. Quæ tamen ante paritionem ad probandum haud admissitur. Quid obtineat si tertius hanc exceptionem objiciat.

75. Exceptio subjectionis, videl. Captivum non esse subditum Actoris, uti Constitutio requirit, sed Rei citati, olim ante paritionem quoque admittebatur, sed cùm ista Exceptio altiorem indaginem requirat, concernatque merita causæ principalis & longam discussionem exigat, quæ innocenti captivo omnium foret molestissima, quòd tantisper in squalore carceris retineri deberet, donec inter litigantes subjectionis quæstio judicis sententia decideretur, hodiè ante paritionem non admittitur, Gail. *de Pignor. O.* 15. *n.* 1.

76. Si per tertium, qui non est in lite, excipiatur pignoratum vel captum non immediatum Imperii sed suum esse subditum, vel ipse pignorans objiciat exceptionem subjectionis non quidem respectu sui, quod nim. sibi sit subditus, sed quòd alii sit subjectus respectu rei pignoratæ distinguendum est, aut enim excipiens dicit, captum vel pignoratum nulla ratione esse immediatum neque ratione personæ neque ratione rei pignoratæ: aut excipiens concedit ipsum aliqua ratione vel personæ suæ, vel aliorum bonorum immediatum esse: Hôc casu cùm jurisdictio Cameræ aliquo modo fundata sit, non attentâ hâc exceptione, paritio injungitur, illo casu excipienti probatio imponenda, Gylm. *voc. Exceptiones. §. Exceptio subjectionis si per tertium.*

(5.) Cautionem non esse præstitam.

77. Porrò quanquam in Mandatis pignorationum cautione, nisi â Reo exigatur, non opus sit, attamen si Reus opponat exceptionem non præstitæ cautionis de pignoribus redhibendis, illa cautio ante paritionem necessariò est præstanda, non tamen exactè pignoribus aut fidejussoribus, sed nuda promissio hoc casu sufficit, *C. p.* 3. *t.* 42. §. 13. Quòd si Actor sit Episcopus, iste debet cavere & suo & capituli ac successorum nomine atque sub sigillo capituli, Gylm. *voc. cautio. §. Quod si is.*

Quomodo Actor replicare debeat.

78. Contra enarratas exceptiones Actor, si eas relevantes esse arbitratur, intra terminum legalem (*qui solet esse* 3.)). *vid. infrà t.* 64. *n.* 54.) in scriptis vel etiam oretenus replicat, sin verò easdem irrelevantes putat, iis statim per generalia contradicit. Et utroque casu submittens petit propter non doctam nec factam paritionem declarationem pœnæ & Arctius, (*juxta præced. nu* 70.) loco Arctoriis Mandatum de Exequendo.

Si Exceptiones Rei sunt relevantes, Mandatum cassatur, alias paritio injungitur.

79. Judex si Rei exceptiones relevantes esse deprehendit, & Actor illis duntaxat per generalia contradixit, Judex actor injungit, ut ad Rei Exceptiones in specie replicet: sin verò Actor jam ante replicavit, Judex Mandatum cassat, Actoremque in expensas condemnat. Quod si Rei exceptiones frivolæ & irrelevantes inventæ fuerint, Judex paritionem sub eventuali pœnæ declaratione & eventualiter Arctius simul decernit, Reo purè in expensas condemnato. Neque distinctio Gailii *de pignor. O.* 13, *n.* 5. *& 6.* quam inter personam captam & rem pignora-

noratam ratione sententiæ facit, hodiè obtinet. Exceptiones verò contra mandatum pignorationis oppositas, si sint frustratoriæ, non attendi sed paritionem præcise urgeri oportet, *C. p. 3. tit. 7. lit. E.*

80. Porrò si Reus contra Mandatum non excipit, sed restitutis pignoribus vel captivis relaxatis de paritione docere velit, illud plerumque facit per instrumentum publicum. Cum verò præced. n. 59. dixerim, restitutionem pignorum relaxationemque captivorum sine dispendio fieri debere, ideò ad plenariam paritionem requiritur, ut non solummodò Captivi relaxentur, sed etiam omne id quicquid ratione ipsius juris principalis, v. g. Collectæ, Mulctæ, Debita, &c. extortum est, restituatur, *C. p. 3. t. 42. §. 10.* Imò relaxatis quoque integrè restituendum quicquid post captivitatem alimentorum aut carceris nomine impensum est, quia quemadmodum jam edocui, captivus sine suo sumptu ac dispendio relaxari debet, *Gail. de pignor. O. 16. n. 1.*

Relaxatio captivi sine omni dispendio facienda.

81. Armento autem, equitio, grege aliisque rebus pignori captis & ablatis, restitutio pignorum fieri debet in eo statu & bonitate, qua ablatio est facta, puta armento, grege rebusque aliis non deterioratis neque depretiatis, *Gail. d. O. 16. num. 2.* Res enim propriè restituta non dicitur, quæ deterior facta restituitur, *ibid. n. 3.*

Res pignorata ea bonitate qua fuit tempore pignorationis, restituenda est.

82. Offerenti verò rem deteriorem unà cum eo quod interest, arctior paritio injungi non debet, sed oblationi locus est dandus, *Gail. d. O. 16. n. 6.* Ast rei deterioratæ justum pretium solvendum esse sancitum legitur *in d. t. 23. princ. ibique alleg. R. 1566. §.* Da auch die pfande. *121. verb.* Bernachtheilen. Quocircà puto huic oblationi locum non esse dandum. Atque hoc etiam confirmat, quòd rei deterioratæ ratio eadem habeatur, quæ rei ablatæ, ut scil. ejus justa æstimatio solvatur, *num. proximè seq.*

Oblatio rei deterioratæ cum interesse an locus sit.

83. Rebus pignoratis non ampliùs extantibus sed ex mora peremptis, aut ad evitandum tale damnum jam à Domino redemptis, earum æstimatio aut soluta pecunia debetur, *d. t. 23. princ. ibique alleg. R. 1566. §.* Da auch die *122.* Nam in omnibus obligationibus rem restitui receptum est, ut post interitum rei, ejus æstimatio debeatur, *Gail. de pignor. O. 18. n. 1.* Porrò rei non ablatæ sed in fraudem constitutionis deterioratæ, eadem quæ ablatæ ratio habeatur, *Consult. 1576. Dub. 8. Denaif. tit. 183. §. 13.*

Re pignorata non ampliùs existente, ejus æstimatio debetur.

84. Si rebus deterioratis de justo valore, & quantò res deterior facta sit, contentio oriatur, judex potest deputare æstimatores, quibus singulari commissione injungitur, ut res vitiatas oculis subjiciant & justo valore æstiment, *Gail. d. O. 18. n. 6.* Variantibus æstimatoribus judex tertium (einen Obmann) adjungere potest, vel etiam ex officio certum pretium constituere, *ibid. n. 7.*

Rei deterioratæ deterioratio per æstimatores taxanda.

85. Potest etiam valor rei tam deterioratæ quam planè perditæ, quæ nimirum à testibus ante visa, per eosdem testes probari, *Gail. d. O. 18. n. 1.* Testibus variantibus in æstimatione pretii, illud quod est medium inter utrumque attendi debet, *Gail. d. O. 18. n. ult.*

Rei pignoratæ æstimatio etiam per testes.

86. Testibus deficientibus, juramento Pignorati odio pignorationis statur, quan-

Vel hisce deficientibus per juramentum probari potest

quanti ille in litem juraverit, *Gail. de pignor. O. 16. n. 7.* Sed ne altero Tanto aut in infinitum juretur, & quisque suæ affectioni plus æquo indulgeat, judex causa summariè cognita summam æstimationis, ad quam pignoratus jurare debet, quadam sententia præambula disertè exprimit, *Gail. d. O. 18. n. 1.*

Hoc Juramentum Domini ejusve pignorati subditi præstant.

87. Atque hoc juramentum, quo veritas eo melius inquiratur & anceps perjurium evitetur, una cum Domino, qui Mandatum obtinuit etiam pignorati Subditi & universitates vi specialis Procuratorii eorum nomine exhibendi præstent, *C. p. 3. t. 42. §. 11. Mem. Jud. & Ass.* 1585. §. Beym zwey n 10. Atque sic in causa Oldenburg contra Ostfriesland 7. Jul. 1659. Domino Actori suisque Subditis illius Juramenti præstatio injuncta est, *Sent. Cam. num.* 548. Qua præstatione subsecuta, Reus ad solutionem condemnatus, *vid. ibid. num.* 944. 949. & 957. Denique hoc juramentum præstandum, licet Summa à Judice moderata sit minor 20. flor. *d. t. 42. §. 12.* Hinc super 2. flor. juratum in causa Lungen contra Würzburg/ 13. Decembris 1592. *teste Gylm. voc. De Juramentis §. 2. pag. 165.* Præstito juramento sequitur sententia condemnatoria, utriusque formulam tradit Gail. *d. O. 18. num. 1. & 2.*

Exceptio pignoratoris rem sine sua culpa periisse non attenditur.

88. In hac autem æstimatione facienda Judex non debet admittere exceptionem pignoratoris, quòd res casu fortuito ac sine sua culpa perierit, & quod eodem modo fuisset peritura penes dominum. Ratio, quia pignorator in dolo & semper in mora. siquidem actum prohibitum fecit, & pignora non statim restituit, *Gail. d. O. 18. num. 4.* Quo casu interitus rei semper ad debitorem spectat, *ibid. num. 5.*

Restitutionis verbum etiam omnem utilitatem Rei ablatæ complectitur.

89. Deinceps cum Restitutionis verbum plenissimam habeat significationem, ut etiam fructuum ratio habenda sit, rebus pignoratis in restitutionem quoque venire debet omnis utilitas, quæ à re ipsa producitur, non solum naturaliter sed etiam quasi naturaliter, puta ex usu, ad quem res destinata est, & tam damnum emergens, quam lucrum cessans considerandum & in puncto paritionis æstimandum est, *Consult. 1576. Dub. 4. Denais. tit. 183. §. 12. Gail de Pignor. O. 17. n. 1. & 2. seqq.*

Imò comprehendi omne quicquid occasione pignorationis damni factum sit.

90. Porrò quicquid occasione pignorationis vel carceris sumptuum damnive æstimabilis factum erit, velut quæ cibariorum, mercedisve in Chirurgos impensæ, & damni pignorato aut incarcerato præterea illati nomine abesse dicentur, earum rerum omnium æstimatio in paritionem veniat. Idem obtineat, si quis non incarceratus, sed solummodò vulneratus aut percussus sit ita ut merces in Chirurgos impendi aut res interim domi negligi debuerint. Ast si quis non adeò duriter verberatus, sed duntaxat terrore percussus, aut abortui occasio data, & similia adeò ut propterea nihil impensum aut pignorato quippiam quod æstimationem admittat, vel quo cum suo detrimento carere debuit, quod per alia juris remedia vindicandum ac peculiarem Processum requirit, id in puncto paritionis seu tota Mandati causa non attenditur, *d. t. 42 §. 9.*

Re pignorata restituta, si

91. Denique si paritione Mandati jam facta, restitutum ac relaxatum non ex alia nova causa aut facto, sed duntaxat ad elusionem emanati Mandati de novo deti-

detineatur, novo Mandato non est opus, sed si paritio non obstantibus exceptionibus semel injuncta non autem constanter secuta sit, super priori Mandato ad declarationem pœnæ procedi potest, *C. p.* 2. *t.* 23. §. 20.

ipsa versus auferatur, priori mandato inhaereatur.

92. Punctum citationis (*sc. ad deducendum jus pignorandi, v. praced. num.* 65. *seu ad proponendum causas pignorationis, ob quod etiam Punctus Causalium vocatur*,) quod attinet, in eo judicium est summarium matureque in eodem procedi oportet, ne Partes Pertæsæ ad arma veniant, tamen illud non est momentaneum sed ordinarium, in quo plenæ probationes requiruntur, & sententia lata definitiva est plenum præjudicium in Possessorio victo afferens, nam possessio victori plenè adjudicatur, salvo Petitorio, *Consult.* 1576. *Dub.* 6. *Denais. tit.* 183. §. 9. *Gail. de pignor. O.* 21. *num.* 2. *& O.* 3. *num.* 3.

Processus in puncto citationis est summarius.

93. Modus procedendi verò talis est: Pignorator citatus in primo termino comparere & unà cum exceptionibus sub- & obreptionis aliisque exceptionibus contra Mandatum oppositis, *de quibus praced. n.* 71. *& seqq.* causas pignorationis deducere ac proponere debet, *R.* 1654. §. Auff daß auch 139. Quòd videl. jus pignorandi in loco illo semper habuerit, atque etiamnum habeat talesque actus pignoratitios jam ante exercuerit, ac proinde in quasi possessione pignorandi defendi debeat, & quod Adversarius ibi nihil juris habeat, *Gail. d. O.* 21. *n.* 3. Pignorator itaque licet in puncto Mandati sit Reus, tamen in puncto citationis actoris partes sustinet, adeoque velit, nolit, contra regulas juris, quod nemo invitus agere teneatur, *l. unic. C. ut nemo invivit. ager.* Præmemoratas causas sub pœna viæ præclusionis proponere cogitur, *Gail. ibid. n.* 4. Proinde cum sit Actor necessarius, non voluntarius, favore dignus est, *Meichsn. tom.* 1. *lib.* 1. *decis.* 32. *numer.* 3.

3 se modus procedendi in puncto citationis.

94. Istæ pignorandi causæ olim particulatim proponendæ erant, *Gail. d. n.* 3. Hodiè breviter, nervosè ac summariè proponi debent, *prealleg.* §. 139. *verb.* wie oben erläutert. *sc. in ibidem praced.* §. In den *Mandatis C. C.* 81. Nam præcitata verba se ad alleg. §. 81. referunt. Proponendæ verò sunt illæ causæ præcisè in primo termino sub præjudicio jam d. §. 81. Quod præjudicium est via præclusionis istas causas postea proponendi, vel quod in idem recidit, est impositio perpetui silentii, *Gail. d. n.* 3. Ad similitudinem Processus L. Diffamari, *Meichsn. tom.* 1. *lib.* 1. *decis.* 32. *num.* 3 *Gail. d. O.* 21. *num.* 4. *Vid. infra tit.* 36. *num.* 18. *&* 3. *seqq.* Nam pignoratio est quædam diffamatio, quod per eam pignorans prætendit sibi aliquid juris eò loci, ubi pignora capta sunt, usurpare, *Gail. d. O.* 21. *n.* 5.

Causa pignorationis summariè & præcisè in primo termino proponenda.

95. In utroque autem puncto, videl. Mandati & citationis, causa tum pignorationis capturæve, tum pœnæ commissæ quàm celerrimè decidenda. *C. p.* 2. *t.* 23. §. 1. Deinde in eodem utroque puncto pari passu, eo tamen modo procedendum, ne unus alterius decisionem impediat, sed causa in puncto mandati satis instructa, non expectata submissione in puncto citationis, per sententiam decidenda, *prealleg.* §. 139. Et si exceptionibus in puncto Mandati rejectis, paritio injungatur, pignoratus in puncto citationis ante realem paritionem ulteriùs procedere non tenetur, *d.* §. 139. *circ. fin.*

In utroque puncto sc. mandati & citationis celeriter ac pari passu procedendum.

96. Itaque hic non immeritò quæritur, utrum Reo in primo termino in puncto Mandati de reali paritione non docente, ſed excipiente, Actor in ſecundo termino non ſolum in puncto Mandati ſeu paritionis, ſed etiam in puncto citationis ſeu Cauſalium præcisè ſub pœna præcluſionis replicare teneatur, an verò ſolis replicis in puncto Mandati exhibitis, replicas in puncto citationis poſt diſcuſſionem puncti mandati & plenariam paritionem differre poſſit; ℞. Poſterius affirmandum exiſtimo, quia pignoratus tanquam ſpoliatus ante omnia eſt reſtituendus, nec ante factam reſtitutionem Adverſario in cauſa principali, ob quam pignoratio facta, reſpondere tenetur.

In puncto Citationis non opus eſt L. C.

97. Porrò licet alias in ſummariis cauſis opus ſit L. C. quod etiam Camera obſervat, *Gail. d. O. 21. n.* 10. tamen in hoc puncto citationis illud non obſervatur, ſed absque L. C. proceditur, quoniam cauſæ pignorationum celeritatem deſiderant, ne ex diuturna mora partes utrinque exacerbatæ tandem ad arma veniant, *d. O. 21. n.* 7. Hinc eſt, quod etiam in puncto citationis nec commiſſio ad perpetuam rei memoriam decernatur, cum ſit in pignorantis poteſtate poſitum absque L. C. judicium inchoare, teſtes & inſtrumenta producere, atque ſic extraordinario remedio locus non relinquitur, *d. O. 21. n.* 8. Ordinarium enim remedium facit ceſſare extraordinarium, quando ambo pro eadem re contra eundem concurrunt. Quod tamen non procedit, ſi remedium extraordinarium ſit pinguius & exuberantius quàm ordinarium, *Gail. d. O. 21. n.* 9. Aſt quòd in præmemorato puncto etiam L. C. requiratur, apparet ex C. p. 3. tit. 7. lit. E. *verb. ante litis ingreſſum.* Deinde in eodem puncto pleniſſimè diſputatur Interdictum uti poſſidetis, *Gail.* 1. *O.* 3. *num.* 8. *& de Pignor. Obſ.* 21. *n.* 2. In illo autem L. C. opus eſt, §. 4. *in fin. Inſtit. de Interdict.* Verùm Reſp. ibi Litis conteſtatio impropriè pro quaſi Litis Conteſtatione, quæ per nudam contradictionem conſtituitur, *Umm. Proceſſ. Judic. diſput.* 12. *th.* 7. accipitur *Vid. Meichſn. tom.* 1. *lib.* 1. *deciſ.* 11. *n.* 8. *&* 9.

Ordinarium remedium facit ceſſare extraordinarium.

Pignorato ad cauſas pignora ionum non reſpondente, illæ pro confeſſis acceptantur.

98. Cauſis pignorationum ita in primo termino exhibitis pignoratus, qui in puncto Mandati eſt Actor, inque hoc puncto citationis ſit Reus, ſtatim in eodem termino, ſi iſtas cauſas irrelevantes putat, per generalia contradicere poteſt, vel in ſecundo termino an eas cauſas ritè reſpondere tenetur, alias in contumaciam non-reſpondentis pro confeſſis acceptantur, uti alias communiter fieri ſolet.

Cauſis. ignorationum negatis, probatio pignorato incumbit.

99. Si Actor ad cauſas pignorationum reſpondet, illud fit vel replicando & tunc Reus pignorans in tertio termino duplicat ac concludit, nam triplicæ ſine permiſſione Judicis non admittuntur, *R.* 1654. In den *Mandatis C. C.* 81. Vel negando cauſas pignorationum, per quam negationem L. C. introducitur, *vid. C. p.* 3. *t.* 7. *lit. E. verſ.* So *ad punctum Citationis.* Ubi dicitur cauſam principalem ſeu ejus merita ante litis ingreſſum non eſſe diſputandum. Aſt huic obſtant tradita præced. n. 97. Verùm Reſp. ut ibidem. Hoc caſu pignorans præfatas cauſas probare tenetur, & quoniam conſtitutio pignorationis ad Interdictum retinendæ poſſeſſionis pertinet, in quo poſſeſſorium plenè diſputatur, ac definitur, ideò etiam neceſſe eſt in puncto Citationis probari Requiſita hujus Interdicti, nim.

poſ-

possessionem ex parte agentis & turbationem à parte Rei. Et si quidem uterque se possidere contendat, & utrinque actus possessorii deducantur, obtinere debet is, qui de antiquiori & continuata possessione accuratiùs probavit, Gail. *de pignorat. O 22. n. 2. & 3. Ubi n. 4. & seqq. tradit, quid in paritate probationum pronuntiandum.*

100. Probatâ possessione pignorantis ac jure pignorandi absolutoria sententia sequitur, atque pignoratus, cùm appareat illum injustam causam fovisse, & pignorationem per pignoratorem jure esse factam, in expensas condemnatur. Ad Mandatum verò Cæsareum pignora restituta vel captivi relaxati, redhibenda sunt, & captivi ad se rursus sistendum compellendi unà cum expensis & damnis perpessis, utrique parti tamen jure suo in causâ principali coram judice Ordinario instituenda salvo, *C. p. 3. tit. 23. §. 2.* Ast in constitutione pignorationis causa principalis in Camerâ deduci debet, *tit. proxime seq. num. 29. & 31.* Resp. causa principalis in Possessorio in Camera deducenda, in Petitorio autem ad Judicem ordinarium remittenda est, *dict. t. seq. n. 32.*

Probatis pignorationum causis pignorator absolvitur pignorato in expensas condemnato.

101. Quæritur autem si pignorator etiam in causa principali vincat, utrum ei pignora in totum cedant, an isthæc justo pretio oblato pignorato reddere teneatur? Resp. Prius affirmandum existimo.

102. Non probata possessione & jure pignorandi, forma pronuntiandi eadem observatur, quæ in Interdicto retinendæ possessionis, videl. pignoratori non licuisse taliter turbare ac pignoratore, atque ideo in posterum ab hujusmodi turbatione ac pignoratione abstinere eoque nomine pignorato idoneè cavere debere. Sententiæ quoque inserti solet, quod relaxati captivi se iterum sistere non teneantur, nec reddita pignora sint restituenda, Gail. *de Pignorat. O. 23. num. 1.* Expensarum autem condemnatio vel compensatio ex eo pendet, utrum pignorator aliquam pignorandi causam habuerit nec ne, Gail. *d. O. 23. num. ult.*

Causis pignorationum non probatis pignorator ad præstandam cautionem non amplius turbando condemnatur.

103. Ad hoc ut res judicata obstet, necesse est ut quis in eodem loco, ab eodem & ejusdem juris gratiâ iterum turbetur ac pignoretur, *Gail. de pignorat. O. ult. num. 1.* His tribus Requisitis concurrentibus Mandata inhibitoria S. C. contra turbantem decerni possunt. Sin verò hæc tria Requisita non concurrant, exceptio rei judicatæ non habet locum, ideoque novo Processu novâque actione opus erit, *Gail. d. O. 23. num. 2.* v. g. Si lis fuit instituta de Jure venandi & contra pignoratorem pronuntiatum, si idem pignorator post rem judicatam rursus in eodem loco aucupium exercet, atque victorem ratione aucupii captis pignoribus turbat, turbanti exceptio rei judicatæ non obstat, *d. O. ult. numer. 3.* Quia jus venationis & aucupii inter se specie differunt & separata sunt jura, *d. O. ult. n. 4.*

Quatenus exceptio rei judicatæ rursus pignoranti obstet.

104. Ultimò sæpè etiam accidit, ut primâ pignoratione nondum per sententiam finitâ, alia pignoratio ab uno eodemque, in eodem loco, ejusdem juris gratiâ, diversis tamen vicibus ac temporibus accumuletur, quo casu singulis pignorationibus

Quoties pignoratio e(i)teratur, toties novi Processus decernuntur.

O. 6. n. 13. Quapropter Civis in ſua poſſeſſione turbatus pro pignoribus iniquè ablatis coram ordinario judice agere debet, *ibid. n.* 14. Bona ad Hoſpitale pertinentia propria Civitatis eſſe cenſentur, ideò illis pignoratis Civitas proprio nomine agere poteſt, *Ante. Maril. Obſ.* 106.

(5.) Capitulis majoribus.

51. (6.) Collegiis vel Capitulis majorum ſeu Cathedralium Eccleſiarum feuda ab Imperio habentibus, ſi in iis feudis turbentur, *Gail. de Pignorat. O. 7. n.* 3. In reliquis verò bonis temporalibus, quorum multa in Germania ubique poſſident, turbata cum non ſint Status Imperii ſed ſuo Archi-vel Epiſcopo ſubjecta, ſuper hac Conſtitutione agere & conveniri nequeunt, *Gail. d. O. 7. n.* 1. & 2. Sed coram Ordinario judice id fieri debet. Quod ita intellige, ſi iſta bona ſint duntaxat Capitulorum propria & ſeparata, nam ſi ea ſunt communia Epiſcopi & Capituli, tunc ex perſona Epiſcopi tanquam Principis Imperii Juriſdictio Cameræ fundatur, & Capitulum cum Epiſcopo, vel Epiſcopus etiam ſolus remoto Capitulo ſuper pignoratione agere poteſt, *Gail. d. O. 7. n.* 8.

(7.) Capitulo ſede vacante.

52. (7.) Capitulo ſede vacante, quia illud Epiſcopum defunctum repræſentat, *Gail. d. O. 7. n. 5. Add. ſupra tit. 26. n.* 45.

(8.) Collegiis Canonicorum liberis.

53. (8.) Collegiis Canonicorum liberis, quæ ex ſingulari Privilegio immediatè Cæſari & Imperio in temporalibus ſubjecta ſunt, Die Kayſerl. freye weltliche Stifft/ *Gail. d. O. 7. n. 6. Add ſupra tit. 26. n.* 44.

(9.) Habentib. communem Jurisdictionem

54. (9.) Iis, qui communem juriſdictionem in uno eodemque loco aut pago habent, & unius Domini ſubditus eò loci novi juris quærendi gratia ab altero iniquè pignoretur. Ratio quia hæc Conſtitutio ad Interdictum uti poſſidetis, pertinet, hoc verò competit ei, qui pro indiviſo poſſidet, *Gail. de Pignorat. O.* 20. *num. 1. Mynſ.* 3. *O.* 20.

Hæc Actio non competit (1.) Domino hominum propriorum ſub alio Domino habitantium.

55. Ex diverſo hæc Actio non competit, (1.) Domino hominum propriorum à Domino, in cujus territorio domicilium habent, pignoratorum, quoniam hi non ſunt ſubditi illius ſed hujus, ſub cujus juriſdictione domicilium habent, *Gail. de Pignorat. O. 8. n. 4. Mynſ. 1. O.* 12. Non enim ſervitus perſonalis ſed domicilium ſubditum facit, *Gail. d. O. 8. n.* 5. Contraria præjudicia habet Gylm. *voc. Exceptiones. §. Exceptionem ſubjectionis.* Quorum ratio ſine dubio hæc eſt, quòd domicilium non faciat Subditum, uti contra Gailium ſtatuit Mindanus, *infra tit.* 34. *n.* 80.

(2.) Domino Emphyteutæ à Domino territorii pignorati.

56. (2.) Domino cujus Emphyteuta, agricola, colonus aut cenſitus à Domino territorii ratione prædiorum cenſualium in iſto territorio ſitorum pignoratur, vel captis pignoribus ad ſolutionem Collectarum ſeu aliud quippiam præſtandum compellitur, quia conſtat pignoratos eſſe ſubditos pignoratoris, *Gail. de pignorat. O. 15. n. 11. & ſeqq.*

Adverſus quem competat.

57. Portò hæc Actio competit adverſus omnem, adverſus quem aliàs datur Interdictum uti poſſidetis, intellige tamen poſitis præmemoratis Requiſitis. Hinc non ſolummodò adverſus eum, qui ipſe pignoravit, ſed quoque adverſus illum, cujus juſſu aut conſenſu pignoratio facta, vel ratihabita ſit, *d. t. 22. in princ. verb.* Da einer dem Reich ohne Mittel unterworffen durch ſich ſelbſt oder d e ſeine

einen andern ꝛc. Adversus illum vero, qui mediatè Imperio subjectus & nomine immediatè subjecti pignoravit, non aliter datur, quàm si immediatè subjectus simul conveniatur, alioquin enim propter defectum primi Requisiti deficit jurisdictio Cameræ, quamobrem ille mediatè imperio subjectus, si solus conveniatur, non alibi quàm coram Ordinario conveniri potest, *Add. preced. n. 9.*

58. Præterea ad quod datur Actio interdicti uti possidetis, ad id quoque datur Actio super constitutione pignorationis. De jure Camerali autem hæc Actio datur tum ad repetenda pignora aut relaxandos captivos, tum ad deducendum jus pignorandi, *C. part. 2. t. 23. princ. Deput.* 1600. Gleichwol ist auch. 51. Quoad prius Mandatum de restituendo aut relaxando, quoad posterius Citatio ad deducendum jus seu allegandum causas pignorationis decernitur. Atque sic duo remedia in hac constitutione præscripta sunt, quæ sempet in uno Processu conjunguntur. *Ad quid competat.* *Huius constitutionis remedia sunt mandatum & citatio.*

59. Quod Mandatum de restituendo concernit, Camera pignoratori ad implorationem pignorati sub certa pœna (*qua hodie semper 10. Marc. aur. pur.*) & sine clausula justificatoria mandat, ut in continenti absque ulla exceptione ac detrimento (ohne Entgelt) pignora restituat, vel si isthæc culpa negligentiave pignoratoris deteriora facta aut plane perdita sint, seu etiam ad evertenda ejusmodi damna per pignoratum pretio redempta, justum pretium vel loco pignoris redempti acceptam pecuniam restituat, *C. p. 2. t. 23. pr. in medio. Gail. de Pignorat. obs. 11. per tot.* Idque cum omni Interesse & damno, *Add. infrà n. 90.* *Mandatum est vel de restituendo,*

60. Mandatum de relaxando captivo quod attinet, capienti sub eadem pœna & S. C. mandatur, ut Captivos sub veteri consueta Urpheda, non aliter tamen quàm se rursum sistendi, si ita judicatum fuerit, relaxet, *praalleg. princ. in medio.* *Vel de relaxando captivo.*

61. Sed hic non immeritò quæritur, anne ista urpheda quoque contineat cautionem non ulciscendi carcerem nec de facto nec de jure? Id innuere videtur Denaiss. tit. 186. §. 1. dum allegati princ. verba: Auff alte gewöhnliche Urphed / doch anders nicht / dan auff Wiederstellen / im Fall solches mit Recht erkennt würde: vertit: *Sub solita cautione non ulciscendi seq: rursum, si sic judicatum fuerit, sistendi.* Verùm cùm in præcitatis verbis expresse sancitū, ut urpheda illa non aliam cautionem quam se rursum sistendi continere debeat, id negandum arbitrarer. *Urpheda à Captivo præstanda, quam cautionem contineat.*

62. An autem hæc cautio fieri debeat exactè pignoribus vel fidejussoribus, an autem nuda promissio sufficiat, id nullibi exprimitur. Nudam promissionem sufficere non puto, quandoquidem relaxatus si iterum non staturus esset: Ad juratoriam tamen cautionem incarceratos admissos esse præjudiciis confirmat Gylm. *voc. Captivus §. pen. & ult.* *Quomodo Captivus debeat cavere.*

63. Bene notandum, quòd hâc urpheda seu cautione in Mandatis de relaxando Captivo super quatuor Casibus obtentus non opus sit, sed sufficiat, si relaxandus se juri offerat atque cautionem de se in causa principali judicio sistendo præstet, *C. p. 3. t. 42. §. 15.* *Hac cautione non opus in Mandatis de relax. Capt. super 4. casib.*

64. Mandatum verò tam de restituendo quàm relaxando S. C. ideò decernitur, quoniam ejusmodi pignorationes & capturæ omni jure tam communi quàm *Quare Mandata S. C. in*

68. Processum super hâc constitutione quod attinet, cùm praeced. n. 58. tradiderim hujus constitutionis remedia esse duo, nim. Mandatum & Citationem, utrumque verò suum peculiarem Processum habeat, sequitur in praedicta constitutione Processum esse bipartitum, sc. unum Mandati, alterum Citationis, Gail. *de Pignor. O.13. n.1.*

Processus super constitutione pignorationis est bipertitus.

69. Et quidem in puncto Mandati (*qui aliàs etiam* punctus paritionis *vocatur, quia in eo paritio urgetur,*) proceditur uti in aliis Mandatis S.C. Nam aut non comparet Reus, tunc praemisso proclamate & elapsis 6. Juridicis Actor petit declarationem poenae & Arctius, quod utrumq; statim decernitur. *Add. infra t.34.n.170.*

In puncto Mandati proceditur ut in aliis Mandatis S. C.

70. Sed quaeritur, Anne omisso arctiori Mandato Mandatum de Exequendo peti possit? R. Hoc affirmandum videtur propter generalitatem textûs O.D. 28. *Jan.* 1657. *§.ult.* ubi libero arbitrio Actoris relinquitur, utrum in causis Mandatorum S.C. Arctius, an Mandatum de Exequendo petere velit. Posterius si petatur, Executor tenetur pignora recuperare, captivos relaxare ac poenam Mandato insertam exigere.

Si simplici Mandato non paret, vel arctius vel mandatum de exeq. peti potest

71. Aut Reus comparet, de plena autem paritione non docet, sed suas exceptiones opponit, quare declaratio poenae in Mandato communitata fieri haud debeat. Exceptiones verò, quas Reus opponere potest, ut plurimùm versantur circa defectum suprà enarratorum Requisitorum hujus constitutionis, nim. causam esse criminalem, non civilem, captivumque ob commissum maleficium detineri, quo casu Reus ante Paritionem audiendus, idque optimâ ratione, ne delicta maneant impunita, *Gail. de Pignorat. O.14. n.3.* Judex verò excipienti brevem ac peremptorium terminum probandi suam exceptionem assignare atque accuratè perpendere debet, ne malitiosè differendae paritionis ergò hujusmodi Exceptio opponatur, Gail. *d.14.n.6.*

Exceptiones, quas Reus opponere potest, (1.) causam ob quam captus esse criminalem

72. Item si quis ob delictum à Domino alterius territorii in loco domicilii captus & aliò traductus sit, atque capiens excipiat, se hoc non novi Juris acquirendi gratiâ fecisse. Eo enim casu huic constitutioni non est locus, (1.) quia deficit tertium ejus Requisitum, *Add. praeced. n,18.* (2.) Quoniam Constitutio generaliter omnes causas criminales absque ullo discrimine excipit. Lege igitur non distinguente nec nos distinguere debemus. *l.8. ibique Gothofred. de publician. in rem action. l.64. §.9. Solut. matrim.* Quapropter turbatus in sua Jurisdictione ob captum suum subditum in loco domicilii Ordinaria Juris via coram competente judice contra turbantem experiri debet vel ratione violati territorii, vel actione L. Juliae de vi publica, Gail. *d. O.14. n.5.*

Quae etiam contra Dominum domicilii opponi potest.

73. Item si Reus excipiat alterutrum litigantium non immediate Imperio principaliter subesse, quae objecta exceptio relevans est, & probata jurisdictionem Camerae tollit, factaque turbatio ad competentem judicem remittitur, Gail. *d. O.14. n.7.* Sed quaeritur, utri hoc casu probatio in jungenda? Resp. Si Reus neget pignoratum immediatè imperio subesse, pignorato incumbit probatio, *juxta Ante-Maril. obs. pen.*

(2.) Alterutrum non esse immediatum imperii.

74. Item si Reus excipiat officialem suum sine mandato vel consensu suo pigno-

(3.) Reum

 gno-

Pignorationem non uesse iussu, aut ei consensu. Quæ omnes ante paritionem ad probandum admittuntur.

gnorasse. Quô casu probatio jussus, consensus vel ratihabitionis Domini pignoratio incumbit, Gail. *d. O.* 14. *n.9. Add. praced. n.* 10. *& 2. seqq.* Atque hæc limitesve exceptiones ante paritionem ad probandum admitti debent, alioquin sententia paritionis propter deficientem Jurisdictionem esset ipso jure nulla, & judex in Revisione seu syndicatu succumberet, Gail. *d.* O. 14. *n. ult.*

(4.) Captivum non esse subditum Actoris. Quæ tamen ante paritionem ad probandum haud admittitur. Quid obtineat si tertius hanc exceptionem objiciat.

75. Exceptio subjectionis, videl. Captivum non esse subditum Actoris, uti Constitutio requirit, sed Rei citati, olim ante paritionem quoque admittebatur, sed cùm ista Exceptio altiorem indaginem requirat, concernatque merita causæ principalis & longam discussionem exigat, quæ innocenti captivo omnium foret molestissima, quòd tantisper in squalore carceris retineri deberet, donec inter litigantes subjectionis quæstio judicis sententia decideretur, hodiè ante paritionem non admittitur, Gail. *de Pignor. O.* 15. *n.* 1.

76. Si per tertium, qui non est in lite, excipiatur pignoratum vel captum non immediatum Imperii sed suum esse subditum, vel ipse pignorans objiciat exceptionem subjectionis non quidem respectu sui, quod nim. sibi sit subditus, sed quòd alii sit subjectus respectu rei pignoratæ distinguendum est, aut enim excipiens dicit, captum vel pignoratum nulla ratione esse immediatum neque ratione personæ neque ratione rei pignoratæ: aut excipiens concedit ipsum aliqua ratione vel personæ suæ, vel aliorum bonorum immediatum esse: Hôc casu cùm jurisdictio Cameræ aliquo modo fundata sit, non attentâ hâc exceptione, paritio injungitur, illo casu excipienti probatio imponenda, Gylm. *voc. Exceptiones. §. Exceptio subjectionis si per tertium.*

(5.) Cautionem non esse præstitam.

77. Porrò quanquam in Mandatis pignorationum cautione, nisi à Reo exigatur, non opus sit, attamen si Reus opponat exceptionem non præstitæ cautionis de pignoribus redhibendis, illa cautio ante paritionem necessariò est præstanda, non tamen exactè pignoribus aut fidejussoribus, sed nuda promissio hoc casu sufficit, *C. p.* 3. *t.* 42. §. 13. Quòd si Actor sit Episcopus, iste debet cavere & suo & capituli ac successorum nomine atque sub sigillo capituli, Gylm. *voc. cautio. §. Quod si is.*

Quomodo Actor replicare debeat.

78. Contra enarratas exceptiones Actor, si eas relevantes esse arbitratur, intra terminum legalem (*qui solet esse* 3.)). *vid. infrà t.*64. *n.*54.) in scriptis vel etiam oretenus replicat, sin verò easdem irrelevantes putat, iis statim per generalia contradicit. Et utroque casu submittens petit propter non doctam nec factam paritionem declarationem pœnæ & Arctius, (*juxta praced. n.*70.) loco Arctoriis Mandatum de Exequendo.

Si Exceptiones Rei sunt relevantes, Mandatum cassatur, alias paritio injungitur.

79. Judex si Rei exceptiones relevantes esse deprehendit, & Actor illis duntaxat per generalia contradixit, Judex actor injungit, ut ad Rei Exceptiones in specie replicet: sin verò Actor jam ante replicavit, Judex Mandatum cassat, Actoremque in expensas condemnat. Quod si Rei exceptiones frivolæ & irrelevantes inventæ fuerint, Judex paritionem sub eventuali pœnæ declaratione & eventualiter Arctius simul decernit, Reo purè in expensas condemnato. Neque distinctio Gailii *de pignor. O.* 13, *n.* 5. *&* 6. quam inter personam captam & rem pignora-

gnoratam ratione sententiæ facit, hodiè obtinet. Exceptiones verò contra mandatum pignorationis oppositas, si sint frustratoriæ, non attendi sed paritionem præcise urgeri oportet, *C. p. 3. tit. 7. lit. E.*

80. Porrò si Reus contra Mandatum non excipit, sed restitutis pignoribus vel captivis relaxatis de paritione docere velit, illud plerumque facit per instrumentum publicum. Cum verò præced. n. 59. dixerim, restitutionem pignorum relaxationemquè captivorum sine dispendio fieri debere, ideò ad plenariam paritionem requiritur, ut non solummodò Captivi relaxentur, sed etiam omne id quicquid ratione ipsius juris principalis, v. g. Collectæ, Mulctæ, Debita, &c. extortum est, restituatur, *C. p. 3. t. 42. §. 10.* Imò relaxatis quoque integrè restituendum quicquid post captivitatem alimentorum aut carceris nomine impensum est, quia quemadmodum jam edocui, captivus sine suo sumptu ac dispendio relaxari debet, *Gail. de pignor. O. 16. n. 1.*

Relaxatio captivi sine omni dispendio facienda.

81. Armento autem, equitio, grege aliisque rebus pignori captis & ablatis, restitutio pignorum fieri debet in eo statu & bonitate, qua ablatio est facta, puta armento, grege rebusque aliis non deterioratis neque depretiatis, *Gail. d. O. 16. num. 2.* Res enim propriè restituta non dicitur, quæ deterior facta restituitur, *ibid. n. 3.*

Res pignorata ea bonitate qua fuit tempore pignorationis, restituenda est.

82 Offerenti verò rem deteriorem unà cum eo quod interest, arctior paritio injungi non debet, sed oblationi locus est dandus, *Gail. d. O. 16. n. 6.* Ast rei deterioratæ justum pretium solvendum esse sancitum legitur *in d. t. 23. princ. ibique alleg. R. 1566. §.* Da auch die pfande. *121. verb.* Vernachtheilen. Quocircà puto huic oblationi locum non esse dandum. Atque hoc etiam confirmat, quòd rei deterioratæ ratio eadem habeatur, quæ rei ablatæ, ut scil. ejus justa æstimatio solvatur, *num. proximè seq.*

Oblatio rei deterioratæ cum interesse an locum sit.

83. Rebus pignoratis non amplius extantibus sed ex mora peremptis, aut ad evitandum tale damnum jam à Domino redemptis, earum æstimatio aut soluta pecunia debetur, *d. t. 23. princ. ibique alleg. R. 1566. §.* Da auch die *122.* Nam in omnibus obligationibus rem restitui receptum est, ut post interitum rei, ejus æstimatio debeatur, *Gail. de pignor. O. 18. n. 1.* Porrò rei non ablatæ sed in fraudem constitutionis deterioratæ, eadem quæ ablatæ ratio habeatur, *Consult. 1576. Dub. 8. Denaiss. tit. 183. §. 13.*

Rebus pignoratis non amplius existentibus, earum æstimatio debetur.

84. Si rebus deterioratis de justo valore, & quantò res deterior facta sit, contentio oriatur, judex potest deputare æstimatores, quibus singulari commissione injungitur, ut res viriatas oculis subjiciant & justo valore æstiment, *Gail. d. O. 18. n. 6.* Variantibus æstimatoribus judex tertium (einen Obmann) adjungere potest, vel etiam ex officio certum pretium constituere, *ibid. n. 7.*

Rei deterioratæ deterioratio per æstimatores taxanda.

85. Potest etiam valor rei tam deterioratæ quam planè perditæ, quæ nimirum à testibus ante visa, per eosdem testes probari, *Gail. d. O. 18. n. 1.* Testibus variantibus in æstimatione pretii, illud quod est medium inter utrumque attendi debet, *Gail. d. O. 18. n. ult.*

Rei pignoratæ æstimatio etiam per testes.

86. Testibus deficientibus, juramento Pignorati odio pignorationis statur, quan-

Vel hisce deficientibus per juramentum probari potest

quanti ille in litem juraverit, *Gail. de pignor. O.* 16. *n.* 7. Sed ne altero Tanto aut in infinitum juretur, & quisque suæ affectioni plus æquo indulgeat, judex causa summariè cognita summam æstimationis, ad quam pignoratus jurare debet, quadam sententia præambula disertè exprimit, *Gail. d. O.* 18. *n.* 1.

Hoc Juramentum Dominus ejusve pignorati subditi præstant.

87. Atque hoc juramentum, quo veritas eo melius inquiratur & anceps perjurium evitetur, una cum Domino, qui Mandatum obtinuit etiam pignorati Subditi & universitates vi specialis Procuratorii eorum nomine exhibendi præstent, *C. p.* 3. *t.* 42. §. 11. *Mem. Jud. & Aff.* 1585. §. Beym zweyten 10. Atque sic in causa Oldenburg contra Ostfriesland 7. Jul. 1659. Domino Actori suisque Subditis illius Juramenti præstatio injuncta est, *Sent. Cam. num.* 548. Qua præstatione subsecuta, Reus ad solutionem condemnatus, *vid. ibid. num.* 944. 949. & 957. Denique hoc juramentum præstandum, licet Summa à Judice moderata sit minor 20. flor. *d. t.* 42. §. 12. Hinc super 2. flor. juratum in causa Jungen contra Würtzburg / 13. Decembris 1592. *teste Gylm. voc. De Juramentis* §. 2. *pag.* 165. Præstito juramento sequitur sententia condemnatoria, utriusque formulam tradit Gail. *d. O.* 18. *num.* 1. & 2.

Exceptio pignoratoris rem sine sua culpa periisse non attenditur.

88. In hac autem æstimatione facienda Judex non debet admittere exceptionem pignoratoris, quòd res casu fortuito ac sine sua culpa perierit, & quod eodem modo fuisset peritura penes dominum. Ratio, quia pignorator in dolo & semper in mora. siquidem actum prohibitum fecit, & pignora non statim restituit, *Gail. d. O.* 18. *num.* 4. Quo casu interitus rei semper ad debitorem spectat, *ibid. num.* 5.

Restitutionis verbum etiam omnem utilitatem Rei ablatæ complectitur.

89. Deinceps cum Restitutionis verbum plenissimam habeat significationem, ut etiam fructuum ratio habenda sit, rebus pignoratis in restitutionem quoque venire debet omnis utilitas, quæ à re ipsa producitur, non solum naturaliter sed etiam quasi naturaliter, puta ex usu, ad quem res destinata est, & tam damnum emergens, quam lucrum cessans considerandum & in puncto paritionis æstimandum est, *Consult.* 1576. *Dub.* 4. *Denais. tit.* 183. §. 12. *Gail de Pignor. O.* 17. *n.* 1. & 2. *seqq.*

Imò comprehendi omne quicquid occasione pignorationis damni factum sit.

90. Porrò quicquid occasione pignorationis vel carceris sumptuum damnive æstimabilis factum erit, velut quæ cibariorum, mercedisve in Chirurgos impensæ, & damni pignorato aut incarcerato præterea illati nomine abesse dicentur, earum rerum omnium æstimatio in paritionem veniat. Idem obtineat, si quis non incarceratus, sed solummodò vulneratus aut percussus sit ita ut merces in Chirurgos impendi aut res interim domi negligi debuerint. Ast si quis non adeò duriter verberatus, sed duntaxat terrore percussus, aut abortui occasio data, & similia adeò ut propterea nihil impensum aut pignorato quippiam quod æstimationem admittat, vel quo cum suo detrimento carere debuit, quod per alia juris remedia vindicandum ac peculiarem Processum requirit, id in puncto paritionis seu tota Mandati causa non attenditur, *d. t.* 42 §. 9.

Re pignorata restituta, si

91. Denique si paritione Mandati jam facta, restitutum ac relaxatum non ex alia nova causa aut facto, sed duntaxat ad elusionem emanati Mandati de novo deti-

...etineatur, novo Mandato non est opus, sed si paritio non obstantibus exceptionibus semel injuncta non autem constanter secuta sit, super priori Mandato ad declarationem pœnæ procedi potest, *C. p. 2. t. 23. §. 20.*

ipsa verò sit auferatur, priori mandato inhæretur.

92. Punctum citationis (*sc. ad deducendum jus pignorandi, v. praced. num. 65. seu ad proponendum causas pignorationis, ob quod etiam Punctus Causalium vocatur,*) quod attinet, in eo judicium est summarium matureque in eodem procedi oportet, ne Partes Pertæsæ ad arma veniant, tamen illud non est momentaneum sed ordinarium, in quo plenæ probationes requiruntur, & sententia lata definitiva est plenum præjudicium in Possessorio victo afferens, nam possessio victori plenè adjudicatur, salvo Petitorio, *Consult.* 1576. *Dub.* 6. *Denais. tit.* 183. §. 9. *Gail. de pignor. O.* 21. *num.* 2. & *O.* 3. *num.* 3.

Processus in puncto citationis sit summarius.

93. Modus procedendi verò talis est: Pignorator citatus in primo termino comparere & unà cum exceptionibus sub- & obreptionis aliisque exceptionibus contra Mandatum oppositis, *de quibus praced. n.* 71. & *seqq.* causas pignorationis deducere ac proponere debet, *R.* 1654. §. Auff daß auch 139. Quòd videl. jus pignorandi in loco illo semper habuerit, atque etiamnum habeat talesque actus pignoratitios jam ante exercuerit, ac proinde in quasi possessione pignorandi defendi debeat, & quod Adversarius ibi nihil juris habeat, *Gail. d. O.* 21. *n.* 3. Pignorator itaque licet in puncto Mandati sit Reus, tamen in puncto citationis actoris partes sustinet, adeoque velit, nolit, contra regulas juris, quod nemo invitus agere teneatur, *l. unic. C. ut nemo invivit. ager.* Præmemoratas causas sub pœna viæ præclusionis proponere cogitur, *Gail. ibid. n.* 4. Proinde cum sit Actor necessarius, non voluntarius, favore dignus est, *Meichsn. tom.* 1. *lib.* 1. *decis.* 32. *nummer.* 3.

Qui sit modus procedendi in puncto citationis.

94. Istæ pignorandi causæ olim particulatim proponendæ erant, *Gail. d. n.* 3. Hodiè breviter, nervosè ac summariè proponi debent, *praelleg.* §. 139. *verb.* wie oben erläutert. *sc. in ibidem praced.* §. In den *Mandatis C. C.* 81. Nam præcitata verba se ad alleg. §. 81. referunt. Proponendæ verò sunt illæ causæ præcisè in primo termino sub præjudicio jam d. §. 81. Quod præjudicium est via præclusionis istas causas postea proponendi, vel quod in idem recidit, est impositio perpetui silentii, *Gail. d. n.* 3. Ad similitudinem Processus L. Diffamari, *Meichsn. tom.* 1. *lib.* 1. *decis.* 32. *num.* 3 *Gail. d. O.* 21. *num.* 4. *Vid. infra tit.* 36. *num.* 18. & 3. *seqq.* Nam pignoratio est quædam diffamatio, quod per eam pignorans prætendit sibi aliquid juris eò loci, ubi pignora capta sunt, usurpare, *Gail. d. O.* 21. *n.* 5.

Causa pignorationis summariè & præcisè in primo termino proponenda.

95. In utroque autem puncto, videl. Mandati & citationis, causa tum pignorationis capturæve, tum pœnæ commissæ quàm celerrimè decidenda. *C. p.* 2. *t.* 23. §. 1. Deinde in eodem utroque puncto pari passu, eo tamen modo procedendum, ne unus alterius decisionem impediat, sed causa in puncto mandati satis instructa, non expectata submissione in puncto citationis, per sententiam decidenda, *praelleg.* §. 139. Et si exceptionibus in puncto Mandati rejectis, paritio injungatur, pignoratus in puncto citationis ante realem paritionem ulteriùs procedere non tenetur, *d.* §. 139, *circ. fin.*

In utroque puncto sc. mandati & citati nisi celeriter ac pari passu procedendum.

96. Itaque hic non immeritò quæritur, utrum Reo in primo termino in puncto Mandati de reali paritione non docente, sed excipiente, Actor in secundo termino non solum in puncto Mandati seu paritionis, sed etiam in puncto citationis seu Causalium præcisè sub pœna præclusionis replicare teneatur, an verò solis replicis in puncto Mandati exhibitis, replicas in puncto citationis post discussionem puncti mandati & plenariam paritionem differre possit; R. Posterius affirmandum existimo, quia pignoratus tanquam spoliatus ante omnia est restituendus, nec ante factam restitutionem Adversario in causa principali, ob quam pignoratio facta, respondere tenetur.

In puncto Citationis non opus est L. C.

97. Porrò licet alias in summariis causis opus sit L. C. quod etiam Camera observat, *Gail. d. O. 21. n.* 10. tamen in hoc puncto citationis illud non observatur, sed absque L. C. proceditur, quoniam causæ pignorationum celeritatem desiderant, ne ex diuturna mora partes utrinque exacerbatæ tandem ad arma veniant, *d. O. 21. n.* 7. Hinc est, quod etiam in puncto citationis nec commissio ad perpetuam rei memoriam decernatur, cum sit in pignorantis potestate positum absque L. C. judicium inchoare, testes & instrumenta producere, atque sic extraordinario remedio locus non relinquitur, *d. O. 21. n.* 8. Ordinarium enim remedium facit cessare extraordinarium, quando ambo pro eadem re contra eundem concurrunt. Quod tamen non procedit, si remedium extraordinarium sit pinguius & exuberantius quàm ordinarium, *Gail. d. O. 21. n. 9.* Ast quòd in præmemorato puncto etiam L. C. requiratur, apparet ex C. p. 3. tit. 7. lit. E. *verb. ante litis ingressum.* Deinde in eodem puncto plenissimè disputatur Interdictum uti possidetis, *Gail. 1. O. 3. num. 8. & de Pignor. Obs. 21. n.* 2. In illo autem L. C. opus est, §. 4. *in fin. Instit. de Interdict.* Verùm Resp. ibi Litis contestatio impropriè pro quasi Litis Contestatione, quæ per nudam contradictionem constituitur, *Umm. Processf. Judic. disput.* 12. *th.* 7. accipitur *Vid. Meichsn. tom. 1. lib. 1. decis.* 11. *n. 8. & 9.*

Ordinarium remedium facit cessare extraordinarium.

Pignorato ad causas pignorationum non respondente, illæ pro confessis acceptantur.

98. Causis pignorationum ita in primo termino exhibitis pignoratus, qui in puncto Mandati est Actor, inque hoc puncto citationis fit Reus, statim in eodem termino, si istas causas irrelevantes putat, per generalia contradicere potest, vel in secundo termino an eas causas ritè respondere tenetur, alias in contumaciam non-respondentis pro confessis acceptantur, uti alias communiter fieri solet.

Causis pignorationum negatis, probatio pignoranti incumbit.

99. Si Actor ad causas pignorationum respondet, illud fit vel replicando & tunc Reus pignorans in tertio termino duplicat ac concludit, nam triplicæ sine permissione Judicis non admittuntur, *R.* 2654. In den *Mandatis C. C.* 81. Vel negando causas pignorationum, per quam negationem L. C. introducitur, *vid. C. p. 3. t. 7. lit. E. vers.* So *ad punctum Citationis.* Ubi dicitur causam principalem seu ejus merita ante litis ingressum non esse disputandum. Ast huic obstant tradita præced. n. 97. Verùm Resp. ut ibidem. Hoc casu pignorans præfatas causas probare tenetur, & quoniam constitutio pignorationis ad Interdictum retinendæ possessionis pertinet, in quo possessorium plenè disputatur, ac definitur, ideò etiam necesse est in puncto Citationis probari Requisita hujus Interdicti, nim.

pos-

possessionem ex parte agentis & turbationem à parte Rei. Et si quidem uterque se possidere contendat, & utrinque actus possessorii deducantur, obtinere debet is, qui de antiquiori & continuata possessione accuratiùs probavit, Gail. *de pignorat. O 22. n. 2. & 3. Ubi n. 4. & seqq. tradit, quid in paritate probationum pronuntiandum.*

100. Probatâ possessione pignorantis ac jure pignorandi absolutoria sententia sequitur, atque pignoratus, cùm appareat illum injustam causam fovisse, & pignorationem per pignoratorem jure esse factam, in expensas condemnatur. Ad Mandatum verò Cæsareum pignora restituta vel captivi relaxati, redhibenda sunt, & captivi ad se rursus sistendum compellendi unà cum expensis & damnis perpessis, utrique parti tamen jure suo in causâ principali coram judice Ordinario instituenda salvo, *C. p. 3. tit. 23. §. 2.* Ast in constitutione pignorationis causa principalis in Camerâ deduci debet, *tit. proxime seq. num. 29. & 31.* Resp. causa principalis in Possessorio in Camera deducenda, in Petitorio autem ad Judicem ordinarium remittenda est, *dict. t. seq. n. 32:*

Probatis pignorationum causis, pignorator absolvitur, pignoratus in expensas condemnatur.

101. Quæritur autem si pignorator etiam in causa principali vincat, utrum ei pignora in totum cedant, an isthæc justo pretio oblato pignorato reddere teneatur? Resp. Prius affirmandum existimo.

102. Non probata possessione & jure pignorandi, forma pronuntiandi eadem observatur, quæ in Interdicto retinendæ possessionis, videl. pignoratori non licuisse taliter turbare ac pignoratore, atque ideo in posterum ab hujusmodi turbatione ac pignoratione abstinere eoque nomine pignorato idoneè cavere debere. Sententiæ quoque inserti solet, quod relaxati captivi se iterum sistere non teneantur, nec reddita pignora sint restituenda, Gail. *de Pignorat. O. 23. num. 1.* Expensarum autem condemnatio vel compensatio ex eo pendet, utrum pignorator aliquam pignorandi causam habuerit nec ne, Gail. *d. O. 23. num. ult.*

Causis pignorationum non probatis pignorator ad præstandam cautionem non amplius turbando condemnatur.

103. Ad hoc ut res judicata obstet, necesse est ut quis in eodem loco, ab eodem & ejusdem juris gratiâ iterum turbetur ac pignoretur, *Gail. de pignorat. O. ult. num. 1.* His tribus Requisitis concurrentibus Mandata inhibitoria S. C. contra turbantem decerni possunt. Sin verò hæc tria Requisita non concurrant, exceptio rei judicatæ non habet locum, ideoque novo Processu novâque actione opus erit, *Gail. d. O. 23. num. 2.* v.g. Si lis fuit instituta de Jure venandi & contra pignoratorem pronuntiatum, si idem pignorator post rem judicatam rursus in eodem loco aucupium exercet, atque victorem ratione aucupii captis pignoribus turbat, turbanti exceptio rei judicatæ non obstat, *d. O. ult. numer. 3.* Quia jus venationis & aucupii inter se specie differunt & separata sunt jura, *d. O. ult. n. 4.*

Quatenus exceptio rei judicatæ rursus pignoranti obstet.

104. Ultimò sæpè etiam accidit, ut primâ pignoratione nondum per sententiam finitâ, alia pignoratio ab uno eodemque, in eodem loco, ejusdem juris gratiâ, diversis tamen vicibus ac temporibus accumuletur, quo casu singulis pignorationibus

Quoties pignoratio repetitur, toties novi Processus decernuntur.

96. Itaque hic non immeritò quæritur, utrum Reo in primo termino in puncto Mandati de reali paritione non docente, sed excipiente, Actor in secundo termino non solum in puncto Mandati seu paritionis, sed etiam in puncto citationis seu Causalium præcisè sub pœna præclusionis replicare teneatur, an verò solis replicis in puncto Mandati exhibitis, replicas in puncto citationis post discussionem puncti mandati & plenariam paritionem differre possit; ℞. Posterius affirmandum existimo, quia pignoratus tanquam spoliatus ante omnia est restituendus, nec ante factam restitutionem Adversario in causa principali, ob quam pignoratio facta, respondere tenetur.

In puncto Citationis non opus est L. C.

97. Porrò licet alias in summariis causis opus sit L. C. quod etiam Camera observat, *Gail. d. O.* 21. *n.* 10. tamen in hoc puncto citationis illud non observatur, sed absque L. C. proceditur, quoniam causæ pignorationum celeritatem desiderant, ne ex diuturna mora partes utrinque exacerbatæ tandem ad arma veniant, *d. O.* 21. *n.* 7. Hinc est, quod etiam in puncto citationis nec commissio ad perpetuam rei memoriam decernatur, cum sit in pignorantis potestate positum absque L. C. judicium inchoare, testes & instrumenta producere, atque sic extraordinario remedio locus non relinquitur, *d. O.* 21. *n.* 8. Ordinarium enim remedium facit cessare extraordinarium, quando ambo pro eadem re contra eundem concurrunt. Quod tamen non procedit, si remedium extraordinarium sit pinguius & exuberantius quàm ordinarium, *Gail. d. O.* 21. *n.* 9. Ast quòd in præmemorato puncto etiam L. C. requiratur, apparet ex C. p. 3. tit. 7. lit. E. *verb. ante litis ingressum.* Deinde in eodem puncto plenissimè disputatur Interdictum uti possidetis, *Gail.* 1. *O.* 3. *num.* 8. *& de Pignor. Obs.* 21. *n.* 2. In illo autem L. C. opus est, §. 4. *in fin. Instit. de Interdict.* Verùm Resp. ibi Litis contestatio impropriè pro quasi Litis Contestatione, quæ per nudam contradictionem constituitur, *Umm. Process. Judic. disput.* 12. *th.* 7. accipitur *Vid. Meichsn. tom.* 1. *lib.* 1. *decis.* 11. *n.* 8. *&* 9.

Ordinarium remedium facit cessare extraordinarium.

Pignorato ad causas pignorationum non respondente, illæ pro confessis acceptantur.

98. Causis pignorationum ita in primo termino exhibitis pignoratus, qui in puncto Mandati est Actor, inque hoc puncto citationis fit Reus, statim in eodem termino, si istas causas irrelevantes putat, per generalia contradicere potest, vel in secundo termino an eas causas ritè respondere tenetur, alias in contumaciam non-respondentis pro confessis acceptantur, uti alias communiter fieri solet.

Causis pignorationum negatis, probatio pignoranti incumbit.

99. Si Actor ad causas pignorationum respondet, illud fit vel replicando & tunc Reus pignorans in tertio termino duplicat ac concludit, nam triplicæ sine permissione Judicis non admittuntur, *R.* 2654. In den *Mandatis C. C.* 81. Vel negando causas pignorationum, per quam negationem L. C. introducitur, *vid. C. p.* 3. *t.* 7. *lit. E. vers.* So *ad punctum Citationis.* Ubi dicitur causam principalem seu ejus merita ante litis ingressum non esse disputandum. Ast huic obstant tradita præced. n. 97. Verùm Resp. ut ibidem. Hoc casu pignorans præfatas causas probare tenetur, & quoniam constitutio pignorationis ad Interdictum retinendæ possessionis pertinet, in quo possessorium plenè disputatur, ac definitur, ideò etiam necesse est in puncto Citationis probari Requisita hujus Interdicti, nim.

pos-

possessionem ex parte agentis & turbationem à parte Rei. Et si quidem uterque se possidere contendat, & utrinque actus possessorii deducantur, obtinere debet is, qui de antiquiori & continuata possessione accuratiùs probavit, Gail. *de pignorat. O 22. n. 2. & 3. Ubi n. 4. & seqq. tradit, quid in paritate probationum pronuntiandum.*

Probatis pignorationum causis, pignorator absolvitur, pignorato in expensas condemnato.

100. Probatâ possessione pignorantis ac jure pignorandi absolutoria sententia sequitur, atque pignoratus, cùm appareat illum injustam causam fovisse, & pignorationem per pignoratorem jure esse factam, in expensas condemnatur. Ad Mandatum verò Cæsareum pignora restituta vel captivi relaxati, redhibenda sunt, & captivi ad se rursus sistendum compellendi unà cum expensis & damnis perpessis, utrique parti tamen jure suo in causâ principali coram judice Ordinario instituenda salvo, *C. p. 3. tit. 23. §. 2.* Ast in constitutione pignorationis causa principalis in Camerâ deduci debet, *tit. proxime seq. num. 29. & 31.* Resp. causa principalis in Possessorio in Camera deducenda, in Petitorio autem ad Judicem ordinarium remittenda est, *dict. t. seq. n. 32:*

101. Quæritur autem si pignorator etiam in causa principali vincat, utrum ei pignora in totum cedant, an isthæc justo pretio oblato pignorato reddere teneatur? Resp. Prius affirmandum existimo.

Causis pignorationum non probatis pignorator ad præstandam cautionem de non amplius turbando condemnatur.

102. Non probata possessione & jure pignorandi, forma pronuntiandi eadem observatur, quæ in Interdicto retinendæ possessionis, videl. pignoratori non licuisse taliter turbare ac pignoratore, atque ideo in posterum ab hujusmodi turbatione ac pignoratione abstinere eoque nomine pignorato idoneè cavere debere. Sententiæ quoque inserti solet, quod relaxati captivi se iterum sistere non teneantur, nec reddita pignora sint restituenda, Gail. *de Pignorat. O. 23. num. 1.* Expensarum autem condemnatio vel compensatio ex eo pendet, utrum pignorator aliquam pignorandi causam habuerit nec ne, Gail. *d. O. 23. num. ult.*

Quatenus exceptio rei judicatæ rursus pignoranti obstet.

103. Ad hoc ut res judicata obstet, necesse est ut quis in eodem loco, ab eodem & ejusdem juris gratiâ iterum turbetur ac pignoretur, *Gail. de pignorat. O. ult. num. 1.* His tribus Requisitis concurrentibus Mandata inhibitoria S. C. contra turbantem decerni possunt. Sin verò hæc tria Requisita non concurrant, exceptio rei judicatæ non habet locum, ideoque novo Processu novâque actione opus erit, *Gail. d. O. 23. num. 2.* v.g. Si lis fuit instituta de Jure venandi & contra pignoratorem pronuntiatum, si idem pignorator post rem judicatam rursus in eodem loco aucupium exercet, atque victorem ratione aucupii captis pignoribus turbat, turbanti exceptio rei judicatæ non obstat, *d. O. ult. numer. 3.* Quia jus venationis & aucupii inter se specie differunt & separata sunt jura, *d. O. ult. n. 4.*

Quoties pignoratio repetitur, toties novi Processus decernuntur.

104. Ultimò sæpè etiam accidit, ut primâ pignoratione nondum per sententiam finitâ, alia pignoratio ab uno eodemque, in eodem loco, ejusdem juris gratiâ, diversis tamen vicibus ac temporibus accumuletur, quo casu singulis pignorationibus

nibus singula Mandata debentur, *Consult.* 1576. *Dub.* 3. *Denaif. t.* 183. §. 10. Quoniam diversa facta & diversæ turbationes, diversa ac separata remedia quoque requirunt, *Gail. de Pignor. O.* 19. *n.* 1. Quot enim sunt facta, tot sunt actiones, ergò totidem requiruntur sententiæ, *Gail d. O.* 9. *n.* 2. Hinc etiam quoties attentatur seu pignoratio repetitur, toties novi processus decernuntur, *Gylm. voc. Attentata* §. *Attentata in causis*.

Tamen in puncto Mandati separatim proceditur.

105. Distinguendum tamen inter punctum Mandati & Citationis. Nam in puncto Mandati ad Paritionem separatim super singulis pignorationibus proceditur, hoc est, in secunda, tertia, quarta & ulteriori pignoratione in continenti paritio injungitur, & post moram commissam ad pœnam simplicium & arctiora Mandata proceditur, *Gail. d. O.* 19. *n.* 3. ubi obiter notari potest, quod pignoratio prima vocetur Causa Mandati primi: secunda, causa Mandati secundi: tertia, causa Mandati tertii, atque sic deinceps.

In posteriori Mandato pœna aggravanda, nec terminus ad excipiendum sed parendi ad pœnam præfigendus.

106. Quòd si ex Narratis Supplicationis pro ulteriori Mandato appareat, propter exceptiones jam rejectas iterum pignoratum esse, pœna simplicis Mandati aliquantulum major, intellige quam illa fuit, quæ Mandato prioris pignorationis inserta, constitui debet, *C. p.* 2. *t.* 23. §. 21. Et postea si forsan in termino reproductionis terminus ad excipiendum petitus, brevior terminus ad parendum & non ad excipiendum præfigendus. Atque si iterum ex iisdem & non ex aliis causis excipiatur, injunctaque paritio protrahatur, statim ad declarationem pœnæ & arctiores procedatur, *C. p.* 3. *t.* 42. §. 4.

Quod multò magis hodie obtinet.

107. Sed cum hodie generaliter in omnibus Mandatis S.C. quale etiam est Mandatum pignorationis, in termino reproductionis terminum ad excipiendum petere sit prohibitum, sed necessario de reali paritione doceri vel sub præjudicio præclusionis excipi debeat, *infrà t.* 34. *n.* 173. sequitur si in Reproductionis termino de reali paritione non doceatur, quòd judex nullâ præmissâ Paritoria statim ad declarationem pœnæ & arctiores possit procedere.

Punctus Citationis in repetita pignoratione ad punctum Citationis in prima pignoratione remittitur.

108. In puncto Citationis Attentata jure communi censentur, *Consult.* 1576. *Dub.* 3. *Denaif. t.* 43. *n.* 4. Ne autem Processus multiplicentur ob repetitam pignorationem, neve pars inutilibus sumptibus & judex multo labore defatigetur, punctus citationis in repetita pignoratione ad punctum Citationis in prima pignoratione remittitur, quia omnes pignorationes ejusdem juris pignorandi gratiâ factæ sunt, quod jus in prima pignoratione deducendum ac probandum, & vincens in prima causa, in omnibus reliquis vincit, *C. p.* 3. *t.* 42. §. 16. Gail. *d. O.* 19. *n.* 3. Si una pars hanc remissionem petat, altera verò contradicat, non debet per generalia contradicere, sed in specie exprimere, quod novi vel plus juris per hanc ulteriorem pignorationem acquiri voluerit, *d. t.* 42 §. *pen.*

Attentata ad continuandam possessionem spectantia pro Attentatis non habentur.

109. Ad causam vero principalem & continuandam possessionem spectantia pro Attentatis non habentur, *prealleg. Dub.* 3. *& Denaif. tit.* 43. *n.* 5. Ratio, quia in Interdicto retinendæ possessionis, ad quod hæc constitutio spectat *prac. nu.* 13. quando quilibet suam possessionem continuare prætendit, Attentata dici nequeunt, cùm ea nihil aliud sint, quàm ipsamet causa principalis, de qua controvertitur, Gylm.

Gylm. voc. Interdicta. §. *In interdicto.* Atque hinc est quod in puncto Citationis ante decisionem causæ principalis Attentata revocari non possint, nec debeant, nec præjudicetur possessioni alterius, *Gylm. voc. Attentata.* §. *Attentata in causis*

110. Hactenus dicta de pignoratione etiam obtinent in repignoratione, quoniam hæc æquè ac illa prohibita est, *Gail. de pignor. O.12. n.2. & 3.* Repignoratio autem duplici modo fit, (1.) Si quis in venatione alteri retia atque canes pignoret, venatorem capiat: Et postea alter è diverso idem faciat. Atque hæc est vera repignoratio, quæ fit in una eademque re, uno eodemque jure, ubi uterque se in sua possessione tueri satagit. (2.) Si quis alterum prædicto modo quidem pignoret, sed alter pignoratori equum, vaccam, suem, &c. surripiat, vel rusticum capiat. Hoc quia non in actu venationis seu fundo, in quo uterque jus venandi se habere, vel in ejusdem juris possessione esse prætendit, sed alio tempore & loco, & quidem eo duntaxat fine fit, ut pignorantem ad restitutionem pignorum adigat, pro vera repignoratione non reputatur, sed erit vel vis publica, vel spolium. Ideò Processus super constitutione pignorationis hoc casu non decernuntur, nisi consideratis circumstantiis & facto super dicta Constitutione qualificato, id fieri debeat, ne alter alterius possessionem intervertat & partes ad arma veniant, *Gylm. voc. Repignoratio.* §. Gegen pfändung. *cum 2. seqq. pag. 265.*

Repignoratio æquè ac pignoratio prohibita.

111. Postremò & hoc observari potest, quod pignoratio in R. 1442. art. Umb fünd. idt Schuld. 2. *& seq.* certo modo propter notoria debita, debitore post admonitionem ultra duos menses in mora existente, olim permissa, hodie non amplius sit in usu.

Repignoratio in R. 1442 olim permissa, hodie non est in usu.

112. Formulas supplicandi super Constitutione pignorationis tibi suppeditavi in Supplicat. Cameral. tit. 6. Atque copiam Mandati de restituendo & non amplius offendendo S.C. cum annexa citatione solita & citatione ad producendum causas pignorationis habes ibidem, *n. 6.*

TIT. XXXIII.

DE ARRESTIS.

1. QUinta causa Jurisdictionem Cameræ fundans est Arrestum. De cujus vocis notatione vid. Gail. *de Arrest. c. 1. n. 1. & 3. seqq. Mevius de Arrest. c. 1. n. 8. & 2. seqq.* Arrestum verò hic est actus, quo Immediatus Imperii alterum Immediatum ejusve bona & subditos aut horum bona detinet, nec ad oblatam cautionem de judicio sisti & judicatum solvi relaxat.

Quinta causa Jurisd. Cam. fundans est Arrestum.

2. Cùm autem Arresta uti Repressaliæ generaliter in jure prohibita, præsertim si ad oblatam cautionem de judicio sisti & judicatum solvi relaxari nolint, quod adeò molestum quàm ipsæ pignorationes, idcirco Anno 1570. peculiaris constitutio super ejusmodi Arrestis in Imperio est promulgata, *C. p. 2. t. 24. princ.* Quò publica tranquillitas in Imperio, mutuaque animorum conjunctio ac concordia inter membra Imperii eò meliùs servaretur, *Gail. d. c. 1. n. 13.*

Origo constitutionis super Arrestis

 3. Hæc

Hæc constitutio restricta ad immediata Imperii membra. Eadem intelligi debet de Arrestis judicialibus.

3. Hæc autem constitutio restricta est ad illa membra, quoniam ea propter potentiam, si illicitis Arrestis offendantur, facile pacem publicam turbare ac per consequens publicis scandalis occasionem dare possunt, *Gail. de Arrest. cap. 3. princ.*

4. Deinde quòd præced. n. 2. dixi, Arresta de jure esse prohibita, illud non de Arrestis conventionalibus seu voluntariis, quæ ex conventione partium conceduntur, hæc enim de jure prohibita non sunt, quia ejusmodi conventiones in pactum possunt venire, pacta autem Prætor servari jubet, sed de judicialibus seu necessariis, quæ judicis Decreto sine causæ cognitione decernuntur, intelligendum est, *Gail. d. c. 1. n. 7.*

Et quæ sunt facti.

5. Sunt enim Arresta in duplici differentia, nam quædam sunt juris, quæ cum causæ cognitione fiunt, & licitè interponuntur, atque ista ad hanc constitutionem non pertinent: quædam vero sunt facti, de quibus propriè hæc constitutio disponit, *d. t. 24. §. 1. Gail. de Arrest. c. 11. n. 3.* Atque hujusmodi Arresta regulariter prohibita sunt, (1.) quia commodo possessionis, quod in perceptione fructuum consistit, nemo indictâ causâ privandus, etiamsi injusta sit possessio, *Gail. d. c. 1. n. 8.* Dummodò non sit violenta, clandestina aut præcaria, nam in ea nemo tuendus, *d. c. 1. n. 21.* (2.) Quòd arrestum sit species executionis, à qua Judicium non inchoandum, *d. c. 1. n. 10.*

Judices Arresta præcipitare non debent.

6. Proinde judices sua Arresta præcipitare ac præponere ad nudam petitionem cujuslibet illa sine discrimine decernere haud debent, sed priùs causam saltem summariè examinare, an persona arrestanda sit solvendo, an certum domicilium habeat in loco arresti vel propinquo atque sic facile conveniendo, an de Debito ex Cirographo debitoris publico vel Instrumento aut testibus fide dignis appareat, an persona sit vagabunda, an extranea, an suspecta de fuga, an per calumniam & de industria ignominiosè arrestum petatur, *Gail. d. c. 1. n. 11.* Nam licet arresta parvi sint præjudicii, eò quòd cautione de judicio sisti & judicatum solvi facilè relaxari queant, tamen cum discrimine alterius existimationis temerè vagari & honorem ejus præcipitanter prostituere non oportet, *ibid. n. 12.*

Hæc Constitutio cessat, [1.] in Arrestis de jure permissis.

7. Cùm igitur hæc constitutio, *quemadmodum praced. n. 5. perdocui*, duntaxat ad illicita arresta facti, quæ fiunt propriâ authoritate sine causæ cognitione, & vera inque jure prohibita arresta sunt, pertineat, patet hanc constitutionem cessare (1.) In arrestis licitis ac de jure permissis, qualia sunt, quæ ratione contractûs conventionis, pacti, transactionis, debiti confessati, rei judicatæ, consuetudinis, privilegii, legitimè acquisiti consuetique vectigalis fiunt, *d. t. 24. §. 1.*

Si sententia nulla Arresta ob rem judicatam facta pro illicitis an habenda.

8. Ast quæritur, si alicujus bona ob rem judicatam arrestata sint, & ille alleget sententiam esse nullam, ideò vim rei judicatæ nanscisci nequivisse, anne hæc constitutio locum habeat, & Mandatum de relaxando arresto in Camera impetrari possit? Hanc quæstionem negat Gail. *de Arrest. c. 11. n. 11. usque ad 20.* Eam tamen affirmandam arbitrer, si sententia esset contra jura lata, & sic manifestissimè nulla, idque incontinenti probari posset.

9. (2.)

9. (2.) In simplicibus turbationibus, pignorationibus, compensationibus, occupationibus, invasionibus, simplicibusque causis, super quibus peculiares Imperii Constitutiones jurisve communis dispositiones factæ sunt, quæ cum præmemoratis Arrestis non confundendæ, *prælleg.* §. 1. *in fin.*

(2.) alia peculiares constituti inveniantur.

10. (3.) In Arrestis, quæ sunt contra emigrantes subditos intuitu defalcationis bonorum, (wegen der Nachsteuer/) *d. t.* 24. §. 2. Cùm enim hæc bona jure tacitæ hypothecæ sint obligata, *prælleg.* §. 2. Ejusmodi Arrestum de jure est permissum. Quoniam ex hypotheca Jus arrestandi competit, *Mav. de Arrest. cap.* 6. *n. ult.*

(3.) In Arrestis contra emigrantes subditos impositis.

11. (4.) In Arrestis, quæ à Judice vel Magistratu ratione officii ad partis adversæ implorationem fiunt, *d. t.* 24. §. 3. Quod tamen intelligendum, (1.) Nisi Arrestatus gaudeat privilegio de non arrestando, nam in causa Ducis Salmensis contra das hohe weltliche Gericht zu Cölln/uti Magistratum arrestantem & Hilstens Wittibe tanquam arrestari curantem, 16. Augusti 1659. Mandatum de relaxando Arresto cum citatione ad vidend. se incidiss. in pœnam privilegior. decretum est. *Supplic. Camer. tit.* 7. *n.* 8. (2.) De casu, ubi Arrestatus jurisdictioni Judicis magistratusve arrestantis aliqua ratione vel contractus, vel domicilii vel rei arrestatæ, vel alterius causæ subest. Nam si quis per alienum territorium nudè transiens ad partis adversæ instantiam à Magistratu loci arrestetur, positis cæteris Requisitis, *de quibus infrà n.* 17. *usque* 28. hæc constitutio locum habet, *d. t.* 24. §. 5. *Consult.* 1595. *dub.* 31. Inter quæ Requisita verò istud inprimis desideratur, ut ille Magistratus Cameræ immediatè subjectus sit, *infra num.* 17.

(4.) In Arrestis à magistratu ratione officii ad alterius instantiam factis.

12. Quoad transeuntem tamen exceptio est, (1.) In civitate Coloniensi, ubi Statutum est, ut Extraneus ibi repertus, cum quo civis litem habet, possit eum arrestari & realiter incarcerari curare, donec cautionem fidejussoriam præstet per cives Colonienses & nullos alios; *Gylm. voc. Arrestum.* §. *Ex Statuto.* (2.) In Civitate Francofurtensi, quæ ex Privilegio transeuntem & adveniam, sive ibi contraxerit sive non, in Nundinis & extra illas arrestare potest, *vid. Gylm. tom.* 1. *part.* 2. *pag.* 147. *& seqq.* Neque hoc casu contra dictam Civitatem utpote privilegiatam Processus super Arrestis unquam decernuntur, sed tamen contra eum, qui arrestari curavit, ut is faciat relaxari Arrestum, aliquando Processus decretos esse testatur, *Gylm. dict. voc. Arrestum.* §. *pen.* Verùm ibi arrestari curans sine dubio fuit immediatè Imperio subjectus. Nam contra subditum mediatè Imperio subjectum hæc constitutio locum non habet, *infra num.* 17. Nisi causa, ob quam Arrestum impositum est, in Camera pendeat. Hinc 9. Octobr. 1661. in causa Halters contra Goslar Mandatum de relaxando Arresto decretum, *Supplic. Camer. tit.* 7. *num.* 14.

Limitatio prima.

Secunda.

13. (5.) Si Magistratus ex officio quietis causa facinorosos comprehendat, aut Subditos contumaces carceri includat. Hisce enim duobus casibus Mandata de relaxando super hac constitutione non sunt decernenda, *d. t.* 24. §. 4. Quia quod facinorosos attinet, magistratui loci, ubi delictum perpetratum est, illorum coercitio

(5.) In Arrestis facinorosorum & subditorum contumacium.

citio competit, *Umm. disp. 4. n. 9.* Contra subditos verò contumaces in præstandis operis aliave obedientia per incarcerationes & arresta bonorum moribus Germaniæ procedi potest, *Vid. Gail. de Arrest. c. 10. per tot.* Si tamen Magistratus vel Dominus suum Subditum non ob aliquod facinus aut contumaciam, sed ex causa civili injustè carceri includat, ejusve bona arrestet, tunc Subdito contra suum Dominum Mandata de relaxando decernuntur, uti factum 10. Jul. 1663. in causa Kubi contra Leiningen / *Supplic. Camer. tit. 7. num. 16.* Atque ob Narrata Supplicationis non sufficienter probatæ Literæ pro informatione decretæ sunt 18. Maji, 1661. in causa Frentz lin contra Nassau Siegen / *dict. tit. 7. num. 11.* Item 21. Febr, 1661. in causa Müller contra Leiningen / *dict. tit. 7. num. 11. Add. infra tit. 34. num. 41. usque 49.*

(6.) Si immediatus alterius immediati bona in suo territorio sita arrestet.

14. (6.) Si immediatus Imperii arrestet bona ejus, qui ratione personæ quidem immediatus est, sed tanquam Subditus bona in alterius territorio possidet, idque vel ex pacto, generali Statuto provinciæ, aut jure successionis universalis sive particularis, *Gail. de Arrest. cap. 6. n. 10. & seqq.* Sin verò immediatus bona à Cæsare & Imperio immediatè dependentia in alterius immediati territorio, non verò tanquam Subditus sed jure proprio & Imperii possideat, hanc constitutionem locum habere existimat Gail. *d. c. 6. n. 1.* Ast illud ab Assessoribus in dubium vocatum, *uti videre licet ex Consult. 1595. dub. 32.* Nec à Statibus Imperii in Conventu 1600. Francofurti habito decidi potuit, quare ejus decisio ad proxima Comitia remissa, *Deput. 1600.* §. Es haben uns. 140. Quæ tamen ad hunc diem usque nondum secuta est.

(7.) Si subditus remoto Domino agere velit.

15. (7.) Si subditus remoto Domino super hac constitutione in Camera agere velit, quia hoc casu ob defectum qualitatis personæ Jurisdictio Cameræ non est fundata, *Gail. de Arrest. cap. 8. n. 2.* Dominus autem pro suo subdito ratione proprii Interesse relaxationem Arresti petere potest, prævia oblata cautione de judicio sisti & judicatum solvi, *d. cap. 8. n. 4.* Atque hanc cautionem non Subditus, sed ipse Dominus suo, non verò subditi nomine offerre & præstare, uti & relaxationem suo nomine petere tenetur, *Gail. d. cap. 8. n. 5.* Ita factum 28. Julii 1662. in causa Dünckelspiel contra Onoltzbach / *Supplic. Camer. tit. 7. n. 9.* Item 16. Nov. 1661. in causa Teutschmeisters contra Oettingen / *d. tit. 7. n. 18.*

Quatenus Domini ut Subditi nomine agere possit.

16. Prædicta verò intelligi debent, (1.) Si subditus contemplatione Domini sit arrestatus, quia tunc ipse Dominus arrestatus videtur. (2.) Si Domini principaliter intersit, subditum relaxari. Secus autem est, si Domini non principaliter, sed vel planè vel duntaxat secundariò intersit, quia Dominus ratione talis secundarii Interesse de rebus subditorum suorum agere seu conveniri non potest, *Gail. d. cap. 8. n. 4.* Et quanquam hoc procedat, si Dominus Mandatum à Subditis non habeat. sin verò eo instructus sit, principaliter ad commodum & utilitatem illorum queat agere, *Gail. 1. O. 125. n. 1.* tamen isto casu Dominum super hac constitutione pro subdito in Camera agere haud posse opinor, sed illud fieri debere coram competenti Judice, sive ipse subditus sive Dominus subditi nomine agere velit.

17. Re-

17. Requisita hujus Constitutionis sunt tria. 1. Ut utraque pars tam arrestata quàm arrestans immediatè Imperio subjecta sit, *d. t. 24. princ. Gail. de Arrest. cap. 4. n. 1. usque 9.* Quod tamen in parte arrestata limitatur (1.) Si illa per alienum territorium transiens à Magistratu loci arresttetur, *suprà num. 11.* (2.) In Subdito, cui contra suum Dominum aliquando Mandata super hac constitutione conceduntur, *praced. num. 13.* (3.) In Imperii Mediato, si ob causam in Camera pendentem Arrestum impositum sit, hinc 13. Januar. 1664. in causa Rosensteglischer Wittiben contra Vorburg Mandatum de relax. Arresto decretum, *Supplicat. Camer. tit. 7. num. 1.* Item 21. Januar. 1660. in causa Amsel Judens zum Schuhe in Franckfurth contra Magistratum ibidem, *dict. tit. 7. num. 5.* Deinde & per partem arrestantem intelligitur non solum arrestari curans, sed etiam Magistratus Arrestum imponens. Atque sufficit, modò Magistratus sit Immediatus Imperii, *vid. alleg. num. 5. & suprà n. 11.* Pro Immediatis Imperii habentur etiam possessores feudorum Imperii, die Inhaber der Reichs-Lehen/ *Gail. de Arrest. cap. 6. n. 9.* Atque quia in reliquis hoc Requisitum per omnia cum primo Requisito pignorationis coincidat, ideò quæ ibi dicta, huc applicanda sunt, *Add. Tit. proximè praced. n. 4. usque 13.* *Hujus Constitutionis Requisitum primum.*

18. II. Ut Arrestatori idonea cautio de Judicio sisti & judicatum solvi offeratur, *praelleg. princ. vers.* Und solch. *Arrest.* Quæ cautio ideò præstari debet, ut arrestans de suo jure securus via ordinaria agere possit & Arrestatus in causa principali conventus tergiversari nequeat, *Gail. d. cap. 4. n. 9.* Si dubitetur, utrum pro gravitate causæ oblata cautio sit idonea, tam Decretis quàm Mandatis specialis clausula: Doch auff vorgehende genugsame würckliche Caution: inseri debet, *d. t. 24. §. pen. in fin.* Sic factum 30. Jul. 1660. in causa der Baley Coblentz contra Pfaltz-Neuburg/ *Supplic. Camer. tit. 7. num. 2.* Item 16. Aug. 1659. in causa Salm contra Hiltens Wittibe & Consortem, *dict. tit. 7. num. 8.* Nec non 28. Junii, 1662. in causa Dünckelspiel contra Onoltzbach/ *dict. tit. 7. n. 9.* *Requisitum secundum.*

19. Idonea autem Cautio est, quæ fit pignoribus vel fidejussoribus *Gail. de Arrest. cap. 3. num. 4.* Proinde juratoria Cautio in hac Constitutione sufficiens non est. Nam ad hanc Cautionem nunquam pervenitur, si alio remedio cautionem petenti consuli possit, *Gail. d. cap. 3. n. 10.* Curare tamen debet judex, ne cautiones in duriorem causam, quam actus necessitas postulat, exigantur. Ideò si in Camera super idonea cautione difficultas incidat, judex summariè cognoscet, an frivolè & arresti relaxationem protelandi causâ illud fiat, *Gail. d. cap. 3. num. 11.* *Qualis cautio de judici sisti & judicatum solvi hic requiratur.*

20. An autem cautio sub hypotheca omnium bonorum sit idonea & sufficiens, ejus decisio arbitrio judicis relicta est, *C. p. 3. t. 42. §. 8.* In causa Amsels Juden zum Schuhe in Franckfurth contra Magistratum ibidem 21. Januar. 1660. oblata generalis cautio omnium bonorum rejecta & sufficiens specialis cautio injuncta est, *Supplic. Cam. tit. 7. num. 5.* Atque cum Impetrans posteà peteret, ut decreto Mandato insereretur clausula: Ohne Entgelt. 27. ejusdem mensis illud Petitum denegatum ac priori Decreto inhæsum est, *dict. tit. 7. n. 6.* Econtrà in causa *An cautio sub hypotheca omnium bonorum sufficiat.*

Kronweiſſenburg contra Straßburg/ 18. Jun. 1661. atque in cauſa Dünckelſpiel contra Onoltzbach 28. Julii 1662. oblata cautio ſub hypotheca omnium bonorum admiſſa eſt, *d. t. 7. n. 3. & 9.* Idem factum 16. Nov. 1661. in cauſa Teutſchmeiſters contra Oetting n/ *dict. t. 7. n.* 18. Nec non 10. Jul. 1663. in cauſa Kubi contra Leiningen/ *dict. tit. 7. num.* 16.

Cautio quando offerri & præſtari debeat.

21. Et licet nullum documentum oblatæ cautionis exhibeatur, ſufficit tamen ad extrahendos Proceſſus in Supplicatione pro Mandato narrare cautionem antehac eſſe oblatam, & de præſenti adhuc offerri, *prælleg. §. pen. in princ.* Imò quamvis hæc cautio nondum ſit oblata. ſufficit ſi Arreſtatus dicat ſe paratum eſſe ad illam incontinenti præſtandam, *Gail. d. c. 4. n.* 11. Poſt obtentum verò Mandatum cautio præſtari debet, cæteroquin arreſtatus paritionem Mandati urgere nequit, *d. cap. 4. n.* 12. & *2. ſeqq.*

Intereſſe rei arreſtati currit à tempore oblatæ cautionis.

22. Cum verò in poteſtate Arreſtati ſit, cautionem maturè offerre, propterea expenſæ & Intereſſe duntaxat à tempore oblatæ cautionis refundenda ſunt. & quidem ſolummodò illa, quæ ex re ipſa proveniunt, *d. t. 24. §. fin.* Ubi in genere notandum, quòd edocta *t. proxime præced. n. 80. usq; 91.* de re pignorata cum omni cauſa & utilitate reſtituenda, perſonaque capta ſine diſpendio relaxanda, in conſtitutione circa relaxationem Arreſti quoque obſervari debeant, *Gail. de Arreſt. c. 13. per tot.*

Etiamſi eam arreſtator non acceptet.

23. Quòd dixi Expenſas & Intereſſe à tempore oblatæ cautionis refundi debere, id etiam procedit, quamvis arreſtator oblatam cautionem non acceptet, quoniã mora arreſtatoris arreſtato nocere haud debet, & alias in omnibus caſibus pro jam facto accipitur id, in quo per alium mora eſt, quò minus iſtud fiat, *Gail. d. c. 4. n.* 10.

Requiſitum tertium.

24. III. Ut Arreſtum ſit impoſitum ob cauſam civilem non verò criminalem. *d. t. 24. §. 4. Gail. d. c. 4. n.* 16. Hinc cum ob cauſam civilem Notarius Johannes Klein incarceraretur, ei contra Naſſau-Sarbrücken 9. Auguſt. 1661. Mandatum de relaxando captivo S. C. decretum eſt, *Supplic. Cam. t. 8. n. 49. & 50.* Econtrà 12. Febr. 1663. in cauſa Arnſpergers contra Lewenſtein Mandatum de relaxando Arreſto ob cauſam criminalem impoſito denegatum fuit, *Supplic. Cam. t. 7. n.* 15. Idcò etiam cauſa Arreſti, modò Arreſtato ab Arreſtante ſit patefacta, in Supplicatione exprimi debet, *Schvv. O.* 155. *n.* 2. Nec ſolum in genere ſed etiam in ſpecie, quoniam multæ dantur cauſæ. ob quas arreſtare licet, *Gylm. voc. Arreſtum. §. In arreſtis. Add. tit. proxime præced n. 42. & ſeqq.*

Nihil intereſt, utrum Res ſit tertia an litigioſa.

25. Ad impetrandos verò Proceſſus nihil intereſt, utrum perſona ſeu res arreſtata ſit tertia & innocens, uti in pignoratione requiritur, *vid. tit. proxime præced. n.* 20. An nocens & controverſa, *d. t. 24. § 6.* Bona autem arreſtata in ſupplicatione nominatim ſunt exprimenda, nec ſufficit ſi generaliter narretur. Seynd mir alle meine Güter/ Gülten/ Zinſe/ *etc.* arreſtirt, *Gylm. prælleg. loc.* Si res arreſtata ex mora deterior fiat, vel ſervando nequeat ſervari, officio judicis venditio eſt permiſſa ac pretium apud magiſtratum loci ſequeſtratur, *Gail. d. c. 4. n. ult.*

Item in tam mobilibus quam immobilibus.

26. Inſuper obtinet hæc conſtitutio non ſolum in re mobili ſed etiã in immobili, ſi ejus uſus impediatur, nam hæc impeditio æquè Arreſtum eſt, ac ſi res mobilis ablata vel prohibita ſit, *Gylm. voc. Arreſtum. §. Arreſt. in rebus & §. Arreſtum etiam,* Hinc cum aliquando templum præcluderetur (da die Kirche verſperret ward/)

Man-

Mandatum super hâc constitutione decretum 16. Matt. 1591. *Gylm. tom. 1. part. 1. p. 378.* Nam quamvis Religio non possit dici possideri, tamen secus est, quoad usum seu exercitium illius, *Gylm. voc. Mandata super constitutione religionis §. ult.* Quo circa si iste usus impediatur, ejus relaxatio non immeritò concedenda.

27. Porrò nihil refert, in quo loco Arrestum factum, etiamsi si factum extra imperium. Hinc cum Rex Daniæ naves Hamburgenses in Norvvegia arrestaret, in Camera contra illum (*intellige tanquam Ducem Holsatiæ & Principem Imperii*,) Mandatum de relaxando arresto decretum, *testante Gylm. voc Mandata pro relaxando arresto. §. Mandatum de relaxando.*

Item Arrestatio in imperio an extra illud acta.

28. Positis itaque suprà enarratis Requisitis nascitur actio super Constitutione de Arrestis, atque Mandatum de relaxando Arresto cum annexa citatione ad docendum de paritione, vel videndum se incidisse in pœnam mandato illi insertam peti potest ac decerni debet, *d. t. 24. princ. in fin.* Et quidem S.C. quoniam Arresta ejus modi in sanctionibus Imperii atque jure communi sunt prohibita, *praced. n. 2.* Est igitur in hac Constitutione duntaxat unicum Remedium, scil. Mandatum de relax. arrest. præscriptum.

Positis Requisitis hujus constitutionis actio super ea nascitur.

29. Processum quod attinet, sciendum quamvis pignoratio & Arrestum in quamplurimis conveniant, *uti constat ex Requisitis hòc & proximè præcedenti titulo traditis*, quòd tamen in nonnullis præsertim quoad processum inter se differant. Nam Processus in pignoratione est bipartitus, sc. Mandati & Citationis, *tit. proxime praced n 68.* Mandati quidem, ut pignorans confestim pignora ablata restituat ac captivos relaxet: Citationis verò, ut idem pignorans prius facta restitutione ac relaxatione jus pignorandi atque sic causam principalem in Interdicto uti possidetis in Camera deducat, *dict. t. n. 58. & 99.*

Processus pignorationis & Arresti differunt.

30. Arresti autem Processus est unicus scil. mandati de relax. arresto, qua relaxatione subsecutâ, causa principalis super justitia aut injustitia Arresti ad competentem judicem remittitur, *Gail. de Arrest. c. 2. n. 4. & c. 11. n. 30. cum seq.* Coram quo Judice arrestans est actor, quia arrestũ justificare debet, cum præsumptionem juris, de quo alias Arresta prohibita, contra se habeat, quæ probationem contrarii in ipsum rejicit, *Gail. d. c. 2. n. 5*, Ast quæritur, quisnã in hòc casu sit Judex competens? R. Est Judex Arrestati, quia arrestatus est Reus, cujus forum actor sequi tenetur. Sin verò Arrestum non relaxatur, sed cassatur mandatum, quia arrestatus tunc in causa principali manet Actor, arrestatoris Judex erit judex competens, *infra n. 37.*

Processus Arresti est unicus.

31. Quare autem non in utraque constitutione causa principalis vel in Camera retineatur vel ad Ordinarium judicium remittatur, rationem hanc dat Gailius, quòd causa mandati de relax. Arrest. nihil cum causa principali commune habeat, ideò subsecuta relaxatione causa principalis, ut puta plane separatum quid, ad ordinarium judicem sit remittenda. Causa verò mandati in pignoratione à principali non sit separata sed ei connexa. Licet enim pignora sint restituta aut captivi relaxati, tamen ista restitutio aut relaxatio non pura est, sed in suspenso manet, donec punctus citationis, hoc est, causa principalis, utrum justè an injustè pignoratum sit, plenè discutiatur. Si pignoratio jure facta, pignora pignoratori sunt restituenda, & captivi relaxati eidem redhibendi. Atque hinc propter continentiam

Ratio quare non in utraque Constitutione pignorationis & arresti causa principalis ad judicem ordinarium remittatur.

tiam causæ Cameram in utroque puncto Mandati scil. & Citationis judicem competentem esse debere sancitum putat Gail. *d. c. 2. n. 6. & seqq.*

In pignoratione causa principalis in possessorio in Camera coram discutitur, sed in petitorio ad ordinarium judicem remittitur.

32. Verum enim verò quòd etiam in Constitutione pignorationis causa principalis coram Judice ordinario disceptari debeat expressè sancitum reperitur, *C.p. 2. tit. 23. §. 2. in fin.* Ad quam contradictionem resolvendam distinguendum est, nam causa principalis ventilatur vel in possessorio vel in petitorio, Priori casu causa principalis in Camera ex Interdicto uti possidetis deduci debet, Gail. *d. cap. 2. n. 4.* Atque sic intelligi debent *tradita in praced. num. 29. & 31.* Nec non Deput. 1600. §. Gleichwol ist auch. 51. De posteriori autem casu loquitur *praelleg. §. 2.*

In Arresti punctum utrum justum an injustum sit, in Camera discutiendus, causa principali ad ordinarium judicem remissa.

33. Deinde notandum, quando Gailius *praced. n. 30. allegatus* docet, causam principalem super Justitia aut injustitia Arresti remitti ad Judicem competentem ibique ab Arrestatore justificari debere, illud intelligendum esse de illa causa, ob quam Arrestum impositum est, nam hæc ad judicem competentem remittitur ibique discutitur. Ille verò punctus, utrum Arrestum justum, an injustum (*seu quod in idem recidit, utrum licitum an illicitum*) fuerit in Camera est terminandus, ubi Actor requisita Constitutionis de Arrestis justificare, vel Reus contrarium probare tenetur. Priori casu Arrestum relaxatur, atque causa principalis ad judicem Ordinarium Arrestati remittitur. Posteriori autem casu Mandatum cassatur, Arrestatusque qui hoc casu manet Actor, coram Arrestatoris judice causam principalem persequi tenetur, *infrà n. 37.*

Differentia ratione Cautionis de judicio sisti & judicatum solvi inter pignorationem & Arresta.

34. Insuper Gailius pignorationem & Arrestum etiam in eo differre opinatur, quòd in pignoratione statim absque ulla cautione de judicio sisti & judicatum solvi, Mandato de restituendis pignoribus, aut relaxandis captivis: In Arresto autem non aliter nisi satis dato parendum sit, differentiæ rationem hanc suppeditans, quod pignorationes simpliciter, & absolutè ipso jure prohibitæ, sed Arresta non semper, quia in multis casibus, *quos vide in praced. n. 7. usque 16. & remissivè apud Gail. de Arrest. c. 11. n. 20.*) permissa ac licita sint, Gail. *d. c. 2. n. ult.*

Qua tamen rejicitur.

35. Verum hæc differentia ab omni parte beata non est, nam primo in Causis pignorationum semper captivus urphedam & cautionem de se iterum sistendo præstare tenetur, *vid. tit. proximè praced. num. 60.* Deinceps & pignora præsertim hodiè absque prævia cautione de restituendo, si illa modo petatur, pignorans restituere non tenetur, *d. t. praced. n. 77.* Nec tertiò Gailio concedendum Arresta, de quibus constitutio agit, in multis casibus esse permissa, quoniam ea constitutio tantùm pertinet ad illicita Arresta facti, quæ nullo jure permissa, sed ut Repressaliæ & pignorationes generaliter prohibita sunt, *C. p. 2. t. 24. pr. & §. 1.* Quod etiã ipse Gailius *d. c. n. 2.* confirmat, dum ait: *Sicut pignorationes ipso jure sunt prohibita, ita quoque Arresta facti ipso jure reprobantur.* Denique nec adducta differentiæ ratio vera est, nam pignorationes non simpliciter & absolutè ipso jure sunt prohibitæ, sed æquè uti Arresta in multis casibus permissæ ac licitæ. *Vid. t. proximè praced. n. 100.* Ex quibus apparet, differentiam à Gailio traditam subsistere non posse, & ipsum in suprà suppeditata ratione confudisse Arresta licita & illicita.

36. Sed

36. Sed ut revertar, unde digressus eram, Processus in Arrestis talis est: Reproducto Mandato de relaxando Arresto Reus aut non comparet, & proceditur in contumaciam, *prout in pignorationibus traditum tit. proxime praeced. num. 69.* aut comparet, de paritione verò non docet, sed suas exceptiones proponit, quarum nonnullas, antequam ulterius progrediar, hîc melioris doctrinæ gratiâ subjungam.

Processus in Arrestis.

37. Ejusmodi autem exceptiones sunt, (1.) Si Arrestans excipiat, Arrestatum in loco Arresti non esse Statum Imperii, sed subditum Arrestantis. Quâ Exceptione probata Mandatum cassatur, & causa principalis ad judicem competentem remittitur, *Gail. de Arrest. cap. 7. n. 1.* Qui hoc casu erit Judex Arrestatoris, quoniam Arrestatus in causa principali manet Actor, ideò Arrestatoris tanquam Rei forum sequi tenetur. Ubi tamen notandum, quòd aut ipse Arrestator Arrestum imposuit, aut à quodam Magistratu illud imponi curavit. Priori casu Arrestator vel ex capite domicilii seu subjectionis coram suo ordinario Judice, vel vigore Austregarum coram Austregis; Posteriori autem casu ex capite quasi contractus scil. Arresti impositi coram Magistratu, qui istud imposuit, conveniendus est.

Exceptiones hic opponi solitae sunt, (1.) Excipiatur Arrestatum esse Subditum Arrestantis.

38. Sed quæritur, uter in hoc casu exceptionem subjectionis probare teneatur? Resp. Distinguendum est, utrum Dominus sit in quasi possessione servitutis ac subjectionis, an verò Subditus in quasi possessione libertatis. Priori casu Domino, posteriori Subdito probatio incumbit, *Gail. d. c. 7. n. 2. & 3. seqq. ubi n. 6. & seqq. perdocet, quibus modis possessio subjectionis probari possit.*

Cui probatio hujus exceptionis incumbat.

39. (2.) Si Arrestatus idoneam cautionem præstare recusat, nam ante illius præstationem Arrestans Mandato parere non tenetur, *Gail. de Arrest. c. 4. n. 12. & 2. seqq.*

(2.) Exceptio non praestitae cautionis.

40. (3.) Si Arrestans rem Arrestatam esse propriam affirmet, & ita causam non ad hanc Constitutionem, sed potius ad Interdictum retinendæ vel recuperandæ possessionis, & per consequens ad judicem ordinarium pertinere, *Gail. de Arrest. c. 5. n. 3.*

(3.) Exceptio rem arrestatam esse arrestatoris propriam.

41. (4.) Si excipiatur rem esse litigiosam & in judicium alibi jam antea deductam, atque sic iniquum fore, Reum diversis judiciis defatigari, *Gail. de Arrest. c. ult. nu. 10.* Huc etiam pertinet exceptio rem arrestatam esse tributariam seu censuariam, & solutione ejus, quod debetur, non viâ Mandati Arresta tolli oportere, *praecit. c. ult. n. 11.* Denique eodem spectat Exceptio defectûs supra memoratorum Requisitorum, omniumque casuum, in quibus hanc constitutionem cessare edocui, *praeced. n. 7. usque 17. Add. Gail. dict. c. ult. n. 10. 11. & 12.*

(4.) Exceptio rei arrestatae in aliud Judicium jam deductae. & similes.

42. Præterea cum extra controversiam sit, pacto convento vel consuetudine loci possessionem rei hypothecatæ ob moram debitoris in creditorem transferri, *Gail. de Arrest. cap. 12. n. 10.* Dubium occurrit, si Creditor istam rem arrestet, utrum exceptio, possessionem rei arrestatæ apud se fuisse, modò illa in continenti probetur, paritionem remorari possit, & Mandatum tanquam iniquè impetratum cassandum veniat? Negat id Gail *d. cap. 12. n. 11.* Ubi tamen in fin. ait: *Forte tamen in Camera aliter receptum est, cum ejusmodi pacta valeant, & ideo servanda sint,*

Exceptio possessionis rei arrestatae fuisse penes arrestantem, an admittenda.

ſint, textus eſt in l.1. de pact.cum ſimilib. Obiter notari poteſt, quanquam per Arreſta ex conſuetudine vel Statuto loci poſſeſſio transferatur, *d. cap.* 12. *n.*12. tamen Arreſtis ex hac conſtitutione poſſeſſionem non amitti, *ſic ſtatuente Gail. d.c.* 12. *n.*7.8. & 9.

Exceptionum probatio Arreſtatori incumbit qua ſubſecuta mandatorum caſſatur ſin ſecus pariturn, urgitur.

43. Oppoſitarum verò Exceptionum probatio Arreſtatori incumbit, quâ ſubſecutâ Mandatum ceſſatur, & partes ad Judicem competentem, qui hoc caſu Judex Arreſtatoris eſt, *ſupra num.*37. remittuntur. Sin Arreſtans in probatione deficiat, ad parendum Mandato & relaxationem per ſententiam aſtringitur. Non autem ſufficit relaxatio ſolius Arreſti, ſed etiam refundi debent expenſæ, damna & intereſſe, reſque arreſtata cum omni cauſa & utilitate abſque ullo diſpendio, *uti tit. proxime praced. n.*80. *usque* 91. *de rebus pignoratis traditum eſt*, relaxanda venit, alias Arreſtans Mandato plenè paruiſſe non videtur, *vid. d. tit. praced. num.* 89.

Paritione jam facta, cauſa vinci alis ad Judicem ordinarium remittitur.

44. Plenaria paritione ſubſecutâ, cauſa principalis, ob quam Arreſtum impoſitum ad ordinarium judicem remittenda eſt, *C. p.* 2. *t.* 24. *princ. in fin.* Iſte Judex verò eſt ordinarius Arreſtati, utpote Rei, cujus forum arreſtans tanquam Actor ſequi tenetur, *praced. num.* 30. Coram quo Judice tunc ſuper juſtitia vel injuſtitia Arreſti diſceptatur, *id eſt, cognoſcitur utrum cauſa, ob quam Arreſtum factum, juſta an injuſta ſit*, atque Arreſtans tanquam Actor ſuum arreſtum, quod ratione defectûs Requiſitorum in Camera juſtificare non potuit, ratione cauſæ principalis, ob quam illud impoſitum, in judicio ordinario juſtificare cogitur, cùm præſumptionem juris contra ſe habeat, quæ contrarii probationem in ipſum rejicit. Arreſta enim de jure prohibita ſunt, quia nemo in ſua poſſeſſione de facto turbari debet, *Gail. de Arreſt. cap.* 2. *num.* 5. Quod verò ſupra traditum, cauſam principalem ad Judicem remitti debere, illud non procedit, quando cauſa, ob quam Arreſtum impoſitum, in Camera pendet, *vid. praced. num.*17. *verſic.* (3.) *In Imperii.* Nam tunc hæc cauſa ex capite continentiæ in Camera juſtificari debet.

Ad juſtificationem Arreſti quæ requirantur.

45. Ad juſtificandum arreſtum vero, ſeu ut illud valear, duo requiruntur (1.) Quòd impoſitum ſit ob juſtam cauſam. (2.) Quòd de ea cauſa cognitum, hoc eſt, in judicio tractatum & probatum ſit, quia talis cauſa non præſumitur, niſi probetur, cum ſit contra jus, adeo ut nec judici de juſtitia Arreſti arreſtanti credatur, niſi quatenus illa juſtitia ex Actis probetur, *Gail. de Arreſt. c.*11. *n.*30.

In injuſto arreſto etiam injuriarum agere poteſt.

46. Si Arreſtator juſtitiam Arreſti probat, Arreſtatus condemnatur ad ſatisfaciendum Arreſtatori: ſin verò appareat Arreſtum ob cauſam injuſtam eſſe impoſitum, Arreſtatus non ſolum ſuper reſtitutione damnorum, intereſſe, ſumptuum & expenſarum, ſed etiam ſuper injuriis agere poteſt, & quidem non in Camera ſed coram judice ordinario, *Gail. de Arreſt. c. ult. n.*1. & 3. *ſeqq.* Atq; hæc Actio injuriarum ex cauſæ continentia inſtitui poteſt coram eodem Judice, coram quo cauſa principalis ventilata eſt, *Add. infra tit.* 40. *num.* 15. Vel etiam quia Arreſtatus in hoc puncto eſt Actor, Arreſtatorem coram illius Judice poteſt convenire. Quot verò & quibus modis Reus ſortiatur Forum ſeu competen-

petentem Judicem habeat, tradit Umm. *Processʃ. Judic. disput.* 4. *per tot.*

47. Solent etiam Mandata arrestatoria à Camera, si illa est Judex ordinarius, impetrari, non tale Mandatum S. C. 23. Mart. 1661. in causa R. m tsch contra Straßburg & consorti Atque 14. Nov. 1662. in causa Hunoldstein contra Bischoffen zu Speyr decretum est, *Supplic. Camer. tit.* 7. *num.* 20. & 23. Simile Mandatum, attamen C. C. 29. Julii, 1661. Camera decrevit in causa Lutzow contra Pfaltzzimmern / *dict. tit.* 7. *num.* 21. & *seq.* Mandatum de obsignando & arrestando S. C. quoque decretum 20. Octobr. 1662. in causa Samuel Judens zu Speyr contra den Herrn Bischoffen daselbst, *Supplic. Cam. tit.* 8. *num.* 101. Verum ejusmodi Mandata non super hac constitutione extrahuntur, sed ex Jure communi impetrantur. Atque de talibus Arrestis videatur Mævius *in suo Tractata de Arrestis.*

Mandata arrestatoria quando Camera decernat.

48. Formulas Supplicandi super hac constitutione de Arrestis Imperii Romani invenies in Supplicat. Cameral. tit. 7.

Formulæ Supplicandi super Arrestis.

TIT. XXXIV.

DE MANDATIS.

1. SExta causa jurisdictionem Cameræ fundans est omne Factum, in quo judex à Mandato inchoare potest, & aliàs causa ad Cameram pertinèt.

Sexta causa Jurisd. Cam. fundans. Mandata sunt vel Jurisdictionalia.

2. Cùm verò Vox *Mandatum* valdè si ambigua, ejus enodationem paucis hic præmittendam esse necessarium autumo. Et quidem de jure civili Mandata sunt duplicia, Jurisdictionalia & conventionalia. Illa sunt, quæ vi & authoritate Magistratus judiciali decernuntur ac emanant, *De quibus agitur in Cod. Tit. De Mandat. Princip. & Nov.* 17.

3. Conventionalia dicuntur Contractus bonæ fidei consensu initi, quibus alter alteri gerendum efficiendumve negotium committit, alter verò illud negotium suscipit, *Mind. de Mandat. cap.* 1. *n.* 1. *Add. I. D. & Cod. Tit. Mandati.* Subdividunturque in judicialia, uti sunt Mandata Procuratorum, *de quibus latius infra tit.* 67. *num.* 3. & *multis seqq.* Et extrajudicialia, quæ versantur circa negotia peragenda extra judicium.

Vel Conventionalia.

4. Jurisdictionalia Mandata iterum sunt vel Monitoria, *de quibus agitur infra n.* 241. & *seqq.* vel Mandata in specie dicta. Hæc verò Mandata sunt præcepta judicis, quibus nulla citatione prævia Reum inauditum aliquid facere vel omittere jubet. Atque ea successere in locum Interdictorum, prout id demonstrat Mindan. *de Interdict. cap.* 14. *per tot.*

Jurisdictionalia subdistinguuntur in Monitoria, & Mandata stricte dicta.

5. Mandata porrò (1.) Sunt vel Inhibitoria, quibus judex coercet, inhibet, vetat, prohibet & ne quid fiat, injungit: Vel Compulsorialia, quibus instat, jubet, imponit, urget ac compellit: Vel denique Executorialia, quibus exequitur, *Mindan. de Mandat. cap.* 5. *n.* 1.

Quæ (1.) vel inhibitoria, vel compulsorialia, vel Executorialia.

6. (1.)

(2.) Vel simplicia, vel ulteriora vel Arctiora.

6. (2.) Mandata sunt vel simplicia, vel ulteriora, vel arctiora. Simplicia dicuntur, quæ prima vice & quidem ferè semper sub pœna 10. Marc. aur. pur. exeunt. Ulteriora vocantur, quæ obedientia simplicibus non præstita sub aggravata & quidem ut plurimum pœna 15. Marc. aur. pur. emanant. Denique Arctiora (*quæ non rarò etiam* Arctiores, *item* ulteriores Processus *nominari solent*,) sunt quæ simplicibus & ulterioribus (*Intellige, si quoque hæc posteriora jam antehac emanarunt, nam aliquando omissis ulterioribus immediatè arctiora decernuntur*) contemptis sub pœna Banni regulariter decernuntur. Dixi *regulariter*, quoniam pœna Banni aliquando in pœnam pecuniariam commutatur. *Add. praced. t. 29. n. 110.*

Arctiora antequam decernuntur, declaratio pœnæ simplicium & ulteriorum præcedere debet.

7. Hic verò observandum, quòd antequam Arctiora decernantur, semper declaratio pœnæ simplicium præcedere & tunc eadem sententia Arctiora decerni debeant. Sin verò post simplicia prius ulteriora emanant, tunc nulla fit declaratio pœnæ simplicium, quod etiam obtinet, si adhuc-ulteriora decernantur, sed si pars contumax his omnibus non pareat, tum demum una in pœnam simplicium, ulteriorum, & adhuc-ulteriorum declaratur, eademque sententia decernuntur Arctiora, quibus condemnatus jubetur, ut non solum Imperata in Mandatis simplicibus & ulterioribus perficiat, sed quoque pœnam iisdem Mandatis insertam exsolvat; sin fiat secus, ut compareat ad videndum se declarari in pœnam Banni, vel allegandum causas, quare talis declaratio fieri non debeat. Observari potest & hoc, quod omnia Mandata arctiora nunquam C. sed semper S. C. exeant. Porrò quod dixi declarationem pœnæ simplicium semper præcedere Arctiora, illud non obtinet, si in causis Appellationum simplicibus Compulsorialibus vel Inhibitioni non pareatur, diversitatis ratio est, quia his, uti reliquis Mandatis, Citatio ad vidend. non annectitur, sed demum cum Arctioribus decernitur, *infra tit. 52. n. 14. & 15. Item tit. 54. num. 4.*

Nullum Mandatum absque inserta pœna decernitur.

8. Deinde nullum Mandatum absque inserta pœna emanat, alias enim Mandata facilè eluderentur, nec quando dicitur: *Mandatum pœnale*: putandum quasi essent quædam Mandata sine pœna. Non enim semper valet argumentum à contrario sensu desumptum, Gylm *voc. Mandata Jurisdictionalia. §. Nullum Mandatum.* Ejusmodi pœnale Mandatum etiam est, cui nihil aliud insertum quàm: Bey Unsern und d. h. R. Reichs höchsten Ungnaden. Siquidem talis indignatio est maxima pœna, Gylm. *d. loc. Add. praced. t. 29. n. 104.*

(3.) Mandata sunt vel C. vel S. C. vel mixta. Sed mixta ne, icimentur.

9. (3.) Mandata sunt vel cum clausula justificatoria, vel sine ea, vel denique mixta, quæ partim cum, partim sine ista clausula, emanant, *Mind. d. cap. 5. n. 2.*

10. Verùm quod mixta Mandata attinet, cum Mindano non facio. nam si v. g. super fracta pace in uno processu impetro Mandatum de non amplius turbando S. C. & simul Mandatum de restituendo C. C. tunc ista duo Mandata non sunt unum Mandatum mixtum, prout opinatur Mindanus, sed sunt duo diversa Mandata in uno processu emanata. Quandoquidem hæc cumulatio diversorum Mandatorum non mutat ipsorum essentiam, atque illud etiam ex eo apparet, quòd licet Mandatum S. C. & Mandatum C. C. in uno Processu emanarint, tamen in ejus prosecutione unumquodque Mandatum suum peculiarem decursum habet. Formulam

mulam Mandati S. & Mandati C. C. in uno Processu vide in Supplic. Cam. *tit. 8. num. 47. item num. 66.*

11. Est verò Mandatum cum Clausula, *subintellige justificatoriâ*, quod licet aliquid fieri sub pœna præcipiat, parti tamen contra quam emanat, potestatem relinquit, si se per istud Mandatum gravatum senserit, rationes & causas, cur ei parere necesse non habeat, in præfixo ad id termino judicialiter proponendi, *Mind. de Mandat. cap. 6. n. 1.*

Quæ mandata dicantur Mandata C. C.

12. Illa clausula autem dicitur Justificatoria, quia Mandatum reddit æquum & justum, dum pars per id ferè non magis gravetur, quàm per nudam citationem, quod aliàs sine istâ Clausulâ plerumque injustum ac nullum esset, *Mind. d. c. 6. n. 5. & 6.* Quia Mandatum S. C. regulariter ipso jure non valet, *C. p. 2. t. 25. pr. Add. infra n. 22.*

Quare illa clausula dicatur justificatoria.

13. Omnia reliqua Mandata, quibus præmemorata Clausula non annectitur, nominantur Mandata S. C. Quò autem Mandati C. & S. C. differentia eò magis elucescat, utriusque & quidem Mandatorum de solvendo hodie omnium frequentissimorum formulas hìc subjungam.

Mandata S. C. nominantur quæ clausulam justificatoriam annexam non habent.

14. Hierumb so gebieten wir euch sammt und sonders/(*intellige, si plures Debitores in solidum obligati sint,*) von Röm. Käyserl. Macht bey Peen zehu Marck lötig's Golds/ halb in unser Käyserl Cammer / und zum andern halben Theil Klägern unnachlässig zu bezahlen / hiemit ernstlich und wollen/ daß Ihr dem nächsten nach Uberantwort- oder Verkündigung dieses Brieffs ohne ferneren Verzug und Einrede obangezogene verfallene noch unbezahlte / wie auch künfftige / alle und jedes Jahrs fallende Zinsen / sammt gebührenden Interesse, und deßwegen verursachten Kosten und Schaden entrichtet / vergnüget und bezahlet/ hierinn nicht säumig oder ungehorsam seyd/ als lieb euch seyn mag obangedrohete Peen zu vermeiden; Daran geschiehet Unser ernstliche Meynung.

Formula Mandati S. C.

15. Atque hæc est formula Mandati S. C. cui hodie annecti debet sequens Citatio: Wir heischen und laden Euch dabeneben von berührter Unser Käyserl. Macht / auch Gerichts- und Rechtswegen hiemit auff den 30. Tag dem nächsten nach beschehener Insinuation dieses / deren Wir Euch 10. für den ersten / 10. für den andern / 10. für den dritten/ letzten und endlichen Rechts - Tag setzen und benennen peremptoriè, oder ob derselbe kein Gerichts - Tag seyn würde den nächsten Gerichts - Tag darnach selbsten / oder durch einen gevollmächtigten Anwalt an mehrbesagtem Unserm Käyserl. Cammer-Gericht zu erscheinen/ glaubliche Anzeig und Beweiß zu thun / daß diesem Unsern Gebott alles seines Inhalts gehorsamlich gelebt sey / oder wo nicht / alsdann zu sehen und hören Euch umb eures Ungehorsams willen in vorgemeldte Peen gefallen seyn, mit Urtheil und Rechtsprechen erkennen und erklären / oder aber beständige erhebliche Ursachen/ ob ihr einige hättet / warumb solche Erklärung nicht geschehen soll/ fürzubringen und endlichen Endschieds darüber zu gewarten. Wann ihr kommet und erscheinet alsdan also oder nicht / so wird doch nichts

Formula Citationis solita annecti Mandatis S. C.

desto weniger auff deß gehorsamen Theils oder seines Anwalts Anruffen und Erfordern hierinnen in Rechten mit gemeldter Erkäntnuß/ Erklärung und andern gehandlet und procedirt werden/ wie sich das seiner Ordnung nach gebühret. Darnach wisset Euch zu richten. Geben Speyer/ etc.

Formula Mandati C. C.

16. Hæc autem Citatio, quæ communiter nominari consuevit: *Annexa Citatio solita*: quoniam regulariter Mandatis S. C. annecti solet & debet, *vigore C. p. 2. t. 25. §. pen. Add. infra num. 24. & seq.* in Mandatis C. C. omittitur, quare si supra *num.* 15. positæ formulæ Mandati de solvendo S. C. post verba: Daran geschiehet Unsere ernstliche Meynung. Vel etiam hisce verbis omissis post verba: Obangetrohete Peen zu vermeiden: adjungas verba num. proximè seq. adducta, habes formulam Mandati de solvendo C. C. Illa enim verba continent præfatam clausulam justificatoriam.

Formula Clausulæ justificatoriæ.

17. Im fall Ihr aber durch diß Unser Käyserl. Gebott beschwert zu seyn / und warumb demselben anbefohlener massen nicht zu gehorsamen wäre/ erhebliche beständige Ursachen und Einrede zu haben vermeynen soltet / alsdann heischen und laden wir Euch von berührter Käyserl. Macht/ auch Gerichts- und Rechtswegen hiemit auff den 60. Tag dem nächsten nach beschehener Insinuation dieses/ deren wir Euch 20. für den ersten/ 20. für den andern/ 20. für den dritten/ letzten und endlichen Rechts-Tag setzen und benennen peremptoriè, oder ob derselbe kein Gerichts-Tag seyn würde/ den nächsten Gerichts-Tag darnach selbsten oder durch einen vollmächtigen Anwalt an demselben Unserm Käyserlichen Cammer-Gericht erscheinet/ solche eure Ursachen und Einrede in Rechten gebührlich fürzubringen/ allenthalben Unsers Käyserl. Cammer-Gerichts Erkäntniß und förderlichen Endschieds darüber zu gewarten. Wann Ihr kommet/ etc. *uti in præced. n. 15. circa fin.*

Mandata S. C. etiam videntur annexam habere clausulam

18. Ast dicat aliquis: In præced. n. 15. tradita Formula citationis Mandatis S. C. annecti solitæ etiam continet clausulam, videl. hanc: Oder aber beständige erhebliche Ursachen/ ob Ihr einige hättet / warumb solche Erklärung nicht geschehen soll/ fürzubringen. Atque sic illa Mandata non possunt vocari Mandata S. C. Et hinc etiam Gail. 1. *O.* 113. *n.* 1. dicit, ejusmodi Mandata in effectu habere annexam clausulam justificatoriam. Atque idem 1. *O.* 14. *n.* 3. ait, hujusmodi Mandata S. C. in effectu quoad pœnæ commissionem parum aut nihil à Mandatis C. C. differre.

Inter Clausulã Justificatoriam & illam, quæ Mandatis S. C. adjicitur, magna est differentia

19. Verùm enim verò quod has clausulas attinet, inter eas magna est differentia. Nam in Mandatis justificatitiis apposita clausula est de causis contra ipsum Mandatum allegandis, quare nim. huic parere quis non teneatur, qui se eò gravatum senserit: ita ut isthæc clausula quantum ad se vim simplicis Citationis præ se ferat, in quam Mandatum quoque ob id comparendo dicitur resolvi. Clausula verò in Mandatis puris, aliàs S. C. nominatis, annecti solita non contra ipsum Mandatum, (nam hoc foret contra naturam Mandatorum S. C. quippe quæ super jure communi, *vide infra n* 23. ita fundantur, ut judex rectà executionem præcipiendo, partis adversæ allegationes ad justificandum ejusmodi Mandatum

non

non desideret, satis videl. jam ante in jure fundatus,) sed contra declarationem pœnæ in casu non præstitæ paritionis, excipiendi & causas, quare declaratio fieri non debeat, allegandi potestatem complectitur, idque propter præsentem, quam isthæc mandata intentant executionem: quæ executio etsi justis exceptionibus vel elidi vel retardari potest, tamen eæ exceptiones propter fundatam Narratorum Mandati super manifesto jure rationem non præsumuntur, donec opponantur, neque creduntur, donec probentur. *Mind. de Mandat. cap.* 10. *num.* 5.

20. Cùm enim omnia Mandata tam C. quàm S. C. hanc tacitam habeant conditionem: *Si preces veritate nitantur, Gail.* 1. *O.* 14. *n.* 1. Mandatorum istorum verò fundamentum sint ipsorum Narrata, super quibus ea Mandata decernuntur ac stabiliuntur. Si igitur Narrata falsa sunt, Mandatum super illis sub- & obreptitiè impetratum alicujus momenti esse non poterit. Nec ejusmodi Mandatum subreptitium ullam tribuit jurisdictionem, *Gail. d. O.* 14. *n.* 3. Imò prædicta conditio suspendit pœnam, donec de veritate vel falsitate Narratorum doceatur, *ibid. n.* 2. Quare si judex exceptionibus falsitatis Narratorum non admissis super isto subreptitio Mandato ad executionem & declarationem pœnæ procederet, Processus ob deficientem jurisdictionem ipso jure esset nullus. Hinc Clausula reservans Reo potestatem exceptiones sub- & obreptionis (*de quibus infra* 191.) opponendi allegandique causas, quare declaratio pœnæ fieri haud debeat, necessariò Mandatis S. C. seu Citationi eis annexæ adjungi debet. *Ratio, quare Mandatis S. C. supra memorata clausula adjici debeat.*

21. Mandatum subreptitium verò dicitur, si ipsa Narrata sint falsa, vel ea qualitas, cujus intuitu Mandatum à Judice decretum, vera non sit, vel si taceatur id, quo expresso Princeps non fuisset concessurus illud, aut saltem non ita facilè, *Gail. d. O.* 14. *n.* 4. *Mandati Subreptitii definitio.*

22. Porrò quanquam Mandata sine ullâ Clausulâ de allegando gravamine, si quis id sentiat, regulariter ipso jure non valeant, cùm hæc executionem importent, à quâ non est incipiendum, *Gail.* 1. *O.* 13. *n.* 1. *Mind. de Mandat. cap.* 11. *n.* 1. Unde si is, cui absque ejusmodi Clausula mandatum est, non pareat Mandato in ejus pœnam incidisse non dicitur, *Gail. praalleg. n.* 1. Quoniam, ut dixi, ejusmodi Mandata ipso jure nulla sunt, ideo illa impunè contemnere potest, *Gail. d. O.* 13. *n.* 2. Hoc tamen in quibusdam casibus (*quos vide remissivè apud Gail. d. n.* 2. & *infra n.* 70. *usque* 170.) non procedit, in quibus Præceptum ab exequendo incipiens valet propter singularem manifesti juris, quo nititur, rationem, *Mind. de Mandat. cap.* 10. *n.* 1. Nam quando Præceptum judicis concordat cum jure communi & in eo planè fundatum est, tum valet absque ulla causæ cognitione, id est, parte non citatâ neque auditâ, *per l. ult.* §. 4. *C. De tempor. appell. Mind. d. cap.* 10. *n.* 2. Ubi Dictum Castrensis refert, nim. quod in quibus judex potestatem comminandi & præcipiendi habet à lege, ibi valeat nudum Præceptum judicis. *Mandata S. C. regulariter ipso jure non valent. Hoc fallit in quibusdam Casibus.*

23. Ex his itaque patet ratio, quare contra Mandata S.C. causas, cur quis eis parere non teneatur, allegare haud liceat, videl. quòd ista Mandata super jure communi ita fundentur, ut judex jam ante in jure satis fundatus recta executionem *Ratio, quare contra ipsa*

 præ-

Mandata S. C. nullas causas non praestandae paritionis allegare prohibentium. Ratio quare eisdem Mandatis Citatio ad vid. annecti debet.

præcipiendo ad justificandum suum mandatum non desideret partis adversæ allegationes, *Mind. d. cap.* 10. *n.* 5.

24. Hisce autem mandatis S. C. Citatio ad docendum de paritione vel videndum se declarari in pœnam iis mandatis insertam seu allegandum causas, quare ejusmodi declaratio fieri non debeat, ideo annectenda est, quoniam illa mandata non continent condemnationem, si iis statim non pareatur, sed duntaxat comminationem condemnationis, quamobrem opus est citatione ad videndum fieri condemnationem, vel allegandum causas, cur hoc fieri non debeat, *per doctrinam Gail.* 1. *O.* 15, *n.* 1. & 2.

Vis tamen ad vid. Mandatis S. C. annectendæ, in Supplicatione pro eisdem peti debet.

25. Olim quidem illa Citatio mandatis S. C. annecti non solebat, sed si non parebatur mandato intra terminum in eo præfixum, postea demum separatim citatio illa extrahebatur, *Gail. d. n.* 1. Ne autem Partes duplicibus sumptibus ac Processibus prægravarentur, & ejusmodi mandata quodammodo redderentur elusoria, Anno 1570. sancitum, ut in Supplicationibus pro mandatis S. C. semper simul peteretur, ut iis mandatis annecteretur citatio ad docendum de paritione vel vid. &c. alioquin supplicanti suum Petitum tanquam informe denegaretur, *C. p.* 2. *t.* 25. §. *pen.*

Si Mandatis S. C. quibus non annectitur citatio ad vid. non pareatur, non opus est proclamate, antequam illa citatio decernatur.

26. Hic obiter notari manifestus error Gailii, dum præcit. n. 1. docet, quòd si mandato S. C. cui olim citatio ad vid. &c. non annectebatur, uti dictum, non paritum esset, Proclama inprimis quoque faciendum fuisse, antequam illa citatio peti potuerit, cùm Proclama nunquam peti decernique possit, nisi citatio aliqua præcesserit, atque sit legitimè insinuata, *quemadmodum infra tit.* 66. *num.* 30. & *seqq. docebitur.* Ob quam rationem neque impræsentiarum, si mandatis S. C. quibus nec hodie citatio ad vid. annecti solet, ut mox dicam, non pareatur, proclama decernitur, sed reproducto mandato, indicatur inobedientia ac petitur citatio ad vid. se declar.

Nec hodie Citatio ad vid. annectitur (1) Mandatis inhibitoriis, prohibitivis & Negativis.

27. Quod præced n. 25. dixi, hodie mandatis S. C. citationem ad docend. vel vid. annecti debere, illud limitatur, (1.) In mandatis inhibitoriis, prohibitivis, & negativis, uti sunt mandata de non attentando, de non offendendo, de non impediendo, de non vastando, de non turbando, &c. *Mind. d. cap.* 10. *n.* 7. *Gylm. voc. Mandata Jurisdictionalia.* §. *Mandata prohibitiva.* Ratio, quia in illis omittendum aliquid præcipitur, illud verò in pura negatione consistat, quæ per rerum naturam probari nequit, *l.* 23. *C. de Probat.* Ideo nec citatio ad probandam paritionem annecti potest, sed quamprimùm Reus Mandato contravenerit, tunc demum dicitur, non paruisse Mandato, ac proinde Actor, de hac contraventione docens impetrat citationem ad vid. se declar.

(2.) Mandatis affirmative conceptis sed habentibus prohibitionem implicitam.

28. (2.) In Mandatis affirmativè conceptis sed habentibus prohibitionem implicitam. Nam in his etiam expectandum, donec contraventum fuerit, tunc petitur sæpè dicta citatio. Talia Mandata sunt pro præstando libero commeatu, de præstando libero aditu vel accessu ad quempiam, utpote captivum vel alium, de arrestando, quando judex mandat arrestum alicujus rei, ne sc. debitor creditori solvat, &c. *Gylm. voc. Mandata S. C.* §. *Mandata affirmativè,* & 2. *seqq. p.* 192.

29. Idem.

29. Idem Gylm. tamen præcit. pag. 192. in fin. sequentia addit: *Sed quicquid sit, ego rem istam altiorem indaginem requirere arbitror, neque puto citationem illam ad docendum de paritione, aut videndum se incidisse, & mandatis prohibitivis & negativis annexam sine fructu esse. Primùm enim ad hoc prodesse potest illa citatio, ut comparere teneatur Reus & sese declarare, num parere velit necne, allegando causas justas. Secundò quoniam in Negativis nullâ aliâ ratione executio fieri potest, quàm ut Reus præstet cautionem de non amplius molestando, quod videtur rationem habere, ne sc. impetrans quasi in perpetuum sit in illa hæsitatione, ignorans an Reus ipsum turbaturus sit necne. Et in hanc sententiam itum est, non tamen decisivè, sed consilii loco, ut per hoc obvietur litibus.* Hactenus ille. Quòd verò in istam sententiam non decisivè itum est, illud ideo factum, quoniam omnia Consulta Cameræ duntaxat per modum conclusionis concipi debent, *C. p. 1. t. 16. n. 5.*

Consilii Gylmanni, quod Mandatis inhibitoriis & negativis citatio sit annectenda.

30. Hûc quoque faciunt tradita à Roding. *lib. 3. tit. 6. in fin.* dum ait: *Cujus* (sc. quod Mandata S. C. prohibitoria citationem annexam non habeant,) *exempla de stylo hodierno rara sunt, nam in genere sive inhibitoria, sive prohibitoria sint Mandata, citatur Reus* seinen theils geleisteten / theils willfährigen Gehor am glaublich darzuthun / oder wo nicht und da dem Käyserl. Gebott zuwider gehandlet werden solte / alsdann zu sehen und hören *se declarari, ut in aliis, &c.* Et quod olim etiam ejusmodi citatio Mandatis inhibitoriis annecti consuevit, apparet ex causa Johannis Quaden von Aprad & Consort. contra Chur-Cölln & Consort. Mandat. Cassatorii & inhibitorii S. C. In qua causa 7. Mart. 1618. Rei citati sunt: ihren theils geleisten / theils willfährigen Gehorsam glaublich anzuzeigen und zu beweisen / oder wo deme über besser Zuversicht also nicht nachgelebet oder zuwider gehandelt wäre / alsdann zu sehen und zu hören umb ihres Ungehorsams willen in vorgemeldte pœn gefallen seyn / &c. Atque ejusmodi Citatio olim sine dubio secundum tradita ex Gylmanno *num. proximè praeced. allegat.* talibus Mandatis annexa fuit, & hodie annecti solet.

Illud hodie plerumque fieri testatur Roding.

31. (3.) In compulsorialibus ad edenda Acta priora & Rationes decidendi, quemadmodum *infrà tit. 52. uberiùs dicetur.* His Compulsorialibus enim, ut & Inhibitionibus in causis Appellationum nec hodie unquam citatio ad docend. vel vid. annectitur, *stylo notissimo Add. infrà tit. 52. num. 14. & tit. 54. n. 4.*

(3.) Compulsorialibus;

32. Atque hæc de Mandatorum definitionibus, divisionibus, illisque annectendis citationibus dicta sufficiant. Jàm perspiciendùm, quomodo eorundem intuitu jurisdictio Cameræ fundetur. Ubi in genere observandum, Mandata C. C. nunquam in Camera decerni, Cameræ Jurisdictio non fundata, sed si Austregis locus sit: Quando autem Mandata S. C. decernere licet, Austregas cessare.

Si Austregis locus est, Mandata C. C. in Camera non decernuntur: quod secus in Mandatis S. C.

33. Ratio differentiæ est, quòd Mandata S. C. paratam habeant executionem, eamque de fronte intentent, Austregæ verò executionem non habeant, *suprà tit. 27. n. 18.* Ast Mandata C. C. de longè tantùm executionem comminentur, cùm priùs Reum ad respondendum & allegandum causas pro instituendâ cognitione invitent, quæ cognitio Austregis non adimenda, ne aliàs instantiæ confundantur, *Mind. de Mandat. cap. 8. n. 2. & cap. 10. n. 5.* Quidam hanc reddunt rationem,

Ratio differentiæ.

ideo in Camera, quando nim. ejus jurisdictio fundata non est, non decerni Mandata C. C. quòd ejusmodi Mandata propter clausulam justificatoriam in se citationem habeant, *Gylm. voc. Mandata C. C.* §. *Et multi.*

Ut Mandata C. C. in Camera decernantur, necesse est, ut & causa & pars rea eò pertineat.

34. Ex his itaque apparet, Mandata C. C. non aliter decerni nisi & causa & pars (*Rea*) ad Cameram pertineat, quod utrumque Ordinatio Cameralis copulativè requirit, *Cod. p. 2. t. 25. princ. verb.* In Sachen und zwischen Partheyen an das Kammergericht gehörig. Quamvis putem, aliquando ad ejusmodi mandata obtinenda sufficere, si duntaxat causa ad Cameram pertineat, licèt pars rea immediatè jurisdictioni Cameræ non sit subjecta. Exemplum sit causa fractæ pacis, *vid. suprà tit. 29. num. 199. & 200.* Alia exempla possunt occurrere in causis fiscalibus & violatione privilegiorum Cæsareorum. Imò alia nonnulla à me relata sunt, *infrà num. 39. & seqq.*

Gailii Regula reprobatur.

35. Hinc regulam Gailii non ab omni parte beatam puto, quando 1. O. 19. pr. ait: *Mandata C. C. in Camera nunquam decerni possunt, nisi jurisdictio Cameræ quoad Reum immediatè fundata sit. Illud pro certa regula accuratè observandum. Fallit si non principaliter, sed accessoriè unà cum aliis Processibus, qui jurisdictionem Cameræ fundarent, ut in causis fractæ pacis, pignorationum ac similibus petuntur, quò casu ejusmodi Mandata tanquam accessoria sequuntur naturam sui principalis, per vulgaria.* Hucusque ille. Sed præced. n. 34. jam ostensum, Mandata C. C. sola ac principaliter peti decernique posse, & quidem contra Imperii Mediatum, quocircà hic potiùs causa, quàm qualitas partis reæ spectanda venit.

Mandata S. C. quando in Camera decerni debeant.

36. Mandata verò S. C. in Cameta decernuntur, (*præsupposito, quòd adsit tale Factum, super quo S. C. mandari potest,*) si vel Reus immediatè Imperio subjectus sit, vel (*sive Reus mediatè sive immediatè Imperio subsit,*) causa ad Cameram pertineat, *Gail. 1. O. 1. n. 5. & O. 13. n. ult.* Proinde hìc alterutrum sufficit. Quod autem in C. p. 2. t. 25. §. 4. sancitum, ut mandata S. C. contra Mediatos non decerni debeant, *Add. Consult. 1595. Dub. 11. Mind. de Mandat. cap. 10. per tot.* id intelligendum, nisi qualitas causæ jurisdictionem Cameræ fundet, *Vid. infrà n. 128. & 129.*

Mandata S. C. non decernenda, nisi Narrata Constitutionibus Imperii conveniant & probata sint.

37. Porrò cùm impossibile sit distinctè enumerare omnes casus, in quibus mandata S. C. decerni possint, quovis tempore diligenter attendi debet, ne illa decernantur, nisi Narrata Constitutionibus desuper promulgatis ac juri communi per omnia conveniant, *dict. t. 25. §. 2.* Eaque Narrata in Supplicatione pro ejusmodi mandatis aliquo modo probata sint, *R. 1654. §.* Alle Supplicanten. *79.*

Mandata C. C. non sunt decernenda, si causa altiorem indaginem requirat.

38. Deinceps notandum, quotiescunque causa altiorem indaginem requirit, atque propterea pleno & ordinario Processu est disceptanda, non temerè mandata C. C. sed potiùs citationes decerni debere, *Conf. 1576. Dub. 41. Denais. tit. 179. §. 1.* Maximè si contra Imperatorem aliosve Status ea petantur, *Gylm. voc. Mandata C. C. §. 1.* Neque hæc mandata aliàs facilè decernenda, licèt Jurisdictio Cameræ sit fundata, nisi atrocitas Facti id suadeat. Nam magna est differentia quoad Processum inter mandata C. C. & simplicem citationem, *Gylm. ibid. §. Mandata C. C. licet. Add. infrà n. 42. & 55.* Atque si talia mandata petantur, supplicans per Decretum admoneri solet sequenti modo: Abgeschlagen / sondern wo-

fern

fern Supplicant förmlich suppliciren (*id est, citationem* bitten/) wird / soll ergehen was Recht ist.

39. Hisce præmissis jam aliquot casus recensebo, in quibus mandata C. & S.C. decerni soleant. Et quidem quod primò attinet mandata C. C. illa decernuntur I. In causa fractæ pacis tam prophanæ quàm religiosæ, scil. quoad restituenda bona ablata & relaxandos captivos, idque aliquando cum citatione super fracta pace, aliquando sine illa, *Vid. suprà tit.* 29. *n.* 199. *&* 200. *Casus primus in quo Mandata C.C. decernuntur.*

40. II. Si judex in administranda justitia se negligentem præbeat, eamque protrahat vel planè deneget, *Gail.* 1. *O.* 28. *n.* 3. *Mynſ.* 5. *O.* 82. *n.* 6. Atque hìc inprimis denegatio seu protractio justitiæ est causa forum camerale fundans. Nam alioquin, si judex Austregis gauderet, coram his ille conveniendus esset, *per tradita præced. n.* 32. Aliquando etiam hôc casu sine clausula mandatur, *Add. infrà tit.* 37. *n.* 35. *Casus secundus.*

41. III. Si quis de fuga non suspectus ex causa civili captus est, & ad oblatam cautionem fidejussoriam vel pignoratitiam non relaxetur, *Gail.* 1. *O.* 26. *n.* 2. Nemo enim ex causa civili incarcerari debet, *ibid. n.* 1. Proinde quia talis incarceratio omni jure prohibita, meritò judex consideratâ injustitiâ & contumaciâ capientis à præcepto incipere potest, *Gail. d. O.* 26. *n.* 8. Hôc autem casu Austregæ ideo locum non habent, quoniam mandata de relaxando captivo non jure Actionis, sed mero judicis officio consistant, quô casu Austregis non est locus, *Gylm. voc. Mandata C. C. §. Tertiò fallit. Add. suprà tit.* 27. *n.* 174. *Casus tertius.*

42. Verùm cùm propter favorem incarceratorum in istis mandatis æquè paritio ac in mandatis S. C. injungatur, *Gylm. voc. Mandata pro capt. relax. §.* 1. nihil interesse videtur, utrum C an S. C. decernantur. ℞. quamvis quoad punctum paritionis nihil intersit, tamen quoad exceptionum oppositionem multum interest, quia in mandatis S. C. tantùm licet opponere exceptiones sub- & obreptionis, Maleficii, Banni, & similes, *infrà n.* 191. In mandatis de relax. capt. C.C. etiam causas incarcerationis proponere permissum est. Ne igitur Magistratui, qui Actorem forsan ex justis causis incarcerâsset, via istas causas loco exceptionis proponendi præcluderetur, hæc mandata C. C. decernuntur, *Gylm. ibid. §. ult.* Nonnunquam tamen etiam S. C. decernuntur. *Vide Gail. d. O.* 26. *n.* 6. *& Tennag. claſſ.* 2. *cap.* 10. *n.* 3. *Ratio, quare Mandata de relax. capt. C.C. decerni debeant.*

43. Deinde propter favorem captivorum & periculum, quod in longiori mora metuendum est, in mandatis de relax. capt. terminus paritionis brevior & ad docendum de paritione longior præfigi solet, *Gylm. d. loc. §. In Mandatis.* Si exceptiones à Reo oppositæ altiorem indaginem requirant, super quibus Reus audiendus & injungenda Special-Handlung si carcer est squalidus & metus, ne captivus ægrotare incipiat, supplicatur pro mitigando carcere, *Gylm. ibid. §. Supplicatur.* *Ob favorem captivi brevis terminus ad parendum præfigi debet.*

44. Atque hoc præcipuè contingit, si captivus quidem paratus sit pignoribus aut fidejussoribus cavere, sed forsan tali modo cavere nequeat, & ideo in carcere retinendus sit, ille autem in supplica alleget, carcerem nimis esse atrocem, durum, tene- *Si captivus statim relaxari nequeat*

Nequeat, & carcer nimis sit durus, pro mitigando supplicari potest.

tenebricosum & squalidum, petens mandatum pro mitigando carcere. Ad ejusmodi porrectam supplicam plerumque judex Cameræ propter præsumptionem juris, quæ regulariter pro capiente Magistratu militat, non statim absque quadam causæ cognitione à Præcepto incipere, sed priùs Commissarium vel ad implorationem captivi, vel etiam ex officio ad ocularem carceris inspectionem deputare solet, qui carcerem oculis subjiciat & de ejus qualitate referat, pro cujus relatione petitum mandatum aut denegatur, aut decernitur, plerumque S. C. *Tennag. class.* 2. *cap.* 11. *n.* 3. *&* 4. *Gail.* 1. *O.* 26. *n.* 9.

Quare Mandata pro mitigando carcere S. C. decerni solant.

45. Mandatum autem pro mitigando carcere ideo plerumque S. C. decerni solet, quia nemo ex causa civili incarcerari debeat. Deinde quòd carcer ne quidem in criminalibus de jure civili pœna sed tantùm custodia debeat esse, licèt secus sit de jure canonico, quô perpetui carceres loco pœnæ permittuntur, *Gail. d. O.* 26 *n.* 7. *&* 8. Quod autem carcer de jure civili non sit pœna, illud verum est respectu causæ finalis, quia carcer de eo jure non ad vindictam sed duntaxat ad custodiam habetur, secus tamen est quoad materiam, id est, ipsum incarceratum, cui carcer sæpè magnum est tormentum & supplicium, cùm sit sordida & infamis mansio, *Gail. ibid. n.* 10.

Ocularis inspectio est omniũ probationum firmissima.

46. Ocularis verò carceris inspectio mandato de mitig. carc. præmitti solita est via omnium tutissima & citò expediri potest per relationem Commissarii, cui tum propter electam fidem personæ standum est, tum quia ocularis inspectio omnium probationum firmissima, optima & perfectissima sit, *Gail.* 1. *O.* 26. *n.* 9. Neque ad talem actum inspectionis requiritur partis adversæ citatio, quia fit tantùm ad informandum judicem, & generaliter, quando probatio concludit soli judici, tunc talis informatio fieri potest sine citatione partis, *Gail. d. O.* 26. *n.* 10.

In criminalibus sola Nullitas à Camera attenditur.

47. Observandum porrò, quod prædicta in criminalibus locum non habeant, quoniam Camera nullam criminalis Jurisdictionis judicum inferiorum sollicitudinem gerit, nisi quoad punctum nullitatis, *C. p.* 2. *t.* 31. *§.* 14. Sin verò Captivis liber accessus Advocatorum Cognatorumque denegatur, mandata S. C. concedi solent, quia præstat nullitatem præcavere, quàm post vulneratam causam remedium quærere, *Tennag. d. cap.* 11. *n. ult. & cap.* 13.

Casus quartus.

48. IV. Si captus ex causa civili petat se sub juramento Securitatis relaxari, idque à Domino territorii vel magistratu obtinere nequeat, *Gail.* 1. *O.* 22. *n. ult.* Atque si de formula juramenti ratione securitatis inter Dominum & Captivum contentio sit, Camera certam formulam præscribere vel mandare consuevit, ut sub communi & passim in Germania recepta formula & consueto elogio (auff eine gewöhnliche Urphede) captivum dimittat, *Gail. præcit. n. ult.* Pro qualitate negotii tamen etiam hôc casu aliquando mandata S. C. decernuntur, *Gail.* 1. *O.* 1. *n.* 24. *& O.* 78. *n.* 5. *item O.* 133. *n. ult.*

Casus quintus.

49. V. Si tertius tempore executionis possideat bona Banniti jure obligationis aut alio quolibet titulo justo vel injusto, *Gail.* 2. *de P. P. cap.* 10. *n.* 10. *&* 3. *seqq.* Idque procedit etiam eo casu, quô possessor Cameræ jurisdictioni immediatè non est subjectus, quod admittitur propter continentiam causæ, ne illa dividatur, &

Actor

Actor alibi novum Processum instituere cogatur. Clausula justificatoria autem ideo Mandato adjicitur, quia sine causæ cognitione tertius suâ possessione privari haud debet, & si fiat, tanquam spoliatus ante omnia restituendus sit, *Gail. d. cap. 17. n. 13.*

50. VI. Si Judex Cameræ immediatè subjectus sententiam ante ferre nolit, quàm partes appellationi renuntiaverint, *Magenh. ad O. C. p. 2. t. 8. vers. Sed quidnam.* Hôc casu jurisdictio Cameræ fundata propter denegatam justitiam. *Vide plura infrà Tit. 37.* *Casus sextus.*

51. VII. Si pactis & transactionibus ab immediatis Imperii membris initis contraveniatur. Nam hoc casu Mandata de servando vel adimplendo pacta & transactiones, aut iis non contraveniendo regulariter C. C. decernuntur. Ratio, quia uti exceptio juramenti, ita & exceptio transactionis pro tali in Camera habita est, quæ altiorem indaginem requirit, atque sic paratam executionem non habet, *Gylm. voc. Executoriales. §. Quid si.* *Casus septimus.*

52. Cujus Regulæ exceptio est, (1.) Si pactum vel transactio Cameræ sit insinuata, quoniam tunc notoria est, & altiorem indaginem non requirit, illud Mandatum S. C. decernitur, *Gylm. voc. Transactio. §. 1.* Ambo autem paciscentes cautè agunt, si non solùm pacta Cameræ insinuari curent, sed insuper petant se condemnari ad servanda pacta, quò si fortè contingat, alteram Partium nolle stare pactis, ea statim convinci ac compelli possit ex sententia tanquam ex re judicata, sicque esset executio in promptu, quia ejusmodi condemnatio paratam executionem habet, *Gylm. voc. Pacta princ.* Animadvertendum verò, quòd hæc condemnatio fit voluntariorum, cùm alioquin inviti soleant condemnari atque invitus judicium patiatur, *prealleg. princ.* Et per consequens hæc confirmatio est actus voluntariæ jurisdictionis. *Casus septimi Limitatio prima.*

53. (2.) Si transactio contineat in se clausulam, ut super illa tanquam re judicata procedi debeat, *Gylm. voc. Executoriales. §. Si tamen.* Uti igitur aliàs super re judicata, quæ pro veritate habetur, *Gail. de pignorat. O. 24. n. 2.* Et notorium inducit, *Gail. 1. O. 16. n. 7.* per Mandata S. C. procedi potest, ita etiam super transactione ejusmodi clausulam insertam habente. (3.) Si Pactum seu transactio ab Imperatore sit confirmata. Hinc 14. April. 1662. in causa Rostock contra Mecklenburg mandatum de cassando & non contraveniendo Pactis Majorum S. C. decretum, *Supplic. Camer. tit. 8. num. 39.* *Limitatio secunda & tertia.*

54. Plures casus, quibus mandata C. C. decerni debeant & soleant, quotidianus usus docebit. Processum in hisce Mandatis observandum quod attinet, olim Actor libellum atque eorum multos invenies in Supplicat. Camer. *tit. 8. per tot.* producere litemque contestari tenebatur ac ordinarius Processus requirebatur, *Gail. 1. O. 78. n. 6.* Exceptio erat in Mandatis de relax. capt. idque primò propter notoriam nullitatem ab incarcerante Reo commissam, quia incarceratio ob debitum civile est ipso jure nulla, *Gail. d. O. 78. n. 3. & 4.* In notoria autem nullitate summariè est procedendum sine litis contestatione, *Gail. 1. O. 77. n. 1. & 4. seqq.* Secundò, ob moræ periculum, quod in his Mandatis majus est, quàm in reliquis, *Processum in Mandatis C. C. quod attinet, ibi olim libello opus erat.*

 Gail.

Gail. O. 78. *n.* 6. Tertiò, quia Captivi dicuntur miserabiles personæ, quarum causæ sunt summariæ, *ibid. n.* 2. & 3.

Quod hodie secus est. 55. Verùm hodie indistinctè in omnibus Mandatis C. C. libello non opus est, *C. p.* 3. *t.* 42. §. *ult. Gylm. tom.* 2. *part.* 3. *pag* 32. Idcirco nec L. C. nequ. ordinario Processu indigetur, *Gail.* 1. *O.* 76. *num.* 4. Sed Actor in primo termino tantùm producit Mandatum, percepturus comparitionem & paritionem Rei. Si Reus non comparet, Actor petit Proclama, quô decreto & elapsis 6. Juridicis non petenda declaratio pœnæ & Arctius, uti fieri debet in Mandatis S. C. sed postulanda est citatio ad vid. se declar. in pœnam Mandato insertam.

Reus emanens de novo citandus ad vid. se declar. 56. Ratio differentiæ est, quia Mandatis C. C. solet quidem annecti citatio ad producendum Causales, non verò ad docendum de Paritione vel vid. se declar. uti necessarium est in Mandatis S. C. atque latiùs ostensum, *suprà n.* 14. & *seqq.* Hinc cùm Reus in Mandatis C.C. anteà non citatus sit ad vid. se declar. in pœnam Mandatis illis insertam declarari nequit, nisi priùs citetur, alioquin non-citatus condemnaretur, quod secum traheret nullitatem insanabilem, *per jura notissima.*

Si Reus de novo citatus non comparet in pœnam declaratur, & Arctius decernitur 57. Si Reus præfato modo citatus iterum emanet, prævio proclamate ad instantiam Actoris in pœnam Mandato insertam declaratur, & Arctius decernitur, proceditur que ulteriùs, quemadmodum aliàs in arctioribus Processibus procedi consuevit. *De quo vide infrà tit.* 77. *n.* 10. & *seqq. Arctioris Mandati formulam habes in Supplic. Camer. tit.* 8. *n.* 23. Si comparet, tunc aut habet justas causas, ob quas impeditus compare nequivit, & restitutionem in integrum petere potest: aut eas non habet, atque tunc parendo simplici Mandato nihilominus adhuc pœnæ declarationem evitare potest. Via autem Casuales proponendi est ipsi præclusa, (1.) Quia illi casuales in termino reproductæ prioris citationis non sunt propositi, quod sub præjudicio præclusionis fieri debuisset, *infrà n.* 173. (2.) Quia per decretam citationem ad vid. se declar. quæ quasi ex post facto Mandato C C. annectitur, hoc Mandatum transformatur in Mandatum S. C. Atque sic in Camera judicatum fuisse attestatur Schvv. O. 112. *n. ult.* In Mandato S. C. autem causales opponere licet, *præced. n.* 23.

Contra Mandata C. C. ob non comparitionem Rei resoluta in Mandata S. C. opponere licet Exceptiones sub & obreptionis 58. Sed cùm contra Mandata S. C. exceptiones Sub- & Obreptionis, atque alias opponere permissum sit, *infrà n.* 191. non immeritò dubitatur, anne Reus adhuc ejusmodi exceptiones opponere, atque sic cassationem Mandati & absolutionem à citatione urgere pœnamque comminatam evitare possit. Verùm cùm Mandatum C. C. per non-comparitionem Rei in Mandatum S. C. resolutum sit, & deinde de novo impetratæ citationi ad vid. se declar. expresè inseratur clausula reservans Reo potestatem allegandi causas, quare comminata declaratio pœnæ fieri non debeat, satis patet illas exceptiones opponi, cassationem Mandati & absolutionem à citatione obtineri posse.

An autem contra Mandata C.C. resoluta in 59. Porò quæritur, anne Reus factâ paritione, vel si in pœnam ob contumaciam quoque declaratus, istâ pœnâ etiam dispensâ, coram ordinario judice Mandatum impugnare eoque nomine experiri possit, uti in Mandatis S.C. *per tradita n. proximè seq.* constitutum est? Ita quidem opinatus Rod. *Pandect. Cam. lib.* 3. *tit.* 40.

Mandata S. C. coram ordinario judice agi possit, dubitatur. Rod. id affirmat. Sed verior est Negativa.

tit. 40. §. *Si quis paritione.* allegans O. C. p. 2. 23. verſ. wolte aber in angeregten Fällen. Aſt ille verſic. wolte aber. non de Mandatis C. C. ſed de Mandatis S. C. loquitur, quod (1.) oſtendunt verba: In angeregten Fällen. Per hos verò memoratos caſus intelliguntur illi, in quibus S. C. mandari poteſt. (2.) Idem patet etiam inde, quòd Mandata C. C. in Camera nunquam decernantur, niſi Judex Cameræ vel ratione perſonæ, vel ratione cauſæ ſit judex ordinarius, *praced. n.* 34. Quare ſi qua impugnatio Mandati concedenda eſſet, illa in Camera, quia nullum aliud forum ordinarium eſt, neceſſariò fieri deberet.

60. Verum enim verò hanc impugnationem concedendam eſſe non autumo, quia ob non-comparitionem Rei via proponendi cauſales, qui cauſam principalem concernunt, jam eſt præcluſa, *praced. n.* 57. Ideò Reum non ampliùs audiendum eſſe arbitror. Idem dicendum puto, ſi cauſales juſto tempore oppoſiti tanquam irrelevantes rejecti ſint. In Mandatis verò S. C. ſuper 4. Caſibus obtentis cauſa principalis in Camera non tractatur, ſed ad ordinarium judicem ſpectat, *C. p.*2.*t.*25.§.1. Nec quicquam refragatur, quod *praced. n.* 57. & 58. dixi, Mandata C.C. propter non comparitionem Rei reſolvi in Mandata S. C. Nam reſolvuntur, ſed cùm adjectâ qualitate, nim. præcluſionis viæ proponendi cauſales, *d.n.*57.

Reus comparens contra Mandatū C.C. Cauſales opponere poteſt.

61. Si Reus ſtatim poſt inſinuatum Mandatum C. C. in termino reproductionis comparet, loco cauſalium hactenus uſitatorum brevem, nervoſam, ſummariamque deductionem ſui juris ſub præjudicio præcluſionis exhibere tenetur, *R.* 1654. §. In den *Mandatis C. C.* 80. In qua deductione Reus proponit cauſas, quare Mandato parere non teneatur. Hæ cauſæ olim per articulos proponendæ erant, atque hinc iſti articuli nominati ſunt Cauſales. Et licèt illæ cauſæ impræſentiarum ſummariè proponantur, tamen ſæpiſſimè adhuc appellantur Cauſales. Advertendum verò, quòd in hoc puncto Cauſalium Reus Actoris, & Actor Rei locum obtineat, Reusque ſuos cauſales ab Actore negatos probare cogatur.

Contra hos cauſales vel ſtatim generalia opponit, vel in ſecundo termino replicat.

62. Si Actor iſtas cauſas irrelevantes putat, confeſtim per generalia contradicit, atque ſi judex quoque has cauſas irrelevantes exiſtimat, iis rejectis paritionem injungit, ac porrò proceditur, quemadmodum in Mandatis S. C. fieri aſſolet. *De quo Proceſſu agitur infrà n.* 170. *& ſeqq.* Sin verò eaſdem cauſas relevantes invenit, Actori terminum ad replicandum ſub comminatione concluſionis cauſæ injungit. Contra has Replicas poſtea Reus duplicare ac concludere tenetur. Quòd ſi Actor cauſas à Reo propoſitas pro relevantibus habet, in ſecundo termino (*qui hodie, ut olim fiebat, non petitur, ſed eſt legalis,*) replicat, ac Reus, ſi vult, in tertio termino duplicat, utroque in ſuo Scripto concludente, nam Triplicæ ſine permiſſu judicis non admittuntur, *praalleg.* §. 80.

An Mandatum C. C. per comparitionem Rei reſolvatur in ſimplic.

63. An verò Mandatum C.C. per comparitionem Rei in ſimplicem citationem reſolvatur dubia apud Dd. eſt quæſtio. Affirmativam communem & veriorem eſſe quidam volunt, *teſte Gail.* 1. *O.*19. *n.*5. Et quidem ideo, quòd quando Reus comparet, atque cauſas, quare Mandato parere non teneatur, producit, tunc ampliùs non tractetur de pœna Mandato inſerta, ſed tantummodò illæ cauſæ diſceptentur, *Gylm. voc. Mandata C. C.* §. *Quoties in cauſa.* Et hanc Affirmativam

quo-

citationè dubium est cum distinctione id affirmat Gailius.

quoque magis in Camera obtinuisse attestatur idem *Gail. dict. O. 19. n. 6.* ubi addit, hoc procedere quoad Partem, secus esse quoad Judicem, ex ratione hâc, quòd Judex parti Reæ, si causas relevantes, quare mandato parere non teneatur, non adducat, iterum sub comminatione declarationis ejusdem pœnæ per sententiam injungere possit, ut adductis causis & exceptionibus non obstantibus Mandato adhuc pareat.

Quam distinctionē rejicit Mindanus existimans effectum Mandati C. C. per comparitionem Rei duntaxat suspendi.

64. Verùm primò distinctionem Gailii rectè rejicit Mindan. *de Mandat. cap. 7. n. 2.* Ex hac ratione, quia si Mandatum C. C. quoad Reum per ejus Comparitionem in Citationem simplicem esse resolutum atque ita expirâsset, tunc exceptionibus irrelevantibus inventis ei paritio sub comminatione declarationis pœnæ Mandato insertæ injungi nequiret. Neque illis Exceptionibus relevantibus deprehensis opus esset cassatione Mandati. Quapropter existimat Mindanus d. loc. Mandata C. C. ratione clausulæ justificatoriæ vim citationis, ratione autem præcepti vim veri Mandati habere, nec eam vim amittere, antequam legitimè cassentur. Deinde potest & hoc addi, quod idem dicendum esset in Mandatis S. C. quorum effectus etiam propter oppositas exceptiones sub & obreptionis suspenditur, donec de veritate vel falsitate Narratorum doceatur, *Gail. 1. O. 14. n. 2.* Quod si relevantes inveniantur, Judex Actori Replicas injungit ac postea Reum ad negatarum ab Actore exceptionum probationem admittit, atque sic ante earum exceptionum discussionem, Mandatorum S.C. nulla vis est, nec pœnæ declaratio potest sequi. Jam verò nemo unqnam dixerit, Mandata S. C. propter oppositas exceptiones resolvi in simplicem citationem.

Quæ sententia à collegio Camerali confirmata.

65. Rectiùs itaque dicitur, Mandata C. C. per comparitionem Rei in simplicem citationem non resolvi, sed eorum effectum duntaxat suspendi, donec de revel irrelevantia causarum, quare Reus Mandato parere non teneatur, Judex cognoscat. Atque hæc Negativa confirmata est *per Consult. 1576. Dub. 36. Denaiss. tit. 179. §. ult. Gylm tom. 2. part. 3. pag. 31. in fin.*

Exceptiones dilatoria & peremptoria simul cum Causalibus in primo termino proponi debent.

66. Præterea sciendum, exceptiones dilatorias & peremptorias, si quas Reus habet, omnes in primo termino simul cum Causalibus *supra num. 61. memoratis* sub præjudicio præclusionis proponi debere, *vigore Consult. 1600 Dub. 5. Denaiss. tit. 128. §. ult.* Quanquam hujus Dubii, quod quintum in ordine inter illa octo, quæ per D. put. 1600. §. Sintemahl fürter. 141. ad proxima Comitia remissa sunt, *teste Roding. lib. 3. tit. 40. §. An in Mandatis*, decisio à Statibus hucusque nondum expressè approbata sit. Cùm tamen hodie in omnibus causis tam Appellationum quàm S. Q. exceptiones dilatoriæ & peremptoriæ sub præjudicio præclusionis in primo termino sint proponendæ, propterea in Mandatis C. C. idem fieri debere planè non dubitandum.

In Mandatis C. C. oppositis fori declinatoriis Causales annectendæ sunt.

67. Ast cùm in Mandatis C. C. etiam fori declinatoriæ opponi possint, v. g. si Reus dicat, se jurisdictioni Cameræ immediatè non esse subjectum, se habere Austregas, causam esse criminalem, matrimonialem, &c. Quæritur, an Causales hôc ca u, uti aliàs in causis S. Q. Merita causæ principalis seu Eventualia omittere licet, etiam omitti queant, ita ut si postea ostendatur, Reum jurisdictioni Camerali

rali

rali immediatè subesse, Austregis renuntiâsse, causam esse civilem non criminalem, non matrimonialem, &c. atque sic fori declinatoriæ rejiciendæ veniant, adhuc Causales producendi via maneant salva? Resp. Quanquam Mandata C. C. quoque sub causis S. Q. comprehendantur, cùm tamen disposita circa fori declinatorias de omissione Eventualium, non in genere de omnibus causis S. Q. sed duntaxat de causis citationum intelligi debeant, inter citationes verò & Mandata C. C. ratione Processus magna differentia sit, *praced. n. 39.* Ideo peculiariter in citationibus disposita ad Mandata C. C. extendi non oportet. Deinde in Clausula justificatoria illis Mandatis annexâ expressis verbis jubetur Reus suas causas, quare mandato parere non teneatur, in primo termino producere, *vid. praced. n. 17.* easque simul omnes sub præjudicio præclusionis, *praced. n. 61.* Ex his igitur patet, in Mandatis C. C. causales fori declinatoriis sub præjudicio præclusionis annectendos esse.

68. Denique quod Examinationes testium aliasve probationes attinet, in illis Processus & Termini observari debent, prout in causis citationum observantur, *R. 1654. §.* Jmgleichen wann. 81. *De quo infrà tit. 73. per tot. & tit. 76. n. 111. cum seqq. latè tractaturus sum.* *Circa probationes in Mandatis C. C. proc. dictur, ut in citationibus procedi solet.*

69. Perdocui præced. n. 22. quanquam Mandata S. C. ipso jure regulariter non valeant, hoc tamen in quibusdam casibus non procedere, quapropter istorum casuum nonnullos hìc enarrabo. Ubi omnium primò attendendum in O. C. p. 2. t. 23. *(cui titulus est in C. p. 2. t. 25. princ.)* in genere 4. casus, quos communiter vier Fälle vocant, recenseri, in quibus S. C. mandari permissum sit. *In casibus vulgò vier Fälle nominatis Mandata S. C. decernuntur*

70. Primus casus est, si Factum, super quo Mandata Cæsarea petuntur, per se de jure aut consuetudine sit prohibitum, atque sicubi illud perpetratum, absque ulteriori cognitione pro puniendo seu iniquo habeatur, *C. p. 2. t. 25. princ. vers.* Es wäre denn / id est, si tale sit Factum, quod nullo jure justificari potest, *uti loquitur Gail. 1. O. 13. num. 3.* Quale est, si quis prohibeat emptionem, venditionem, aliumve contractum omni jure licitum, *Mind. de Mandat. cap. 46. num. 13.* Potest igitur hoc casu mandari S. C. quia præceptum fit super eo, quod etiam altera parte præsente & invitâ concedi debet. Quoties verò actus explicari potest, aliquo præsente invito, tunc etiam potest eo absente, ignorante & non citato. Nam quando certum est alicui non competere defensionem, tunc actus contra absentem gestus valet etiam sine citatione, *Gail. præalleg. n. 3.* *Casus primus.*

71. Secundus casus est, si Factum, postquam perpetratum esset, Parti imploranti gravamen seu damnum irreparabile foret illaturum, *præalleg. princ. vers.* Oder daß dadurch. v. g. Si vitæ, honoris, famæ vel omnium bonorum periculum immineat: Si sylva arbores annosas, quæ longissimo tempore non recrescunt, succidendo devastetur: Si arces, fortalitia & templa destruantur, flumina deducantur seu ad aliam ripam alveumve deriventur, *Mind. de Mand. cap. 11. num. 11.* Item, si Dominus sylvæ venatoriæ totam sylvam in præjudicium ejus, qui jus venandi in illa habeter, excidere velit, *Gail. 2. O. 67.* *Casus secundus.*

Casus tertius. 72. Tertius casus, si causa in perniciem reipublicæ tenderet, *præcit. princ. vers.* Oder daß die Sach. ut puta, si fluminibus ad impedienda navigia officiatur, si nova vectigalia injussu Principis erigantur, si viæ non sint tutæ, si publica securitas non præstetur, si seditiones, tumultus & scandala fiant, &c. *Mind. d. cap.* 11. *num.* 14.

Casus quartus. 73. Quartus & ultimus casus est, si causa moram ferre nequeat, *d. princ. vers.* Oder [*sc.* die Sach] keinen Verzug leiden mag. v. g. Si adsit periculum invasionis hostilis, si quis in carcere cum fame, squalore & inedia, cum salutis, sanitatis ac vitæ discrimine detineatur, si metus armorum præsentissimus adsit, si alimenta denegentur, &c. *Mindan. d. cap.* 11. *n.* 17. Item si res tempore sit peritura, qualis est fœnum, fructus, &c. *Mind. d. cap.* 46. *n.* 11. Ubicunque enim periculum in mora est, ibi receditur à regulis juris communis, *Gail.* 1. *d.O.* 13. *n.* 13. Regula verò juris est, quòd à Præcepto non sit inchoandum, *praced. n.* 22.

An præter hos 4. casus plures dentur, in quibus S. C. mandari possit? Affirm. 74. Sed quæritur, anne dentur præter istos generales 4. casus alii, in quibus Mandata S. C. decerni possint? Resp. utique dantur, *per d. t.* 25. *princ. vers.* Darinn in solchen (*præmemoratis sc.* 4. *casibus*) und sonst andern Fällen / in denen vermöge der Rechte *à Præcepto* ohne vorgehende Erkantnuß angefangen werden mag. Quinam verò illi & quotnam sint casus, in quibus vigore juris communis à præcepto inchoari queat, illud enarratu est impossibile, *attestante d. t.* 25. §. 2. Quare in genere sancitum, ut Mandata S. C. non aliter decernantur, nisi Narrata generalibus Constitutionibus desuper promulgatis jurique communi convenirent, *d.* §. 2. *Add. praced. n.* 22. & 37. Frustra igitur est Gail. 1. *de P. P. cap.* 5. *n.* 10. qui in universum, connumeratis istis 4. casibus, septem & Mindan. *d. cap.* 11. *n. ult.* qui novem casus recenset.

Casus specialis primus, in quo S. C. mandatur. 75. Quanquam verò, *sicut num. proximè præced. dixi*, impossibile sit omnes casus enumerare, in quibus Mandata S. C. decernere liceat, tamen melioris doctrinæ ergo nonnullos hîc subjungere placet, & quidem in specie Mandata S. C. decernuntur, I. In pignorationibus, *vid. præced. tit.* 32. *n.* 64. Idem obtinet in Arrestis & Repressaliis, *C. p.* 2. *t.* 24. *princ.*

Casus secundus. 76. II. Si Dominus in Subditos nimiùm sæviat eosque ad insolitas operas præstandas vi compellat. Et hoc procedit, si ex Narratis Supplicationis de nimia atrocitate ac sævitia Domini constet, *Gail.* 1. *O.* 17. *n.* 1. Eaque Narrata verisimiliter probata sint, *d. t.* 25. §. 3. Oportet igitur in ejusmodi Mandatis S. C. contra Dominos decernendis, singulas Factorum circumstantias diligenter examinare, ne Subditis adversus Dominos rebellandi occasio subministretur, istique ad majorem inobedientiam fiduciâ Mandatorum incitentur, *Gail. d. n.* 1.

Si de veritate narratorum dubitetur, Subditis contra Dominos 77. In genere autem, si de veritate Narratorum dubitetur, Subditis ac Civibus contra Dominos & Magistratum Processus absque prævia utrorumque informatione decerni non oportet, ne prout dictum, Subditis contra Magistratum à Deo propositum occasio rebellandi suppeditetur, aut iis inobedientiores reddantur, eamque ob causam in maximum damnum præcipitentur, *prælleg.* §. 3. Deinceps quia in dubio præsumptio est pro Magistratu, *Gail.* 1. *O.* 13. *n.* 4. & 5. Quòd videl. rectè

rectè & justâ ratione motus ac neutiquam injuriarum causa faciat ea, quæ facit, *Mindan. de Mandat. cap.* 13. *num.* 3. Quare quod in Deput. 1600. §. Damit ob nol. 9. in fin. de pauperibus constitutum, videl. quod his absque præmissis literis informatorii Processus non sint decernendi, ut idem in omnibus subditis ac civibus quoque observetur, sancitum legitur, *R.* 1654. §. Beneben sollen. 105. *cap. Leopold.* §. 18. *in fin.* Hinc literæ pro informatione decretæ sunt in causa Baders contra Erbach/ *Supplic. Camer. tit.* 1. *num.* 11. Item in causa Frentzlin contra Nassau Siegen/ *Supplic. Camer. tit.* 7. *num.* 11. Atque in causa Müllers contra Leiningen/ *dict. tit.* 7. *num.* 12. Et aliis causis quamplurimis. *non statim Mandata S. C. sed prius literæ informatoria decerni debent.*

78. Verùm isthæc præsumptio pro Magistratu non adeò est universalis, ut nulla detur exceptio. Nam & Judex & Princeps & Magistratus labi, errare, decipi, injuriam inferre, tyrannidem exercere potest, & alia agere, quæ superioris inspectione & correctione indigeant; *Mindan. d. cap.* 13. *num.* 6. Quamobrem & hodie, si Narrata tantam atrocitatem seu iniquitatem referant, ut à præcepto inchoari queat, illaque Narrata sint verisimilia & incontinenti aliquo modo probentur, judex absque præviis literis informatoriis per Mandata S. C. procedere non prohibetur, quod etiam innuit prælleg. §. 105. verb. Den Unterthanen und Bürgeren wider ihre Obrigkeit die Proceß NB. nicht leichtlich erkennen/ sonderen vorhero umb Bericht schreiben. *Limitatio est, si factum atrox narretur atque aliquo modo probetur.*

79. Sed quid si Narrata quidem ita sint probata, non verò tantam atrocitatem aut iniquitatem referant, ut Factum omni jure prohibitum nec ullo modo justificari posse judicetur, anne tunc Mandatum C. C. decerni potest? Resp. Distingui oportet, nam Magistratus aut gaudet Austregis, aut non. Posteriori casu Mandatum C. C. decerni posse existimat Tennag. *class.* 2. *cap* 9. *num.* 3. Ratio, quia ibi jurisdictio est fundata, quo casu judex Processus potiùs decernere quàm denegare debet, *Mind. d. cap.* 13. *n.* 5. Priori casu subdistinguendum, nam aut causa sua natura ad Cameram pertinet, *quales suprà num.* 39. *usque* 54. *enumerata sunt*, & hoc casu cum clausula mandari potest, *Tennag. dict. cap.* 9. *n.* 4. & 5. Aut causa pertinet ad Anstregas atque tunc Mandatum denegari debet, *dict. n.* 4. Idem etiam sentit Mindan. *d. n.* 5. dum ait: *Ubi verò Princeps à subditis accusatur, & hi non satis exactè & verisimiliter ex tit.* 23. *part.* 2. *agunt, Mandatumque potiùs denegatur, quàm C. C. decernatur: ex ratione, ne præjudicium & fraus fiat privilegiatæ instantiæ* der Außträge. *Si Narratis probatis factum non adeò atrox, an Mandatum C. C. decerni possit.*

80. Quis verò propriè sit Subditus, inter Dd. non satis constat, Subditum verò non facit origo, gleba, contractus, delictum, domicilium, servitus personalis ad præstandas operas serviles, (Frondienste) Nec jus proprietatis, (die Leibeigenschafft/) prout rectè contra Dd. & Gail. *de pignorat. O.* 15. *num.* 2. *cum seqq.* Statuit Mindan. *de Mandat. cap.* 46. *n.* 5. & 6. Et quamvis Vasallum non esse Subditum Domini verè opinetur Gail. *d. O.* 15. *n.* 4. tamen falsa est ejus limitatio, quòd vasallus, si sub Domino domicilium habeat, Domini subditus sit, *ibid. n.* 3. *Quis propriè dicatur Subditus.*

n. 3. Quia principium ibid. n. 6. propositum, ex quo hæc limitatio desumpta, scil. propriè Subditum dici, qui talis sit ratione domicilii habitationis, falsum est. Idem dic de Emphyteuta, usufructuario, & (*quoad Catholicos*) de personis Ecclesiasticis, *Mind. d. cap. 46. n. 8.* Ubi n. seq. docet, propriè Subditum esse, qui vel jure contractus, successionis, consuetudinis aut statuti in Jurisdictionem territorii consenserit, eique subjectionem, homagium ac reliqua à subjectione dependentia, utpote tributum & collectam debeat.

Casus tertius. Quando nim. Mandata de solv. vel dimittend. hypoth. S. C.

81. III. Si quis in obligatione creditori potestatem pro suo lubitu adversus bona hypothecata procedendi, atque ex his jure aut sine jure (mit der ohne Recht) sibi satisfieri curandi concedat. Hoc enim casu propter verba: ohne Recht: Mandata S. C. decernantur, *d. t. 25. §. 6. consult. 1595. Dub. 15.* Idem obtineat, si in obligatione ponatur clausula. Die Execution ohne einige ordentliche Rechtfertigung und Proceß anzustellen. *d. t. 25. §. 5.* Porro verbis: Mit oder ohne Recht: æquipollent verba; Mit Gericht oder ohne Gericht. Item verba: Eigenes Gefallens in- oder ausserhalb Rechtens die Unterpfande zu ergreiffen und sich bezahlt zu machen Macht haben soll. *Roding. lib. 1. tit. 12. num. 46. in fin. Add. Mind. de Mandat. cap. 71. n. 5. & 6.*

Et quando nuda citatio decerni debeat.

82. Sola verò verba, mit Recht/ non extendenda ad viam executivam sed de ordinariâ viâ seu ordinario Processu intelligenda sunt, *d. t. 25. §. 6.* Nec juramentum instrumento obligationis, in quo executionis nulla mentio fit, insertum viam executivam operetur, aut propterea Mandata S. C. decernantur, sed pro confirmatione duntaxat habetur, *d. t. 25. §. 7. & consult. 1595. Dub. 16.* Idem juris sit, si debitor post primam obligationem Debitum extrajudicialiter confiteatur, etiamsi ista confessio fuerit iterata, aut instrumentum desuper confectum sit, *d. t. 25. §. 8. & Consult. 1595. Dub. 17.*

83. Sed quæritur, anne in hisce casibus Mandata C. C. impetrare liceat? Resp. Autumo, quòd non, quoniam & illa executionem habent, quæ solùm tamdiu suspenditur, donec punctus Causalium discutiatur, *præced. num. 65.* Quapropter tantùm Citatio ad vidend. exigi debitum, seu alia citatio impetrari debet, uti factum in causa Monchens contra Weissenburg/ Erasmi contra Leiningen/ Erasmi contra Fechenbach/ Thalme contra Landau & Bodeckische Erben contra Zweybrücken. *Vid. Supplicat. Cameral. tit. 1. num. 2. 3. 4. 6. & 7.* Tamen in causa Braunschweig contra Sachsen Mandatum ad dimitt. hypothec. C. C. 15. Februar. 1661. decretum est, *Supplic. Camer. tit. 8. num. 17.*

In decernendis Processibus puncta licita & illicita separari debent.

84. Porrò si super obligatione quadam puncta licita & illicita continenti supplicetur pro Mandato S. C. duntaxat super licitis punctis Processus decernantur, *d. t. 25. §. 10.*

Differentia inter Mandata de solv. & Mandata de dimitt. hypoth.

85. Denique notandum, quòd in obligationibus executio concipiatur vel in personam & bona Debitoris simul, vel in solam personam, vel etiam in sola bona. Primo casu Mandata de solvendo vel dimittendo hypothecam: Secundo casu tantùm Mandata de solvendo: Et tertio casu duntaxat Mandata de dimittendo hypo-

hypothecam, seu mandata immissorialia decernuntur, *d.t.*25.§.5. & *Stylo recepto.* Horum omnium exempla diversa habes in Supplic. Camer. *tit.*8. *à n.*1. *usque* 23. Quod si obligatio non in personam sed duntaxat in bona concepta sit, & mandatum de solvendo simul cum mandato de dimitt. hypothecam petatur, illud denegatur atque hoc decernitur, *juxta alleg.* §.5. Atque sic 28. Jun. 1662. factum in causa deß Thumstiffts zu Maintz contra Wicken / *d.t.*8. *n.*15.

86. Potest & hic observari differentia inter mandatum de solvendo & mandatũ executoriale. Nam hoc decernitur, quando in obligatione censuali cautum est, ut in casu non factæ solutionis per executionis viam nullâ prævia citatione, sed tanquam in re judicata executivè procedatur. Tale mandatum 28. Sept. 1661. decretum in causa Gaffeghen contra Hohenstatt / *Supplic. Cam. t.*11. *num.*31. mandatum verò de solvendo decernitur, quando debitum vel confessione Rei liquidum est, vel in obligatione sunt prægnantes clausulæ, ut liceat casu, quo solutio non debito tempore fiat, jure vel injuria (mit oder ohne Recht) bona debitoris prosequi, *Gylm. voc. Executoriales.* §. *Executoriales & Mandatum.* Porrò & hoc addi potest, dictum mandatum executoriale differre à mandato de exequendo. Nam illud decernitur contra Debitorem, *prout patet ex allegato prajudicio.* Hoc verò contra Magistratum Debitoris ad faciendam executionem decernitur, *infra t.*77. *n.*8. Atque sæpissimè etiam mandatum executoriale appellatur, *vid. Supplic. Cam. t.*11. *n.*26.29. & 33. Executoriales autem dicuntur, quæ adversus in Camera condemnatum sed latæ sententiæ non parentem emanant, *infrà t.*77. *n.*3. & *seqq.*

Item inter Mandatum de solvendo & executoriale.

87. Quibus verò clausulis literæ obligatoriæ formandæ, tradit Mind. *de Mandat. c.*71. & valdè eleganter ac latiùs Gilhaus. *A.I.C. c.*10. §.11. In specie verò advertendum, quòd obligatio sub pœna banni concepta non valeat, quando nimirum debitor se ad solutionem pecuniæ creditæ sub pœna banni Imperialis obligat, ut si quis juxta conventionis placita pacta non servet, ut solutionem congruo loco & debito tempore non faciat, quòd judex Cameræ ab executione incipere & debitorem ceu confessum ac legitimè condemnatum in Bannum Imperiale declarare denuntiareque possit, *Gail.* 2. *de P.P. c.*2. *per tot.* Hujusmodi obligationes propter consensum partium valere putat Gylm. *voc. Executoriales.* §. *An debitore. Ubi præjudicium, in quo Executoriales sub pœna Banni decreti, allegat.* Ast Gailius *d. c.*2. *n.pen.* tria contraria præjudicia pro confirmanda sua sententia allegat. Cujus opinio verior & hodie recepta est.

Obligationes qui' no clausulis concipiendæ.

Obligatio sub pœna Banni concepta non valet.

88. Idem juris obtinet in obligatione sub pœna obstragii concepta, Policey-Ordn. 1577. *t.*17. §. *pen.* Nam quamvis olim ejusmodi obligatio pro valida habebatur, per Policey-Ordn. 1548. *art.* von wucherlichen Contracten. 17. §. *ult.* & in Camera approbata erat, *Gail.* 2. *O.*45 *n.*2. tamen cum magnus Obstragiorum abusus oriretur, illaque extremo tam debitorum quam ipsorum fidejussorum malo ac nullo creditorum commodo fierent, ejusmodi obstragia inposterum in præalleg. §. pen. sunt interdicta, *Gail.* 2. *O.*45. *n.*6.

Idem juris est in obligatione sub pœna obstragii post Annum 1577. concepta.

89. Obligationes verò sub pœna obstragii ante Annum 1577. conceptæ in suo

Secus est in ante illum Annum conceptis.

 ro-

robore permanserunt, modo extra imperium non alienentur, Policey-Ordn. 1577. *t.* 17. §. *ult.* Et super his supplicanti adhuc hodiè in Camera Processus decernuntur, Debitorique injungitur, uti vi exhibitæ obligationis promissis satisfaciat, aut se inconvento loco sistat.

Obstagii definitio.

90. Est autem obstagium, vulgariter die Leistung / quô quis ipse vel ejus fidejussor se obligat de se, si conventio non servetur, in certo loco sistendo, inde non recessurus donec promissis satisfiat, *Gail.* 2. *O.* 45. *n.* 1. Si quis olim ad instantiam creditoris se non sistebat, eum creditor famosis picturis publicè ubique affixis mirabiliter traducere solebat, *Gail.* 2. *de P.P. c.* 2. *n.* 6.

Obligatio sub pœna carceris concepta valet.

91. Utrum obligatio sub pœna carceris concepta valeat, est quæstio inter Dd. admodum dubia. Eam affirmat Gail. *d. O.* 45. *nu.* 3. 4. & 5. Quam affirmativam communiorem ac consuetudine Germaniæ approbatam esse attestatur. Mynf. 6. *O.* 51. Cedens verò bonitas à carcere & obstagio liberatur, Gail. *d. O.* 45 *n.* 6.

Valida quoque est obligatio sub Repressaliis concepta.

92. Deinceps quoque valida est obligatio sub pœna Repressaliarum concepta, *vid.* Gail. *de Arrest. Cap.* 9. *per tot.*

In decernendis Processibus benè considerandum, utrum contractus sit validus an invalidus.

93. Porrò si contractus de jure est illicitus, nec instrumentum desuper confectum ullius momenti esse potest, proinde contractus in aliquo instrumento celebratus benè considerandus, utrum licitus an illicitus, usurarius aut alias à jure communi & constitutionibus Imperii exorbitans. Nam tali vitio deprehenso, vel cum Clausula mandandum, vel denegato Mandato citatio decernenda, ad hoc ut posteà causâ cognitâ contractus reformetur & ad legitimam quantitatem reducatur, *Tennag. Class.* 2. *c.* 19. *n. ult.*

94. Sin verò contractui per se licito pacta usuraria & illicita adjiciantur, contractus per illa non vitiatur, sed illis pactis reprobatis subsistit, *vid.* Gail. 2. *O.* 4. & 5. *per tot.* & obligatio desuper conscripta est valida. Hinc Gail. *d. O.* 3. rectè statuit, quod pacta usuraria contractibus mutui & emptionis, (quorum utriusq; duntaxat mentio fit in Policey-Ordn. à Gail. allegatâ & suprà citat. tit. 17. Atque propter pacta illis contractibus adjecta, ipsi ibidem vocantur usurarii) adjecta non vitient sed vitientur, contractibus ratis manentibus. Proinde creditor quartâ parte sortis inter debitorem ejusque magistratum dividendâ odio usurarum mulctatus in reliquo actionem salvam habet, Gail. *d. O.* 4. *n.* 9. Notarius verò super ejusmodi contractibus instrumenta conficiens perjurium committit, ideoque infamia notatur & officio cadit, *d. O.* 4. *n.* 2.

Contractus emptionis annuorum redituum duntaxat 5. pro 100. quotannis admittit.

95. Licitus quoque est contractus emptionis annuorum redituum, *quemadmodum id latè demonstrat* Gail. 2. *O.* 7. ita tamen ut reditûs seu pensionum nomine quotannis solummodò quinque pro centum solvantur, si creditor majores usuras sit stipulatus quarta parte sortis, *uti num. proximè praeced. dictum*, mulctetur, *alleg. t.* 17. §. Und nachdem. 8. Quòd tamen tantummodò procedit, si excessus ultra quincunces sit immodicus, ut si 8. 10. vel plura pro 100. stipulata sint. Nam si duntaxat 6. pro 100. promissa, reductioni pensionum ad moderationem quincuncium absque ulla pœna locus est, *Frantz.* 1. *Resolut.* 2. *n.* 70. & 71. *Gail.* 2. *O.* 5. *n.* 10. Atque hoc obtinet in pensionibus nondum solutis, sin verò 6. pro 100.

so-

solutæ sint, illarum nulla habetur repetitio aut computatio. Atque sic 7. Julii 1658. judicatum in causa Kerckring contra Brömbsen/ *Sent. Camer. num.* 407. Et Mandatum pro concedenda defalcatione 5. Mart. 1661. in causa Paris von den Werder contra die Anhaltische Regierung zu Bärenburg denegatum fuit, *Supplic. tit.* 8. *n.* 103. Sin verò ultra 6. pro 100. solutæ, usuræ plus solutæ non tamen sorte, sed de residuis usuris defalcantur, *vid. Sent. Cam. num.* 644. 725. & *in Mantiss. n.* 181. Quòd si in Obligatione 6. pro 100. promissa sunt, Supplicans tenetur huic pacto tanquam usurario renuntiare & 5. pro 100. tantùm petere, uti factum in causa Buchenau contra Waldeck / & in causa Liechtenbergers contra Hovelstein/ *dict. tit.* 8. *n.* 1. & 10. Atque si hoc non factum, decerni solet: Noch zur zeit abgeschlagen / sondern wofern Supplicant dem Pacto usurario renuntiiren wird / sol ferner ergehen was recht ist. Ita decretum in causa Truchsessen contra Wolffsthal/ *d. t.* 8. *n.* 11. *Add. ibid. t.* 11. & 15. & 17.

96. Deinde prohibitum est huic contractui adjicere pactum, ut emptori, id est, Creditori sortem repetere liceat, *præalleg.* §. Und nachdem. 8. Nam hoc pactum est contra naturam annuorum redituum, quia quamprimùm horum emptio & venditio celebrata, sors tanquam pretium in venditorem seu debitorem illicò transfertur, ideò ab emptore seu creditore invito repeti nequit, *Gail.* 2. *O.* 7. *n.* 7. & 8. Proinde & huic pacto tanquam illicito in Camera renuntiari oportet, antequam Mandata ad solvendas pensiones annuas impetrari possunt. Vel solet Mandatum quoad Pensiones decerni, quoad Sortem verò denegari, uti factum in causa der Abtissin und Convents zu Sion in Cölln contra Solms / 5. Martii 1661. *Supplic. Cam. tit.* 8. *n.* 17. *Pactum, ut emptori sortem repetere liceat, contractui annui reditus adjici nequit.*

97. Hodiè verò permissum est, contractui annui reditus adjicere pactum, ut si debitor in mora solvendi annuas pensiones deprehendatur, quòd tunc creditori liceat sortem cum pensionibus repetere, & quidem extantibus clausulis executivis per Mandata S. C. *C. p.* 2. *t.* 25. §. 9. *Consult.* 1595. *Dub.* 18. *Quid hodie quodammodo limitatum.*

98. Ast cum in præalleg. texx. mentio non fiat, quod annuæ pensiones non solutæ requirantur, ut illa repetitio locum habeat, quapropter si nec illud in Obligatione expressum sit, quæritur anne unica tantum pensione non soluta, isti repetitioni statim sit locus? Ego id affirmandum puto, quia quamprimùm dies solutioni præstitutus cesserit, confestim pensio debetur, ac propterea debitor istam pensionem non solvens in mora solvendi constituitur.

99. Deinceps quanquam non solum generaliter usuræ de jure divino, canonico & civili sint prohibitæ, ideò quod per eas charitas & dilectio proximi offendatur, *Gail.* 2. *O.* 5. *n.* 5. sed etiam in Mutuo non admittantur, propterea quòd hoc gratuitum esse debeat, nec re contrahatur obligatio, nisi quatenus datum sit, *Gail. d. O.* 5. *n.* 14. *Usuræ generaliter omni jure prohibitæ sunt.*

100. Hoc tamen non procedit (1.) in Mutuo coacto, ubi usuræ moderatæ licitè exiguntur ac recipiuntur, quoniam peccata ex voluntate procedunt, deficiente igitur voluntate deficit peccatum. Atq; hoc casu non offenditur dilectio proximi, nec justitia commutativa læditur, sicuti in Mutuo voluntario, *Gail. d. O.* 5. *n.* 7. *Limitatio prima.*

Limitatio secunda. 101. (2.) In mutuo voluntario, si ratione Interesse damni emergentis (non verò lucri cessantis, initio contractus & ante moram certa quantitas usurarum stipuletur, quod licitum est, *Gail. d. O. 5. n. 16.* Ex usuræ ex stipulatu debentur, *l. 3. de usur. l. 24. de P. V.* Nonnulli etiam putant, creditorem de certo lucro initio contractus pacisci posse, dummodò post moram tanti sua verè Interesse probet. Quod tamen pugna non caret, *teste Gail. præalleg. n. 16.* Illa verò usurarum quantitas non debet excedere quincunces *arg. tradit. præced. n. 95. & R. 1654. §.* Unterreichend. 175.

Limitatio tertia. 102. (3.) Si nullæ usuræ stipulatæ sunt, & debitor sit in mora restituendi mutuam pecuniam, tunc tam de jure canonico quam civili ille à tempore moræ ad interesse tam lucri cessantis quam damni emergentis licitè conveniri potest, ne indebitè cum alterius damno locupletetur, *Gail. 2. O. 5. n. 14. & 15.*

Loco incerti Interesse 5. pro 100. quotannis solvuntur. 103. Cum verò illud Interesse sæpissimè sit valdè incertum ac dubium, idcircò ad evitandos longiores Processus & ne Judicium Camerale iis oneretur, sancitum ut à tempore moræ loco Interesse 5. pro 100. solverentur *C. p. 3. t. 60. §. 1.* Sin verò Creditor istis quinque contentus esse nolit, sed putet tam ex lucro cessante quam damno emergente sibi plus deberi, totum suum Interesse deducendi, legitimè liquidandi ac probandi potestas concessa sit, æstimatione tamen ejus Interesse arbitrio judicis facienda, *d. t. 60. §. 2.*

Tempus moræ quando currere incipiat. 104. Dixi Interesse à tempore moræ deberi, non immeritò itaque quæritur, utrum illud tempus incipiat à L. C.num ab insinuata citatione, an denique ab extrajudicali interpellatione? Resp. distinguendo, nam aut solutioni Mutui certus dies est præstitutus, atque tunc eo elapso confestim debitor constituitur in mora, etiam sine ulla interpellatione Creditoris, quia dies præfixus interpellat pro homine, *l. 12. C. de Contrah. stipulat. Add. Mynf. 3. O. 95.* Aut nullus dies est præfixus, & hoc casu requiritur, ut creditor ad debitorem constituendum in mora, eum opportuno loco & tempore interpellet, *l. 32. pr. de Usur. ibique Gothofr.* Ad inducendam verò moram unica interpellatio sufficit, *l. 87. §. 1. de legat. 2.* etiam extrajudicialis, *d. l. 32. princ.* Idque communis Dd. opinio approbat, *teste Gail. de Arrest. c. 13. n. 3.* Concludo igitur tempus moræ non à L. C. aut insinuata citatione, sed ab extrajudiciali interpellatione computandum esse.

Judæis Interesse debetur à tempore dati mutui. 105. Singulariter verò notandum, quòd Judæis Interesse debeatur non solum à tempore moræ, sed etiam à tempore obligationis seu dati mutui. Hinc 5. Julii Anno 1621. sequens notabilis sententia lata: In Sachen weiland Wolff-Adams von Schwalbach nachgelassener Kinder Vormünder contra creditores citat. ad liquidand & alien. bon. pupill. Ist die gebettene Alienation und Veräusserung ihrer Pflegkinder Güter zu Abtilgung derselben auf ungefährlich vier tausend Gülden weniger oder mehr belauffender Schulden vorzunehmen und ins werck zu richten / und mit den darauß gelösten Geldern den citirten und erscheinenden Creditorn umb ihr liquidirte und gestandene Forderung an außstellendem Hauptgeld / wie auch aufgewachsenem Interesse à tempore moræ, aber die Juden betreffend / von Zeit auffgerichteter Obligation an zu rechnen/

nen/ jedes Jahrs 5. pro 110. jedoch auff Abkürtzung dessen/ so sie allbereits hiebevor wider die Reichs-Constitutionen zuviel empfangen / Bezahlung und Abstattung zu thun/ hiemit bewilligt und zugelassen.

106. Porrò hic silentio haud prætereundum, quòd Actor in b. f. judiciis à tempore moræ quidem Interesse damni emergentis, non verò lucri cessantis petere possit, idque multis præjudiciis in Camera confirmatum esse attestetur Gail. 2. *O.* 6. *n.* 2. Ubi tamen n. 3. & 4. id in Mercatore, qui negotiari est solitus, fallere scribit. Sed cùm in mutuo, quod stricti juris est, etiam veniat Interesse lucri cessantis, *quemadmodum praced. n.* 102. *ostensum*, non video, quare illud non magis obtineat in actionibus bonæ fidei. *Lucrum cessans etiam in actionibus b. f. peti potest.*

107. Denique potest & illud huc addi, quòd obligationes Judæorum erga Christianos coram nullo alio, quàm Magistratu loci fieri debeant, cæteroquin nullius sint momenti, neque ullus judex super iis cognoscat, *R.* 1551. §. Diesem zu begegnen. 79. Nullus verò Christianus à Judæo actionem & debitum contra Christianum emat, illave Judæus Christiano ullo modo cedat, sub pœna amissionis actionis & debiti, *praalleg.* §. 79. *in fin.* Magistratus autem ejusmodi emptiones & cessiones in scripturam redigens honore atque officio privetur: reliqui scribæ à Magistratu loci carcere aliave commoda via puniantur, *R.* 1551. §. zu dem wollen. 80. Verùm hæc constitutio Hamburgi non observatur, nec credo illam ullibi in Imperio Romano observari. *Obligationes Judæorum coram Magistratu loci conscribendæ sunt.*

108. IV. Si pecunia contra Edictum monetale & tenorem obligationis expendatur, *Schvv. O.* 125. *n.* 10. Hoc enim casu creditor Mandata S. C. de solvendo pecuniam in Moneta imperiali & juxta tenorem obligationis impetrare potest, *Gylm. voc. Mandata S. C.* §. *Mandata S. C.* erkant/ wann Geld. *pag.* 191. ubi casum refert, quo pecunia soluta, quoniam non erat Imperialis, confiscata fuit. Proindè si in obligatione contineatur, ut Ducati pro Ducatis, Imperiales pro Imperialibus, &c. solvantur, ejus tenor observandus erit. *Casus IV. in quo Mandata S. C. decernuntur.*

109. Sed quid si moneta credita alia fuerit tempore contractus, alia tempore solutionis quæritur quodnam tempus observandum? Resp. Mutatio monetæ accidere potest in bonitate vel extrinsecâ vel intrinsecâ, Consistit verò bonitas extrinseca in duobus, (1) In valore seu æstimatione, in dem Werth oder Wardirung. (2) In charactere seu signo & justa nummi forma, im Geprdge / Schlage oder Uberschrifft. Bonitas intrinseca itidem in duobus consistit, (1) in pretiositate materiæ, im Schrott und Korn (2) in pondere, im Halt und Gewicht. *Monetæ bonitas est vel intrinseca vel extrinseca.*

110. Sic marcam Coloniensem, (*id est dimidiam libram*, ein halb Pfund /) ponderabant olim 65. Ducati, Müntz-Ordn. 1559. §. ferner dieweil. 68. R. 1576. §. Und auß sondern 78. Eandem Marcam quoque ponderabant 72. aurei floreni, Müntz-Ordn. 1559. §. Ferner die Gülden. 64. Item 8. Imperiales, *R.* 1566. §. Demnach haben. 150. Ratione pretiositatis 67. Ducati continebant aurum putum 23. Karath 8. Gran/ *d.* §. 68. & *d.* §. 78. Atque 72. Aurei continebant aurum purum 18. Karath/ 6. Gran/ id est, 12. semiuncias, 6. Gran. *praalleg.* §. 64. De- *Bonitas intrinseca in Ducatis, aureis & Imperialibus, in quo est [illegible]*

nique 8. Imperiales continebant argentum purum 14. Semiuncias, 4. Gran. *praecit.* §. 150. Quae omnia & hodie adhuc obtinent, nam in Ducatis, Aureis florenis atque Imperialibus ratione bonitatis intrinsecae nihil mutatum est.

Secus est in bonitate extrinseca.

111. Ratione verò bonitatis extrinsecae seu valoris mutatio contigit, nam olim Ducatus valebat 104. Crucigeros seu 26. Bacios, *praealleg.* §. 68. & 78. Aureus florenus valebat 75. Crucig. seu 18¾. Bacios Müng-Ordn. 1559. §. Dierauff ordnen 66. id est, quinque Quadrantes floreni communis, *Gylm. voc.* Goltgülden. Et Imperialis 68. crucig. seu 17. Bacios, *alleg.* §. 150. Hodie Ducatus 45. Bacios, Aureus florenus 30. Bacios & Imperialis 22½. Bacios valet, Floreni verò argentei, (gemeine/schlechte current Gülden/) ut & tam Bacii quam Semi Bacii atque Crucigeri ratione bonitatis intrinsecae mutati sunt, quia illorum ponderi multum detractum. Extrinseca autem bonitas seu valor mansit, nam florenus communis & olim & Hodiè 15. Bacios seu 60. crucigeros, & Bacius 4. Crucigeros valebat ac valet.

In pecunia credita solvenda tempus contractus attendi debet.

112 Hisce praemissis revertor ad quaestionem praeced. n. 109. propositam, videl. si in pecunia olim credita & hodie solvenda ratione bonitatis mutatio contigerit, utrum bonitas, quae fuerit tempore pecuniae creditae seu contractus, an verò solutionis attendenda? Et distinguo inter bonitatem extrinsecam & intrinsecam. Bonitas extrinseca (*scil. valor*) planè hic non attenditur. Nam prout illa est vel diminutior vel auctior tempore solutionis, quam fuerit tempore contractus damnum aut lucrum creditoris erit, *Gail.* 2. *O.* 73. *num. ult.* Quod verò bonitatem intrinsecam, (*videl. pretiositatem & pondus*) quam valorem abusivè cum Dd. communiter vocat *Gail. d. O.* 73. *num.* 3. attinet, illam attendi oportet, non tamen quae est tempore solutionis, sed quae fuit tempore contractus, *praealleg. num.* 3. Quapropter pecunia in eo pondere ac pretiositate solvenda, qui fuit credita, atque sic in Camera pronuntiari solet, *vid. Sent. Cam. num.* 181. 258. 407. 644. & 700.

Quod exemplis ostenditur.

113. Hinc cum Ducati, Aurei floreni atque Imperiales, quoad bonitatem intrinsecam hodiè non sint mutati, *prout praeced. num.* 110. *traditum est*, ideò illorum omnium tot numero sunt restituendi, quot crediti fuerunt, nec sufficit, si quis computatione juxta hodiernos Bacios facta solvere velit, v. g. Si 100. Ducati ad 26. Bacios computati crediti sunt, illi hodiè ad 45. Bacios computati faciunt 57. Ducatos & 35. Bacios. Proinde si creditor hisce contentus esse cogeretur, in 42. Ducatis & 10. Baciis laederetur. Similiter si 1000. Imperiales ad 17. Bacios computati mutuò dati, illi hodierno tempore ad 22½. Bacios computati efficiunt 750. Imp. 12½, Bac. Hos creditor accipere coactus in 250. Imper. 10. Bac. laederetur. Imò si quis Anno 1621. Creditum in isto enormiter exuberanti valore recipere coactus à debitore, ultra decimam partem laesus fuisset. Quod certè iniquissimum.

Credito in minore bonitate intrinseca soluto, ad sup.

114. Quocircà si cui forsan Creditum in minore bonitate intrinseca obtrusum sit aut velit obtrudi, ille in Camera Mandata S. C. ad supplendum istum defectum potest impetrare. Quod etiam in pensionibus nondum solutis obtinere

tinere

tinere statuo, quoniam quoad has creditori recipienti illarum solutionem in minore bonitate intrinseca, quæ alias valor intrinsecus abusivè nominatur, quam fuit tempore contractûs, non potest objici præscriptio longissimi temporis, quod videl. tanto tempore in tali valore solutio ei facta sit, *Gail.2.O.73.n.2.* Quoniam in annuis pensionibus præstandis tot sunt præscriptiones, quot sunt anni *ibidem num. 1.*

plenum defectum per Mandata S.C. procedi potest. Idem e sinet in pensio ibus ... dum solutis.

115. Hinc quamvis creditor ejusque hæredes per 100. & plures annos ejusmodi pensiones in minori valore receperint, debitorem non obstante præscriptionis exceptione inposterum ad illarum solutionem in eo valore, qui fuit tempore contractus, cogere possunt. Elegans præjudicium habet Gylm. *voc. pensio.* Ad pensionum verò in minori valore jam solutarum defectum supplendum plane agi non posse arbitror, quia creditor minores pensiones accipiens, residuum remisisse aut donasse censetur. *Add. Carpzov. Jurispr. forens. part. 2. constit. 2. defin 5. & 6.*

Secus verò est in pensionibus solutis

116. E contra si quis Anno 1621. 100. Imper. qui tum illo exequenti valore faciebant 600. florenos, acceperit creditorque istis 100. Imper. non sit contentus sed petat 600. floren. qui hodie 400. Imper. faciunt, potest itidem Debitor in Camera impetrare Mandata S.C. de recipiendo solutionem juxta valorem, (*id est, bonitatem intrinsecam,*) in quo pecunia fuit tempore contractus, *præjudicia allegat Roding. l.1.t.12.n.34. in medio.* Nec debitor pensiones in majori valore præstitas inposterum ultra valorem, qui fuit tempore contractus, præstare cogi potest. Similiter si in causa in camera pendente controversia de pecunia in excedenti valore accepta oriatur, solet Camera istum valorem reducere ad bonitatem intrinsecam, in qua fuit tempore contractus, *vid. Sent. Cam. n.258. 918. & in Mantiss. n.81.*

Contra creditorem pecuniam juxta bonitatem intrinsecam tempore contractus ... tam recipere valentem quomodo procedendum.

117. Suprà n. 111. tradidi florenos ratione bonitatis intrinsecæ mutatos esse, nam olim 9½. floreni ponderabant Marcam Coloniensem, Münz-Ordn. 1559. §. Zum ersten 3. Hanc Marcam quoque ponderabant 8. Imperial. *praced. nu.* 110. atque ita 100. floren. tum temporis efficiebant $84\frac{4}{19}$. Imper. Hodiè verò 100. flor. faciunt 66⅔. Imper. Quocirca si debitor impræsentiarum duntaxat 66⅔. Imper. solveret, haud liberabitur, sed obligatus est solvere $84\frac{4}{19}$. Imper. tot. enim Imperiales isti 100. floreni ratione bonitatis suæ intrinsecæ tempore contractus in se continuerunt.

Quomodo hodiè in florenis solutio procedat.

118. Quod si antiqua moneta, quæ fuit tempore contractûs, tempore solutionis non amplius reperiatur, solutiò in aliâ usu receptâ monetâ ad bonitatem tamen seu valorem intrinsecum antiquæ monetæ fieri debet, *Gail. 2. O.73. num.6. & 7.*

Moneta antiqua tempore solutionis non amplius existente, solutio in alia moneta usu recepta fieri debet.

119. Porrò si in obligatione comprehendatur, 1000. floren. esse mutuò datos, non verò adjectum, utrum dati sint in Ducatis num Aureis florenis, an Imperialibus, an denique florenis communibus, cùm floreni hodiè sint mutati, reliquæ monetæ verò non, *vid praced. n.* 111. hinc quæritur, in quo genere monetæ solutio fieri debeat? Resp. Hôc casu quidem erit in arbitrio Debitoris, quod genus monetæ sol-

Florenis simpliciter solutis, ... in qua moneta aliqui quid obtineat.

solverit, solutio tamen fieri debet, juxta æstimationem florenorum, non quæ est hodiè, sed quæ fuerit tempore contractûs.

Casus V. in quo S.C. mandatur.

120. V. Si à creditore proferatur instrumentum Guarentigiatum, cui debitor non satisfecit, nam tale Instrumentum facit debitum liquidum & fundat Jurisdictionem Cameræ, ut S.C. mandari possit, *Gylm. voc. Guarentegia.* Quia ejusmodi Instrumentum omnium ore vim rei judicatæ obtinet & pro veritate habetur, quare etiam uti res judicata paratam habet executionem, *Coler. de Process. Execut. part. 1. c. 3. n. 14. Mind. de Mand. c. 69. nn. 6. & 7.* Atque ideò Austregæ cessant, *Gylm. voc. Executoriales. §. Nota tamen.* Hinc cùm in causa Budhenaw contra Waldeck obligatio guarentigiata produceretur, mandatum de solvendo S.C. 11. Aug. 1662. decretum est, *Supplic. Cam. t. 8. n. 1.*

Guarentigia quid sit.

121. Guarentigia autem nihil aliud est, quàm præceptum factum per Notarium de Instrumento rogatum à partibus, ut observent in Instrumento contenta, *Gylm. d. voc. Guarentigia & Coler. dict. cap. 3. nu. 15.* Hanc descriptionem irridet Mind. *d. c. 69. n. 8.* dicens *ibi n. 13.* Instrumenta guarentigiata nihil aliud esse quam cautiones quasique obsides & documenta securitatis publica Tabellionis, cujus delecta fides est, authoritate munita, adversus omnem suspicionem dolumque Debitoris, idque duplici firmitatis argumento, confessione ipsiusmet debitoris, tum attestatione, fide & legalitate Notarii.

Instrumentum Guarentigiatum super debito illiquido conceptum paratam executionem non habet.

122. Circa hoc Instrumentum Guarentigiatum verò ratione executionis animadvertendum, si debitum in tali Instrumento sit liquidum, quòd tunc executio tantummodò mandari queat, diversum autem obtineat, si debitum sit illiquidum & particulare. Executionem tamen in Debito universali illiquido mandari posse Dominos Camerales voluisse scribit *Mynf. 2. O. 6.* Quod non puto verum, quia executio fieri planè nequit, nisi Debito, etiam universali priùs liquidato, *Gail. 1. O. 68. n. 5. & 6.* Plura de Instrumentis Guarentigiatis tradunt Coler. *dict. Cap. 3. n. 14. usque 22.* & Tusch. *Lit. G. Conclus. 81.*

Casus VI. in quo mandata S.C. decernuntur.

123. VI. In Nunciatione novi operis, donec sufficiens cautio offeratur ac præstetur, *Cp. 2. t. 25. §. 14.* Atque hoc casu mandata Demolitoria & inhibitoria decerni solent, *de quibus vide Gail. 1. O. 16. Schuv. 2. Process. c. 9. cum 2. seqq. & eund. O. 135. usq. 141.* ubi factum 13. Nov. 1662. in causa Walspurg contra Gielsperg/ *Supplic. Cam. tit. 8. n. 65.* Item Achen contra Pfaltz-Neuburg / *dict. tit. 8. num. 66.* E contra in causa Uberlingen contra Heiligenberg / 25. Jannuar. 1660. mandatum de non impediendo ædificare S. de restituendo autem destructa C. C. decretum, *dict. tit. 8. nu. 63.* Ast utrùmque mandatum S. C. 29. Jul. 1664. decretum in causa Uberlingen contra Heiligenbergischen Beambte / *ibidem numer. 64.*

VII. 124. VII. Si Magistratus contra subditos inobedientes agat ad solutionem contributionum Turcicarum seu Collectarum Imperii & pœnæ dupli, nisi mandata C.C. sint petita, aliave justa causa subsit, *d. t. 25. §. 15. Consult. 1585. Dub. 11. Add. suprà t. 30. n. 22. & infrà. n. 160.*

VIII. 125. VIII. Si quis alteri vim publicam minetur, aut inferre in animo habeat, &

minæ

minæ tales sint, ut ad effectum perductæ pacem publicam turbare queant, *Gail. 1. O.4. n.1. & 2, Add. suprà t.29. n.256. & seqq.*

126. IX. Si naufragium passo merces & bona in navi vecta, quæ secundum consuetudines seu Statuta quorundam locorum in Commissum cadunt, atque ad Dominum fluminis pertinent, per illum Dominum sive alium auferantur, *Gail. 1. O.18.* Sunt enim ejusmodi consuetudines & statuta in jure reprobata, *vid. auth. Navigia. C. de furt. C.3. de Raptor. Constit. Crim. art. pen.* Nam nemo, ne fiscus quidem ex aliena calamitate compendium quærere debet, *Gylm. voc. restitutio. §. sic etiam.* IX.

127. X. Si Dominus territorii mercatoribus aut aliis per suum territorium transeuntibus atque publicam securitatem seu salvum conductum petentibus deneget, Præjudicia habet Thilm. *Syntagm.4. Decad.1. Vot.3.* Exceptiones nonnullæ traduntur in *R.1442. art.* Von Reisigen Knechten. *5. & seq.* Salvus conductus quoque subditis contra proprium Dominum concessus in causa Waldenburgischen Gemeinde contra Schönburg Mandati de non excludendo à Cœna Domini S.C. cum salvo conductu, *Supplic. Cam. t.8. n.91.* X.

128. XI. Si quis Judæos foveat, qui non sit Status Imperii nec privilegium fovendi Judæos habeat, *Gylm. voc. Mandata S.C. §. Mandata S.C. sunt contra illos, &c.* Nota casum, quô mandata S.C. contra mediatos Imperii decreta, *Add. præced. n.36.* XI.

129. XII. Si quis contra sententiam in Camera latam turbetur, etiamsi ejus proprius Magistratus turbet, *Gylm. voc. Mandatum S.C. §. Quando igitur. pag. 195.* Sed quid si Mediatus turbet? R. Et hoc casu jurisdictionem Cameræ fundatam esse arbitror, quoniam Camera sententiam à se latam contra quemcunque turbantem defendere & potest & debet. Non dubitandum tamen, turbantem coram ordinario Magistratu conveniri quoque posse. Porro si quis contra sententiam per inferiorem judicem latam ab immediatè Camerali Jurisdictioni subjecto turbetur, cùm ille judex in ejusmodi turbantem nullam potestatem habeat, Cameram quoque adeundam esse puto. XII.

130. XIII. Si quis Commissarius ad examinandos testes in Camera nominatus ac constitutus Commissionis negotium expedire protrahat seu deneget, *Rod. l.1. t.12. §.22.* XIII.

131. XIV. Si quis monopolium exerceat contra Ordinationem politicam, *Roding. d. t.12. §.24.* XIV.

132. XV. Si quis Subditos alicujus tertii innocentis prætenso jure belli incarceraverit, *R. d. t.12. §.27.* XV.

133. XVI. Si quis bona litigiosa alienare conetur, *Gylm. voc. Mandata de non alienando.* Quòd si tertius ejusmodi bona possideat, ei inhiberi solet, ne alteri litigantium ista bona extradat, uti 4. April. 1660. factum in causa Rübhorn contra Speyr / *Supplic. Cam. t.8. nu.46.* Item si quis bona in potentiorem vel Judicii mutandi causa conatur alienare, pro Mandato inhibitorio & de non alienan- XVI.

do S.C. in Camera ſupplicari ſolet, uti factum in cauſa Leiningen contra Gieſſen / *dict. t.8. n.44. & 45.*

XVII. 134. XVII. Si liber aditus ad captivum præcludatur, *Gylm. voc. Madata S.C. §. Madata S.C. de praeſtando. pag. 191.*

XVIII. 135. XVIII. Si Captivi ſiſtendi & exhibendi fuerint, *Schvvanm. O.125. num.* 8. In cauſa Leining Oberbrunn contra Kornweiſſenburg ſupplicabatur pro mandato de exhibendo Fugitivum S.C. Aſt. 1. Febr. 1661. illud denegatum fuit *Supplic. Cam. t.8. n.92.*

XIX. 136. XIX. Si bona furtiva à Magiſtratu loci confiſcentur, *Gylm. voc. Mandata de reſtituendo. §. pen. Add. Conſtit. Crim. art. pen.*

XX. 137. XX. Si quis ex ſuo ordinario foro fuerit evocatus, *Gylm. voc. Mandata S. C. §. Mandatum S.C. decretum.* Vel ſi quis ad judicium extra Imperium trahatur, *Schvv. O.21.* Ratio, quia Imperialibus conſtitutionibus prohibitum, Imperii ſubditos ex judicio ordinario ad aliud extra Imperium aut aliorſum trahere, *R. 1512.* §. Item es ſollen. 58. *& ſeq.* Ac inſuper rectæ rationi & omni juri congruum eſt, ut Actor forum Rei ſequatur. Ideo ſi controveniatur, tanquam ob Factum nullo jure juſtificabile mandata S.C. decernuntur, *juxta praeced. n.70.* Hinc mandatum caſſatorium & inhibitorium decretum 10. April. 1662. in cauſa Soeſt contra Die Clevische Regierung / *Supplic. Cam. t.8. n.26. & 27.* Item 19. April. 1662. in cauſa Blankatt contra le Pape, *dict. t.8. n.31.* Nec non 8. Febr. eod. Anno in cauſa Aulæ Curingianæ contra Grotars *dict. t.8. n.34.* Tamen in cauſa Gutthäters contra Bamberg. mandatum Caſſatorium & inhibitorium C.C. 5. Decembr. 1661. decretum, *dict. t.8. n.24.* Item 8. Febr. 1662. in cauſa Z.ll am Hammersbach contra Rohtweil / *dict. t.8. n.25.* Nec non 15. Octobr. 1662. in cauſa Civitatis Trudonis contra Officialem Leodienſem, *ibidem n.33.*

Iſtius ca'us lim. ati. 138. Prædicta vero limitantur, ſi ſubditus Imperii ratione extra Imperium ſitæ conveniatur, quoniam tunc in arbitrio Actoris eſt, utrum Reum coram ordinario Magiſtratu, an coram judice rei ſitæ convenire velit, *per l. fin. C. ubi in rem actio. Add. Umm. Proceſſ. Judic. diſp. 4. n.15. 16. & 17.* Hinc contra Actorem, qui Reum imperio ſubjectum coram judice Rei extra Imperium ſitæ convenit, Reus mandata S.C. impetrare non poteſt, ne alioquin Actori electio fori à jure communi conceſſa contra æquitatem adimeretur.

XXI. 139. XXI. Si patri filia, aut pupillus tutoribus non exhibeatur, *Gylm. d. voc. Mandata S.C. pag. 192. in medio.* In cauſa Bernshofen contra Wormbſern 26. Martt. 1663. ſupplicabatur pro mandato de exhibenda filia, neque impediendo uti frui bonis maternis S.C. cum citatione ſuper injuriis, aſt mandatum denegatum & citatio ſuper injuriis & damno dato decreta eſt, 11. Maji, eod. Anno, *Supplic. Cam. t.8. n.93. & 94.*

XXII. 140. XXII. Si quis alterum in proſecutione litis impediat, *Mind. de Mandat. c.29. n.1.* Item ſi quis lite pendente attentet, hinc in cauſa Hunolſtein contra Leyen Mandatum de lite pendente nihil attentando S.C. 8. Febr. 1662. decretum, *Supplic. Cam. t.8. nu.42.* Simile mandatum aſt C.C. 29. Jan. 1663. decretum in cauſa Iſſenburg contra Officialem zu Coblentz / & conſort. *dict. t.8. n.41.*

141.

141. XXIII. Si arbores frugiferæ excidantur, aut sylvæ vastentur, *Mind. de Mandat. cap. 39. n. 8. junct. n. 5. ibid.* XXIII.

142. XXIV. Si leprosus sanorum consortium evitare & migrare nolit, Klock. *Vot. Cam. 114.* XXIV.

143. XXV. Si Subditi homagia aut alia præstanda præstare renuant, Klock. *Tom. 1, Consil. 17. n. 5.* Tamen in causa Chur-Trier contra Abten und Conventualen zu St. Maximin/ Mandatum de præstando homagia ac solvendis collectis C. C. 2. Octobr. 1652, decretum legi, Si quis verò alterius Subditos ad ipsi præstandum Homagium compulerit, tunc pro Mandato de relaxando Subditos à Juramento vi & metu extorto supplicari, solet uti factum in causa Wadgaß contra Nassau Sarbrücken/ *Supplic. Cam. tit. 8. n. 51.* XXV.

144. XXVI. Si testes testimonium perhibere recuset, *Gail. 1. O. 98.* Quod tamen intelligendum de teste immediatè imperio subjecto, nam contra testes mediatos ejusmodi Mandata in camera non decernuntur, *Gylm. voc. Mandata Jurisdictionalia. §. Mandatum ad compellendum.* XXVI.

145. XXVII. Si quis litem in Camera jam cœptam ad Aulam Cæsaream trahere velit. Ita factum 23. Decembr. 1650, in causa Waldeck contra Paderborn & consort. Mandati de non impediendo prosequi litem & eam trahendo ad aliud forum, quam ubi cœpta, cum citatione ad vidend. se incidiss. in pœnam l. ult. §. fin. C. de in Jus voc. Die Graffschafft Pirmont betreffend. Tamen in causa Waldeck contra Merode Mandatum de continuando & non impediendo prosequi litem C. C. decretum fuit 5. Decembr. 1646. Cum in causa Ulaten contra Putzische Ergenahmen litem in Camera pendentem ad Judices inferiores trahi vellet, 24. Nov. 1662. Mandatum de continuando litem, ubi cœpta est, S. C. decretum legitur in Supplic. Cam. *tit. 8. n. 99.* XXVII.

146. XXVIII. Si quis nova, illicita insolitaque vectigalia instituat, seu instituta augeat, *Mind. de Mandat. cap. 42. n. 17. & ult. Gylm. voc. Mandata S. C. §. Mandata S. C.* Da neue. *pag. 191.* In causa Schwäbischen Hall contra Limburg Mandatum de tollendo novo vectigali & restituendo C. C. 26. Febr. 1664. decretum legitur in Supplic. Cam. *tit. 8. num. 105. & 106.* Atque in causa Annoni contra Chur-Pfaltz 6. Febr. 1660. Mandatum inhibitorium s. Cassatorium verò & restitutorium C. C. decretum est, *dict. tit. 8. num. 47.* XXIII.

147. XXIX. Si publica persona, uti Advocatus, Procurator, Notarius, &c. suum officium deneget, *Mind. de Mandat. cap. 53. n. 8. usque 19.* XXIX.

148. XXX. Si Magistratus tutores seu curatores supersedeat, *Mind. d. cap. 53. in fin.* XXX.

149. XXXI. Si Alimenta denegentur, *Mind. de mandat. cap. 54. n. 1.* Quod intelligendum si sc. de certa alimentorum quantitate constet, cæteroquin C. C. mandandum, *Mind. d. cap. 54. n. ult.* In causa Mecklenburg contra Mecklenburg 15. Octobr. 1661. Mandatum de non ampliùs subtrahendo Alimenta nec impediendo perceptionem fructuum pro alimentis assignatorum s. de restituendo XXXI.

autem C. C, decretum est, *Supplic. Cam. tit.* 8. *n.* 97. Et in causa Söltern contra Sötern Dachstul 4. Aug. 1662. Mandatum de præstandis Alimentis & desuper assecurando S. C. impetratum est, *dict. tit.* 8. *num.* 104.

XXXII. 150. XXXII. Si quis à suo Statu & dignitate remotus. Quo casu Mandata S. C. de restituendo in pristinos honores decerni solent, *Gylm. voc. Actio injuriarum.* His etiam citatio super injuriis adjungi potest. Ubi tamen non sufficit in genere allegare sibi injurias esse illatas, sed debent injuriæ in specie deduci, alias decernitur : Wofern Supplicant die angezogene Injurien in specie fürbringen wird / soll ferner ergehen / was Recht ist / *Gylm. d. loc. & voc. Injuria.* §. *Ad obtinendos.* In injuria autem verbali ipsa verba injuriosa expressè ponenda, idque eum in finem, ut aliqualiter Cameræ constare possit, verba illa per se injuriosa esse, & revera Supplicanti injuriam inflictam. Sæpè enim putat quis, verbis injuriosis se impetitum, cùm tamen revera illa verba non sint injuriosa, ideò si omittuntur, decernitur : Auff fürgebrachte Narrata abgeschlagen. *Magenh. O.* 8.

Actio injuriarum intra annum instituti debet, Actio spolii vero intra 30. annos intentari potest.

151. Observandum verò, quòd hæc actio injuriarum intra annum institui debeat, qui annus tamen non à die illatæ injuriæ sed scientiæ currit, atque ita in pleno conclusum esse testatur Ante-Maril. O. 31. Post annum verò duntaxat ratione spolii agi potest, nam quamvis hæc actio non spectet ad tertium caput actionis injuriarum ex L. Cornel. quæ 30. annos durat, *Mynf.* 1. *O.* 84. tamen non anni sed demum 30. annorum lapsu præscribitur, *Gylm. voc. Actio injuriarum.* Agit verò quis actione spolii quatenus de quasi possessione officii, honoris & dignitatis dejectus est. Competunt enim ei remedia possessoria, videl. unde vi & alia. Atque tales causæ solent intitulari, spolii & injuriarum, *Gylm. voc. Injuria.* §. *Quando aliquis.*

Actio injuriarum ex causa pendente orta quomodo prosequend.

152. Si causa injuriarum ex alia causa jam pendente in Camera oriatur, in illa usque ad L. C. inclusivè proceditur ad impedienda præscriptionem annalem ac subsistitur, donec causa principalis determinatur, *Gylm. ibid.* §. *In causis injuriarum.* Potest etiam injuriatus tantum protestatione facta actionem Injuriarum usque ad sententiam definitivam causæ principalis differre, *Ibid.* §. *Injuriatus.*

XXXIII. 153. XXXIII. Si pupilli bona immobilia sint alienata. Quod intellige si alienatio sine Decreto Judicis sit facta, vel alio modo ipso jure nulla, quoniam talis alienatio est contra legem prohibitivam, ideò à præcepto inchoari potest. Ubi factum 6. Mart. 1663. in causa Marolles contra Kratz / *Supplic. Camer. tit.* 8. *numer.* 98. Est verò secus, si ope exceptionis alienatio annullanda sit, quia tum Ordinarius Processus requiritur, *Gylm. voc. alienatio.* Ubi casum refert, in quo pupilli bona immobilia erant sine Decreto judicis alienata, nec tamen super 4. casibus Supplicanti Mandatum decernere voluisse Assessores, quia Supplicans haberet rei vindicationem, utpote alienatorum dominio non translato, *per l.* 4. & 10. *C. de præd. minor. non alien.* Cujus hæc potest esse ratio, quòd ad Mandatum tanquam extraordinarium remedium non descendi debeat, ubi ordinarium habemus.

154

154. In Camera verò si pupillorum bona immobilia alienanda, intervenire debet (1.) Authoritas tutorum, qui narrare debent, Daß sie bey ihrem Eyd erhalten können/ quod hæc alienatio cedat in utilitatem minoris, (2.) Examinatio causæ. (3.) Decretum Judicis, qui istius juramenti præstationem tutoribus injungit. (4.) Subhastatio. Atque hæc strictè observari attestatur *Gylm. voc. Pupillus.* *Modus pupillorum bona immobilia alienandi.*

155. XXXIV. Si quis captivum fortè de fuga suspectum sit dimissurus. Hoc casu tertius, cujus intererest, potest impetrare Mandatum de retinendo Captivo *Gylm. voc. Decretum §. De decretis.* XXXIV.

156. XXXV. Si quis navigationes impediat, liberum fluvium claudendo *Gylm. voc. Mandata S. C. §. Mandata S. C.* Erkant da freyer. *pag. 91.* Atque hinc in causa Hamburg contra Braunschweig Mandatum de non impediendo in flumine publico Albi navigantes in libero cursu 4. Febr. 1662. decretum est, *vid Supplic. Cam. tit. 8. n. 107. & 108.* XXXV.

157. XXXVI. Si quis ejus, qui sibi mortem conscivit, vel etiam aqua est suffocatus, bona confiscet, *Gylm. ibid. §. Mandata S. C.* Da eins. *& seq.* Aliquando etiam tale Mandatum C. C. decretum, tradit Gylm. voc. *Mandata de restituendo. §. antepen.* Restitutio cadaveris verò nunquam fuit injuncta, nonnunquam denegata, nonnunquam denique alternativè, ut aut cadaver restituatur, aut Reversales dentur. decretum *Gylm. voc. Spolium. §. pen. & ult.* XXXVI.

158. XXXVII. Si officiales in civilibus se competentes pronuntient, *Gylm. voc. Mandata S. C. contra officiales pag. 192.* XXXVII.

159. XXXVIII. Si veneficii suspectus velit torqueri, indiciis legitimis non præcedentibus, vel Reo denegetur copia diffamationis & inculpationis *Gylm. d. voc. Mandata S. C. §. Quamvis pag. 193.* XXXVIII.

160. XXXIX. Si Magistratus suum civem seu subditum sine causa expellere conetur, *Gylm. ibid. §. An magistratui.* Item si Magistratus suos cives vel subditos ad solvendas inconsuetas contributiones aut ad præstandas insolitas operas cogere conetur, *vid. Supplic. Camer. tit. 8. n. 82. 83. 84. 85. & 86.* XXXIX.

161. XL. Si quis transportationem frumentorum per suam provinciam exteris deneget, vel victualia intercludat, Gylm. *ibid. §. seq.* cum in causa Essen contra Essen peteretur Mandatum de non impediendo libero commeatu S. C. Literæ pro informatione 5. Jan. 1665. decretæ sunt, *Supplic. Cam. tit. 8. n. 61.* XL.

162. XLI. Si quis juramento renuntians bonis paternis ac fraternis, se deinceps hæreditati immiscere conetur, Gylm. *voc. Renunciatio pr.* XLI.

163. XLII. Si institutus sub conditione, quæ in sua potestate sit, illam in præjudicium substitui nolit adimplere, Gylm. *voc. Mandatum S. C. §. Mandatum S. C. decerni. pag. 195.* XLII.

164. XLIII. Si Dominus feudo aperto, etiam bona allodialia quasi essent feudalia arrestet, Gylm. *voc. Mandatum S. C. §. Sic mandatum. pag. 196.* XLIII.

165. XLIV. Si quis contra testamentum paternum bona paterna alienare intendat, Gylm. *voc. Mandata de non alienando.* Præjudicium habet in causa Marolles contra Kragen/ *Supplic. Cam. tit. 8. n. 98.* XLIV.

XLV. 166. XLV. Si judex ecclesiasticus in negotiis sæcularibus & inter laicos jurisdictionem exerceat, *Gylm. voc. Mandata inhibitoria. §. ult.* Cùm Judæitas Francofurtensis Bannum ecclesiasticum contra Moysen Juden zum Ochsen zu Franckfurt exerceret, ejusque bona arrestaret, Camera 6. Jun. 1661. Mandatum cassatorium & restitutorium S. C. cum citatione ad vidend. se incidisse In pœnas Jurium, Constitutionum violatæque Jurisdictionis Imperii decrevit, *Supplic. Cam. tit.* 8. *n.* 38. Notari & illud potest, quòd Camera 17. Febr. 1665, Judici inferiori remissionem causæ ad Judices Judaicos prohibuit, *Sent. Cam in Mantiss. num.* 2.

XLVI. 167. XLVI. Si tertius tutelam prætendens tutores in Camera confirmatos in administratione tutelæ impediat, *Tennag. class.* 2. *cap.* 26.

XLVII. 168. XLVII. Ne debitor creditori solvat, potest istius creditoris creditor contra illum debitorem Mandatum de arrestando S. C. obtinere, *Gylm. voc. Mandata pro relax. arrest. §. Aliquando & seq.* Atque tale Mandatum obtentum 29. Julii 1661. in causa Lutzou contra Pfaltz Zimmern/ *Supplic. Cam. tit.* 7. *n.* 21. & 22. Item 14. Nov. 1662. in causa Hunoldstein contra Bischoffen zu Speyr/ *d. tit.* 7. *n.* 23.

XLVIII. 169. XLVIII. Si Mandata futuros casus respiciant, qualia sunt de non turbando, offendendo. inquietando, &c. Atque illa super jure communi seu aliqua constitutione Imperii fundentur S. C. Reliqua verò, quæ fundantur super facto, C. C. emanare solere attestatur Gylm. *voc. Mandata Jurisdictionalia. §. An mandata.* Atque si quis in jure suo jam turbatus vel de ejus possessione planè dejectus, sit, solet simul pro mandato restitutorio inhibitorio, ac similibus supplicari, *vid. Supplic. Camer. t.* 8. *n.* 52. 53. 54. 67. 68. 69. 70. 71. 74. 75. 76. & 78. Solet quoque supplicari pro Mandata de non Facti, sed ordinaria juris via procedendo, *vid. d. t.* 8. *n.* 76. 78. 79. 80. & 81.

Quomodo in mandatis S. C. procedatur in contumaciam Rei non comparentis.

170. Processus in Mandatis S. C. est summarius ac privilegiatus, *C. p.* 3. *t.* 42. *pr.* Et quidem Actor in primo termino Mandatum reproducit, comparationem Rei & paritionem percepturus. Reo non comparente petit Proclama, quod decreto & elapsis 6. Juridicis (*non verò, uti errat magenh. O.* 65. *statim simul cum proclamate,*) postulat declarationem pœnæ & Arctius, quod utrumque sine prævia ulteriori citatione ad Actoris postulationem statim decernitur.

An Reo non comparente ad declarationem pœnæ ulterioris citatione opus.

171. Aliquando antiquitus dubitatum fuit, anne Reus ad illam declarationem rursus esset citandus. Et licet hoc Dubium, quod teste Roding. *lib.* 3. *tit.* 41. *§. Sed duo adhuc. & §. Alterum dubium* fuit octavum inter illa octo Dubia, quorum Decisio in Deput. 1600, §. Hinternal fürter. 141. ad proxima comitia quidem remissa, sed hactenus nondum secuta est, à Statibus usquedum resolutum non sit, tamen quia nunc temporis in pleno per majora conclusum, ulteriori citatione non opus esse, illud conclusum adhuc hodie observatur.

Si Arctiori insinuato Reus iterum emaneat, in Bannum declaratur.

172. Deinde si Reus post decretum & insinuatum Arctius, quo ipsi sub pœna Banni mandatur, ut simplici Mandato pareat, atque pœnam ob contumaciam inflictam exsolvat, & citatur ad docendum de paritione aut videndum se declarari

in pœnam Banni allegandumve causas, quare ejusmodi declaratio fieri non debeat, *Arctioris formulam vide in Supplic. Camer. tit.* 8. *n.* 23. (in præfixo termino citationis iterum non comparet, tunc præmisso proclamate & effluxis sex Juridicis ad implorationem Actoris in Bannum declaratur, adversusque illum ulteriùs proceditur, quemadmodum infrà *t.* 77. *n.* 10. *& seqq.* uberiùs edocebo. Attamen in causa Hansket contra Officialem Leodiensem emanato & reproducto arctiori mandato Declaratio non statim facta, sed adhuc citatio ad vid. se declarari in pœnam Banni 3. Maji, 1662. decreta est, *Sent. Cam. n.* 838. Similiter in causa Hodister contra Linden citatio ad vid. se declarari in pœnam privationis, 13. Martt. 1657. præmissa, *Sent. Cam. n.* 203. Deinde Citatâ non comparente 5. Octobr. 1657. Proclama decretum, *Sent. Cam. n.* 281. Quo facto demum 10. Decemb. eodem Anno declaratoria privationis publicata est, *ibid. n.* 340.

173. Quòd si Reus ad reproductionem simplicis Mandati comparet, tunc quia in omnibus ferè mandatis S.C. expresse jubetur, ut iis Reus statim pareat & posteà in primo termino, qui in specie Reo ad hoc præfigitur, de paritione jam factâ doceat, vel videat se declarari in pœnam istis mandatis insertam, aut verò, si causas habeat relevantes, quare talis declaratio fieri non debeat, eas in memorato termino proponat, *C. p.* 3. *t.* 42. *pr.* Reus statim de reali paritione docere, vel suas exceptiones omnes simul sub pœna præclusionis proponere cogitur, *R.* 1654. §. Belangend die *Mandata* 76. & §. Nechst diesem. 78. *Reus comparens statim in primo termino vel de reali paritione docere vel excipere tenetur.*

174. Antiquitus quidem concessum erat, in primo termino ex causis singulariter relevantibus, consideratis circumstantiis ac longinquitate loci, ubi Reus commorabatur, 1. 2. 3. 4. vel summum 5. mens. ad excipiendum petere, *d. t.* 42. *pr. in fin.* Ast cùm nonnulli Rei illa concessione abuterentur, & promiscuè tempus ad excipiendum postularent, ista facultas petendi tempus ad excipiendum in totum sublata ac sancitum, ut in primo termino vel de reali paritione doceretur, vel exciperetur, *prealleg.* §. Belangend. 76. *Olim tempus ad excipiendum petere licet.*

175. Sed cùm in mandatis S.C. tantùm 30. dies ad comparendum & docendum de reali paritione vel excipiendum præfigantur, Reo autem propter amplitudinem causæ aut distantiam loci, aliave justa impedimenta impossibile sit, ut in præfixo termino ad excipiendum paratus accedat, iniquum videtur Reo ob tam angustum terminum viam ad excipiendum præcludere, propterea quæritur, quomodo Reo succurrendum? Resp. Ante præfixum comparitionis terminum (*minimè autem in ipso termino*) prorogationem ejusdem termini coram Deputato postulare potest, *infrà t.* 76. *n.* 24. & 25. *Hodie tamen præfixi termini rogationem petere licet, modo fiat ante ejusdem termini lapsum.*

176. Quòd autem prorogatio illa ante terminum comparitionis peti debeat, confirmant tradita Magenh. O. 60. dum ait: *Si Mandatum illud in primo termino reproducatur, & Procurator ex adverso compareat quidem, sed neque doceat paritionem, neque proponat exceptiones, sed dicat forte tabellarium esse in via, se in proximo suo ordine Novarum velle agere, & tum postero die, vel etiam tertio, quarto, &c. die producat exceptiones, nihil agit, quia illa exceptiones pro nimis serò productis habentur. Debet ergò potiùs in primo termino non comparere, sed omninò tacere,* *Quod confirmatur authoritate Magenhorstii.*

tacere, & post ubi habuerit exceptiones, vel alias Handlung *poterit secundo, tertio vel etiam ulteriori die comparere & proponere exceptiones, &c. tum nihil ei officit, quòd in termino non comparuit. Quod notandum.*

De modo forma via paritoria simplicis.

177. Si Actor petita prorogatione non attentâ sententiam urgeat, atque judex ea nondum elapsa interloquatur, id fermè sequenti tenore fieri consuevit. In Sachen Mævii Klägern Eins / wider Cajum Beklagten andern Theils mandati &c. ist Klägern sein der Declaration pœnæ und Arctiorn halben beschehen Begehren noch zur zeit abgeschlagen / sondern Beklagten ein glaublichen Anzeig zu thun / daß dem außgangenem / verkündt- und reproducirtem Käyserlichen Mandat alles seines Inhalts gehorsamlich gelebt sey / Zeit zween Monat pro Termino & prorogatione von Ampts wegen angesetzt / mit dem Anhang / wo er solchem also nicht nachkommen wird / daß er / Beklagter jetzt alsdan und dan als jetzt in die Peen berührtem Mandat einverleibt hiemit erklärt / fernere Proceß / auch erkent / daß er seinem Gegentheil Gerichtskosten derentwegen auffgelauffen nach rechtlicher Ermäßigung zu entrichten und zu bezahlen schuldig seyn solle.

Per simplicem paritoriam non præcluditur via proponendi exceptiones.

178. Atque hanc formulam pronunciandi judex hodiè observat, petita prorogatione silentio indistinctè præterita, sive causæ, ob quas prorogatio petita, sint justæ, sive irrevelantes. Quod ideò fieri existimo, ne disceptando super re aut irrevelantia causarum tempus inutiliter conteratur, & quia per illam sententiam Reo non præcluditur via opponendi suas exceptiones, quare has in termino præfixo loco injunctæ paritionis adhuc proponere potest. Atque si istæ exceptiones sunt relevantes Mandatum cassabitur, Actore in Expensas condemnato. Sin verò irrelevantes deprehendantur, priori sententia confirmata novus terminus ad parendum præfigitur.

Antequam in Dubio fuerit de formula concipiendi paritoriam simplicem.

179. Obiter hic notari potest, cùm aliquando dubitatum fuerit, quomodo in casu petitæ prorogationis ad excipiendum pronunciari deberet, præmissam pronunciandi formulam à Collegio Camerali approbatam quidem esse, à Statibus Imperii tamen hoc Dubium, quod teste Roding. *lib.* 1. *t.* 41. §. *Sed duo adhuc & seqq.* fuit septimum inter illa octo, quorum decisio in Deput. 1600. §. Sintemal fürter. 141. ad proxima comitia remissa, hactenus nondum esse resolutum.

Differentia inter paritoriam simplicem & plenam.

180. Insuper neque hic silentio prætereundum, sententia præced. n. 177. positam vocari paritoriam simplicem, quia judex simpliciter & absque rejectione exceptionum seu præclusione viæ proponendi easdem paritionem injungat. Sin verò exceptiones oppositæ tanquam irrelevantes rejiciuntur, tunc in prædicta sententia post verba: Sondern Beklagten: inseri solent verba: Einwendens ungehindert. Vel si quidem non exceptum, tamen non plene paritum, verba: Ungenugsamer Parition ungehindert. Atque tunc illa sententia appellatur Paritoria plena. Quoniam hæc sententia ob rejectas exceptiones vim definitivæ habet, atque jam plenariè paritionem injungit.

Exceptionibus Rei tanquam irrelevantibus.

181. Præterea si Actor exceptiones à Reo propositas irrelevantes putat, illis per Generalia statim contradicit, atque propter non doctam nec factam paritionem

nem

nem petit declarationem pœnæ & Arctius, vel pro suo lubitu loco Arctioris mandatum de exequendo. *Vid. infrà t. 77. n. 9.* Judex verò, si oppositas exceptiones quoque pro irrelevantibus ac frivolis habet, non Actori ad replicandum ulteriorem terminum præfigere, sed Reum ad parendum per sententiam astringere & compellere debet, nisi Reo in puncto Paritionis ulterior terminus concedendus, quo casu vigore Deput. 1600. §. Im fall. 53. confestim primæ Paritoriæ non solùm eventualis declaratio pœnæ, sed etiam comminatio, quòd Arctius (*vel Mandatum de exequendo, si videlicet hoc loco Arctioris petitum sit,*) in eventum non doctæ paritionis sine ulteriori imploratione ex Cancellaria extradi debeat annectenda, *R.* 1654. §. Belangend die. *Mandata.* 76, *C p. 2. t. 42. §. 3.*

rejectis quomodo paritionis injungenda.

182. Admonere hic lubet, quod distinctio, quam legislator in alleg. §. 76. fecit inter verba: Den Beklagten ad parendum per sententiam anhalten. Et verba: Ihm in puncto paritionis nachmaligen Terminum ansetzen: hactenus in praxi non sit observata. Nec eam distinctionem sat penetro, quod ingenuè fateor.

Admonitio qualem.

183 Porrò sciendum, quanquam eventualis declaratio pœnæ primæ Paritoriæ annectatur, quòd tamen præmemorata comminatio nunquam primæ, sed demum tertiæ vel etiam ulteriori Paritoriæ annecti soleat. Nam stylus Cameralis in mandatis S. C. impræsentiarum ita comparatus, ut multæ sententiæ paritoriæ ferantur id est, ut ad convincendam Rei inobedientiam & evitandam putam declarationem pœnæ, aliquoties eventualis declaratio pœnæ repetatur, quamobrem paulò ante dicta comminatio post jam aliquot præmissas paritorias demum annectitur. *Vid. tamen* G. B. 13. *Dec.* 1664. Et tamen jam hac comminatione annexa atque tempore præfixo elapso rarissimè Arctiores sine ulteriori imploratione ex Cancellaria conceduntur, sed tenetur Actor eos judicialiter petere ibique impetrare.

Comminatio de Arctioribus sine ulteriori imploratione ex Cancellaria extradendis demum tertiæ seu ulteriori Paritoriæ annectitur.

184. Insuper hic non omittendum, quòd eventuali declarationi pœnæ semper annectatur pura condemnatio in expensas, quia refusio expensarum pro parte mandatæ paritionis, ut puta quæ sine ullo Actoris dispendio, (ohn allen Entgelt) sub quo omnes expensæ & damna continentur, fieri debet, habenda, *Deput.* 1600. §. Damit sich. 50. *Consult.* 1595. *Dub.* 34. Atque ita punctus expensarum simul cum puncto paritionis, cujus sequela est, decidi debet, *C. p. 3. t. 42. §. 2.* Hinc Actor statim post primam paritoriam designationem expensarum exhibere potest & solet, quò super iis citiùs liquidatis simul executio fieri queat. Quomodo autem paritio fieri debeat in mandatis de restituendo, relaxando, resartiendo damno, &c. atque aliis, quæ restitutionem imperant, tradidi suprà *tit.* 32. *nu.* 80. *& seqq.*

Primæ paritoriæ semper annectitur pura condemnatio in expensas.

185. Quòd si Actor Rei exceptionibus tanquam frivolis per Generalia contradixit, Judex verò eas relevantes esse dijudicat, Actori ad replicandum terminum præfigit. Ultra Replicas autem nulla producta amplius admittenda, nisi (1.) Judici aliud visum fuerit, *R.* 1654. §. Auff den Gegenfall. 77. Vel (2.) Actor in Replicis nova deduxerit, Reoque ansam ad duplicandum dederit. Vel (3.) Reus novorum à se in Duplicis deducendorum nullam scientiam habuerit, sed ea pri-

Exceptionibus Rei relevantibus inventis, Actori, qui per generalia replicavit judex specialem Repl. com injun-

gis. Duplicæ verò non admittuntur, exceptis tribus casibus.

primùm ad ipsius notitiam pervenisse juramento confirmaverit. Quo postremo casu etiam Actor super his novis audiendus, *R.* 1654. §. Nechst diesem. 78.

In duobus posterioribus casibus duplicæ sine permissu judicis non admittuntur.

186. Deinde notandum, quòd Reus in præmemoratis duobus posterioribus casibus Duplicas sine permissu judicis exhibere non possit, alias istæ Duplicæ cum reservata pœna rejiciuntur, G. B. 13. *Decemb.* 1659. §. 4. *vers.* Die Schrifftwechslung. G. B. 9. *Jan.* 1660. §. 4. Quare Reus extra judicialiter per Supplicam indicare solet, nova esse in replicis deducta, vel se habere jam nova deducenda, adjecta petitione ut judex ipsum ad duplicandum admittat.

Actor si exceptiones Rei relevantes putat, secundo termino replicat.

187. Denique si Actor Rei exceptiones relevantes ac refutatione dignas censet, in secundo termino replicat, qui terminus olim erat petendus, *C.p.3.t.42.§.7. R.*1654. §. Auff den Gegenfall. 77. Hodie non petitur, sed replicare volens terminum habet legalem, qui quidem in mandatis S.C. non refigitur, quocirca pro eo tres menses computari solent, ad exemplum causarum ante Annum 1660. in Camera reproductarum, in quibus nullus terminus præfixus est, G. B. 13. *Decemb.* 1659. §. 4. *princ.*

Cui probatio injungenda, judex cognoscet.

188. Quod probationes attinet, sciendum Judicis arbitrio relictum esse, utrum Actori Narratorum mandati, an autem Reo exceptionum probatio injungenda, *R.* 1654. §. Ob dem aber. 80. In hac probatione verò breviores termini probatorii seu Dilationes probandi peti concedique debent, *d. t.42. §.5.*

Exceptiones semel rejectæ iterum non opponendæ sunt.

189. Compertum quoque est, exceptiones semel in una causa rejectas forsan in alia causa ubi de eodem jure & inter easdem personas agitur, rursus opponi, quò autem istis frivolis exceptionibus obvietur, si ex Narratis Supplicationis appareat, ob easdem causas in exceptionibus adductas, Reum rursus Actorem in suo jure turbasse, in mandato pœna aliquantulum augeatur, atque si in primo termino ex iisdem & non ex aliis causis novis excipiatur, statim ad declarationem pœnæ & arctiores procedatur, *d. t.42. §.4. junct. suprà t.32. n.106.*

Si in contemptum Mandati pro parte solum pareatur, pœnæ declaratio jure fiat.

190. Deinceps si Reus paritioni per sententiam injunctæ pro parte & non plenè obediverit, & appareat, in quo nondum sit paritum, ob contemptum mandari nihilominus confestim ad declarationem pœnæ procedatur, *d. t.42. §.8.* Quod tamen hodie non adeò strictè observatur.

Quales exceptiones contra Mandata S.C. opponi queant.

191. Ex hactenus traditis constat, Reum contra mandata S.C. etiam exceptiones opponere posse, cùm verò is non cujusque generis, sed duntaxat quasdam exceptiones opponere queat, jam perspiciendum, quænam illæ sint. Sunt verò Exceptiones sub & obreptionis: item maleficii, Banni, privationis & similes. In quibus omnibus ea, quæ ad causam principalem pertinent, immisceri non oportet, *d. t.42. §.1.*

Sub & obreptionem differre communiter Dd. statuunt.

192. Quid autem propriè sit sub- & obreptio, atque num hæ duæ voces idem denotent, inter Dd. controvertitur. Illas voces pro eodem sumi patet ex l.1. C. si nupt. ex Rescript. pet. interque easdem nullam esse differentiam, cum Menoch. *cas.*201. *n.*10. & aliis statuit Mindan. *de Process. c.*15. *n.*6. Communiter Dd. istas duas voces ita distinguunt, ut obreptio sit, quæ per falsi narrationem committitur. Subreptio autem, quæ per veri taciturnitatem, vel confusam ac perplexam veri narrationem fit, *Menoch. d. casu* 201. *n.*9.

193.

193. Verùm huic distinctioni obstant *l.* 10. §. 2. *de in jus voc. l.* 29. §. 2. *Mandat.* & *l.* 19. *de falf.* Nam in casibus ibi relatis veritas est celata, & tamen illa suppressio veritatis dicitur obreptio, non autem subreptio. Deinceps quoque obstat *l.* 1. *C. si nupt. ex rescript. pet.* Ubi confictum illum consensum, quem impetrans nuptias se à puella habere falsò asseveraverat, & quem Imperator primò appellaverat obreptionem, mox vocat subreptionem. Ut hinc intelligamus quoque subreptionem nominari, quando falsum narratur. Ex quibus apparet, præfatam distinctionem, licet à plurimis Dd. sit recepta, juri Justinianeo parum congruere. Proinde rectè Jason *in l.* 2. *n.* 1. *C. Si contra jus vel util:t. publ.* scribit, his vocibus antiquos & novos JCros abuti

Sed non admodum bene.

194. Ultimò etiam obiter notari potest, valde errare Menochium *d. caf.* 201: *n.* 13. & 2. *feqq.* dum opinatur, voces *sub-* & *obreptio* descendere à verbis *subripio* & *obripio*. Nam illas descendere à verbis, subrepo & obrepo, apertissimè constat ex l. 29. §. 2. Mandat. & l. 29. de fals. ab ipso Menoch. de loc. allegatis.

Menochii error in derivatione vocum sub- & obreptionis commissa. In praxi differentia inter sub- & obreptionem nulla observatur.

195. Hisce præmissis cum Menochio & ipsius Asseclis etiam quoad hodiernam praxin inter voces *sub-* & *obreptio.* nullam differentiam constituendam & sive veritas sit suppressa, sive falsa sint narrata, Reum opponere posse Exceptionem sub- & obreptionis arbitror, nam utroque casu Reus dicit, preces veritate non niti; ideò mendacem precatorem carere debere impetratis. Omnibus enim Mandatis C. & S. C. inest semper clausula, quatenus preces veritate nitantur, *Gail.* 1. *O.* 14. *n.* 1. *Gylm. tom.* 2. *part.* 3. *p.* 30. *n.* 12. & *seq.*

196. Hæc exceptio tamen tum demum attendenda, si Factum ipsum directò impugnetur, negando id vel in totum, vel saltem non ea violentia & modo fuisse perpetratum aut commissum. Non autem si justitia vel injustitia causæ principalis deducatur, quæ plerumque ad alium judicem pertinet, *Gylm. d. p.* 30. *n.* 30. *Add. praced. n.* 59. & 60. Hæc exceptio, autem, nisi apertè calumniosa ad probandum admittenda, & si probetur, Mandatum cassatur, impetrante in Expensas condemnato, *Gail.* 1. *O.* 14. *n.* 2. Rescriptum enim subreptitium ex communi Dd. opinione nullam tribuit jurisdictionem, *d. O.* 14. *n.* 3.

Exceptio sub- & obreptionis quando attendenda.

197. Exceptio maleficii opponi dicitur, quando Reus asserit causam, ob quam controversia incidit, esse criminalem, & exinde jurisdictionem Cameræ non esse fundatam. *Vid. infrà tit.* 43. *n.* 2.

Exceptio Maleficii.

198. Exceptio Banni & privationis locum habet, quando Reus dicit, Actorem esse bannitum, vel illum utpote personam Ecclesiasticam aut mulierem, regalibus imperii cunctisque beneficiis juris communis privatum, atque hinc eundem legitimam personam standi in judicio non habere, neque ullam actionem instituendi facultate gaudere, *Add. supra* 29. *tit.* 183. 184. & 191.

Exceptio Banni & privationis.

199. Sed cum præced. n. 191. traditum præter exceptiones sub- & obreptionis, item maleficii, Banni ac privationis, etiam similes exceptiones contra Mandata S. C. opponi posse, meritò igitur hic investigandum, quænam sint illæ similes Exceptiones. Puto autem illas esse, si quis neget adesse Requisita hujus vel illius constitutionis, item si dicat causam esse merè ecclesiasticam, esse matrimonialem &c.

Explicatio C. p. 2. *t.* 42. §. 1. *verb.* und dergleichen.

atque

atque exinde jurisdictionem Cameræ non esse fundatam. Item si quis opponat Actorem esse declaratum prodigum, monachum, apostatam, excommunicatum &c. ac propterea legitimam personam standi in judicio non habere. *Vid. Umm. Processf. Judic. disp. 1. th. 4.* Et in universum intelliguntur per illas similes causas omnes istæ, quæ officium judicis implorare impediunt, uti velle videtur Gylm. *d. part. 3. pag. 31. n. 17.*

Speciales Exceptiones contra Mandata de solv. ex R. I. 1654. opponendæ.

200. Et tantum de Exceptionibus in genere, contra mandata S. C. opponendis: Cum verò circa Mandata de solvendo, vel dimittendo hypothecam (*idem dic de citationibus ad vid. exigi debitum*,) peculariter observandum, quòd licet illa contra omnes debitores ad integra debita solvenda primitus decernantur, tamen adversus ea Mandata primo termino speciales quasdam exceptiones vigore novissimæ constitutionis Imperii de Anno 1654. §. Nachdem auch 170. *& seqq.* opponere nonnullis debitoribus liceat, de utrisque hic pauca subjungam.

Origo celeberrimi par. De Indagando.

201. Ut autem rem ab initio repetam, sciendum cum Anno 1648. in conventu Osnabrugensi communi pace jam reparata etiam consultaretur de indaganda aliqua ratione & modo æquitati conveniente, quomodo persecutiones actionum contra debitores ob bellicas calamitates fortunis lapsos, aut nimio cursu usurarum aggravatos moderatè terminari, indeque nascituris majoribus incommodis, ac novis seditionibus, publicæ tranquillitati obnoxiis obviari possit, quòd conventum, ut Cæsarea Majestas judicii tum Aulici tum Cameralis vota & consilia in futuris comitiis proponenda inque constitutionem certam redigenda exquiri curaret, *J. P. art. 8. §. ult.*

Conventio super d. parag. De indaganda, inter Status Imperii inita.

202. Hanc conventionem persequens Cæsarea Majestas duo consilia à judicio Aulico & Camerali sibi exhiberi atque in comitiis Anno 1654. habitis Statibus Imperii communicari curavit. Quo facto illi Status hunc punctum cum omnibus suis circumstantiis probè considerarunt, ac cum Cæsarea Majestate de sequenti constitutione Imperii tum ob utilitatem publicam, tum ob creditorum ac debitorum majorem securitatem, & quò utrinque in pace, quiete ac concordia inter se vivere possent, convenerunt. *R. 1654. §.* Nachdem auch 170.

Quinam debitores illa conventione gaudeant.

203. Et quidem sancitum, I. ut sub hac nova constitutione duntaxat duo genera debitorum comprehendantur, (1.) qui ob calamitates bellicas suis bonis exuti sunt, (2.) qui nimio usurarum cursu aggravati sunt, & quidem ita, ut si cogerentur solvere, prioribus per omnia similes redderentur. *R. 1654. §.* Setzen demnach, 171. Reichs-Hof-Rahts Gutachten *super §. De indaganda. de Anno 1653. in §.* Nun befindet &c. Ubi in fine etiam his posterioribus annumerantur illi debitores, qui quidem sua bona adhuc possident, sed tantis debitis aggravati sunt, ut illorum bona ad satisfaciendum creditoribus, si alioquin ipsis aliquid ad se secundum sui Status dignitatem sustentandum relinqui deberet, ad longum non sufficerent.

Reg. qui non.

204. Itaque excluduntur ab hac constitutione, (1.) qui sunt solvendo residuas pensiones, (2.) Qui tempore belli, hujus calamitates quidem unà cum aliis sunt perpessa, tamen solvendo manserunt, *præalleg. §. 171.*

205.

205. Uti verò aliàs Reus intuitu suarum Exceptionum vices Actoris sustinet, illasque exceptiones probare cogitur, ita etiam hic Reo hanc constitutionem pro se allegantí atque excipienti se ob bellicas calamitates suis bonis lapsum, aut nimiis usuris prægravatum, vel non solvendo esse seu mansisse, probatio incumbit, illique hæc à judice injungi, solet quemadmodum ex multis præjudiciis constat.

Constitutionem super puncto De [illegible] probari.

206. II. Ut quicquid Status Imperii in suis territoriis juxta ipsis optimè notam conditionem ac damna belli, quidnam in causis crediti inter ipsorum subditos ac cives observandum, jam ordinarunt, aut imposterum ordinaturi sunt, id ratum maneat, *d. §. 171. Versic.* Zum zweiten.

Novæ Provinciales Statuum circa Debita d. constitutioni derogent.

207. III. Ut omnes creditores ac debitores sub sua Christiana conscientia seriò moventerque admoneantur, de se juxta possibilitatem ac æquitatem amicabiliter componendo, hac amicabili autem compositione præter spem non obtenta, judex in decisione causæ hanc constitutionem attendat, *d. §. 171. vers.* Zum dritten.

Creditores & Debitores ad amicabilem compositionem admoneantur.

208. Porrò quod capitalia attinet, I. illa Creditori salva & in-deminuta permaneant, nec propter exactionem pensionum aut capitalium durante bello (*cujus initium ab Anno 1618. computandum*) intermissam ulla præscriptio allegata quicquam valeat, *R.* 1654. §. So viel nun. 172 Oportet igitur istam præscriptionem jam ante initium illius belli, *id est*, ante Annum 1618. esse adimpletam.

Capitalia tota & integra salva maneant.

209. Sed quæritur utrum exactio *num. proxime præced.* memorata tantum de ea, quæ propter carentiam judicis atque agendi facultatem, an v. etiam de ea, quæ ex proprio motu, forsan misericordia accedente, sit intermissa, intelligi debeat? Cùm sua misericordia ac benignitas nemini nocere debeat, Ego etiam de posteriori intermissa exactione intelligerem.

Q.

210. II. Capitalia renuntiabilia demum post tres à Dato Recessus Imperii de Anno 1654. (*quod datum fuit 14. Maji ejusdem Anni*, elapsos annos renuntientur, *d. §. 172. vers.* Jedoch fürs ander, &c.

Capitalia quando renuntiari poterint.

211. Capitalia autem renuntiabilia sunt in mutuo atque annuis reditibus reluitivis. Nam in reditibus irreluitivis capitalia à Creditore nunquam repeti possunt, *vigore* Policey-Ordnung. 1577. *tit.* 17. §. *antep.* Quod tamen posteà ita limitatum, ut si debitor se obliget, quod quamprimum in mora solvendi annuos reditus deprehendatur, Creditori capitalia cum reditibus repetere liceat, *C.p.* 2.2.25.§. 9. Et hoc modo capitalia aliàs per se irreluitiva per accidens fiunt reluitiva.

Capitalia renuntiabilia sunt in mutuo & annuis reditibus reluitivis.

212. Jam Q. utrum ad ista capitalia præalleg. versic. Jedoch fürs ander &c. quoque extendendus sit, ita ut illa demum tribus annis elapsis renuntiare, ac per terminos hic præfixos repetere liceat, an verò creditor statim tota capitalia simul cum reditibus una vice exigere possit? Cum hic ex capitalibus irreluitis fiant reluitiva arbitror, aliorum meliori judicio salvo, d. versic. Jedoch fürs ander / in istis quoque locum habere.

Q.

213. III. Si illa capitalia post lapsum præfatorum trium annorum renuntiata sint, debitori in proximè sequentibus 7. annis liberum sit capitalem summam particulatim atque in certis pro magnitudine vel parvitate istius summæ proportionatis

Capitalia renuntiata intra 7 annos solvenda.

219. V. Si Debitor in eo statu deprehendatur, quòd sua bona inutiliter prodigat aut suis rebus adeò negligenter præsit, ut nulla spes ad meliorem fortunam perveniendi supersit, beneficio paulò antè dictæ particularis solutionis & induciarum 7. annorum non gaudeat, nisi periclitanti creditori sufficientem cautionem præstet, *d. s.* 172. *versic.* Wäre es aber.

Debitor prodigus aut negligens particulari solutione & induciis 7. annorum non gaudeat.

22[0]. Ad hujusmodi cautionem etiam adigi possunt, qui quinquennale seu moratorium impetrarunt, solent enim ad instantiam creditorum citari ad satisdandum, vel fidejussores dandos. Vetus præjudicium habet Rod. *l.* 3. *t.* 4. *n.* 19. moratoria autem antehac emanata contra hanc constitutionem non allegentur, nec inposterum nova concedenda sunt, *R.* 1654. Dieser Unserer. 175.

Moratorium impetrantes quid obtinere debeat,

221. VI. Creditori si ipse non habeat, unde cum suis vivat, similiter hæc dispositio capitale concernens, impedimento non sit, salvo tamen arbitrio judicis, *d.* §. 172. *versic.* Wenn auch sechstens. Ratio, quia si creditor & debitor in eadem paupertate commorantur meritò in pari causa, ubi creditor de damno vitando, Debitor verò de re alterius retinenda certat, creditoris conditio potior esse debet.

si creditor ipse non habeat, unde vivat.

222. VII. Obligationum tempore belli vi extortarum ratione dispositio Instrumenti Pacis *art.* 4. §. *contractus* 46. & 2. *seqq.* facta in suo vigore permaneat, *d.* 172. *in fin.*

Quod observandum in obligationibus tempore belli vi extortis.

223. Deinceps pensiones cessas & non-solutas concernens I. Illæ circumstantiis hujus temporis Statuque Romani Imperii, ut & creditorum ac debitorum circumspectè consideratis, ante Datum Recessus Imperii de Anno 1654. (*quod datum est* 17. *Maji*,) cessæ usque ad quartam partem in totum cassentur, salvâ tamen debitori, cui nec hunc quadrantem solvere possibile sit, suæ impossibilitatis legitima probatione, *R.* 1654. §. Die Verflossene. 173. *pr.*

Usuræ ante R. I. 1654. cessæ usque ad quadrantem cassatæ sunt.

224. II, Ob causas proximè memoratas, & ne debitori impossibilitas imponeretur, creditori vero possibilis certitudo præpararetur, utile visum fuit, prædictum quadrantem post 10. à dato præallegati Recessus imperii incipientes annos solvere eo modo, ut quovis anno cum nova annua pensione etiam vetus donec reliquus quadrans plenè persolutus, sine interruptione exsolveretur, *d.* §. 173. *v.* 2. wird. auß. *etc.*

Atque iste quadrans post 10. annos exsolvatur.

225. Hinc cum quadrans veterum pensionum demum post prædictos 10. annos, qui incipiunt 17. Maji Anno 1664. solvendus, si debitor hanc constitutionem pro se quidem allegavit, nondum tamen prætensam qualificationem probavit, aut etiam creditor contrarium ostendit, judex pensiones ante Recessum imperii de An 1654. cessas à posteà cessis, tanquam illiquidum à liquido distinguens, ac ratione liquidi executionem, ratione illiquidi verò ulteriorem deductionem injungens sequenti tenore interloqui hucusque solitus est.

Hujus Quadrantis ratione quod obtineat in puncto Executionis.

226. In Sachen Mævii contra Cajum mandati de solvendo vel dimittendo hypothecam S.C. ist Klägeren sein der declaration pœnæ und actioren halben beschehen Begehren noch zur Zeit abgeschlagen/ sondern Beklagtem Einwendens ungehindert glaubliche Anzeig zu thun / daß dem außgangenem verkündet-

Tenor sententiæ in puncto executionis.

und

und reproducirtem Käyſerl. Mandato mit würcklicher Bezahlung ſeit dem jüngſten Reichs-Abſchied verſchienenen noch unbezalten penſionen ein völlig Genügen beſchehen ſey / Zeit zweyer Monat pro termino & prorogatione von Ambtswegen angeſetzt / mit dem Anhang / wo er ſolchem alſo nicht nachkommen wird / daß gedachter Beklagter jetzt alsdan / und dan als jetzt / in die Poen berührtem mandato einverleibt / hiemit erklärt / fernere Proceß / auch erkännt / daß er ſeinem Gegentheil die Gerichts-Köſten derentwegen auffgelauffen / Ihnen den Klägern nach rechtlicher Ermäſſigung zu entrichten / und zu bezahlen ſchuldig ſeyn ſoll. So dan wollen die Partheyen wegen derer vorbeſagten Reichs-Schluß verſchienenen penſionen einander Spruch und Forderung nicht erlaſſen / mögen ſie es an dieſem Käyſerl. Cammer-Gericht / ob ſie wollen / beſſer außführen.

Quando ſupradictus Quadrans ſolvendus.

227. Sed cùm in hac ſententia non exprimatur, intra quodnam tempus in iſtarum veterum penſionum puncto procedere debeant, quæritur quomodo id fieri oporteat? R. Statim poſſunt procedere, quamprimum volunt, & tunc ſi Reus ſuam allegatam qualificationem probare nequit, condemnatur etiam ad veteres integras penſiones in continenti ſolvendas. Sin verò eam probat, condemnatur tantummodò ad illatum quadrantem ſolvendum, ſolutio tamen fieri debet demum poſt ſæpè dictos 10. Annos nimirum poſt effluxum 17. Maji 1664. In cauſa Minden contra Vogelers Wittwe 7. Jul. 1663. Actrici quidem injunctum, ut demum poſt lapſum 10. Annorum in puncto dicti Quadrantis ageret, *Sent. Cam. n.*938. Attamen ad illius implorationem Debitrix 12. Febr. 1664. Exceptiones in dicto puncto exhibere juſſa eſt, *ibid. n.*969.

Et quomodo ſolvendus.

228. Præterea hic notandum, (1.) quòd Reus ad illum quadrantem ſolvendum tantummodò condemnatus poſt lapſum d. 17. Maji quovis anno cum nova penſione etiam veterem penſionem ſolvere teneatur, *præced. n.*224. v. g. Si quis debuit 12. annorum veteres penſiones, his in 4. partes diviſis ac tribus partibus nim. 9. Annis detractis, remanent 3. annorum penſiones per proximos 3. annos ſolvendæ. (2.) Quod in quibusdam cauſis uni parti certus terminus ſit præfixus, intra quem ad Scriptum ratione veterum penſionum ab altera parte exhibitum ſub comminatione concluſionis cauſæ in iſto puncto ageret.

Capitali ante d. 10. annos exſoluto præmemor. Quadrans intra 3. vel 4. annos exſolvi debet. Quinque pro 100. quotannis exſolvantur.

229. III. Capitali ante lapſum 10. Annorum exſoluto, debitor reſiduum dicti quadrantis intra 3. ſive 4. proximos annos ſolvere compellatur, creditor verò originalem obligationem ante hujus quadrantis totalem exſolutionem exhibere non cogatur, *d.* §. 173. *in fin.*

230. Poſtremò futuræ penſiones cum 5. pro 100. ſingulis annis in convento termino ſolvantur, & in caſu moræ ad nudam exhibitionem obligationum per paratam executionem contra moroſos debitores procedatur, *R.* 1654. §. Anreichend. 174. *pr.* Quod intellige, ſi iſtis obligationibus inſertæ ſint clauſulæ executivæ, *de quibus actum præced. n.*81. *& ſeqq.* Nam alias citationem ad vidend. exigi debitum vel ſe immitti in bona hypothecata, peti oportet.

231. Ne autem per ſuprà traditas regulas limites æquitatis tranſeantur, & quò

in

in causis jam determinatis omnia dissidia ac prolixitates evitentur, ab istis Regulis excipiatur, I. Quicquid inter creditorem ac debitorem jam transactum est, quod firmum maneat, nisi debitor docere possit, se demum post factam transactionem calamitate belli perditum esse, *d.* §. 174. *Versic.* Damit aber. *Supra traditarum regularum limitatio.* I.

232. II. Sententiæ jam executæ, *d.*§. 174. *Versic.* Die vollzogene. Hinc si quis id, in quod per sententiam est condemnatus, jam voluntariè solverit, aut ipsi per realem executionem sit extortum, ibi non datur repetitio, nec compensatio, aut aliud remedium dictam sententiam retractandi. II.

233. Econtrà verò licet non tantùm solutio debiti liquidi per mandatum injuncta, sed etiam aliquot paritoriæ latæ, imò etiam ipsa declaratio pœnæ facta, atque arctiores insinuati reproductique sint, nec tamen realis executio sit insecuta, tunc judex prædicto modo usuras ante Recessum Imperii de Anno 1654. jam adjudicatas ac cessas separat ab illis, quæ post illum cessæ sunt, & super his paritorias decernit, illas verò ad ulteriorem deductionem consuetâ formulâ pronuntiandi reservat. Quid autem ratione declaratæ pœnæ fieri debeat, id hactenus silentio præteritum est.

234. III. Capitalia seu pensiones jam soluta, quorum repetitio seu detractio nulla sit, *d.* §. 174 *versic.* Was an Capital. III.

235. IV. Quicquid tempestate belli ad liberandos captivos, redemptionem incendiorum, salvandum corpus, vitam, ædes ac bona, aut ad solutionem pecuniarum-satisfactionis mutuò datum. Exceptiones & compensationes enim contra hoc opponendæ secundum jura communia dijudicentur, *d.*§. 174. *versic.* Was in den Kriegs Läufften. IV.

236. V. Quicquid ad emptionem aut refectionem dirutorum, jam verò plenè restitutorum bonorum, ex quibus interim fructus percepti, mutuò datum, *d.*§. 174. *vers.* Was zu Erkauff- oder wieder Auffbauung. V.

237. VI. Quicquid fidejussor ex-promissorve pro alio jam solvere coactus, aut inposterum extra imperium, ubi hæc constitutio non obligat, solvere compelletur. Quoad exsoluti verò (*sive illud sit capitale sive pensiones,*) Interesse modus de pensionibus (*sive illæ sint veteres sive novæ*) suprà præscriptus observetur. Exsolutum verò, sive illud sit capitale sive usuræ integrum est restituendum, *d.* §. 174. Was ein *Fidejussor.* VI.

238. Quod autem dixi de hac constitutione creditorem extra imperium habitantem non obligante, id intelligendum de eo casu, si ille creditor fidejussorem expromissoremve extra imperium commorantem vel bona possidentem ibidem conveniat. Nam idem creditor, si fidejussorem seu expromissorem in Imperio conveniat, utique hac constitutione obligatus erit, eique se conformem præbere cogetur, *arg. tradit. suprà t.* 27. *n.* 53. *Limitatio.*

239. VII. Quid in causis piis & privilegiatis observandum, arbitrio judicis relictum sit, *d.* §. 174. *in fin.* Causæ verò piæ sunt, quæ spectant ad fundationes ac sustentationes Ecclesiarum, Monasteriorum, Scholarum, Hospitalium, &c. Causæ privilegiatæ sunt, quæ concernunt Viduas, pupillos, dotem, alimenta, &c. In VII. *Et ultima.*

utrisque tamen causis Arbitrium judicis hactenus nullam diversitatem à reliquis causis fecit, sed ubique idem modus pronuntiandi fuit observatus.

Constitutio super §. De in. dagandâ, duntaxat locum habet in mutuo & annuis reditibus.

240. Postremò notandum, quòd hæc constitutio duntaxat in mutuo & annuis reditibus locum habeat, *R.* 1654. §. Anreichend. 174. *verb.* Wiederkäuflichen Zinsen vorgestreckte Anlehen. Quare si emptor fundi pro pretio non statim soluto venditori, aut pater pro dote, annuas pensiones promiserit, in his & similibus casibus etiam veteres pensiones integras absque ulla diminutione exsolvi oportet.

Mandata C. G. an monitoria rectè dicantur.

241. Et tantùm de Mandatis. Postquam verò præced. n. 4. Mandata jurisdictionalia diviserim in Monitoria & Mandata in specie sic dicta. Hæcque in Mandata C. & S. C. subdiviserim, idcircò hactenus Mandatis perstrictis, jam ad Monitoria revertor. Et quanquam Mandosius *de Monit. quæst.* 2. opinetur, Mandata S. C. propriè esse Mandata: Mandata: C. C. verò propterea, quòd naturam simplicis citationis habeant, non Mandata sed Monitoria appellari oportere.

242. Tamen quandoquidem in quibusdam casibus in constitutionibus Imperii expressis Monitoria, non verò Mandata decerni debere sancitum reperiatur, ut mox infrà patebit, & quidem illa Monitoria aliquando C. aliquando S. C. decreta esse videre liceat apud Gylm. *voc. Monitoria. princ.* & §. *Quando.* Repudiatâ doctrinâ Mandosii divisio, quâ isthæc Monitoria in genere Mandatis opponuntur, non immeritò retinetur. Et rectè scribit Mindan. *de Mandat. cap.* 1. *n. ult.* & *cap.* 7. *n.* 1. Differentiam à Mandosio traditam neque Stylo neque ratione, nec sermonis usu comprobati.

Monitoriorum definitio.

243. Monitoria verò dicuntur, quibus judex magis monere, quàm mandare videtur, ut Reus, quod debet aut aliàs facere obligatus est, solvat vel præstet. Horum Monitoriorum nonnulla sub pœnâ pecuniaria, nonnulla absque ejusmodi pœnâ emanant, uti mox patebit.

Casus, in quo Monitoria decernuntur.

244. Istiusmodi autem Monitoria decernuntur I. Contra Status Imperii, qui sunt in mora solvendi collectas Imperii, *O. C p.* 1. *t.* 17. *in fin.*

I. 245. II. Contra Status Imperii, qui in solvenda sustentatione Cameræ moram nectunt, *C. p.* 1. *t.* 29. §. 5. Hæc Monitoria olim sub pœna 10. Marc. aur. pur. emanabant. Si hisce non parebatur, ad instantiam Fiscalis sequebatur declaratio pœnæ & Arctius. Hodiè ista Monitoria absque pœna exeunt, *prout ostensum præced. tit.* 30. *n.* 26.

II.

III. 246. III. Contra judices inferiores, qui partes immoderata Actorum priorum taxa gravarunt ad restituendum id, quod ultra modum acceptum est, *C. p.* 2. *t.* 34. §. 10. & quidem decernuntur S. C. *Consult.* 1583. *Dub.* 1. Neque hæc restitutio & moderatio illius taxæ à judice inferiori petenda, sed Camera statim ad instantiam partium Taxam juxta æquitatem moderatur, *d. t.* 34. §. 9. Quemadmodum 20. Octobr. 1657. factum in causâ Vogt contra Rahtzens Erben, *Sentent. Cam. num.* 311. Et cùm restitutio ultra modum accepti non sequeretur, 27. Maji, 1658. Monitorium decretum est, *Sentent. Cam. num.* 393.

247.

247. Uti etiam si judices inferiores super hac moderatione querentes excipiant, quod nim. taxa ab ipsis statuta, ab antiquo ita sit observata ac præscripta, aut ipsis in Taxis suarum Cancellariarum modum præscribi haud oporteat, hisce similibusque exceptionibus non obstantibus, Taxa actorum, quemadmodum hæc à Camera moderata sunt, haud mutabitur, *d.* §. 10 *& Consult.* 1583 *Dub.* 2.

248. IV. Contra litigantes in exigendis taxis aliisve debitis Cancellariæ & quidem si Advocatus vel Procurator ratione sui salarii contra eosdem litigantes Monitorium impetret, ei simul debita Cancellariæ inserantur ac per Procuratores unà cum suis salariis exigantur, *C.p.* 1 *t.* 46. §. 10. Aliàs per separata Monitoria à Fiscale illa debita exigantur, *d. t.* 46. §. *pen.* IV.

249. V. Advocatis & Procuratoribus Cameræ contra litigatores propter non solutum salarium, *d.* §. 10. Quod tamen duntaxat procedit in deservitis & taxatis laboribus, nam ratione residui salarii (der auffstehenden Dienstgelder halben) non Monitoria sed citationes ((*sc. ad vidend. exigi Salarium*) decernuntur, *C. p.* 1. *t.* 60. §. *pen.* Ratio quia hoc casu causæ cognitio præcedere debet, an licitè cum partibus contractum sit nec ne, *Gail.* 1. *O.* 44. *n.* 5 *Add. supra tit.* 26. *num.* 18. *&* 19. V.

250. Illo casu, cùm debitum sit liquidum per sententiam, quæ liquidum facit, non opus est alia cognitione, sed judex tanquam in re judicata à præcepto incipere potest, *Gail. ibid. n.* 6. *&* 7. ubi in fine addit, hoc casu Procuratores rectiùs & meliùs facere, si loco Monitorii Executoriales accipiant. Enim verò ratione effectus inter hæc nullam hactenus perspicio differentiam, quoniam Monitoria quoque vim executionis habent, *Gylm. voc. monitoria.* §. *Quando.*

251. Ast quæritur, si obligatio (Die Dienst-Verschreibung/ der Bestallungs-Brieff/) in originali exhibeatur, anne tum Monitorium decernendum, affirmat Gylm. *voc. expensæ.* §. *de expensis*, *& voc. monitoria.* §. *aliquando. Add. Tennag. Class.* 3 *cap.* 8. *&* 9. Sed idem Gylm. illud negat, *d voc. monitoria* §. *Quando. &* §. *Si quis.* Ubi contraria præjudicia habet. Proinde distinguendum autumo, nam ex illa obligatione videre licet, promissum salarium aut esse licitum, quando videlicet nihil extra legitimum modum stipulatum & promissum est, aut esse illicitum, posteriori casu Monitoria deneganda esse statuo, priori autem casu, quando Salarium est licitum, & per originalem obligationem jam liquidum factum, ut ita ulteriori liquidatione non opus sit, Monitoria decerni possunt.

252. Atque hoc maximè procedere puto, si pars inscriptis residuum salarium confessa, & sic ejus confessione debitum sit liquidum, *Gylm. voc. monitoria.* § *Aliquando.* Ubi tamen requiritur, ut pars expressè dicat & specificet, quid & quantum debeatur, nam si dicat, daß er den außstehenden Rest bezahlen wolle, Monitoria non decernuntur, quia verbum Rest nihil certi & definiti importat, ideò certa confessio ex eo elici nequit, *Gylm. d. voc. monitoria.* §. *Item non decernuntur.*

253. Deinceps Monitoria non decernuntur pro exigendis pecuniis mutuò datis ratione processuum, *Gylm. d.* §. *Quando.* Quod tamen intelligendum opinor, si quid extra judicium solutum est. v. g. Postgeld / Copeygeld / für Brieff zu concipi-

cipiren und zuſchreiben. ꝛc. Nam quod in Cancellaria ſolvitur pro redemptione Proceſſuum aut copiarum, cùm illud debitum ſit in judicio contractum & liquidum, ſuper eo Monitoria decernuntur, *Gylm. dict. voc. monitoria non decernuntur.*

254. Poteſt etiam Procurator illius, qui causâ cecidit per Supplicationem extrajudicialiter taxationem laborum petere, *Gylm. voc. expenſa. §. Sed & Procurator.* Hæc verò taxatio ſupplicationi inſcribitur, & eo ipſo Monitoria decreta cenſentur, atque ex Cancellaria dantur, nec opus eſt, ut ſingulatim petantur, *Magenh. ad O.C. p. 3. t. 50. pag. 513. & ſeq.* In hac verò condemnatione ſolutionis annui ſalarii etiam intereſſe à tempore moræ venit, quemadmodum id præjudicia teſtantur.

255. Exceptiones diu non præſtiti patrocinii, laboris exigui, & quæ ſunt ſimiles, in Beſtallung ſo unauffgekündigt ſeyn ſtehen blieben / non attenduntur, (1) quia pars ſibi imputare debet, quare obligationi non renuntiaverit (2) quis ſuas operas locavit, totius temporis mercedem accipere debet, ſi per eum non ſtetit, quò minùs ſuas operas præſtet, *Gylm. tom. 1. part. 2. pag. 271.*

256. Variæ Formulæ ſupplicandi ſuper conſtitione de Mandatis tibi, benevole Lector, exhibitæ ſunt in Supplicat. Camer. tit. 8.

TITULUS XXXV.

DE

RELAXATIONE JURAMENTI AD EFFECTUM AGENDI.

Septima juriſdictionem Cameræ fundans.

1. SEptima cauſa juriſdictionem Cameræ fundans eſt relaxatio juramenti ad effectum agendi. Cùm enim ſæpè Domini ſuos ſubditos Senatusve ſuos cives plerumque innocentes ob cauſas merè civiles iniquè carceribus includant, nec antè relaxent, quàm ſolenne juramentum de carcere neque via juris neque facti vindicando præſtent ac ſubditis civibuſve via agendi per hoc juramentum ſit ſublata, quia abſque perjurio actionem inſtituere nequirent: Omne enim juramentum, quod abſque diſpendio ſalutis ſervari poteſt, eſt ſervandum. *Vid. Gail. 1. O. 22.* Ne juramentum hôc modó evaderet vinculum iniquitatis, admodùm æquè in Ordinatione Camerali, p. 2. t. 24. (*qui in C. p. 2. t. 26. eſt,*) proviſum ac conſtitutum, ut à tali juramento relaxatio ad effectum agendi peti poſſit, *Gail. d. O. 12. num. 1. & 2.*

Relaxatio à juramento cauſæ cognitionem ac citationem requirit.

2. Cùm autem ejuſmodi relaxatio à præfato juramento cauſæ cognitionem, & per conſequens partis adverſæ (*utpote quæ per hanc relaxationem lædi poſſet, quia per eam aperitur via agendi atque tollitur exceptio juramenti,*) præſentiam requirat, citatione (*ad vidend. ſe relaxari à præſtito juramento ad effectum agendi*) opus eſt, *Gail. d. O. 22. n. 3.* Hâc citatione non opus eſſe tradit Mynſing. 6. O. 84. At Mynſingerum errare ſcribit Tennag. *Claſſ. 1. cap. ult. in fin.* Verùm illos ita conciliat

Magenh.

Magenh. *O.* 28. quòd Mynsingeri sententia quidem fortè olim obtinuerit, sed hodiè Gailii sententia in Camera observetur & recepta sit.

Requisita hujus constitutionis.

3. Ad hanc verò citationem obtinendam requiritur, I. ut Reus, qui juramentum exegit, immediatè Cameræ subsit, II. ut causa merè sit civilis, ob quam actor in carcere detentus fuit, *arg. d. t. 26. §. fin.* III. ut incarceratus in obligatione jurata (in der Urphede / *cujus copia, modò à reo obtineri potest, simul cum supplicatione est producenda*,) se carcerem neque vindicaturum, nec jure contra formam juramenti experturum juraverit. Quod utrumque requiritur, nam si incarceratus tantummodò juraverit, se carceres vindicare nolle, ipsi via juris non est præclusa, & hoc casu petita citatio tanquam non necessaria denegatur, als unnothdürfftig abgeschlagen. *Tennag. d. cap. ult. n. pen.* ideò tenor dictæ obligationis benè est considerandus, *Gail. 1. O. 22. n. 5. & 6.*

Nuda copia Urphedæ probat.

4. Sufficit autem hoc casu nudam copiam exhibere, nam quamvis aliàs copia nullam vim probationis habeat, & pro scribente inprimis nullam faciat fidem, illud tamen in Urpheda secus est. Ratio quia Scriptum, quod quis partim pro se partim pro alio scripsit, si à scribente producatur, probat, *Gylm. voc. Transumptio. §. 1. & 2. & voc. Urpheda. §. quæsitum.*

Relaxatio juramenti antequam captivus à carcere liberetur, non rectè petitur.

5. Observandum verò captivum ante liberationem non rectè agere pro relaxatione juramenti ad affectum agendi, quia committeret perjurium, & exceptio perjurii est exceptio litis finitæ, sed postquam dimissus est, & se senserit gravatum, probè agit, *Gail. 1. O. 22. n. 2.* Nondum dimissus tamen potest impetrare Mandatum pro relaxanda. captiv. Atque si Urphedam nondum præstiterit, sed ad præstationem illegitimæ Urphedæ compellatur, potest simul obtinere Mandatum de non gravando illicitis Urphedis. Quod si inter Magistratum & Captivum de formula contentio sit, Camera certam formulam præscribere & mandare consuevit, ut Magistratus sub communi & passim in Germania consueta Urpheda captivum dimittat, *Gail. 1. O. 22. n. ult.* Atque sic 12. Decemb. 1622. factum in causa Faber contra Straßburg / *Sent. Cam. num. 909.* In hoc casu Urpheda etiam in Camera præstari solet, *vid. Supplic. Cam. tit. 18. n. 71.*

Processus super hac constitutione.

6. Processum super hac constitutione quod attinet, observandum quòd postquam tam nocentes quam innocentes ea constitutione passim uterentur, hæc restrictio adjecta, ut eorum precibus non statim crederetur, sed priusquam ejusmodi citatio decerneretur, Magistratui Actoris petitum antea scriberetur, cum requisitione ut causarum, quare id factum, plenam informationem intra terminum pro arbitrio judicis juxta qualitatem causæ ac distantiam loci definitum, *vid. d. t. 26. lit. A.* rescribat, adjecta comminatione, ut aliàs effluxo eo termino ad ulteriorem implorationem Actoris ratione relaxationis, quod juris est, decerni debeat, *O. C.* 1531. §. *Item* als ein sonder Artickel. 24. *d. t. 26. princ. in fin.*

Antequã citatio decernitur, litera pro informatione præmittuntur.

7. Hinc ad porrectam supplicam pro citatione ad videndum se relaxari à juramento ad effectum agendi vel in eventum umb gnädigst Bericht-Schreiben / solet decerni: Soll dem Herrn Beklagten seinen förmlichen Bericht innerhalb N. Monat zu thun geschrieben werden. *Add. Supplic. Camer. tit. 9. n. 1. 2. & 3.*

Quo decreto obtento Actor suis sumptibus literas pro informatione (Schreiben umb Bericht/) expediti ac Magistratui insinuari curat. Si pauper supplicet, una supplicatione potest peti admissio ad præst. juram. paupert. & citatio ad vidend. de relax. *Gylm. tom. 1. part. 1. p. 524.*

Literæ informatoriæ Actori sunt communicandæ. 8. Quia verò durum & contra communem regulam Cameræ, quæ habet in principio litis Narratis credendum esse, quòd hoc casu sancitum, ut Narratis Actoris non credatur, ideò usu obtinuit, ut Actor statim effluxo ad respondendum termino à die factæ insinuationis computando, supplicare possit pro communicatione informatoriarum literarum, umb Copey deß Berichtschreibens / *Magenb. ad O. C. vers. Verùm enim verò. Formulas supplicandi tradidi in Supplic. Cam. tit. 18. num. 49. 50. 51. & 53.* Deinde hic obiter notari potest differentia inter literas pro informatione, & literas informatorias (Schreiben umb Bericht / und Berichtschreiben.) Nam illæ sunt, quas Camera ad Magistratum, *earum formula habetur in dict. tit. 18. n. 54. & 55.* Hæ verò dicuntur, quæ Magistratus ad Cameram emittit.

Sed denegata communicatione, citatio tacitè etiam denegatur. 9. Quòd si petita communicatio ex causis judicem moventibus denegatur, citatio quoque tacitè denegatur, & Actori observatio juramenti injungitur, *d. t. 26. §. fin.* Justa verò denegandi causa est, veluti si quis ob crimen admissum captus esset, posteà dimissus juraverit, quo casu non facilè deneganda communicatio, nisi Magistratus simul cum informatione Acta aut documenta transmittat, ex quibus constet, citationem calumniæ causa postulari, nam posset quis insons tanquam criminosus fuisse incarceratus, cui meritò subveniendum esse putat Tennag. *de process. Class. 1. cap. ult. n. 4. & 5.* Ast hoc casu ei meliori modo subveniri posse arbitrarer, si illi priùs concederentur compulsoriales ad acta nondum transmissa transmittenda, ne fortè aliàs Magistratus indebito modo ad judicium pertraheretur.

Literis verò informatoriis communicatis & ab Actore refutatis citatio decernitur. 10. Sin literæ informatoriæ communicantur, easque Actor probabiliter refutare potest, citatio decernitur, *Gail. 1. O. 22. n. 4.* Quæ etiam in contumaciam ad implorationem Actoris decernitur, Reo intra terminum nihil omninò respondente, *Schvv. 1. Proc. cap. 17. n. 6.*

Processus super hac constitutione est summarius, nec libellum requirit. 11. Hinc citationi ut libellus adjungatur, non opus est, quia causa relaxationis à juramento est summaria, & tantùm præparatoria ad causam principalem, *Gail. 1. O. 23. n. 3.* Sed sufficit, ut reproducta citatione imploretur officium judicis pro facienda relaxatione, & per generalia ad exceptiones Adversarii concludatur, *Gail. d. O. 23. n. 2.* Quare Gailius *ibid.* rectè docet, illos imperitè & malè agere, qui reproducta citatione libellum exhibent, & L.C. ab Adversario requirunt, adeoque legitimo juris ordine servato procedunt, & hoc pacto ex causa summaria instituunt processum ordinarium, quod fieri potest parte non opponente. Nec obstat, quòd absolutio à juramento causæ cognitionem requirat, *præced. n. 2. & Gail. d. O. 23. n. 1.* Quoniam illa debet esse summaria sine longo sufflamine litis & solenni ordine judiciario, *ibid. n. 4.*

12. An

12. An autem absolutio à juramento Cameræ tanquam judicio sæculari competat, forsan quis dubitare posset, quia de jure Canonico absolutio à juramento ceu articulus spiritualis ad judicem Ecclesiasticum pertineat, *Gail.* 1. *O.* 25. *n.* 1. Verùm cùm jam ante originem juris Canonici de jure civili illa absolutio judici laico concessa repetiatur, *Gail. d. n.* 1. Jus civile verò circa illam absolutionem in tota Germania receptum sit, *teste experientia.* Et nuper generali constitutione Imperii confirmatum legatur, *in R.* 1654. §. Als sich dann. 164. *in fin.* Cameræ hæc à juramento absolvendi potestas legitimè concessa est, *in d. t.* 25. *pr.* *Absolutio à juramento Cameræ & cuivis judicis laico competit.*

13. Quoad condemnationem expensarum distinguendum, nam citatus comparens aut consentit relaxationi, & tunc ei parcendum est, quia tali casu ne absolutione quidem opus. Uti & ei parcendum est, si quidem non expresse consentit relaxationi, sed eam judicis arbitrio relinquit, quia Urphedam pro se habet, & quia perjurii evitandi gratiâ absolutione opus est: aut relaxationi excipiendo contradicit, & tunc si succumbat, meritò in expensas condemnari debet, *Gail.* 1. *O.* 24. *num.* 1. *Distinctio ratione condemnationis in expensas.*

14. Lata autem sententia super relaxatione opus est nova citatione in causa principali, puta ratione injuriæ vel damni dati, nova instantia, novo protocollo, *Gail.* 1. *O.* 24. *n. ult.* Illa autem nova citatio tum demum in Camera decernitur, si Camera sit judicium competens in causa principali, aliàs litigantes ad judicem ordinarium remitti debent. *Lata sententia super relaxatione opus est nova citatione.*

15. Porro notandum, relaxationem hanc aliquando fieri etiam posse, non præcedente citatione, nimirum (1.) Si notoriè constat de turpitudine & injustitia rei recipientis juramentum, *Gail.* 1. *O.* 22. *n.* 3. (2.) Si reus se offerat juri stare velle, *Schvv. O.* 157. *n.* 21. (3.) Si quis jurare coactus se nolle absolutionem à juramento petere, *ibid. n.* 23. *& seqq.* His enim casibus relaxatio fit per extrajudiciale decretum, quo simul citatio decernitur. *Hæc relaxatio non, nunquam nulla citatione prævia fieri potest.*

16. Denique & illud observari potest, nonnunquam nec hac relaxatione opus esse, (1.) Si juramentum est ipso jure nullum, *Gail.* 2. *O* 42. *n.* 4. v. g. Si quis armata manu contra pacem publicam captus, sub jurata promissione de non vindicando carcere relaxatus, sit, directò potest petere citationem super fracta pace, *arg. d. tit.* 26. *in fin. junct. Gail.* 1. *O.* 22. *n.* 7 *Schvv. O.* 157. *&* 3. *seqq.* (2.) Si citatus relaxationi consentit, *ibid. n.* 15. *& seq.* (3.) Si heres agat contra juramentum recipientem, *Gail.* 1. *O.* 27. *Schvv. O.* 157. *n.* 12. *&* 2. *seqq.* *Quando relaxatione juramenti non opus est.*

17. Ultimò si quis vigore Urphedæ citatur ad se sistendum & satisfaciendum Urphedæ (*puta quia promisit sub juramento nulli solvere*, & si id recuset, incarceretur, potest impetrare Mandatum de relaxando captivo. *Vid. Gylm. voc. Relaxatio.* §. *penult. & ult.* *De Urpheda ad se sistendum & satisfaciendum.*

18. Formulas supplicandi super constitutione de Relatione Juramenti ad effectum agendi vide in Supplicat. Camer. tit. 9.

TIT. XXXVI.

DE CONSTITUTIONE L. DIFFAMARI.

Causa octava jurisdictionis Cameræ fundans. Diffamare quid denotet?

1. OCtava causa Jurisdictionem Cameræ fundans est, quæ oritur ex constitutione fundata super L. Diffamari.

2. Est autem Diffamare nihil aliud, quàm alterius famam aut honorem vitiorum commemoratione lædere, seu sinistram famam de aliquo spargere. Quandoquidem verò injustum sit alterius famam ita dilacerare, Remedium L. Diffamari introductum est, nomine accepto à primordiali verbo legis, super qua principaliter fundatum.

Diffamator tenetur sequi forum Diffamati.

3. Proinde si quis de aliquo crimine iniquè traducitur, vel si quis possessorem alicujus rei apud honestos & graves viros diffamat, quòd iniquè & cum suo præjudicio rem talem possideat, & quod ipse plus juris in ea, quàm possessor habeat, diffamatus suum judicem adire & citatione super L. Diffamari obtentâ, probataque diffamatione Diffamatorem eo necessitatis adigere potest, ut in præfixo termino coram judice Diffamati tanquam Actor, qui forum Rei, *id est, Diffamati*, sequi tenetur, compareat & causas traductionis sub pœna perpetui silentii deducat, *Gail. 1. O. 9. n. 2. & 3.*

Differentia inter remedium L. Diffamari, ex jure communi & ex hac constitutione competens. Orig. hujus constitutionis.

4. Et quanquam remedium L. Diffamari de jure communi in omni genere causarum civilium & criminalium locum habeat, *Gail. d. n. 2.* Cùm tamen paulò secus sit in hac constitione Imperii super isto remedio fundatâ, quapropter ut eò meliùs sciatur, quando illi constitutioni locus esse queat, nonnulla de ejus origine & requisitis prætermittere necessarium erit.

5. Sciendum igitur, cùm antiquitùs ex hac lege multæ causæ passim ad Cameram deferrentur, quæ postea ibidem pendentes in fraudem & elusionem primarum instantiarum deseri solebant & Status Imperii in Comitiis Anno 1530. celebratis desuper valdè conquererentur, Carolum V. tunc temporis deputatis Visitatoribus Cameræ mandavisse, ut in hanc rem inquirerent & usque ad ratificationem Statuum certi aliquid ordinarent, *R.* 1530. §. Zu dem lesten. 94.

Visitatorum dispositio facta An. 1531. Requisita hujus constitutionis antiqua.

6. Hinc illi Visitatores ordinarunt, ut Camera imposterum Processus ex L. Diffamari non aliter. quàm ex fundamento juris communis & cum aliqua causæ cognitione, utrum reverâ diffamatio adsit, decernerent, *O. C.* 1531. §. *Item* nach dem. 35.

7. Postquam verò hac ordinatione privilegio primarum instantiarum non satis prospectum esset, Status Imperii illam ulteriùs declarantes sanxerunt, ut L. Diffamari in Camera duntaxat intelligeretur atque exerceretur in causis fractæ pacis, injuriarum & aliis, atque inter partes utrimque Cameræ immediatè subjectas,

vel

vel vigore constitutionum Imperii eò pertinentes, *R.* 1532. *art.* Cammergericht betreffend. 2. §. Nachdem auch. 1.

8. Postea tamen quoad partes mutatio contigit atque constitutum, ut sufficeret, si duntaxat Diffamatus, qui in causa principali futurus reus, Imperio immediatè subesset, vel constitutionibus Imperii jurisdictioni Cameræ subjiceretur, *O. C. part.* 2. *t.* 25. *& C. p.* 2. *t.* 27. *princ.*

Nova Requisita hujus constitutionis & quidem primum.

9. Requisita hujus constitutionis tria sunt. Requiritur enim I. ut Diffamatus Imperio immediatè subsit, aut vigore constitutionum Imperii jurisdictioni Cameræ immediatè subjiciatur *C. p.* 2. *t.* 27. *princ. vers.* auch nicht anders. Subintellige ratione causæ, licet ratione personæ mediatus Imperii sit. Nam si Diffamatus neque ratione personæ immediatè Imperio subsit, neque ipse vel causa principalis ex sua natura in prima instantia ad Cameram spectet, contra Diffamantem, cujuscunque fori sit, nihil decernatur, sed actio in utroque puncto diffamationis & causæ principalis ad judicem ordinarium remittatur, *d. t.* 27. §. *ult.*

Si causæ principalis non ad Cameram sua natura spectet, huic constitutioni non est locus.

10. Deinde quarum causarum cognitio ad Cameram non spectat, sed Imperator ac Status sibi reservarunt, uti quando agitur de sessione in Comitiis, de successione Electorum & aliis, præsertim in Aurea Bulla expressis, in iis causis licet Diffamatus Imperio immediatè sit subjectus. Processus super hac constitutione non decernuntur, *Gylm. voc. Lex Diffamari. vers. Quando causa.* Item puto dicendum de causis criminalibus, matrimonialibus, feudalibus, ac reliquis ad Cameram non pertinentibus, *de quibus uberius infra tit.* 43.

Item Juris est, si Diffamator nullum alium Judicem, quam Cameram habeat.

11. Insuper meminisse oportet in casibus, in quibus Diffamatus alias nullum judicem in prima instantia quam Cameram habet, Citationem super L. Diffamari non ex hac constitutione, sed ex dispositione juris communis decerni, & in Camera super utroque judicio, tam diffamationis, quam causæ principalis procedi posse, *Gail. d. O.* 10. *n. ult.* Ex quibus patet hanc constitutionem propriè intelligi debere de duobus casibus, (1.) Si Diffamatus immediatus sit & Privilegio Austregarum gaudeat, atque nisi eo gauderet, causa principalis in Camera deberet disceptari. (2.) Si Diffamatus quidem Mediatus, sed causa principalis alias ad Cameram pertineat, v. g. Si Mediatus diffametur de pacifragio, quia pacifragium tanquam causa principalis rectà ad Cameram spectat, etiam Diffamationem ibidem ventilari posse opinor.

Quare Diffamatus Jurisdictioni Cameræ immediatè subesse debeat.

12. Quòd autem Diffamatus Jurisdictioni Cameræ immediatè subesse debeat, ratio est, quod diffamatus licet in puncto diffamationis vices actoris sustineat, tamen in puncto causæ principalis Reus sit, & è diverso, licet diffamator in puncto diffamationis sit reus, quòd tamen in puncto causæ principalis partibus actoris fungatur ac propterea forum Rei, in quo causa principalis tractanda, sequi teneatur, *Gail.* 1. *O.* 10. *n.* 1, Nam punctus diffamationis est præparatorius puncti causæ principalis, quare in diverso foro contra notissima jura non tractandus. Deinde diffamare nihil aliud est quam judicium provocare, cùm verò, qui prior ad judicium provocat, Actoris loco sit, patet diffamatorem tanquam Actorem debere sequi forum Rei, *Gail.* 1. *O.* 9. *n.* 7. *Mynf.* 6. *O.* 90.

Hujus constitutionis causa finalis.

13. Quod *num. proxime proced.* dixi, punctum Diffamationis & causæ principalis in eodem foro tractandum, ei refragatur, quòd nim. discusso puncto diffamationis, punctus principalis ad ordinarium judicem remitti debeat, *infra n.* 22. sed meminisse oportet, quod solus punctus diffamationis in Camera illo casu disceptetur, id hujus constitutionis esse præcipuum peculiare in ejusdem causa finali, videlicet, in conservatione pacis publicæ fundamentum habens. Nam pacis publicæ conservandæ gratia hæc constitutio promulgata est, *Gail.* 1. *O.* 9. *num.* 1. Ne sc. Status Imperii ob ejusmodi diffamationes alias coram Austregis ventilandas, interim propter austregarum ambages ad arma prosilirent ac tranquillitatem Imperii turbarent. Quare hic à regulis juris communis, quod sc. punctus diffamationis & causæ principalis in eodem foro tractandus, recessum est, *Gail.* 1. *O.* 10. *n.* 1.

Hujus constitutionis Requisitum secundum.

14. II. Qualitas diffamationis. Constitutio enim hæc non in omni causarum genere, sed duntaxat in causis fractæ pacis, injuriarum, aliisque similibus causis, in quibus ejusmodi diffamatio dolo malo inve necem alienam intervenisse dicetur, locum habet, *C. p.* 2. *t.* 27. *princ. verb.* In Fridbrüchtigen/ Schmach/ und andern dergleichen Sachen. *Add. Gail.* 1. *O.* 10. *n.* 1. & 3. *seqq.*

Causa sub hac constitutione comprehensa.

15. Sed quæritur, quæ causæ sub verbis: und andern dergleichen Sachen / comprehendantur? Resp. Sunt omnes, ex quibus publicum scandalum exoriri, & tranquillitas Imperii quomodocunque ob factam diffamationem turbari queat, quæ omnia ex judicis arbitrio pendent. *Gail d. O.* 10. *n.* 5. Nam finem hujus constitutionis considerari oportet, qui est ut serta tectaque sit pax in Imperio. Cujus verò finis bonus est, id ipsum bonum est. Ergò non sollicitè investigandum, quæ nuncupatim sint istæ similes causæ, cum sufficiat scire hanc constitutionem generaliter pertinere ad tales diffamationes, ex quibus pax publica turbari possit, *Gail. ibid. n.* 6.

Requisitum tertium.

16. III. Ut de diffamatione judici Cameræ scripto aliisve probationibus fides fiat, *d. t.* 27. *princ. in fin. R.* 1654. §. Kammerrichter. 83. Nam licet alias ad obtinendas citationes, in Camera nudis Narratis supplicantis fides adhibeatur, *Gail. d. O.* 10. *n.* 7. Hoc tamen non procedit in obtinenda citatione super hac constitutione, *per expressos texx. hic allegatos*, quæ ante citationem summariam quandam causæ cognitionem ratione factæ diffamationis requirit, *R.* 1532. *art.* Kammergericht betreffend. 2. §. Nachdem auch. 1. *Gail. ibid. n.* 8. Et quidem olim nudis copiis credebatur, *Mynf.* 5. *O.* 81. *n.* 6. Quæ tamen hodie sufficere non videntur, *per d. princ. Verb.* Glaubliche Urkund.

Qui & contra quem Remedium hujus constitutionis competat.

17. Positis his tribus Requisitis ponitur remedium hujus constituționis, quoad competit (1.) Diffamato immediatè Imperio subjecto primas instantias habenti (2.) Diffamato mediatè Imperio subjecto, *per tradita præced. n.* 9. Competit adversus quemcunque diffamatorem, etiam Imperio mediatè subjectum, *Gail.* 1. *O.* 10. *n.* 1. & *praced. n.* 8. Etsi plures sint Diffamantes, cunctos nominatim specificari oportet, *R.* 1654. §. Kammer-Richter. 83. Atque si hoc non factum, illorum specificatio injungi solet, præjudicium habes in causa Fugger contra Otten Erben/ *Supplic. Camer. tit.* 10. *num.* 10.

18. Pro-

18. Processus super hac constitutione est summarius, quia remedium ejusdem constitutionis non est actio, sed imploratio officii judicis, *Gail.* 1. *O.* 9. *n.* 7. Quare nec libellus requiritur, sed diffamatus reproducta citatione summariam petitionem exhibet, in qua diffamationem deducit, petitque diffamanti tanquam Reo terminum ad probandam suam diffamationem coram ordinario judice sub pœna perpetui silentii præfigi, super qua petitione lis non contestatur, sed summariè in puncto perpetui silentii proceditur, *Gail.* 1. *O.* 12. *n.* 2.

Processus super hac constitutione est summarius.

19. Diffamatore in termino non comparente, Diffamatus postulat proclama, quô decreto & 6. Juridicis effluxis, non statim potest procedi in puncto impositionis perpetui silentii, sed prius secunda citatio peti debet, nam unica citatio ad impositionem perpetui silentii non sufficit, sed bina requiritur ad hoc, ut contumaci perpetuum silentium imponatur, *Gail. d. O.* 12. *nu.* 4. Ratio quia per ejusmodi sententiam magnum præjudicium affertur, dum suo jure & facultate agendi privatur, ideò causa non præcipitanda, *Gail. ibid. num.* 5. *Mynſ.* 3. *O.* 86. Hæc secunda citatio autem in Judicio oretenus petitur atque per sententiam decernitur, ubi factum in causa Buwinghausen contra Bulaw / *Sentent. Cam. num.* 854. Obiter hîc addi potest, quod etiam in illis causis, in quibus perpetuum silentium imponendum, secunda citatio requiratur. Hinc in causa Stayhorst contra creditores citationis fieri cessionem bonorum Impositio perpetui Silentii denegata & secundam citationem petere concessum est, *Sent. Cam. num.* 417.

Diffamatore non comparente ad impositionem perpetui silentii bina citatio requiritur.

20. Si Diffamator iteratò citatus rursus emanet, ipsi prævio proclamate & elapsis 6. juridicis ad implorationem Diffamati perpetuum silentium imponitur. Exceptio est in contumacibus tutoribus pupilli diffamantis, nam uti infra *tit.* 66. *n.* 55. dicetur, contra tutores contumaces in causa principali procedi nequit, quia hoc vergeret in præjudicium innocentium pupillorum. Jam autem impositio perpetui silentii viam in causa principali post hac agendi præcludit. Quare ejusmodi tutores contumaces aliâ viâ ad comparendum & agendum sunt compellendi, *secundum tradita in alleg. n.* 55. *usque* 61.

Quid obtineat in ea impositionem perpetui silentii in tutoribus contumacibus pupilli diffamantis.

21. Quòd si Diffamator comparet, tunc aut confitetur aut negat diffamationem. Priori casu si causa principalis ad Cameram spectet & Diffamator statim actionem, quam, habet, in judicium deducat, omisso diffamationis judicio in causa principali proceditur, *Mynſ.* 3. *O.* 78. *num.* 4. Imò si causa ad alium judicem spectet, potest in Camera emanere & causam principalem coram illo judice prosequi, modò Cameram de eo certiorem reddat, ne alias illo ignorato adversus ipsum in contumaciam ad impositionem perpetui silentii procedatur. Sin verò neutrobi principalem causam proponat, judex terminum ad illam competente loco proponendam sub pœna perpetui silentii Diffamatori præfigit, *Gail.* 1. *O.* 12. *num.* 3. Ita in causa Hohenlohe contra Hohenlohe Diffamanti tres menses ad Actiones suas coram Austregis proponendas præfixi sunt, *Sentent. Camer. numer.* 886.

Diffamatore comparente & diffamationem confitente quomodo procedatur.

22. Si

Bene quomodo procedatur, Diffamatione negata.

22. Si diffamatio à diffamante negatur, Diffamato incumbit probatio. Diffamato non probante, Diffamator abſolvitur ac diffamatus in expenſas condemnatur, *Gail. d. O. 12. n. 2.* Diffamatione autem legitimè probatâ, Diffamatori, ſi diffamatus Cameræ in prima inſtantia immediatè ſubjectus, vel cauſa eo rectà pertineat,, coram eadem Camera; Sin verò diffamatus immediatè quidem Imperio, non tamen Cameræ in prima inſtantia ſubjiciatur, ipſi coram judice competenti ſuam prætenſam actionem perſequendi terminus ſub comminatione perpetui ſilentii præfigitur, *d. t. 27. §. 1.* puncto expenſarum per ſilentium præterito, *uti apparet ex formula ſententiæ apud Gail. d. n. 3.* Nam ille tacitè uſque ad deciſionem cauſæ principalis ſeu impoſitionem perpetui ſilentii reſervatur, *uti apparet ex formulis pronunciandi apud Gail. d. O. 12. n. ult.*

Diffamato in causa principali plures judices competentes habente, unum eligi potest.

23. Quòd ſi cauſa principali ad competentem judicem remiſſa Diffamatus plures habeat judices competentes, in arbitrio diffamatoris eſt, quem eligere velit, *Gail. 1. O. 11. per tot.* Cauſa principalis tamen ad judices ordinarios non remittitur, ſi fortè quoad illam prorogatio facta fuiſſet. Sic in cauſa Fürſtenberg contra Fürſtenberg citat. ſuper L. Diffamari, cùm non ſolummodo Diffamatus, ſed etiam Diffamans per verba Scriptis ſuis in judicio diffamationis adjecta jurisdictionem Cameræ tacitè prorogaſſe viſi ſunt, Diffamato duo menſes ad ſuam actionem in judicio Camerali proponendam præfixi ſunt; quanquam aliàs cauſa principalis ad Auſtregas remittenda fuiſſet, *Sentent. Cam. n. 744.*

Diffamatio esse debet de jure Diffamati & non tertii.

24. Præterea obiter & hoc nota, cùm quidam privati dixiſſent, quendam Nobilem verbis injurioſis proſcidiſſe Ducem N. iſtumque vocaſſe einen Bettelfürſten. Nobilis contra iſtos privatos petiit Citationem ex L. Diffamari, verùm quamvis Diffamatio aliquo inſtrumento ſatis edocta, citatio tamen denegata fuit, quia diffamatio non de proprio diffamatis, ſed de jure tertii, nempe Ducis N. facta fuerat, *Magenh. O 24.*

Quid juris, si Diffamatio alicui per modum contradictionis objicitur.

25. Porrò ſi diffamatio alicui per modum contradictionis objiciatur, diſtinguendum eſt, nam exceptio iſta, aut talis eſt quæ actionem parere poſſit, aut talis, quæ ſit fundamentum intentionis probandæ, aut denique nuda. Duobus prioribus caſibus citationi ſuper hac conſtitutione, non autem poſtremo caſu locus eſt, *Gylm. voc. Citatio pro juramento. §. penult.*

Huic constitutioni affine remedium.

26. Huic conſtitutioni affine eſt remedium, quod reus moleſtari timens, ſi Actor agere differat, habet, nempe ut imploret officium judicis, petatque ſibi declarari exceptionem competere, & certum Actori præfigi terminum ad agendum, idq; illo non faciente perpetuum ipſi imponi ſilentium, *juxta Dd. in l. ſi contendat. 28. de fidejuſſ. Myns. 4. O. 72. n. 7. Carpzov. Jurisprud. forenſ. part. 1. Conſtit. 7. defin. 29.*

Differentia istorum duorum.

27. Inter illa duo autem hoc diſcrimen eſt, quòd in terminis hujus remedii Actor ſtatim (*id eſt, in termino Citationis,*) agere cogatur, aliàs judicium ſuper exceptione procedit, ac imponitur ſilentium, in conditione vero L. Diffamari Actor in præfixo termino (*ſc. ad agendum in cauſa principali*) agere teneatur, quo effluxo, demum imponitur ſilentium, *Mynſing. d. O. 72. n. 9.* Porrò intereſt & illud diſcri-

discrimen, quod in illo remedio unicum sit judicium scil. causæ principalis, quia hic nulla diffamatio præcesserit: In hoc autem duo sint judicia, unum Diffamationis, alterum causæ principalis. Conveniunt tamen in eo, ut neque ex L. Diffamari nec ex L. contendat adversus creditorem Debitum conditionale vel in diem prætendentem antequam conditio extiterit, vel dies venerit, possit agi, *Carpzov. d. constit. 7. defin. 30.*

28. Duas Formulas supplicandi super L. contendat, habes in Supplic. Cam. t. 13. num. 32. & 33. Super constitutione L. Diffamari autem supplicandi Formulas in dict. Supplic. tit. 10. à num. 1. usque 10. Ac Formulam citationis, ibidem num. 1. *Formulæ supplicandi super L. contendat & L. Diffamari.*

TIT. XXXVII.

DE

PROTRACTA VEL DENEGATA JUSTITIA.

1. NOna causa jurisdictionem Cameræ fundans est protractio seu denegatio justitiæ. Quamvis enim antequam judicium Camerale institutum fuit, si justitia denegabatur aut protrahebatur, diffidatio erat licita, tamen ista diffidatio in exordio illius judicii in totum prohibita, & constitutum, ut propter notoriam denegationem aut calumniosam protractionem justitiæ forum Camerale esset fundatum, *vid. suprà t. 29. n. 3. & 9. cum 4. seqq.* *Nona causa Jurisdictionem Cameræ fundans.*

2. Dicitur autem justitia denegari tam à judice, si is preces supplicantis planè audire nolit, sed eum limen judicii adeuntem vel litis progressum prosequentem apertè repellat, quàm à parte rea Austregis gaudente, si hæc requisitionem Actoris judices nominare rotundè renuat: protrahi verò, si Reus Austregis gaudens judices intra præscriptum tempus ad Actoris implorationem non denominet, & judex causam intra præfixum tempus non inchoet ac finiat, sed se neglientem in cognoscendo vel exequendo præbeat. *Justitia denegari vel protrahi quando dicatur.*

3. Tempus verò in Austregis præscriptum, ut nim. causa intra mensem à die exhibitæ supplicationis proximum inchoetur, & intra annum finiatur, *de quo suprà t. 27. n. 100. & 105. usque 113. late actum*, etiam quoad reliquos ordinario jure uti volentes observetur, salvis tamen inferiorum judiciorum consuetudinibus, Statutis atque observantia, *O.C. 1500. art.* Auff den Articul wann einer 13. *Tempus, intra quod justitia administranda.*

4. Si quis igitur Austregis & ordinario jure uti volens intra præscriptum tempus vel alias uti decet, non adjuvetur, atque ei justitia notoriè denegetur, aut calumniosè protrahatur, ille proximum judicem pro juris auxilio imploret, & si apud illum quoque nihil opis obtinere possit, aut alias causa immediatè ad Cameram pertineat, ipsa ibidem recipiatur, ac maturè expediatur, *C. p. 2. t. 28. pr.* *Ob denegatam vel protractam justitiam Cameræ aditur. Hujus constitutionis Requisita.*

5. Ex quo patet, ut ob denegatam vel protractam justitiam causa ad Cameram

 sit de-

sit devoluta, duo requiri, I. ut justitiam denegans vel protrahens, (*sive sit Reus Austregis gaudens sive judex*,) immediatè Camerali jurisdictioni sit subjectus, vel causa aliàs eò spectet, licet judex illi non sit immediatè subjectus, uti contingere potest in judice Austregarum, paribus Curiæ, in Commissariis ad examinados testes constitutis, &c. Aliàs decernitur: Daß Supplicant an gebührendem Orth ansuchen möge / *Gylm. voc. Promotoriales. §. Promotoriales si petantur*. II. Ut de hac denegatione vel protrctione notoriè constet, *alleg. princ*.

Distinctio inter protractam & denegatam justitiam ratione devolutionis causæ ad Cameram.

6. Attendendum vero, quòd quoad devolutionem causæ ad Cameram differentia sit inter protractam & denegatam justitiam, *juxta Gail. 1. O. 28. n. 7. & Mynf. 2. O. 24. in fin. atque 3. O. 57.* Et quidem hæc, quòd in denegata justitia causa recta ad Cameram sit devoluta, ibique citatio adversus partem ream ad prosequendam causam principalem decernatur. In protracta autem justitia causa non rectà ad Cameram sit devoluta, sed priùs Promotoriales adversus judicem inferiorem pro justitia intra certum tempus administrandâ decerni oporteat, atque si judex hisce non obtemperet, tunc demum causa ad Cameram sit devoluta.

Qua distinctio non probatur ex O. C. p. 2. t. 26. paragr. fin.

7. Verùm licet forsan hæc distinctio olim tempore Gailii & Mynsingeri in praxi ita obtinuerit, tamen ea parùm rectè, quemadmodum illi putant, probatur ex O.C. p. 2. t. 26. §. fin. *Qui in C. p. 2. t. 28. §. 2. est.* Quia d. §. fin. indistinctè loquitur, & agit de eo casu, ubi promotoriales emanarunt, qui tam in causa denegatæ quàm protractæ justitiæ emanare potuére, præsertim si Actor in casu denegatæ justitiæ in honorem judicis denegantis promotoriales petiisset.

Dicta distinctio rejicitur.

8. Puto itaque causam tam in calumniosa protractione, modo de ea notoriè constet, quàm denegatæ justitiæ secundum verba & mentem ordinationis Cameralis rectà ad Cameram devolutam esse, ibique Processus contra reum ad prosequendam causam principalem decerni debere. Mecum sentit Mindan *de Mandat. cap. 53. nu. 5.* Et hoc porrò confirmatur per Visit 1550. §. *Antepen. R. 1566.* §. Nachdem denen. 108. *& d. t. 24. §. 2. in fin.* ubi expresè sancitum tum demum causam recta ad Cameram non pertinere, si aliquo documento protractio vel denegatio justitiæ probari nequeat, sed hoc casu Promotoriales priùs decernendas esse. Nam ad notorietatem denegatæ vel protractæ justitiæ opus est aliquo documento, nec nudis Narratis partis statur, quia in judice non præsumitur negligentia, nisi probetur legitima requisitio. Judex enim tum demum dicitur negligens, quando à parte requisitus non administrat justitiam, *Gail. 1. O. 28. num. 3. & 4. Mynf. 2. O. 74.*

Promotoriales ad nuda Narrata decernuntur.

9. Sed cùm sæpe partibus sublimis conditionis aliasve personas juxta ordinationem Cameralem pro administranda justitia requirentibus adscriptam requisitionem ab his nihil responderetur, nec illa partes Notarios, cùm hi à dictis personis nonnunquam malè tractarentur, ac proinde metu vel minis perterriti posteà petentibus suam operam denegarent, commovere possent, qui eas personas pro administranda justitia requirerent, ac desuper Instrumentum conficerent, propterea constitutum, ut licet nullum proferretur documentum factæ requisitionis, quòd nihilominus Promotoriales ad nuda Narrata, (*minimè verò Mandata vel alii proces-*

processus, vid. Tennag. Class.2.c.15. & 20.) in Camera decerni deberent, *Visit.* 1550.§.*antep.qui §.in O.C.quidem est omissus,sed tamen postea repetitus in R.*1566. §. Nachdem denen 108. *adjecto vers.* Da aber solche. *& in d.t.28.§.1.*

10. Illæ Promotoriales quemadmodum alii Processus Camerales per Notarium immatriculatum vel Nuncium Cameræ sunt insinuandæ, *d.t.26.§.2.vers.* Wie sich gebühret / verkünden lassen. *junct. C.p.1.t.51.& 52.* Sed dicas in hac insinuatione insinuantes etiam malè tractari posse? R. hoc non præsumendum, (1.) quia ille, cui insinuatio fit, Processus Imperatoris sub gravi pœna non contemnere debet, *R*,1654. §. Damit aber. 165. (2.) Quia Notarii immatriculati & Nuncii Cameræ Processus Camerales exequentes securitate Imperiali gaudent, *C. p.1.t.63.§.* 11. Quæ securitas minimè violanda, cum Notariis publicis autem res multò aliter est comparata.

Promotoriales per Nuncium Cameræ seu Notarium immatriculatum sunt insinuandæ.

11. Promotorialibus verò insinuatis judex iterum requirendus fuisset, verùm quia & hîc rursus ob suprà enarratas causas difficultas Notariorum publicorum occurreret, ac deinceps ne partes inanibus sumptibus in novam requisitionem impendendis onerarentur, itidē sancitum, ut si administratio justitiæ intra tempus in Promotorialibus præfixum non sequeretur, tunc sine ulteriori documento requisitionis vel denegatæ justitiæ, tantummodò reproductarum Promotorialium legitimâ insinuatione probatâ, Processus decerni deberent, *præalleg. §.2.*

Promotorialibus insinuatis si intra præfixum tempus justitia non administretur, Processus in Camera decernuntur.

12. Utrùm verò in ipsa insinuatione requisitione aliqua opus sit, inter Cameralistas controversum est. Nam *Mynf.3.O.57.* id negat. Ast Tennag. *de Process.Class.3. c.15.n.2.circa fin.* idem affirmat, putans quasi verba, ohne weitere Requisition, *in d. t.26. §.1. & pracit. §.2. posita* opponantur requisitioni tempore insinuationis faciendæ, hancque unicam requisitionem tempore insinuationis factam esse sufficere narrari in supplicatione pro processibus, *ibid. nu.5. & dict num 2.* E contra verò Mynsing. 5.*O.*56. & cum eo Mindan. *de Mand. cap.*53.*num.*24. *&* 25. arbitratur, licet doceatur de legitima per Nuncium vel Notarium factâ requisitione, tamen Processus non decerni, nisi supplicans alleget se post insinuationem institisse pro justitia administranda, eamque requisitionem in processu probandam, alias causam ad petitionem requisiti judicis remittendam esse, *Mynsing. d. O.56.* ubi addit, ita sæpe judicando definitum esse. Præjudicium habet Gylm. *voc. promotoriales. §.1.*

Utrum in promotorialium insinuatione requisitione aliqua opus.

13. Hanc tamen remissionem vel etiam denegationem Processuum tum demum obtinere putat Tennag. *d.c.15.n.3.* (1.) Si per Actorem stetir, quò minus intra terminum pareretur. (2.) Si nequidem narratum sit, ullam requisitionem tempore insinuatarum promotorialium fuisse factam, (3.) Si nequidem ante Promotoriales emanatas requisitio facta, & sic per sub- & obreptionem ipsæ Promotoriales impetratæ sint, *d. n.3.*

Quando causa remittenda seu Processus denegandi.

14. Quicquid sit, in d. t.26. §.1. & d. t.28. §.2. nihil dispositum invenitur, quòd requisitio tempore insinuationis necessariò fieri debeat, uti voluit Tennag. d. loc. & idem d. n.3. Injuriam facit Mynsingero, dum illum in 3. O.57. & 5.O. 56. contradictionis arguit, Nam Mynf. in d. O.57. loquitur de requisitione tempore

Requisitio tempore insinuationis non necessitatis.

pore

pore insinuationis faciendæ, sed in O. 56. de requisitione post factam insinuationem peragenda agit, De qua etiam intelligendus alleg. §. 1. & 2. quod satis innuunt verba: So ihnen über beschehene Execution solcher neuen requisition, &c. & verba: einmahl insinuirt, in Zeit derselbigen ohne weitere Requisition, &c. ibique dicitur, quòd hujus requisitionis documento non sit opus.

Quia ad decernendos Process. ut fatiam insinuatio Promotorialium sufficit.

15. Sed quæritur, utrum quoad hoc aliquid per R. 1566. §. Nachdem denen/ 2c. 108. *in fine* mutatum sit? Resp. Quod non. Nam ibi id tantum mutatum, ut reproductis Promotorialibus, Processus non decernantur, nisi simul denegatio justitiæ vel documento executionis Promotorialium, vel documento factæ requisitionis probetur, uti ex perlectione d. §. 108. manifestum est. Hæc requisitio aliis probationibus deficientibus etiam juramento probari potest.

Quot Requisitiones ad protractam seu denegatam justitiam desiderentur.

16. Quot requisitiones verò desiderentur, ut ex capite protractæ vel denegatæ justitiæ Processus in Camera impetrari possint, distinguendum inter partes ad Austregarum denominationem & judices ad justitiæ administrationem requisitos, in illis unica requisitio sufficit, *Myns.* 1. *O.* 91. In his etiam unica quoad justitiam notoriè denegatam, trino verò quoad protractam, *Tennag. Class.* 3. *cap.* 16. *n.* 1. Quæ trina etiam unico contextu, ut si requisitio fiat instanter, instantius & instantissimè peragi potest, *Gail.* 1. *O.* 28. *n.* 6.

Olim si e jam cœpta à denegata seu protracta justitia necessariò appellari debuit.

17. Porrò advertendum, quod olim si causa coram judice inferiori jam cœpta esset, illa ex capite denegatæ vel protractæ justitiæ ad Cameram nunquam devolveretur, sed necessariò ab ista protractione vel denegatione appellari, & appellatio modò de facta protractione vel denegatione legitimè doceretur, in Camera recipi debuit, *Gail.* 1. *O.* 28. *n.* 2. *Myns.* 5. *O.* 82. *n.* 4. & 5.

Quod hodie secus est.

18. Quo autem de protractave denegata justitia eò melius doceri posset, aliquando prius Promotoriales petebantur & si hisce non parebatur, posteà appellabatur, *Mynsing.* 5. *O.* 82. *n.* 7. Aliquando impetrabantur Mandata de administranda justitia intra certum tempus C. C. quo elapso ad pœnam Mandati procedebatur, *Gail. dict. O.* 28. *n.* 3. *Myns. d. O.* 82. *n.* 6. Verùm hæc distinctio inter causam cœptam & nondum cœptam hodiè sublata, nec appellatione amplius opus est? proinde causa in eo Statu, quo tempore protractæ vel denegatæ justitiæ est, ad Cameram devolvitur, *d. t.* 28. §. *ult. Consult.* 1595. *dub.* 9.

An jurato volens se non sperare apud judicem in eo justitiam consecuturum esse, in Camera audiendus.

19. Dixi *præced. num.* 16. Documento justitiæ denegatæ vel protractæ opus esse, ut ex eo capite causa ad Cameram sit devoluta, proinde quæritur, si quis juramento probare velit, quòd non speret sese apud talem judicem justitiam esse consecuturum, an audiendus? Audiendum esse ex Authoritate Felini in Camera conclusum fuisse testatur Myns. 3. O. 58. Dissentit Gail. 1. O. 28. *num.* 8. Conciliationis gratia dicendum puto, Mynsingeri sententiam locum habere, quando Judici Cameræ, ut Judici de desperatione justitiæ consequendæ aliunde verisimiliter constat. Sin hoc modo non constet, arbitror veriorem Gailii sententiam, quia præsumptio regulariter est pro Judice, cujus dignitati parcendum, nec tam facilè sua jurisdictione privandus. Deinde Mynsingeri sententia usu approbatur, tale enim juramentum fuit in Camera præstitum 5. Jun. 1648. Et in causa Boudier

con-

contra Doblern/ 7. Jul. 1657. dictus Boudier ad istius Juramenti præstationem admissus est, *Sent. Cam. num.* 268. Idem 27. Septemb. 1661. factum in causa Heinrichsen contra die Münsterische Regierung/ *Supplic. Cam. tit.* 18. *n.* 70.

Juramentum perhorrescentiæ quid sit.

20. Hujus verò juramenti sedes est in *C.* 11. §. *Cum verò de rescript. in* 6. & solet vocari *juramentum per horrescentia*, nomine sumpto à præalleg. vers. cum verò verb. *aut sui Adversarii potentiam meritò perhorrescens.* Hoc autem juramento non opus est, si apertè constet, ordinarium judicem esse partialem, *Tennag. Class.* 3. *cap.* 13. *in fin.* Similiter idem *d. Class.* 3. *cap.* 12. existimat, si vidua adversarii, vel etiam judicis potentiam & oppressionem metuat, vel pœnam perhorrescat, & causas perhorrescentiæ speciatim enarret, etiam absque juramento in Camera exclusu Austregarum judicio audiendam esse, & quia hi casus sint perrari, igitur Gailio 1. O. 1. num. 40. contrarium statuenti esse ignoscendum. *Add. Schubhard. de Austreg. c.* 9. *n.* 10. *usque* 18. *Et Feltmann. de juramento perhorrescentiæ.* Denique & illud addi potest, quòd Actor in causa criminali, quoniam illa ad Cameram non pertinet, ad sæpè dictum juramentum non admittatur, uti 24. Maji 1661. factum in causa Kröger contra Mecklenburg/ *Sent. Cam. n.* 750. Sed Judici Actotis per Mandata pœnalia injungi soleat, ut juxta constitutionem Carolinam procedat, *vid. Sent. Cam.* 556. 604. 982. *atque in Mantiss. n.* 4. 14. & 21.

Promotoriales quid sint.

21. Porrò cum præced. n. 8. ostenderim in casu, quo protractio seu denegatio justitiæ aliquo documento probari nequeat, Promotorialibus opus esse, de his jam quoque aliquid dicendum. Promotoriales verò sunt Processus, quibus Camera judici inferiori justitiam deneganti aut protrahenti mandat, ut intra spatium unius mensis supplicanti justitiam administret. Sic dicti à promovendo, quia promovent, id est, maturant retardatam administrationem justitiæ. Formula Promotorialium habetur in Supplic. Cam. *tit.* 11. *n.* 6.

Sub qua pœna emanent.

22. Istis verò promotorialibus quidem pœna pecuniaria non inseritur, attamen adjicitur comminatio, ut nisi judex eisdem intra illud spatium obtemperet, quod tunc supplicanti ad ulteriorem implorationem alia via subveniendum sit. Ubi præcipua ac magis usitata pœna est, quòd causa ad Cameram devoluta, judex quoad hanc causam sua jurisdictione privetur. Quamvis non rarò etiam judex per Mandata pœnalia ad administrationem justitiæ, Actore id petente compellatur.

Tempus administrandæ justitiæ Promotorialibus insertum.

23. Mensis verò, qui judici pro suscipienda causa in Promotorialibus præfigitur, est tempus in O. C. præscriptum, *d. t.* 28. §. 2. *verb.* in Zeit der Ordnung. *junct. O. C.* 1500. *art.* 13. *suprà num.* 3. *allegat.* Hoc tempus tamen pro qualitate & circumstantia loci & causæ extendi potest, *arg. d. t.* 28. §. *ult.*

Casus I. in quo Promotoriales decernuntur.

24. Decernuntur verò promotoriales (1.) contra Magistratus ordinarios justitiam denegantes vel protrahentes, atque Cameræ immediatè subjectos, *d. t.* 28. *princ. in fin.*

II.

25. (2.) Contra judices Austregarum, *Mynś.* 1. *O.* 95. *Magenb. ad O. C. p.* 2. *t.* 8. §. Und aber. 10. *Ruland. de Commiss. p.* 1. *lib.* 2. *cap.* 27. *n.* 6. *Gylm. voc. Mandata S. C.* §. *Mandatum. S. C. pag.* 191. Nisi illi judices ad instantiam partis à Cæ-

ſare per meram delegationem ſint dati, quo caſu ſupplicans ad committentem Cæſarem remittendus, *Mynſing. & Magenb. alleg. loc.*

III. 26. (3.) Contra Commiſſarios ad examinandum teſtes conſtitutos, *Ruland. d. n.6.* Si iſti inſinuatam commiſſionem ſuſcipere recuſant, non promotoriales, ſed Mandata pœnalia contra eosdem decernuntur, *Roding. Pand. Cam. l.3.t.12.n.4. verſ. Etiam in commiſſionibus.*

IV. 27. (4.) Si princeps requiſitus, ut ratione ſubditi ſui intra menſem juſtitiam adminiſtret, idque princeps intra menſem non faciat. Nam hoc caſu ex capite denegatæ juſtitiæ citatio non decernitur, quia juſtitia potius protracta quàm denegata cenſetur. Ideò ut ordinarius Magiſtratus juſtitiam denegaſſe dicatur, requiritur ut priùs promotoriales decernantur, quæ ejus juriſdictionem excitent, *Gylm. voc. denegata juſtitia. §. Si quis.* Inſuper ſi petenti à Conſiliariis alicujus Principis denegata fuerit, citatio non decernitur, ſed apud Principem etiam pro adminiſtranda juſtitia inſtandum eſt, niſi conſtet Principem ſuis conſiliariis plenariam agendi poteſtatem conceſſiſſe, *Gylm. ibid. §. Nota ſi petenti.*

V. 28. (5.) Contra conſiliarios Principis, quia hi Principem repræſentant & ab iis ad cameram appelletur, *Gylm. tom.1 p.2.pag.19. in fin.* Non verò decernuntur contra Officiales, ſed eorum Dominum, *Gylm. voc. Promotoriales. §. Promotoriales non decernuntur.*

VI. 29. (6.) In cauſa feudali contra pares Curiæ, quia hi ſunt loco Auſtregarum, *Gylm. voc. Feudum. §. Anno & voc. denegata juſtitia §. Si Dominus. Klock. tom. 2. Conſil.28.n.11.* Nam ab iis appellatur ad cameram, *Gail.O.1.n.56.* Ideò inter hos & cameram nullus alius eſt judex. Atque ita ſi iſtis Promotorialibus non obtemperatur, cauſa ad cameram devoluta cenſetur, *Gylm. alleg. §. Si Dominus.* Contrarium tamen præjudicium hebet Magenh. O.65. ubi Dominus Feudi tanquam judex competens requiſitus, ut conſtitueret judicium feudale, reſcripſit, ſe ſenem eſſe & impediri propriis negotiis, ideoque permiſſurum, ut in camera Imperiali hæc lis decideretur. Hanc epiſtolam adjunxit Supplicationi procurator Actoris, & quaſi ob factam remiſſionem juriſdictio cameræ fundata eſſet petiit citationem, ſed denegata eſt 30. Auguſt. 1594. Ex hac ratione quòd Dominus feudi in præjudicium Rei futuri Actorem ad cameram remittere reoque beneficium primæ inſtantiæ adimere non potuit, ſed cauſa ob denegatam juſtitiam ad Auſtregas ſit devoluta.

Caſus F. in quo Promotoriales non decernuntur.

30. Promotoriales autem non decernuntur, (1.) Si non habent effectum devolutivum, id eſt, ut ſi judex inferior poſt inſinuatas Promotoriales officium ſuum facere negligat, illud ipſum judex ſuperior præſtare non poſſit, *Gylm. voc. Promotoriales. §. in decernendis & §. Promotoriales quando.* Hinc cùm cauſa criminalis & matrimonialis ad judicem cameræ non pertineant, in iis Promotoriales nunquam decernuntur. Solent verò hoc caſu mandata pœnalia de adminiſtranda juſtitia decerni, *Gylm voc. Mandatum S.C. §. Nota. pag.195. & tom.1 part.2.p.20.* Hinc. 11. Jan. 1664. in cauſa criminali Heimbeck contra Fürſtl. Würtzburgiſch. Vice-Cantzler und Räht Mandatum de procedendo juxta conſtit. Carolin decretum eſt, *Supplic Cam. t.11.n.14.*

31.

31. (2.) In causis voluntariæ jurisdictionis. Hinc cùm quidam peteret sibi dari documentum seines Wolverhaltens / illique id denegaretur, petiit Promotoriales, sed hæ in Camera denegatæ sunt, *Gylm. dict.* §. *In decernendis.* & *tom.* 5. *Supplic.* 25. II

32. (3.) Si contra partes pro debito præstando aditas petuntur. Hinc cùm aliquando contra civitatem Eslingam denegantem alimenta peterentur Promotoriales pro decernendis alimentis, illæ denegatæ sunt, *Gylm. voc. Promotoriales* §. *sic denegata.* Prout quoque denegatæ sunt contra Dominum feudi, Vasallum investire detrectantem, *Ibidem* §. *Promotoriales quando.* III

33. Deinde postquam Promotoriales decretæ & insinuatæ sunt cum documento factæ insinuationis à Procuratore constituto intra terminum illis insertum judicialiter reproducuntur, & ulteriora reservantur, idque eo fine ut impetrans, si intra præfixum terminum justitia non administretur, in Camera pro citatione super denegata vel protracta justitia adversus reum decernenda instare queat. Reproductis tamen Promotorialibus, non judicialiter, sed extra judicialiter pro decernenda illa citatione supplicandum est, *Schvv. O.* 172. *n.* 12. & 3. Ita factum Anno 1663. in causa Weix contra Chur Cöllnische Landschafft / *Supplic. Cam. t.* 11. *n.* 10. Item Anno 1664. in causa Landsberg contra Hugenpott / *d. t.* 11. *n.* 11. & 12. Nec non Anno 1660. in causa Buwinckhausen contra Die Greckische Wittibe / *ibid. n.* 13.

Processus in puncto promotorialium.

34. Quòd si Actor statim in Camera litigare nolit, quò majoribus sumptibus in Camera faciendis parcat, aut ne admittat beneficium Appellationis, etiam potest impetrare Mandata de administranda justitia adversus judicē in illius administratione negligentem. Quæ Mandata quoque, modo supplicans de protracta seu denegata Justitia probabiliter docere queat, non præmissis Promotorialibus obtineri possunt, quæ via est compendiosior & commodior. His mandatis si judex intra præfixum tempus non obtemperat, in pœnam Mandati insertam declaratur, & arctius Mandatum sub pœna banni decernitur, atque si porro obstinatè sit contumax, ob contumaciam in bannum declaratur, *Gail.* 1. *O.* 113. *n.* 15.

Loco promotorialium nonnunquam impetrantur Mandata de administrando justitia.

35. Hæc mandata C.C. decerni, testes sunt *Gail.* 1. *O.* 28. *n.* 3. & *Mynf.* 5. *O.* 82. *n.* 6. E diverso autem Gylm. *voc. Denegata justitia.* §. *Nota.* ait: Nota, in causis protractæ justitiæ hodie non facile Promotoriales & deinde citatio, sed Mandata S.C. ad procedendum in causa & pronuntiandum definitivè decernuntur, ne in infinitum causæ ad Cameram deferantur, & per hoc Medium Judices inferiores se causis exonerent. *Hæc ille.* Quòd hodie ut plurimum observatur. Potest enim judex hoc casu à præcepto incipere, quia nolle justitiam administrare est res scandalosi exempli, & Factum de omni jure prohibitum, *Add. praced. t.* 34. *n.* 40. & 70. Hinc 25. Jan. 1660. in causa Reinking contra Hessen Mandatum de administranda justitia S.C. decretum est, *Supplic. Cam. t.* 11. *n.* 15. & 16. Item 16. Febr. 1662. in causa Annoni contra Straßburg / *dict. t.* 11. *n.* 18. Pauperibus tamen literæ pro informatione priùs decernuntur, uti factum in causa Meyer contra Hamburg / *d. t.* 11. *n.* 19. & 20.

Quæ Mandata interdum C. interdum S.C. decernuntur.

Executio sententiæ à judice inferiori latæ hujus judicii C.C. mandari solet.

36. Similiter si judex inferior suam sententiam exequi deneget vel protrahat, in Camera Promotoriales dantur, *Gail.* 1. *O.*28. *n.*7. Sæpiùs tamen mandata de exequenda sententia decernuntur, & quidem regulariter C.C. (1.) Ut parti condemnatæ maneat latus campus impugnandi rem judicatam, & ne præscindantur exceptiones in executione adhuc admissibiles, *Meichsn. t.*3. *decis.*22. *n.*49. (2.) Quia ratione judicis nonnulla intervenire possint, ut sententiam exequi aut non debeat aut non queat. (3.) Quòd dignitatis ratio habenda videatur, nec temerè Magistratui S.C. mandandum *Tennag. Class.*2. *c.*18. *n.*1. *Præjudicia habes in Supplic. Cam. t.*11. *n.*25. 26. 30. 31. 32. *&* 33.

Hodie scilicet non stabitur nudis Narratis. Hodie secus est.

37. Atque hoc casu stari nudis Narratis nec documento requisitionis opus esse, eò quòd facile de protelatione ex die latæ sententiæ constare queat, existimat Schvv. *O.* 171. *n. ult.* Ast hodiè requisitionem aliquo modo probandum esse apparet ex Decreto in causa Wilmsen contra Hamburg 31. Maji, 1661. lato, *Supplic. Cam. tit.* 11. *num.*24 Item ex Decreto in causa Hatting contra Chur-Brandeburg 12. Octob. 1661. lato, *dict. tit.*11. *num.* 34. Nec non ex sententia in causa Bock contra Achen 13. Febr. 1661. lata, *Sent. Cam. n.*729. Deinde cùm de jure communi tempus Executioni præfixum sit quadrimestre, hinc si intra illud tempus pro mandato executoriali supplicatur, solet decerni : Noch zur Zeit abgeschlagen. Uti factum 29. April. 1661. in causa Schröttering contra Hamburg / *d. tit.* 11. *n.*23. Item 3. Sept. 1661. in causa Broichs Wittibe contra Waldas / *ibid. n.*28.

Executio sententiæ in Camera latæ semper S.C. mandatur.

38. Sin verò sententiæ in Camera latæ executio alicui mandatur, illud semper fit S.C. *praxi ita docente.* Quod etiam obtinet, si causa appellationis deserta pronunciata, *Tennag. Class.*2. *cap.*15. Vel Appellans ei renunciaverit, aliove modo eandem deseruerit. Hinc in causa Keller contra Ost-Friesisch Hof-Gericht 3. Januar. 1660. Mandatum de exequendo S.C. decretum, *Supplic. Cam. t.*11. *num.*21.

Negligens judex quomodo puniendus.

39. Præterea obiter observandum, quòd negligens judex non solum litem suam faciat, atque parti læsæ ad damnum & interesse actione in factum teneatur, *Gail.* 1. *O.*28. *n.*7. Sed etiam tam ipse judex quàm Magistratus ipsum constituens Fisco in certam pœnam condemnandus sit, *R.* 1654. §. Wan sich auch. 109. Imò si judicis negligentia sit magna, ab officio removeri potest, *Gail. ibidem numer.*8.

Repressaliæ ob denegatam justitiam concedi solent.

40. Ultimò de jure communi notum est ob denegatam justitiam Repressalias concedi, quia Repressaliæ conceduntur, ne justitia pereat, & hujusmodi concessio Repressaliarum est species justi belli, *Gail. d. O.*28. *n. ult.*

Formulæ supplicandi.

41. Formulas supplicandi pro Promotorialibus vide in Supplic. Cam. t. 11. à n. 1. usque 8. Pro citatione super denegata vel protracta justitia, d. t. 11. nu. 9. usque 13. Pro mandatis de administranda justitia, dict. t. 11. n. 14. usque 20. Et pro mandatis de exequendis, ibid. n. 21. usque ad fin. tit.

TIT.

TIT. XXXVIII.

DE

COMPROMISSIS.

1. DEcima causa forum Camerale fundans est Compromissum. Dicitur verò Compromissum simultanea partium promissio, quâ sponte suam controversiam alicui juxta arbitrium boni viri decidendam committunt.

Decima causa Jurisdictionem Cameræ fundans.

2. Ejusmodi verò Compromissa Camera non recipiat, nisi à personis immediatis, qui Austregas habent, & iis quæ ex se & sua natura in prima instantia ad Cameram pertinent, recipiendi verò potestas sit in judicis & Assessorum Cameræ libera voluntate, *C. p. 2. t. 29. princ.*

Quæ compromissa Cameræ recipere possint.

3. Ne autem Camera per deductionem ejusmodi Compromissorum in expeditione causarum eò pertinentium impediatur, illorum Processus in alio commodo Imperii loco pro placito compromittentium eligendo instituatur, & usque ad definitivam sententiam exclusive continuetur, post factam verò utrinque conclusionem Acta per Auditorem, coram quo Processus institutus fuit, in præsentia utriusque partis, vel eorum mandatariorum intotulentur, atque sub illius & partium sigillis obsignata ad Cameram deferantur cum petitione, ut illa quid de jure & pro qualitate causæ ulterius agendum tandem pronunciet, *d. t. 29. §. 1.*

Processus compromissorum alibi quam in Camera [illegible] instituuntur.

4. Sin verò Auditor petat, ut Camera duntaxat sententiam concipiat & eam ad pronuntiandum ad ipsum remittat, Camera Acta non acceptat, quia Assessoribus Cameræ non licet aliis consulere vel sententias concipere, Mynss. 5. O. 2. Neque enim consultores, sed judices esse debent. *vid. C. p. 1. t. 19. §. 5. & 8.* In causis propriis tamen vel proximos agnatos & affines concernentibus consulere illis est permissum, *d. §. 8.*

Sed Camera sententiam definitivam concipit & pronunciat.

5. Compromissa v. recipiuntur salvo digno salario ex æquo inter omnes Assessores dividendo, *Magenh. ad O. C. p. 2. t. 2. Rubr. in fin.* Forma recipiendi est talis: In Sachen Compromiss zwischen Oettingen und Hemelberg / wofern die Parthеyen allen und jeden beneficiis juris, und in specie revisionis der Gebühr renuntiiren und pro sportulis 3000. fl. Reinisch in Gold erlegen / auch Ihre Procuratores in dieser Sachen sich / wie recht / legitimieren werden / alsdan dieselbe hiemit angenommen und ferner darin ergehen soll / was recht ist. 4. *Maji* 1586.

Compromissa recipiuntur sub condigno salario.

6. Hæc verò compromissa non tempore ordinariarum Relationum sed post meridiem aut in feriis canicularibus referantur, neque tantum interlocutoriè decidantur, sed in omnem eventum definitiva sententia quoque concipiatur, nec antè sportulæ inter Collegium Camerale dividantur, *d. t. 29. §. pen.*

Quo tempore compromissorum causæ referendæ.

7. Sed quæritur anne judex & Præsides quoque de his sportulis participent? Affirmandum videtur, quia illæ sportulæ sunt pars salarii; & tam judex quàm Præsides

An judex & Præsides de [illegible] compromissorum [illegible].

 sides

fidcs licet Relationes non concipiant, tamen in diſtribuendis Actis, inter habendas relationes & gerendo Directorio ſuam operam præſtant.

Compromiſſorum participes. An in compromiſſis Revisioni locus ſit.

8. In hiſce enim compromiſſis Reviſioni non ſit locus, niſi ex Actis de enormiſſima læſione liquidè & manifeſtè conſtet, adeoque pravum ſit arbitrium, ut manifeſta ejus iniquitas appareat, *d.t.29.§.ult.* Ultra dimidiam partem juſti pretii compromiſſo læſis, competit etiam reſtitutio ex l.2.C. de reſcind. vendit. *Mynſ. 1.O.33.*

TIT. XXXIX.

DE VIOLATIONE PRIVILEGII CÆSAREI.

Undecima cauſa juriſdictionem Cameræ fundans. In cauſis violati privilegii Cæſarei nihil intereſt, utrum violator ſit mediatus an immediatus.

1. UNdecima cauſa eſt violatio privilegii Cæſarei, ſolus enim Imperator, qui privilegium dedit, vel ejus vice Camera, de eo cognoſcere & judicare poterit, *Gail.1.O.1.n.7.*

2. Quocirca cum ſola violatio hoc caſu fundet forum Camerale, perinde eſt, utrum violator ſit Imperii immediatus an mediatus. Exceptio tamen eſt in Eccleſiaſtico, qui mediatus, hinc in tali Reo 4.Maji 1551. Proceſſus denegatos eſſe, refert Magenh. *ad O.C.p.2.t.9. verſic. ſecundò quidam.* Ratio eſt, quia clericus nullibi quàm coram ſuo judice eccleſiaſtico conveniri poſſit, etiam in criminalibus & fractæ pacis, *ſupra t.29.n.114.*

Quando actione violati privilegii Cæſarei in Camera agi poſſit.

3. Quòd verò dixi cognitionem de violato privilegio ad Cæſarem ſeu Cameram ſpectare, illud ſolummodò procedit, (1.) Si ad pœnas privilegio inſertas agatur, *Gail.d.n.7. Gylm. voc. juriſdictio Cameræ. §.pen.* (2.) Si principaliter de ſubſtantia ſeu viribus privilegii diſputetur, vel quoties privilegium jus principis tangit. Sin verò jus alterius concernat, vel incidenter de viribus privilegii diſputatur, ad ordinarium judicem ejus pertinet cognitio, *Gylm. d.§.pen. & Gail.d.O.1.n.13.*

Cauſa violati privilegii Cæſarei Requiſitum primum.

4. Ut autem ſuper violatione privilegii ad pœnas ei inſertas agi queat, requiritur, I. Ut Violatori privilegium ante perpetratam violationem legitimè ſit inſinuatum, iſque de pœna iſti inſerta certior factus, quò illius privilegii pœnæ notitiam habuerit, cùm enim privilegia ſunt Facti alieni, illorum ignorantia præſumitur, & de hac inſinuatione in ſupplicatione expreſsè mentio fieri debet, aliàs proceſſus denegantur, *Gail.1.O.1.n.9. Gylm.voc. privilegium. §. quomodo verſic. aut etiam pag.211.*

Ejus Requiſiti extenſio.

5. Sin verò ante factam violationem non ſit inſinuatum, ſtatim inſinuandum eſt, & tunc ſi violator eveſtigio violationem non revocet, ſed illam contra inſinuatum privilegium ratificaat, cùm hoc caſu de dolo apertè conſtet, nihilominus in Camera proceſſus impetrare licet.

Inſinuatio privilegii ... .

6. Et quanquam inſinuatio privilegii non valeat, niſi fiat coram judice competente, *Gail.d.O.1.n.11.* tamen etiam illa, quæ parti in præſentia Notarii & duorum

rum testium fit, valet, quia Notarius habet jurisdictionem in voluntariis Actibus, & judex chartularius appellatur, *Gail.d.O.1.n.13.* Istum tamen insinuationis actû non voluntariæ sed chartulariæ jurisdictionis esse dicit Gylm. *voc. privilegium §. Privilegia per Notarios. pag.245.*

per N. tarium fieri potest.

Requisitum secundum.

7. II. Ut Judici Cameræ istud privilegium jam ante sit insinuatum, vel ad minimum unà cum supplicatione pro Processibus exhibeatur, quo Cameræ constet de fundata jurisdictione. Ipsum verò Originale est exhibendum, quia transumptis privilegiorum in Camera non creditur, *Gail.1.O.1.n.9.* etiamsi per tres Notarios sint subscripta, si autem Transumptio authoritate judicis ordinarii facta, illi fides adhibetur, *Gylm. voc. Privilegium §. exemplatio.*

Quatenus transumpto Privilegii creditur.

8. Quòd autem transumptioni à Judice ordinario factæ fides adhibeatur, illud solummodò procedit quoad decernendos Processus, nam ut privilegium pro insinuato acceptetur, necessario ipsum Originale est exhibendum, *atque intelligi debent Gail. & Gylm. alleg. loc. Præjudicium allegavi infra t.46.n.33.* Attamen si Cæsar sub suo sigillo majori litteras ad Cameram expediri & copiam Privilegii includi faciat, eæque litteræ in vim originalis producantur, ejusmodi insinuatio pro legitima acceptatur. Quemadmodum in insinuatione privilegii Oldenburgensis de non appellando Anno 1638. mense Decembri practicatum est, *teste Roding. Pand. Cam. l.1. t.20. n.25. vers. Quid si vero Cæsar.*

Ut privilegium in Membrana exhibeatur non est necesse.

9. Utrum in membrana exhibendum? Gylm. *voc. privilegium §. Nota.* negat, quia Imperatori non præscribendus modus, utrum sua privilegia in charta vel membrana conficere & conscribere debeat. Et constitutio Maximiliani tantum loquatur de instrumentis Notariorum.

Requisitum tertium.

10. III. Ut narretur illam violationem esse perpetratam contra notitiam privilegii ex proposito & dolo, Gylm. *tom.1. part.2. pag.211. Add. Supplic. Cam. tit. 12. n.1.*

Pœna violati privilegii Cæsarei pro dimid. parte violato & pro dimidia parte Fisco debetur.

11. Pœna privilegiis inserta pro dimidia parte debetur Fisco, & pro dimidia parti læsæ, Gylm. *citatio ad vidend. §.1.* Fiscalis tamen ad suam partem agere nequit, si pars læsa non simul agat. Hinc cum quidam Fiscalem Imperatoris admoneret, ut contra violatorem ad pœnam privilegio insertam procederet, Fiscalis respondit, hoc ita fieri non posse, sed si ad vindictam agere vellet, posse eum extrahere in Camera citationem ad vid. se incidiss. posteà ordine procedere & tum demum ipsum solere ex officio pro jure & interesse Fisci omnes recessus, Acta & actitata repetere, & judicis cognitioni perpetratum facinus committere, *Ita* Gylm. *voc. privilegium §. Quando pag.275.* Si tamen Jurisdictio Imperii simul violata est, Fiscalis pro Interesse Imperii principaliter citationem ad vid. se incidiss. impetrare potest, uti fecit 22. Jan. 1652. in causa Fiscalis & Waldenburg contra S. Albani Stifft bey Mayntz / *Supplic. Cam. t.12. n.3.*

Cameræ immediatorum non vero mediatorum privilegia pro insinuatis accepta.

12. Sola verò immediatorum privilegia Cameræ insinuata recipiuntur, non verò mediatorum, nisi id fiat propter continentiam causæ, Gylm. *voc. citatio ad vidend. §.1. Add. infrà t.42. n.18.* Ratio est, quia Camera inter mediatos ordinariam Jurisdictionem non exercet, *Tennag. Class.2. c.29. n.ult.*

13. Pro

Insinuatio Privilegiorum quomodo fiat.

13. Pro insinuatione verò privilegiorum immediatis concessorum procuratores vigore specialis procuratorii solent, supplicare, & una cum supplicatione privilegia illa judicialiter vel extrajudicialiter (*exceptis privilegiis immunitatis & exemptionis, quorum insinuatio judicialiter fieri debet, Gylm. voc. Privilegium. §. privilegii immunitatis, pag. 275.*) exhibere, quo facto insinuatio acceptati privilegii Decretumque judiciale interponi consuevit, & originali restituto exemplum in Archivis servatur. Ad hanc insinuationis acceptationem non opus est ut tertius, cujus fortasse interesse possit, citetur, quia semper decreto inseritur clausula, Doch vorbehältlich eines jeden Gerechtigkeit / *Tennag. Classf. 2. cap. 29.*

Formulæ supplicandi.

14. Formulæ supplicandi pro citatione ad vidend. se incidisf. in pœn. privileg. habentur in Supplic. Cam. tit. 12. num. 1. & 2. Atque copia citationis, ibid. num. 3.

TIT. XL.

DE CONTINENTIA CAUSÆ.

Causa duodecima jurisdictionem Cameræ fundans est continentia causæ. Rationes quare causæ connexæ non dividendæ.

1. CAusa duodecima jurisdictionem Cameræ fundans est Continentia causæ, *Gail. 1. O. 32. n. 1.* Continentia causæ verò nihil aliud est, quam cohærentia negotii in judicio disceptandi quæ hoc negotium separari non patitur sed uno eodemque judicio terminari vult, *Mind. de contin. causf. cap. 1. n. 7.*

2. Rationes autem quare causæ continentes non separandæ, hæ sunt, (1) Ne vel Actor vel Reus super eadem re in diversis judiciis invitus litigare cogatur. (2) Quia interest reipublicæ ut lites quæ magnam sæpè odiis atque dissidiis materiam præbent, abbrevientur. (3) Quòd connexitas operetur, ut connexorum unitas censeatur, quapropter & meritò unum idemque connexorum judicium, meritoque judicatur de connexo, sicut de principali. (4) Ne lites super diversis actionibus, quæ uno judicio, & sub uno judice tractari commodius possunt, ad diversa judicia malitiosè trahantur, sed longos pro distinendis causarum decisionibus processus quærentibus obvietur. (5) Ne partes nimiis sumptibus exhauriantur, vel laboribus fatigentur, atque sic alterutra compellatur cedere suo jure, aut cum adversario cum suo grandi damno componere. (6) Ne Tribunalia superfluis & inutilibus litibus onerentur, & expeditio necessariarum causarum impediatur. (7) Ut eò facilius & partes agere atque coire, & judex ventilare ac cognoscere possit. (8) Ut evitetur absurditas, nam posset esse, ut unus judex aliter judicaret quam alius. (9) Quia legibus divisio continentiæ causarum prohibita, *Mindan. de contin. causf. cap. 2. n. 1. 2. & 3.*

Continentia causæ accidit variis modis & quidem I. Ratione rerum sub diversis

3. Causæ autem continentia variis modis accidit, duodecim facit Mindan. *d. cap. 2. n. 8.* Quorum I. est, si continentia causæ fundet forum respectu rerum diversis jurisdictionibus subjectarum, nam tam actio realis, quam in rem personalis præter forum domicilii etiam in foro rei sitæ institui potest, *uti id eliganter ostendit Umm. Processf. Judic. disp. 4. n. 15. 16. & 17.* Si igitur res alterutra actione persequen-

quenda in diverſo foro ſita ſit, ne connexitas cauſæ dividatur, Actor & reus diverſi judiciis fatigentur, Judex omnium proximè ſuperior eſt adeundus, qui de cauſa cognoſcat & negotium dirimat, *Mind. de contin. cauſ. cap.* 3. *n.* 4. *Umm. d. diſp.* 4. *n.* 20.

jurisdictionibus diverſorum.

4. Atque hoc caſu Camera adiri poteſt, ſi res ſub diverſis Statibus Imperii ſive mediatè ſive immediatè ſita ſit, quoniam Camera, qui Cæſarem repræſentat, Judex omnium ſuperior eſt, *Mind. d. cap.* 3. *n.* 6. Non attento eo, quod nonnulli volunt. nim. ibi agendum eſſe, ubi major pars bonorum ſita ſit, *Mind. de contin. cauſ. cap.* 4. *n.* 28. & 3. *ſeqq. Add. infrà tit. proximè ſeq. n. ult.* Atque idem etiam procedit in illis Imperii Statibus, qui alias habent Privilegium de non evocando ſuos ſubditos, ne in ſecunda nedum in prima inſtantia, extra territorium, *Mind. d. cap.* 3. *n.* 7.

Hoc caſu juriſdictio Cameræ fundatur, ſi res ſub diverſis Statibus Imperii ſita ſit.

5. Prædicta limitantur, (1.) Si res quidem ſub diverſis juriſdictionibus ſita ſit, ſed unus illas juriſdictiones habeat, nam tunc non Camera, ſed ille, quoniam omnium proximè ſuperior eſt, adiri debet, *praalleg. n.* 6. (2.) Si v. g. bona hæreditaria ſub diverſis juriſdictionibus ſita ſint, quæſtio tamen, utrum Cajus an Titius ſit hæres, non in Camera, ſed alibi decernenda venit, *Mind. d. cap.* 4. *n.* 27. Sin verò unus illa bona occupare velit, Mandatum pro imponendo arreſto ſeu inhibitione in Camera obtineri poteſt, eoque puncto diſcuſſo cauſa principalis tamen remittitur, *Mind. d. c.* 4. *n. ult.* (3.) Si res partim ſub ſtatu Imperii, partim ſub Principe Imperio non ſubjecto ſita ſit, continentia cauſæ locum non habebit, quandoquidem illa ſemper competentem ſuperioris, ad quem cauſam connexam devolvit, juriſdictionem præſupponit & deſiderat, *ibid. n.* 8.

Quando non ſunt limitationes hæ.

6. Deinde etiam in bonis allodialibus & feudalibus continentia cauſæ retineri poteſt, quando non principaliter de feudo ſeu quæſtione feudali, ex qua Domino præjudicium creari poſſit, contentio eſt, nam aliàs ad ordinarium Judicem iri debet, *ibid. n.* 9.

Quando continentia cauſæ in bonis feudalibus & allodialibus locum habeat.

7. Sic quoque Mandata de exequ. in bona allodialia & feudalium fructus commoditateſque, quæ ex feudo vivente debitore percipi poſſunt, conjunctim petuntur ac decernuntur, *ibid. n.* 14. Ad ipſa verò bona feudalia, quoniam Domini præjudicium vertitur, executio extendi nequit, *ibid. n.* 16. & 17. Quæ diſtinctio etiam in bonis emphyteuticis obtinet, *ibid. n.* 18. & 19. Item in bonis Clericorum, *ibidem num.* 20. *uſque* 26. *Quo num. & ſeqq. nonnulla dubia huc ſpectantia ſolvit.*

Et quatenus habeat.

8. II. Si rei conveniendi diverſis juriſdictionibus ſubjecti ſint, *Mind. de contin. cauſ. cap.* 4. *n.* 1. *Gail.* 1. *O.* 32. *n.* 2. & 3. Quod tamen intellige, (1.) niſi iſtæ juriſdictiones omnes ad unum Imperii ſtatum ſpectent, nam hoc caſu coram illo & non in Camera iſti Rei conveniri debent, quia ille eſt horum reorum omnium Judex proximè ſuperior. Attamen hoc ſublimitatur, ſi ille ſtatus iſtas juriſdictiones diverſimodè, utpote unam ut Dux Brunovicenſis, alteram ut Epiſcopus Halberſtadienſis poſſideat. Nam eo caſu juriſdictionem Cameræ ob continentiam cauſæ fundatam eſſe per majora concluſum eſt, *teſt. Gylm. voc. continentia cauſæ.* §.

II. Ratione Reorum diverſis juriſdictionibus ſubjectorum.

 dubi-

dubitatum. Frustraneus igitur est dissensus, *Mind. d. c.4. n.6.* (2.) Si isti rei sint consortes ejusdem causæ, & ad eundem finem agatur, *Mynf.1. O.1. & 2.* (3.) Si isti rei sint ejusdem conditionis, nam si alii sunt Clerici, alii laici, cum illi unum communem superiorem non habeant, ne causæ connexitas distrahatur, judex adeundus est ecclesiasticus, propterea quod dignius ad se trahat minus dignum *Umm. Process. judic. disp.4. n.22.* Novem tamen casus recenset Gail.1. O.37. in quibus Clericus coram Judice seculari conveniri potest. In his igitur præsuppositis duobus prioribus requisitis, Camera tanquam communis & proximè superior judex adiri poterit.

Etiamsi Austregas habeant.

9. Specialiter verò notandum, jurisdictionem Cameræ ietuitu Reorum conveniendorum fundatam esse, (1.) si plures consortes quorum quivis peculiares Austregas habet, de certo judice inter se convenire nequeant, & ex Narratis continentia causæ appareat, *C.p 2.t.9. pr. Consult.1594. Deput.1600. §.* Bey unsern 23. v.g. Si unus Austregas ordinationis, alter conventionales, vel uterque conventionales, vel uterque Austregas ordinationis sed diversimodas, uti princeps & Comes, habeat. Ast quæritur utrum in d. §.23. Vox, Partheyen: de solis reis, an etiam simul de pluribus actoribus sit intelligenda: prius affirmare videtur, Schubh. *c.9. n.113. & 2. seqq.* Cujus sententia etiam est vera.

Et quidem etiam æqua-les.

10. Quæritur porrè, si æquales Austregas habeant, utrum nihilominus d.§.23. etiam locum habeat? Affirmat *Mind. de contin. caus. c.4. nu.8. Scrip.1. Obs.66. Schuv.1. Process. c.4. n.8.* Ubi pro Schwarzenburg; malè legitur: Schauenburg; uti apparet ex modest. Pist. *p.3. quæst.101.* qui ad negativam inclinat, quam etiam amplectitur Schubh. *c. 9. n. 104. & 7. seqq.* Quia (1.) d.§. loquitur non de iis, qui æquales, sed qui peculiares & diversimodas Austregas habent (2.) nec obstet continentia causæ, quia illa ita attendenda, ne Austregis, quoad fieri potest, præjudicium afferat.)

Nisi in casibus, ubi commissarius à Cæsare impetrari potest.

11. In casibus vero, ubi Commissarium ab Imperatore impetrare licet, coram illo conveniri posse istos omnes, tam qui diversis quam qui æqualibus Austregis sc. ordinationis, non conventionalibus fruuntur, putat idem Schubh. d. l. quod magis procedere opinatur, si plures ejusdem familiæ sint conveniendi, *d. c.9. n.116. & seq.*

Continentia causæ fundat forum Camerale, si Austregis gaudens una cum suis subditis convenien-dus.

12. (2.) Si Austregis gaudens unà cum suis subditis & ministris conveniendus, *d. t.9. §. fin.* (1.) Quoniam Austregæ sunt stricti juris, eorumque jurisdictio limitata est, neque ultra privilegii hujus capaces extendenda, (2.) Quia homines privati & consortes ejusmodi judices nominandi jure non gaudeant, sed habeant suos ordinarios judices, quapropter ob continentiam causæ omnium superior adeundus, *Consult.1595. dub.5.* Idem est si Episcopus cum suo Capitulo conveniendus, *Gylm. voc. continentia causæ. §. Episcopus.*

13. Exceptio tamen est, (1.) nisi subditos & ministros causa planè non tangat, sed ad ea tanquam nudi ministri suam operam contulerint, neq; ex suo facto sed Dominus Actori obligatus sit & condemnari queat, Dominus quoque suorum ministrorum & subditorum facta præstare possit ac velit. Hoc casu omnes forum Domi-

Domini ſortiantur, *C. p. 2. t. 9. §. fin.* quia planè ſuperfluè & in fraudem Auſtregarum in litem admiſcentur, eorundem quæ officia & Mandata duntaxat temporaria ac facile mutabilia quocirca ſolus principalis perſequendus, cum quo omnia, ut qui nonniſi revera ſolus in lite ſit, expediri poſſunt & debent, *Conſult.* 1595. *Dub.* 5. (2.) Niſi vertatur principaliter jus principis, ſecundario autem ſubditi, quo caſu acceſſorium ſequitur ſuum principale & cauſa coram Auſtregis ventilanda. Sin verò primario jus ſubditi & ſecundario jus principis verteretur, cauſa ratione continentiæ ad Cameram ſpectat, *Gylm. voc. continentia. verum.*

14. (3.) Si tutor contutorem principaliter ratione adminiſtratæ tutelæ pupilli Cameræ immediatè ſubjecti convenire velit. Etenim ſi tutor contutorem præcipuè ratione ſui intereſſe, & ſaltem in conſequentiam ratione negotii tutelæ convenire intendat, continentiæ non eſt locus, ne fraus fiat primæ inſtantiæ, *Mind. d. c. 4. n. 11.*

Fundatur jurisdictio Cameræ ſi tutor contutorem pupilli immediati convenire velit

15. (4.) Ratione perſonarum injuriantium. Sic injuriatus in aliquo Scripto in Camera exhibito, tam Advocatum quàm clientem diverſos judices habentes, injuriarum convenire poteſt, ac Proceſſus decernuntur, *Gylm. voc. continentia §. verum in ea in fin.* Imo in Camera producto aliquo injuriatus poteſt quemvis injuriantem ibidem convenire & proceſſus decernuntur, *Gylm. voc. injuria. §. in Camera.* Eorum proſecutio tamen differenda, donec cauſa princincipalis determinata eſt, *ſupra t. 34. n. 152.* Deinde ſi quis reſpectu litis in Camera pendentis extra Judicium injuriatur, poteſt pro citatione ſuper injuriis ſupplicare, uti factum 4. Jul. 1660. in cauſa Naſſau contra Baden / ſed ſupplicans ad Judicium fuit remiſſus, *Supplic. Cam. t. 13. n. 39.*

Fundatur item ratione injuriantium in ſcripto aliquo in Camera exhibito illatarum.

16. (5.) In cauſa citationis per Edictum, quod contingit primò ſi perſona citanda ſit vagabunda, certum domicilium non habens, ut ita ignoretur, coram quo judice conveniri debeat, tunc propter incertitudinem ad ſuperiorem omnium recurritur, cujus jurisdictio propter connexitatem cauſæ ad iſta loca, ubi vagabundus converſari ſolet, ſe extendit; *Gail. 1. O. 1. n. 33. & O. 57. n. 4. Mind. d. c. 4. n. 5.* Secundò ſi rei, uti hæredes, creditores, aliive intereſſe habentes, ſint incerti, & in diverſis locis habitent, quo caſu illi Rei poſſunt citari per Edictum, ut comparerant coram omnium ſuperiore judice ad eum effectum, ut creditum ibi ſuum proponant & deducant, vel advidend. perpetuum ſibi ſilentium imponi, *Gail. d. O. 57. n. 7. Mind. d. c. 4. n. 16.*

Item in cauſa citationis per Edictum

17. (6.) Si partim in rem partim in perſonam agatur, v. g. Si pro uno debito debitor ſua bona ſub Electore Palatino ſita hypothecavit, ac ſimul fidejuſſorem ſub Moguntino habitantem conſtituit, *Secund. tradita Mind. d. cap. 4. n. 25.* Idem jus eſt, ſi ſolum fidejuſſorem convenire volo, nam cauſa fidejuſſoris ibi tractanda venit, ubi debitor ſortitur forum. Hinc ſi debitor in Camera forum ſortiatur, fidejuſſor ibidem convenire poteſt, *Gylm. voc. continentia cauſæ. §. item principales.*

Item ſi hypotheca & fidejuſſor diverſis jurisdictionibus ſubſint.

18. 7. Ratione litis cœptæ, quoniam lis ubi cœpta, ibi quoque terminari debet, *l. 30. de judic.* ne dividatur & ad diverſa judicia contra manifeſta jura trahatur, *Mind. de continent. cauſ. cap. 5. n. 1. Gail. 1. O. 32. n. 6.* Hinc ſi quis poſtquam

III. Ratione cœpti litigii.

in jus vocatus, alterius fori esse incipiat, in illa causa jus revocandi domum non habebit, *Mindan. d. c.1.5. nu.15.* Quinimo causa cœpta contra laicum transit in Clericum successorem, *ibid. n.17.*

Quo spectat denuntiatio litis & Auctoris nominatio.

19. Hûc spectat denuntiatio litis & authoris nominatio. Illa (*quæ alias etiam laudatio auctoris vocatur,*) nihil aliud est quam litis motæ significatio Auctori ei liti assistendi Causæ defendendæ ergo facta. *De qua vid. Umm. Processſ. Jud. disp. 11. n.14. usque 36. Qui tamen solummodò agit de illa denuntiatione, qua Reus rem petitam evictum iri metuens utitur.* Denuntiatus verò hoc casu tenetur sequi judicium, in quo illa res priùs petita & lis cœpta est, nec hanc ad suum judicem revocare potest, *Mind. d. c.5. n.20.* Adeò ut etiam Clericus in causa evictionis Comparens ad defensionem rei non possit allegare privilegium fori, *ibid. n.21. Gylm. voc. Clericus.* Quod intelligendum, si Clericus ad causam veniat defensor voluntarius, & non necessarius. *Mynſ. 5. O. 14.* Sed eam distinctionem non admittit Mind. *d. c.5. n.24.* Processus hoc casu impetrati solent vocari *Denuntiatoriales*, item *citatio ad assistendum liti.* Supplicas pro Citatione ejusmodi habes in supplic. Cam. *t.13. n.34. usque n.39.*

Nominatio auctoris quid sit.

20. Nominatio Auctoris est actus, quò conventus judicium intentatum transfert in Dominum, seu cujus nomine possidet, *Umm. alleg. disp.11. thes.9. ubi n. 36. & seqq. uberiùs de hac nominatione tractat.* Hujus nominationis effectus est, ut nominans litem à se avertat, atque ita ab instantia absolvatur, eadem lis vero in nominatum transferatur, ac propterea is nominantem defendere teneatur, in quo loco ipsi lis mota, *Umm. d. disp.11. n.49.*

IV. Ratione reconventionis.

21. IV. Ratione reconventionis, causa enim conventionis & reconventionis est continens & cohærens, ideò dividi non debet, *Mind. de contin. causſ. c. 6. n. 3.* Deinde ne partes se invicem ad diversa judicia trahentes miserabiliter se fatigent, ac lites immortales faciant. *Novell. 96. c. 2.*

Reconventio est duplex.

22. Reconventio autem dividitur in propriè & in impropriè dictam. Illa est actio ipsi Actori à Reo convento dictata coram eodem judice simultaneo processu expedienda, *Umm. Processſ. Judic. disp.10. thes.1.* Atque ea opponi debet ante L.C. vel post proximâ aut secundâ Audientiâ, tunc enim simul & alternatim cum causa conventionis disceptetur. Serius ante tamen causæ conclusionem proposita, separato processu peragatur, *C.p.3. t.33.* Et hæc vocatur reconventio impropriè dicta, *Umm. dict. disp. 10. n.19. in fin.* differtque in eo solo à reconventione propriè dicta, quòd illa separato processu disceptetur, hæc verò processu simultaneo ac unâ sententiâ decidenda veniat.

Utriusque effectus.

23. Utriusque effectus est duplex, (1.) quòd Actorem jurisdictioni Rei conventi subjiciat, atque Reus Actorem incontinenti coram eodem judice convenire possit. (2.) Quòd Reus Actorem alibi quam in judicio conventionis reconvenire non possit, *Umm. alleg. disp.10. thes.7.* Quòd intellige, nisi post conclusionem causæ conventionis, nam tunc illa reconventio suam naturam admittit & potius est conventio. *Vid. plura apud Umm. d. disp.10. per tot.*

V. Ratione interventionis.

24. V. Ratione interventionis. Quia interveniens pro suo interesse se ejusdem

dem causæ seu litis jam cœptæ consortem facit, ideò propter connexitatem cœpti litigii judicium non dividendum, *Mind. de contin. caus. c.8.* Interventio enim est litis inter alios agitatæ proprio motu facta participatio, *Umm. Process. Judic. disp.11. thes.1. ubi à n.1. usque 14. hanc materiam latius tractat.*

25. VI. Ratione concursus seu cumulationis actionum, quia & hæc ad continentiam causæ pertinet, *Mind. de contin. caus. c.10. n.1.* Cumulatio actionum enim est juris Connexi diversi quidem, sed compatibilis exercitium, idque vel ex eadem causa adversus plures & diversos: vel ex diversa causa adversus eandem personam, sive eandem rem, *Mindan. d. c.10. n.2. Quo c.10. & seq. plura hac de re agit, cui add. Umm. Process. Judic. disp.6. n.60. usque 71.* *VI. Ratione Cumulationis actionum.*

26. VII. Ratione Rei & Obligationis individuæ, *Mind. de contin. caus. c.12. & 2. seqq.* VIII. Ratione actionis individuæ, *idem c.15. & 3. seqq.* IX. Ratione individuæ Societatis, & concurrentiæ inhabilis & incapacis cum habili & capace, *ibid. c.10.* X. Ratione pertinentiarum, *c.10.* XI. Ratione principalis & accessorii, *c.21. & 22.* XII. Ratione consequentiæ, *c. ult.* In quibus locis hæc omnia latius prosequitur, ad quem brevitatis gratiâ benevolum Lectorem remitto. *VII. Ratione Rei &c.*

27. Variæ Formulæ supplicandi super materia hujus Tituli tibi suppeditantur *in Supplic. Cam. t.13.* *Formula supplicandi.*

TIT. XLI.

DE JURISDICTIONE CAMERALI RATIONE REI SITÆ.

1. Decimo tertio etiam ratione rei sitæ fundata est jurisdictio Cameralis & quidem 1. In bonis & feudis immediatè Imperio subjectis, licet reus non sit immediatus. Hinc etiam Clerici ratione ejusmodi bonorum in actionibus possessoriis & realibus rectè in Camera conveniuntur, *Gail. 1. O.37. n.4. & 5.* *Decimò tertiò jurisdictio Cameræ fundatur ratione Rei sitæ.*

2. Quoad bona feudalia autem variè distinguendum, & quidem (1.) inter feuda, quæ sunt principatus, Ducatus, comitatus, &c. atque reliqua feuda inferiora. Quoad illa subdistinguendum, aut enim illa bona in totum & per definitivam alterutri parti auferenda sunt atque illorum cognitionem sibi reservavit Imperator, *C. p.2. t.7.* Utrum verò Imperator solus, an cum paribus Curiæ, *id est, principibus Imperii,* de his feudis cognoscat, inter Dd. controversum est, *Schubb. de Austreg. c.5. n.125. usque 128. dissentientium argumenta quidem allegat, sed nihil decidit.* *Quoad bona feudalia variè distinguendum.*

3. Dictum: *Alterutri*: Ex quo apparet d. t.7. agere de casu, ubi inter duos Vasallos ejusmodi feuda controvertuntur, *Schvv. O.11. n.2.* Nam si lis est inter Imperatorem & Vasallum pares curiæ (*id est, Status Imperii feuda imperialia quoque habentes,*) erunt judices, *Rosenth. de feud. c.12. Conclus.3. Schard. p.10. sect.5. n.39.* Illas causas autem Imperator sibi reservavit, non tanquam feudales, aliàs suâ natu- *Intellectus C. p. 2. t. 7.*

tura ad eum tanquam feudi dominum pertinentes, 1. *F.* 18. *c.* 1. *Gail.* 1. *O.* 29. *n.* 1. ut quidam putant, ſed ut cauſæ illuſtres & majores majorē judicem per ſe requirentes, *Magenb. ad O.C. p.* 2. *t.* 7. magnæ enim cauſæ majores judices requiruntur, *Gail.* 1. *O.* 1. *n.* 32.

Majorum feudorum cognitio in ſummario poſſeſſorio ad Cameram, in plenario poſſeſſorio ad Imperatorem ſpectat. Quia plenarium poſſeſſorium eſt magni præjudicii.

4. Cum verò controverſia circa ejuſmodi feuda majora eſſe poſſit vel in petitorio vel in poſſeſſorio, quæritur utrum d. t. 7. de utroque intelligendus? De petitorio illum intelligi debere nullum eſt dubium. Circa poſſeſſorium verò quidam diſtingunt inter plenarium & ſummarium ſeu momentaneum. In hoc quoque cauſam in Camera, ſi illa imperatorem præveniat ventilari poſſe, in illo ſc. plenario autem non, ſed id ad ſolum Imperatorem vigore d. t. 7. pertinere exiſtimat Gylm. *voc.* Außträg *ſi tamen, Add. Schard. de feud. part.* 10. *ſect.* 2. *n. pen. & Schubb. de Auſtreg. c.* 5. *n.* 128. *usque* 136.

5. Eſt enim plenarium poſſeſſorium magni præjudicii propter commodum poſſeſſionis, quia ſententia ſuper eo lata eſt definitivâ, nec aliam poſt ſe ſuper poſſeſſione exſpectat ſententiam, *Gail.* 1. *O.* 7. *n.* 4. Sententia autem in ſummario poſſeſſorio lata eſt mera puraque interlocutoria, momentaneum duntaxat & in poſſeſſorio plenario reparabile præjudicium afferens, *Gail. d. O.* 7. *n.* 6. Hinc cum in hoc poſſeſſio in totum alterutri parti non auferatur, id in Camera ventilari poteſt, in illo autem poſſeſſio totaliter auferatur, iſtud ad ſolum Imperatorem ſpectat, atque ſic verba: gäntzlich und endlich: in dict. t. 7. poſita tam de poſſeſſione quam de proprietate intelligi debent.

Sur. d. leg. tit. 7. locum non habet, ſi pars comitatus, vel Ducatus alicui per ſententiam auferenda. Particula &c. in d. t. 7. appoſita quæ feuda comprehendat.

6. Porrò quæritur utrum d. t. 7. etiam locum habeat, ſi pars comitatus, Ducatus vel principatus alicui per ſententia auferenda? Negat Gylm. *voc. feudum princ.* Hinc ſi Camera imperatorem prævenit, judex eſſe poteſt. Idem dicendum putat in caſu, uti adhuc dubium eſt, an res ſuper quibus litigatur, propriè conſtituant Die Herſchafft / ſintque dignitatis controverſæ præcipua pars, *d. voc.* Außträg. §. *ſi tamen.*

7. Denique quæritur, quænam feuda comprehendat particula &c. in d. t. 7. appoſita? puto ſub illa particula comprehendi reliqua imperii feuda, quæ ejuſdem naturæ & qualitatis quidem ſunt cum præmemoratis Principatibus, Ducatibus atque comitatibus, ſed tamen diverſo nomine appellantur, v. g. Archiepiſcopatus, Epiſcopatus, collegia Canonicorum libera, Baronatus, Dominatus, fortalitia, &c.

Feuda Imperii inferiora coram quo judice ſint.

8. Reliqua feuda imperii inferiora quod attinet, ſi inter duos vaſallos de iis lis eſt, Imperator tanquam Dominus feudi erit judex, ut & Camera, ſi imperatorem præveniat, *Gail.* 1. *O.* 29. *per tot.* Sunt enim in cauſis feudalibus pro diverſitate facti tres diverſi judices, nam illarum cauſarum diſceptatio aliquando ad dominum feudi, aliquando ad pares curiæ, aliquando ad ordinarium judicem pertinet, *de quibus vid. Schvv. O.* 11. *& Roſenth. de feud. cap.* 12. *quæſt.* 11. primo caſu cognitio eſt imperatoris ſeu Cameræ, *uti dixi.* Secundo caſu eſt Statuum imperii, tertio caſu eſt Auſtregarum, *Add. Schubb. de Auſtreg. cap.* 5. *n.* 107. *usque* 124.

9. De-

9. Deinceps inspecie notandum, quòd in feudis tam inferioribus quam majoribus jurisdictio Cameræ sit fundata, si non ex lege feudali ad investituram aut privationem vel aliud jus & servitium super feudis, sed interdicto adipiscendæ, retinendæ vel petitione hæreditatis aut simili actione agitur *Gylm voc. feudum. §. jurisdictio Cameræ.* ubi tamen Contraria præjudicia habet, in quibus causa ad Ordinarium judicem est remissa. Ast hanc contrarietatem adhibita distinctione inter possessorium plenarium & summarium tolli posse existimo, *Add. praeced. num. 4.* *Quidam [illegible]*

10. Quòd si contentio sit, daß die streitige Herrschafft nicht vom Beklagten / sondern vom Reich zu Lehen rühre / solus Imperator de isto litigio cognoscit: Secus verò est, si contentio sit inter duos immediatos umb eine streitige Herrschafft quam Actor à Reo petit, non tanquam à Domino sibi infeudari, sed eam ex jure communi quasi titulo proprietatis aut hypothecariæ sibi debitam persequitur, ubi Austregæ locum habent, *Gylm. voc.* Außträg. *§. jurisdictio. & seq.*

11. Imperator verò si de evictione feudi obligatus sit, non ipse, sed Status imperii sunt judices *Gylm. voc. feudum. §. Feuda alienabilia. Quamvis Gylm. ibid. §. cum quæstio. Contrarium velle videatur.* Ratio est, quia hoc casu causa Imperatorem concernit, nemo autem in propria causa potest esse judex, *per l. 1. C. Ne quis in sua caus. Meichsn. tom. 1. lib. 1. decis. 32. n. 1.*

12. II. Jurisdictio Cameræ fundata est in bonis ecclesiasticis & rebus spiritualibus, si controversia non circa ipsa bona & res, sed circa illarum possessionem versetur, quia possessorium rei spiritualis non est quid spirituale, sed temporale, *Gail. 1. O. 37. n. 5. & 38. n. 2. & 3.*

13. III. Fundatur quoque jurisdictio Cameræ, si concessio alicui facta per Cæsarem super Stadtstur alicujus civitatis Imperii, vel super feudo imperii vel alicujus privilegii & posteà lis super eo oriatur, *Gylm. voc.* Außträge. *§. Nota si.*

Jurisdictio Cameræ fundata est in possessorio rei spiritualis & ecclesiasticæ.

14. Denique quanquam de jure communi ibi actio instituenda, ubi major pars bonorum sita est, tamen diversum obtinet in Camera, ubi quando bona sub diversis jurisdictionibus sita reperiantur, processus ex continentia causæ decerni solent, *per consult. 1595. Dub. 8.* Et quanquam illud dubium ulteriori consultationi Statuum reservatum in Deput. 1600. §. Es haben. 140. Et hactenus nondum decisum, tamen præmemorato modo processus decernuntur. *Præjudicia habet in Supplic. Cam. tit. 13. num. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. & seqq.*

In judicio cameræ fit derivatio rerum sub diversis jurisdictionibus sitarum.

TIT.

TITUL. XLII.

DE
JURISDICTIONE CAMERALI RATIONE QUORUNDAM ACTUUM.

Decima quarta jurisdictio Cameræ, fundatur ratione nonnullorum actuum, & quidem I. Ratione commissionum ad perpetuam rei memoriam. Ratio.

1. Decimo quarto & ultimo jurisdictio Cameræ fundatur ratione nonnullorum actuum, utpote I. Ratione Commissionum ad perpetuam rei memoriam in causis ad Austregas pertinentibus. Idque indistinctè obtinet tam in futuro Actore quam Reo, ea tamen differentia observata, quòd Actor intra annum suam actionem instituere debeat, *Gail.* 1. *O.* 93. *n.* 2.

2. Quamvis enim alias ad obtinendam commissionem ad perpetuam Rei memoriam judex causæ principalis adiri debeat, *Gail. d. O.* 93. *num.* 1. tamen id fallit in Austregis. Ratio quòd ob periculum in mora existens Solennitas, quæ sec. O. C. in requirendo ac nominando judice, qui Deinde Commissarium ad examinandos testes dare posset, requiritur, nequeat absque præjudicio alterius partis observari, *teste Gail. d. n.* 2. Sed ea ratio, inquit Tennag. *Class.* 2. *cap.* 31. *n.* 2. mihi non probatur, cum sæpè nullo periculo præsente talis commissio tamen decernatur, potius igitur dicendum, ideò ex hoc capite Cameram adiri placuisse, quod talis Commissio magis ex Imperio quam jurisdictione proficiscatur. Cujus quidem rei argumentum est, quod plerumque in ipsis causis, quæ posteà coram judicibus Austregarum veniunt agitandæ, quarum notionem Camera non habet, decernantur Commissiones ad perpetuam rei memoriam. *Hactenus ille.*

Rotulus non parti producenti sed Cameræ edendus est.

3. Absoluto autem examine Rotulus non parti producenti editur, atque si à judicibus Cameræ petat, ut illi Commissarium ad Rotulum ipsi edendum compellant, id denegatur, sed Rotulus sub sigillo Commissarii clausus ad Cameram transmittendus, & si Commissarius hoc facere recuset, adversus eum decernuntur Compulsoriales ad Rotulum edendum Cameræ sumptibus producentis, *Mynf.* 1. *O.* 18.

Idque vel judicialiter, vel extra judicialiter.

4. Rotulum editum posteà Procuratores extrajudicialiter, vel quod tutius est, judicialiter producere consueverunt, adjuncta petitione ut à lectoribus Cameræ inter Acta judicii tantisper conservetur, donec lite coram Austregis cœpta, ad petitionem partis producentis iterum à Camera repetatur ad eum se effectum, ut suo loco & tempore in prima instantia exhibeatur atque publicetur, *Gail.* 1. *O.* 93. *n.* 5.

II. Ratione Executionis quarundam sententiarum.

5. II. In Executione quarundam sententiarum, ut puta (1.) Laudi contra personam immediatè imperio subjectam prolati, casu quo tale laudum esset homologatum & per consequens executioni mandandum, *Gail.* 1. *O.* 1. *n.* 50. Ratio est, quia arbiter non habet executionem, ideò ordinarius Rei, qui hoc casu est Camera, pro executione facienda est adeundus, *ibid. n.* 51. *Tennag. de Process. Class.* 2. *c.* 17.

6. (2.)

6. (2.) Sententiæ ab Austregis latæ, *C. p.* 2. *t.* 8. §. 8. Nam judicibus Austregarum executio non competit, siquidem hanc executionem Imperator sibi & summo Tribunali in signum præeminentiæ reservavit, *Mind. de Mandat. cap.* 8. *n.* 4. Nec Austregæ exequi possunt, quia post latam sententiam judices esse desinunt, ut rectè putat Gail. 1. *O.* 1. *n.* 52. *Tennag. Class.* 2. *cap.* 18. *n.* 3. *Add. suprà tit.* 27. *n.* 203. & 4. *seqq.*

7. (3.) Sententiæ per Appellationem ad Cameram delatæ, appellatione desertâ pronuntiatâ, neque judice inferiore juxta jus commune & Camerale potestatem exequendi habente, *C. p.* 2. *t.* 33. §. *pen.* Potestatem verò exequendi non habent Austregæ & arbitri, prout paulò ante dictum.

8. Sin verò judex inferior potestatem exequendi habeat, tunc Appellatione deserta pronuntiata, ejus est sententiam exequi, neque Executoriales adversus partes sunt necessariæ, *Gylm. voc. appellationis desertio.* §. *cum pronuntiatur.* Hinc est, quòd sententiæ desertoriæ nunquam Executoriales annectantur. Quòd si judex postquam illi per documentum sententiæ, quod ei plerumque exhiberi solet de desertione certior factus exequi nolit, per Mandata pœnalia S. C. ad exequendum compellitur.

9. (4.) Sententiæ ab inferiore judice latæ, si non in illius, sed in aliis diversis territoriis condemnatus bona habeat. Hinc ad subsidiales à judicio Lutzelburgensi ad Cameram datas Mandatum de exeq. CC. decretum 31. Januar. 1657. In causa Schönburg contra Baden & consort.

10. (5.) Si judex aliquis Ecclesiasticus post sententiam remque judicatam Reum condemnatum fortè tantâ reperiat contumaciâ præditum, ut nullis eum censuris Ecclesiasticis ad sententiæ satisfaciendum compellere valeat, aut judices sæculares pro facienda executione requisiti parere ei noluerint, & judex ipse (*non verò pars victrix, nam tunc Processus denegantur, Tennag. Class.* 1. *c.* 29. *n.* 3.) Cameram imploret, narrans se omnia tentâsse, à Camera contra partem victam ac contumacem mandata executorialia S. C. plerumque sub pœna pecuniaria, rarò sub pœna Banni decernuntur, *Gail.* 1. *O.* 15. *n.* 2. & 3. *Tennag. d. cap.* 29. *n.* 1. & 2.

11. III. Tutorum confirmatio, *Gail.* 1. *O.* 1. *n.* 47. Si sc. pupillus immediatè Imperio subjectus sit & Austregis gaudeat, quæ hoc casu cessant. Ratio est favor pupillorum, ne anfractibus & difficultatibus Austregarum divexentur, periculumque incurrant, aut quod tutoris datio magis Imperii sit quàm jurisdictionis, *Tennag. Class.* 2. *c.* 22. In iis enim, quæ magis Imperii sunt, quàm jurisdictionis Austregæ cessant, *Tennag. Class.* 2. *c.* 29. *in fin. Add. suprà t.* 27. *n.* 173. & *seq.* Si tutor proprio motu in Camera comparere recusat, solet adversus illum supplicari pro citatione ad vidend. se ordinari tutorem, *vid. supplic. Cam. tit.* 14. *n.* 25. *III. Tutorum confirmatio in casu pupilli immediate Imperio subjecti.*

12. Deinde pupillis mediatis sub jurisdictione inter duos Imperii Status litigiosa habitantibus, quorum uterque pupillis tutores dandi jus sibi attribuat, cùm causa sit favorabilis & pupilli sint personæ miserabiles, ne illi indefensi relinquantur, & in majora pericula detrudantur, in Camera tutores constituantur, *C. p.* 2. *t.* 1. §. *pen. Conf.* 1595. *Dub.* 7. *Item pupillis sub litigiosa jurisdictione habitantibus.*

Si pupillus mediatè & tutor immediatè, si hic dissentit, in Camera citari & confirmari potest.

13. Quòd si pupillus mediatè, tutor verò immediatè imperio subjectus sit, hic si consentit Magistratu pupilli confirmari potest: Sin dissentit, cum iste Magistratus in hunc tutorem nullam jurisdictionem habeat, in Camera citandus & confirmandus est. Eadem distinctio tenenda, si plures tutores diversis principibus subsint, *Tennag. Class. cap. 23. in fin. & Class. c. 3. 16. n. ult. Gylm. voc. Tutela. §. An liberis.*

Tutorum confirmatio non oretenus sed in scriptis fieri debet.

14. Harum verò confirmationum, uti & confirmationum pactorum, transactionum, insinuationum & pro interpositionibus decretorum petitiones non oretenus, sed in scriptis fieri debent, *Gylm. voc. producta. §. producta merita.* Quando Tutores petuntur vivo adhuc patre, Processus denegantur, quia juramentum in eventum præstari nequit, *Gylm. voc. Tutela. §. Quando tutores.* Deinde si Minorennibus curatores petuntur, Supplicanti injungi solet, ut consensum istorum minorentium probet, *Supplic. Cam. tit. 14. n. 24. in fin.* Quia curator minori non datur, nisi id petent, *l. 3. §. 2. de Tutel.*

Pro hac confirmatione supplicantes quæ observare tenentur.

15. Supplicantes verò pro confirmatione tutorum tenentur (1.) Exhibere copiam Testamenti, in quo nominati sunt tutores vel testamento non extante, docere, quod illis tutela ratione consanguinitatis aut alio modo incumbat, (2.) Narrare pupillum Imperio immediatè esse subjectum, (3.) producere Procuratorium ad præstandum juramentum tutelæ nomine Tutoris, in quo procuratorio Tutor de legitima administratione tutelæ cavere tenetur, non quidem sub obligatione bonorum pupilli, sed suorum bonorum, (4.) Porrigere documentum consensus tutoris de Tutela in se suscipienda. Quod ultimum non adeò necessarium arbitror, quia consensus satis ex dicto procuratorio apparet. *Ejusmodi Supplicationum formulas reperies in Supplic. Cam. tit. 14. n. 22. 23. & 24.*

De alienatione rerum immobilium pupillorum.

16. Porrò cum res immobiles pupillorum sine decreto judicis non sint alienandæ, si hac alienatione opus sit tutores in Camera pro tali decreto supplicantes circumstantias negotii speciatim enarrare debent, ut cognosci possit, an expediat pupillo fieri talem alienationem, alias decernitur: Wofern Supplicant die Gelegenheit der Schulden und Güter anzeigen wird / soll ferner ergehen / was Recht ist. *vid. Tennag. Class. 2. c. 24.* Quo facto alienandi facultas conceditur, ita tamen, ut sub juramento prius asserant id utile esse pupillis, sc. daß sie bey ihren gethanen Eyden solches erhalten können / daß den Pupillen die Güter nicht nütze / *Ante Maril. O. 78.*

Actiones ex confirmatione tutorum in Camera proponendæ.

17. Existimat etiam Tennag. *d. Class. 2. c. 25.* actiones tutelares ex ipsa confirmatione seu datione ortæ in Camera, quæ verò ex tutela gesta originem traxerunt, coram Austregis disceptari debere. Alioquin Tutores & Curatores in Camera citantur ad reddendum rationes, illi verò quorum interest, citantur ad audiendum reddi rationes, *Gylm. voc. Tutela. §. Tutorum rationis.* Aliquando supplicatur ad Cameram, ut deputet Commissarium, qui tutorem citet ad reddendum rationes pupillo, sub pœna, & si tutor id recusat, tunc potest declarari à Commissario in istam pœnam, *Gylm. voc. Tutela. §. Et sanè.* In causa Wachenheim contra Bremb... 13. Dec 1663. Mandatum ad reddendum rationes administratæ tutelæ & præstandum reliqua S. C. decretum, *Supplic. Cam. tit. 14. n. 26.*

18. IV.

18. IV. Confirmantur contractus, scil. ab immediate imperio subjecti initi, nam à mediatis initorum confirmatio in Camera peti nequit, secus quam errat Mind. *de Processf. c.* 12. *n.* 2. Ast in causa Revenklaw. contra Blumen Appellationis, Transactio inter nominatum actorem & Reum, utpote Nobiles Holsatiæ & Imperii mediatos inita in Cameta 9. Matt. 1655. confirmata fuit, *Sent. Cam. n.* 50. Verùm illud propter continentiam causæ in Camera pendentis factum, *vid. suprà t.* 39. *n.* 12. *IV. Ratione confirmationis contractuum.*

19. Quod immediatos verò attinet, distinguendum quoad consensum partium, nam aut est actus juris civilis, ut est adoptio, electio, &c. & illum judex parte etiam invita confirmare potest, diciturque *confirmatio justitiæ*, quæ validat actum anteà nullum, aut est contractus jurisgentium, ut emptio, &c. & ille non aliter confirmari potest quàm partibus consentientibus, quæ confirmatio dicitur *gratiæ*, *Gylm. voc. Confirmatio. §. Camera.*

20. Atque hic Actus debet esse validus, quod petens confirmationem probare debet. Et cum ejusmodi confirmatio causæ cognitionem requirat, tantum judicialiter peti potest, *Gylm. d. voc. Confirmatio. §. requisita & ult.* Si extrajudicialiter petatur, cum hæc confirmatio alterâ parte inaudita fieri nequeat, solet decerni; mag der Supplicant, ob er wolle den Gegentheil dazu citiren lassen/ *Gail.* 2. *O.* 11. Ubi Rubrica formanda: Unterthänigste Supplicatio pro citatione ad videndum confirmari contractum. Ejusmodi supplicationis formula habetur in supplic. Cam. *t.* 14. *n.* 31. & 32. Sin verò contrahens uterque præsens sit, hac citatione non opus est, sed contractus statim confirmetur, *vid. dict. t.* 14. *n.* 29.

21. Eodem modo etiam, si originalia instrumenta sunt describenda vel publicanda, solet supplicari pro citatione ad videndum exemplari vel publicari instrumenta. Quia talis exemplatio seu publicatio citationem partis requirit, *Tennag. Class.* 2. *c.* 28. *Quæ in transumptionem observanda, Vid. apud Gylm. voc. Transumptio pr. & §. Nota cum seqq.*

22. Quod jam dictum de contractibus, idem obtinet in Transactionis, *vid. Sent. Cam. n.* 14. & 50. Quæ in originali Cameræ exhiberi debent, *ibid. n.* 25. tamen transactiones super injuriis in Camera non confirmari tradit Gail. 2. *O.* 102. *n.* 16. Contrarium præjudicium habet Barth. 2. *Nov.* 1526. Transactiones inter tutores liberorum & matrem initæ à camera non antè confirmantur, nisi huc prius de viribus patrimonii constet, ideò partibus, ut id deducant, injungi solet, *Ante-Maril. O.* 70. Atque facta hac deductione insuper jurare tenentur transactionem melius initam quam intermissam esse, *Sent. Cam. n.* 14. Testamenta etiam in Camera confirmantur, *Ante-Maril. O.* 105. Aliquando duntaxat nudè acceptantur, *vid. Sent. Cam. n.* 711. Sic quoque quædam cessio ususfructus non confirmata, sed tantum acceptata est, *ibid. n.* 861. Item confirmatio transactionis, *ibid. n.* 369.

23. V. Adoptio, arrogatio, & emancipatio apud cameram expeditur, *Tennag. Class.* 2. *c.* 30. Atq; emancipatio à Camera 28. Mart. 1587. confirmata fuit, *Bart. sentent. tom. ult. p.* 1190. *lit. C.* Idem factum 28. Aug. eod. Anno, *vid. Supplic. Cam t.* 14. *num. ult.* Legitimare verò liberos, cum illud sit reservatum imperatoris, Ca- *V. Adoptio, arrogati & Emancipatio à ud Cameram expeditur.*

mera non poteſt. Neque confirmat legitimationes ab Imperatore factas, uti erroneè putat Mindan. *de Proceſſ. c. 12. n. 3.* Neque Famæ reſtituere poteſt, *Gylm. voc. Cæſari reſervata.*

TIT. XLIII.

DE CAUSIS AD CAMERAM NON SPECTANTIBUS.

Quæ cauſæ ad Cameram non ſpectent. 1. QUanquam ex caſibus hucusque enumeratis, in quibus juriſdictio Cameræ per viam S.Q. fundetur, ſatis pateat, in quibus illa non ſit fundata, tamen nonnullas cauſas in Camera diſceptari prohibitas ulterioris declarationis ergò in hoc titulo perſtringam.

Harum I. eſt cauſa criminalis. 2. Harum verò cauſarum I. eſt cauſa criminalis, *Gail. 1. O. 1. n. 27. & 65. n. 5.* Aſt cùm vox *crimen* variè accipiatur, & Dd. valdè fluctuent in verbis: *Criminale judicium, criminalis actio, criminalis cauſa:* brevibus eorum ambiguitas eſt denudanda.

Ambiguitas vocis, crimen. 3. Sumitur verò vox *crimen* (1.) latè pro delicto tam privato quàm publico, & hoc ſenſu criminale judicium ſeu actio criminalis eſt, quæ verſatur in genere circa illa negotia, quæ ex delicto ſeu maleficio oriuntur. Civilis verò actio, quando de negotio civili agitur. (2.) Strictè pro delicto publico & opponitur delicto privato. Atque hoc modo judicium criminale eſt, in quo agitur de publicis delictis, eiq; in quo agitur de delictis privatis, opponitur. (3.) Secundum Dd. communiter criminale judicium vocatur, quando agitur ad pœnam corporis vel honoris inflictivam, aut ad pœnam pecuniariam fiſco applicandam, quando autem partim Fiſco partim Actori applicatur, dicitur mixtum. Quas tamen definitiones ſubſiſtere non poſſe, exemplis demonſtrat Umm. *Proceſſ. Judic. diſp. 1. n. 10.* (4.) Gloſſa *in L. 22. pr. Verb. Auri. C. de Epiſc. & Cleric.* dicit, tunc agi civiliter in delictis, cùm ad pœnam pecuniariam agitur, ſi verò ad pœnam corporis, criminaliter agi. Idem tenet Gloſſ. *in L. 4. C. de ſepulch. violat.* (5.) Criminale judicium ſtrictiſſimè ſumitur pro capitali, id eſt, privativo vitæ humanæ.

Quando propriè dicatur civiliter, & quando criminaliter agi. 4. Quapropter judicium civile rectiùs dici poſſe videtur, quando quis agit ad ſuum intereſſe, ſive illud oriatur ex negotio civili nim. ex jure in re vel ex contractu, ſive ex delicto, v.g. Si quis agat de reſtituendo bona ablata vel reſartiendo damna data. Judicium *criminale verò, quando* agitur ad vindictam ſeu vindicandum delictum, ut nim. Reus puniatur ſive illa pœna actori ſive fiſco applicetur, ſive etiam neuter inde aliquid lucretur, quemadmodum accidit in pœnis corporis inflictivis, ubi tantum ſatis fit reipublicæ, cujus intereſt, ut delicta ſeu crimina puniantur. Quando pœnam partim fiſco partim actori applicatur mixtum Dd. vocant. Verùm cum de eo toto judicandum ſecundum ejus digniorem partem, illud quoque pro merè criminali haberi debet, *Clar. prax. crim. §. fin. quæſt. 1. nu. 2. Gail. 1. de P.P. 15. n. 25.* Hinc concludo, quotiescunque agitur ad pœnam, toties agi criminaliter.

5. Di-

Poenarum distinctiones

5. Dilucidioris igitur doctrinæ gratiâ quoque distinctiones pœnarum hic præmittere utile visum fuit. Est verò omnis pœna vel pecuniaria vel non-pecuniaria. Non-pecuniaria iterum dividitur, in capitalem & non-capitalem. Capitalis est mors eaque vel naturalis vel civilis, illa vitam, hæc civitatem adimit. Non-capitalis est vel corporis vel honoris afflictiva: illa est inustio stigmatis, amputatio manus, virgularum cæsio, fustigatio, Tortura, &c. Pœna honorem affligens vel infamiam irrogat, vel famam & existimationem saltem gravat, ut est depositio dignitatis, interdictio Advocaturæ, fori, professionis, &c.

Quatenus causa criminalis in Camera ventilari nequeat

6. Ex hactenus traditis apparet causam criminalem nominari, si illa intendatur ad vindicandum delictum, cùm verò hæc vindicta nonnunquam in pœna pecuniaria, nonnunquam in pœna honoris afflictiva, nonnunquam in pœna corporis inflictiva consistat, sciendum quando præced. n. 2. dixi, disceptationem causæ criminalis ad Cameram non spectare, id duntaxat intelligi debere de causa criminali pœnam corporis afflictivam complectenti, cujus tamen unica limitatio est in banno imperiali, quatenus illud pœnam corporis afflictivam continet, *Gail.* 1, *O.*65. *n.*5.

Et quatenus possit.

7. Atque hoc procedit etiam, si quis in ejusmodi causa ad pœnam pecuniariam agere velit, quia surrogatum sapit naturam ejus, in cujus locum surrogatur, iisdemque regulis circumscribitur, *per tradita infrà n.*11. Reliquæ causæ criminales in Camera quotidie disceptantur. Sic etiam actio injuriarum ad palinodiam, quæ criminalis est,& pœnam honoris afflictivam infert, *Marant.part.*4.*dist.*1.*n.*10. in Camera ventilatur, *Gail.d.n.*5. Ast regeris Gail. alleg. loco negare illam actionem esse criminalem? Verùm respondeo civiliter & criminaliter agere aliter sumit Gailius, aliter ego sumo, prout ex prænotatis constat. Nam Gailio civiliter ratione injuriarum agere est, quando injuriatus agit ad æstimationem injuriæ sibique pœnam applicari petit. *Uti sumitur in* §.10. *Inst. de Injur.* Criminaliter verò agere, quando nihil injuriato applicari petitur sed libellus ad pœnam juris concludit, quo casu judicis arbitrio pro personarum dignitate & qualitate pœna fisco solvenda irrogatur, *dict.* §.10. *Gail.d.O.*65. *n.*2. Hinc quoties fiscus agit ad pœnam sibi applicandam verum est illud vulgare: *Omnis causa fiscalis est criminalis.*

Causæ criminales pœnam corporis afflictivam inferentes neque per viam S. Q. neque per viam appellationis ad Cameram spectant.

8. Putat quidem Mindan. *de process. c.*9. *n.*1. causas criminales pœnam corporis inflictivam inferentes contra imperii immediatos Austregas non habentes in simplici quærela ad Camerã spectare, verùm ejus errorem jam supra *t.*27. *n.*180. refutavi. Ab ejusmodi verò causis ad Cameram appellare non posse, textus est manifestus in *Cp.*2. *t.*31. §.14. ibi: Item/ nachdem auch dem alten hergebrachten Gebrauch im Heiligen Reich zuwider/ dass in peinlichen Sachen Appellation zugelassen werden sollen: Ordnen und wollen wir / dass hinfürter in Peinlichen Sachen/ die Leibstraff auff ihnen tragen / an Käyserlichem Cammergericht kein Appellation angenommen / sondern angerechtem Gebrauch nach gehalten werde.

Nomen peinliche Sachen *&c.*

9. Ubi meminisse oportet, quamvis nomen Peinliche Sachen apud Germanos plerumque denotet causas pœnas corporis afflictivas, complectentes ubi ad tor-

Nomen causa criminales differunt ad torturam similesve graviores pœnas proceditur, & non adeò latè pateat quàm nomen *causæ criminales* apud latinos, uti ex paulò ante traditis manifestum est, nonnunquam tamen æque latè ac Nomen *causæ criminales* patere atque hinc in allegato loco adjecta esse verba, Die Leibs-straff auff ihnen tragen &c.

Supplicans pro processibus Appellati in causa criminali, quibus verbis uti debeat. 10. Quapropter notandum, si contra aliquem in prima instantia criminaliter actum ad pœnam fisco applicandam, quòd Supplicans pro processibus appellationis observare debet, ne generalibus verbis; Daß p. inlich wider Appellanten procedirt sey / utatur, etenim alias Processus denegantur, sed tenetur narrare, Daß zwar peinlich / doch nicht leibsträfflich geklagt und procedirt sey / *Mind. præalleg. c.9. n.12.*

Appellatio in Camera non recipitur licet pœna corporalis in pecuniariam sit mutata. 11. Porrò nec appellatio in Camera recipitur, licet pœna corporis afflictiva ex gratia & commiseratione in pœnam pecuniariam vel privationem officii sit mutata, *Mynf.4. O.41. n.4. Mind. de Processf. c.9. n.9. & seqq.* quia Surrogatum sapit naturam ejus, in cujus locum surrogatur, *l.1. §.10. Si is qui testam.* Idem obtinet, Si quis aliquem criminaliter accusavit, accusatione autem destiterit, vel accusarum crimen non probavit, atque ideo accusatus per sententiam absolutus, accusatorem ad expensas, illatas injurias & data damna reconveniat, atque hic condemnatus appellet, *Const. Crim. art.12. Gylm. voc. Causæ criminales §. ult.*

Appellatio quando in causa criminal. locum habeat. 12. Dontra autem Appellatio locum habet, (1.) Si tertius in causa criminali interveniens fortè ratione suæ jurisdictionis appellet, quia is non appellat ratione pœnæ criminis aut causæ principalis, sed jurisdictonis tanquam incidentis quæstionis ad causam principalem per se non pertinentis, *Gylm. voc. de Appellatione in caus. crim. p.35.* (2.) Si de competentia judicis disputetur, *Mind. d. c.9. n.5.* (3.) Si dubitetur utrum causa sit criminalis, quia in dubio appellatio recipienda, *vid. infra t.55. n.17.*

Nullitas in causa criminali commissa in Camera deduci potest. 13. Ceinde & Nullitatem in Camera principaliter deducere licet, *infrà t.46. n.26.* Ut plurimum verò quando judex inferior in causis criminalibus illegitimè procedit, à Camera Mandata de legitimè secundum Constitutiones Carolinas procedendo S.C. impetrari solent, uti factum in causa Arnsperger contra Lewenstein/ 12. Febr. 1663. *Supplicat. Cam. t.7. nu.15.* Item in causa Heimbeck contra Würtzburg. Vice-Cantzler und Räthe 11. Januar. 1664. *Supplic. Cam. t.11. n.15.* In causa Moltzans contra Mecklenburg-Gustrawischen Fiscaln/ 15. Jun. 1661. literæ pro Informatione decretæ sunt, *Supplic. Cam. t.8. n.40. Add. Sent. Cam. nu. 556. 591. 604. 691. 750. 982. Atque in Mantiss. n.4. 14. 21. & 25.*

II. Causa Matrimonialis. 14. II. Causa matrimonialis, quoniam hæc neque per viam S.Q. neque per appellationem ad Cameram recipi debet, *C. p.2. t.1. § ult. Gail. 1. O.112. n. ult. Add. suprà t.27. n.182.* Ratio quia matrimonium est res spiritualis, de qua Camera tanquã judex sæcularis cognoscere nequit, sed coram judice ecclesiastico disceptari debet.

Quis judex competens in causis matrimonialibus Subditorum. 15. Hinc fit controversia matrimonialis inter subditos Imperio & Cameræ immediatè subjectos, quoad Catholicos Papam Rom. quoad A.C. addictos Cæsarem esse competentem judicem statuit Schubh. *de Austreg. c.5 n.64. usq; 107.* Verùm cum etiam apud A.C. addictos matrimonium pro re spirituali habeatur, ac pro-

proinde ſua judicia Eccleſiaſtica, quæ *Conſiſtoria* nominant, conſtituant, coram quibus etiam controverſiæ matrimoniales unà cum cæteris diſceptantur, non autumo Cæſarem, utpote judicem ſæcularem & cui tanquam Catholico Matrimonium eſt Sacramentum, *C. 8. de Divort.* Se in cauſis matrimonialibus pro Competente judice declaraturum.

Imperii immediatorum.

16. At objicis iſta Conſiſtoria conſtitui à Statibus Imperii & ita his eſſe inferiora nullamque jurisdictionem in eoſdem habere. Ergò illa Conſiſtoria non poſſe eſſe judices in controverſiis matrimonialibus ſuorum conſtituentium? R. iſti Status Imperii tenentur ſpontè ſe ſubjicere ſuis Conſiſtoriis, vel peculiare conſiſtorium ad præſentem controverſiam dirimendam conſenſu partis adverſæ conſtituere. Quod poſterius ut plurimum fieri atteſtatur Mind. *de proceſſ. c.* 10. *n.* 2. Et licet hæc conſiſtoria partim ex Theologis & partim ex ICtis conſtituantur, atque ſic pro merè Eccleſiaſticis judiciis haberi non poſſe videantur, meritò tamen pro talibus habenda, quoniam mixtū ſequitur naturā ſimplicis dignioris, *Gai.* 1. *O.* 38. *n.* 7.

Conſiſtoria apud A.C. adhæ. ſunt judic. eccleſiaſtici.

17. Atque hæc procedunt, ſi agatur de contrahendo vel diſtrahendo matrimonio. Secus eſt, ſi quæſtio non principaliter de ſubſtantia matrimonii, ſed citra vel extra eam occurrat, v.g. Si quæratur, An Sententia in cauſa matrimoniali lata tranſeat in rem judicatam, an nati ex matrimonio putativo ſint legitimi, an ſponſa duorum pendente lite ſequeſtranda? *Gail.* 1. *O.* 112. & 2. *O.* 45 *n. pen. Mind. de Proc. c.* 10. *n. pen.* utrum filii legitimati ſuccedant in feudo, Adulter an donationem propter nuptias amittat, *Mind. d. n. ult.* Ratione nullitatis principaliter deducendæ, jurisdictio Cameræ quoque fundata eſt. Item ſi de competentia jurisdictionis diſceptatur, *arg. tradit præced. n.* 12. & 13.

Quatenus cauſa matrimonialis ad Cameram non ſpectat.

18. Inſuper notandum, quando in Camera quæſtio præjudicialis incidere ſolet ratione ſubſtantialium matrimonii, quod tunc remittatur cauſa cum omnibus ſuis incidentibus quæſtionibus ad competentem judicem Eccleſiaſticum, *Gylm. voc. præjudicium.* Quia judex ſæcularis, nequidem incidenter cauſæ matrimonialis cognitionem aſſumere queat, *C.* 5. *Qui filii ſint. legit.* cauſa verò principalis interim ſuſpenditur, *Mynſ.* 1. *O.* 100.

Etiam quæſtio præjudicialis ratione matrimonii in alia cauſa incidens ad competentem judicem remittenda.

19. III. Cauſa Spiritualis & eccleſiaſtica, nempe ſi agatur de religione & doctrina fidei, de decimis, de jure patronatus, de jure advocatiæ, &c. Harum enim cauſarum cognitio ad judicem Eccleſiaſticum ſpectat, adeo ut ſi in cauſam ſæcularem incidant, ad hunc remittendæ ſint, *Umm. Proceſſ. Judic. diſp.* 4. *theſ.* 13.

III. Cauſa ſpiritualis. Limitatio prima.

20. Illud tamen limitatur, (1.) Si de poſſeſſione vel quaſi earum rerum agatur, ratio quòd judicium poſſeſſorium neque ſubſtantiam, neque qualitatem rei ſpiritualis concernat. Non ſubſtantiam, quia proprietas cum poſſeſſione nihil habet commune, *l.* 12. *§.* 1. *de acquir. poſſ.* Non qualitatem, quoniam hæc à ſubſtantia dependet, & quærit, quale ſit, *Umm. diſp.* 4. *n.* 73. Hinc Gloſſ. *in C.* 12 *Verb. Rebus de juram calumm.* rectè aſſerit, poſſeſſionem cujuſcunque rei Spiritualis temporalem eſſe & cenſeri.

Secundo.

21. (2.) Si quæſtio ſuper re ſpirituali mota conſiſtat in Facto, v.g. ſi quæratur, an quis decimas ſolverit nec ne, an quis eas poſſideat nec ne; Item ſi quæratur, an matri-

matrimonium sit contractum, an quis sit filius, &c. Hæ enim quæstiones meri facti sunt, super quibus judex laicus cognoscere potest, etiamsi res ipsa sit spiritualis, *Gail.* 1. *O.* 38. *n.* 4. Ratio quod quæstio facti sit merè profana, nec quicquam spiritualitatis habeat, *Umm. d. disp.* 4. *n.* 74.

Quæ duæ limitationes tam in S. Q. quam in appellationibus procedant.

22. Prætereà hic notandum, quòd, in casibus harum duarum limitationum jurisdictio Cameræ non solum quoad causas S. Q. sed etiam quoad appellationes fundata sit. Hinc appellationes in causis decimarum super possessorio ventilatis in Camera recipiuntur, *Gail. d. O.* 38. *n.* 2. & 3. quia, quemadmodum dixi, possessorium rei spiritualis non est spirituale sed temporale, *Gail. ibid. n.* 3. In petitorio autem Appellationes non admittuntur, quoniam decimæ sunt res spirituales, ideò tam in S. Q. quam in appellationibus illarum controversiæ ad judicem ecclesiasticum spectant, *Gail. d. O.* 38. *n.* 1. & 2.

An nullitas in quacunque causa spirituali etiam ipsa in Camera principaliter deduci possit.

23. In præced. n. 17. tradidi, licet causa matrimonialis seu spiritualis in Camera non recipiatur, quod tamen nullitas principaliter ibidem deduci possit, idque multa præjudicia testari annotavit Rod. *lib.* 1. *tit.* 33. §. 4. Hinc non vulgaris dubitatio occurrit, anne hoc universaliter in omnibus causis spiritualibus obtineat. v. g. si alias à judice ecclesiastico ad Papam Rom. appellandum, an nullitas nihilominus in Camera principaliter deduci queat. Hanc dubitationem quia est altioris indaginis, ulteriori deliberationi pro hac vice reservare coactus sum.

Dubitatio quædam resolvitur.

24. Insuper præced. n. 19. dixi de religione tanquam re spirituali non in Camera sed coram judice Ecclesiastico agi debere, cui obstare videntur tradita suprà de pace religiosa. Verum sciri oportet, quòd ibidem non tractatum sit, utrum hæc aut illa religio sit vera & orthodoxa, sed quatenus in possessione exercendi hanc aut illam religionem turbatus in camera agere queat, & quanquam ipsa religio, cum sit virtus & disciplina quædam, propriè possideri dici nequeat, *Gylm. tom.* 1. *part.* 1. *p.* 286. *n.* 17. tamen ejus exercitium quasi possideri non incommodè dicitur & in isto exercitio intuitu Religionis turbatus ex interdicto possessorio coram Camera rectè agit, secundum *tradita præced. tit.* 28.

IV. Causa feudalis.

25. IV. Causa feudalis. Quatenus autem hoc procedat, jam antè perdocui *in præced. t.* 41. *n.* 2. *usque* 12.

TIT. XLIV.

QUIS AD CAMERAM APPELLARE POSSIT.

Provocationis definitio.

1. POstquam hactenus latè perdocui, quomodo causæ per viam S. Q. ad Cameram deferri queant, jam videndum, quomodo per viam provocationis eò devolvantur. Provocatio ad Cameram verò est actus, quo auxilium judicis Cameræ ad tollendum gravamen à judice inferiori illatum imploratur.

2. Species.

2. Ejus species sunt Appellatio, querela Nullitatis petitio restitutionis in integrum adversus latam sententiam & reductio ad arbitrium boni viri.

3. Ap-

3. Appellatio est vel judicialis vel extrajudicialis. Illa per provocatio, quâ judex Cameræ ad sententiam judicis inferioris in melius reformandam & corrigendam imploratur. Hæc est provocatio, quâ quis extra judicium Decretis, Mandatis & Interdictis vel mulctis à suo Magistratu gravatus Judicem Cameræ ad illa gravamina revocanda invocat. Hæc porrò duplex: una quæ magistratu tanquam judice extrajudicialiter procedente, altera quæ magistratu tanquam parte eodem modo procedente interponitur, *Gail. 1. O. 120. n. 1. Add. infrà t. proximè seq. n. 2. usque 13.* *Appellatio est vel judicialis vel extrajudicialis.*

4. Circa utramque notandum (1.) Subjectum, quinam ad Cameram appellare possit, & à quo judice appellari queat, (2.) Materia seu à quibus sententiis appellari possit, (3) Forma, (4.) Finis. (5) Effectus. (6.) Contraria. *Circa utramque consideranda.*

5. Ad Cameram appellare possunt (1.) qui per sententiam judicis immediatè Cameræ subjecti gravatus est, *C. p. 2. t. 31. princ.* Etiamsi à judice inferiori coactus (*secus est si voluntariè,*) juramento confirmaverit, se nolle appellare, quia ejusmodi gestum est invalidum, utpote quod non solum contra omnia jura, sed & jurisdictioni Camerali damnosum existit, *d. t. 31. §. 1.* Est enim Appellatio juris naturalis, quia est species defensionis, quæ nemini ne diabolo quidem deneganda, *uti vulgo loquuntur.* *Non nisi per sententiam judicis immediatè Cameræ subjecti gravatus ad Cameram appellare potest.*

6. Hinc neque statuto neque consuetudine appellatio ad Cameram impediri potest. Et licet ejusmodi statuta extent in quibusdam locis Germaniæ, illa tamen à Camera non attenduntur, *Gail. 1. O. 135. n. 12. Magenb. ad O. C. p. 2. t. 28. vers. sed quid.* Sed obstat, quòd pacto appellatio tolli possit, *d. t. 31. §. 1.* Ergo multò magis statuto. R. inter pactum & statutum hoc casu diversa est ratio; nam Statutum directò disponit contra jus superioris, pactum autem directò non tangit jus superioris sed paciscentes abdicant à se, quod in eorum facultate est, *Mynf. 1. O. 14.* Secus verò est, si quis de jure communi & Camerali, aut propter privilegium appellare prohibeatur, *de quo postea. Tit. 46.* *Appellatio neque Statuto neque consuetudine impediri.*

7. (2.) Qui habet justam causam appellandi, *d. t. 31. §. 1. verb.* auß Nothdurfft *appelliren.* Sin verò quis non ex necessitate, sed ex temeritate & ad retardandam executionem latæ sententiæ, vel quò partem adversam ad incitas & desertionem causæ, vel improbam transactionem cogat, vel quò diutiùs occupatis bonis fruatur, appellasse deprehendatur, Appellans propter ejusmodi frivolam, ac temerariam appellationem non solummodò in expensas, sed etiam pro qualitate causæ & litigantium, ut & frivolæ appellationis in pœnam juris legitimam condemnetur, quò delicta puniantur, atque alii ab ejusmodi frivolis appellationibus deterreantur, *C. 2. t. 31. §. 2. R. 1654. §.* Würde sich. 119. *(2.) Appellare potest, qui habet justam causam appellandi.*

8. Pœna illa antiquitus Statuta erat ad minimum 10. Marc. Argenti, sed illa à multis flocci-pensa in 10. Marc. auri puri commutata, ita tamen ut minima pœna esset una marca usque ad 10. marcas auri puri, *d. t. 31. §. 3.* Libidine verò litigandi indies ita crescente, uti vix sententia à judice inferiori ferretur, à qua non appellaretur, ea pœna sic adaucta, ut temerè appellans pro arbitrio judicis duabus usque ad 20. Marcas auri puri pro qualitate delicti atque circumstantia causæ, vel in corpore puniendus sit, *R. 1654. §.* Und nachdem 120. *Pœna frivolè appellantium.*

9. Ju-

Quæ hactenus usitata fuit aliquando una, aliquando duæ marcæ.

9. Judex Cameræ verò hactenus aliquando unam, aliquando duas marcas auri puri, non verò ultra temerè appellantibus imposuit. Ad quam Fisco solvendam semper certus terminus sub pœna dupli & comminatione realis executionis in sententia præfigitur, *prout de pœna temerè litigantium traditum praced.t.30.n.63.*

In hanc pœnam quoque delinquentes Advocati condemnandi.

10. Non solum verò ipsi principales Appellantes, sed etiam eorum temerarii Advocati legitimâ pœnâ pro qualitate delicti, & quidem majori, quàm ipsi principales sæpè jurium & meritorum causæ imperiti plectendi sunt, *d.§ 120.in fin. Atq; Præjudicia extant in sent. Cam.n.782.& 835, ibidemque in Mantiss.n.33.& 71.*

Quatenus Appellati in hanc pœnam condemnari queant.

11. Q. Anne appellati etiam pœna temerè appellantium puniri queant? Utique si illi juramento appellationis præstito nova deducere & non probata probare conati sint, deprehendatur verò posteà illud frivolè & temerariè esse factum. Sin autem alio modo causam impediverint, in pœnam temerè litigantium (wegen ihres freventlichen Umbtriebs und muthwilligen litigirens) condemnari solent, *Præjudicia allegavi suprà tit. 30. 62. in fin.*

Frivolè appellare quis dicatur.

12. Frivolè verò & temerè appellare dicitur, qui inconsultè, hoc est, jurisperitis non consultis appellat. *Menoch.de A.I.Q.cas.445. n.9.& 10.* & Baldus *in l. 6. §.pen.C.de Appellat.* ait, illum præsumi temerè appellasse, qui provocat, cùm videt adversarii intentionem fundatam esse in jure. Ubi & hoc addit, illum dici temerè prosequi appellationem, qui quidem ab initio justam causam fovet, sed in illius prosecutione novit, se injuria contendere. Hinc qui à lite ante sententiam destitit, temerè appellasse non dicitur, quoniam temeraria appellatio sine prosecutione non punitur, *Menoch.d.cas.445.n.11.& 12.*

(3.) Potest appellare tertius pro suo interesse.

13. (3.) Si tertius sententiâ contra alium latâ gravatus pro suo interesse appellare, vel etiam alterius appellationi adhærere vel denique ab alio desertam prosequi velit, *Gail.1.O.122. Add. Tennag. class. 4. cap. 2.*

Non verò simul pro suo & alterius interesse.

14. Ita cùm cujusdam Domini Subdito contra privilegium, quòd sc. Subditus non coram judicio Rothwilensi sed coram suo Domino tanquam ordinario judice conveniendus sit, à judicibus Rothwilensibus citato, ut ibidem libello responderet, injungeretur, Subdito non appellante, sed Domino id indicante Dominus peteret pro suo interesse conservando, sibi & etiam pro suo Subdito citationem, per majora, non obstante Tit. C. *Si unus ex pluribus.* Conclusum, tantum Domino, non autem Subdito, qui omninò non appellasset, citationem esse decernendam, *Ante-Maril. O. 3.*

Nisi ille tertius ab altero speciale mandatum habeat.

15. Notandum verò si tertius non pro suo interesse sed alterius nomine appellet, atque Mandatum ad appellandum non habeat, quòd appellatio intra decendium, à tempore scientiæ à Principale sit ratificanda, *Spec.p.3. lib. 2. t. quis appell. poss. §.1.n.7.* aliàs fiat deserta. *Præjudicia habet Gylm. voc. Appellationis materialia. §. ult.* Deinde si ex mandato quis appellaverit, illud in primo termino originaliter insimul est producendum, *Schvv. 2. Process.cap.11.n.5.* Quòd si quis nomine alterius coram Notario & testibus appellat, tunc ille Notario Mandatum, ut istud suo Instrumento inserat, exhibere solet, & hoc casu non opus est, ut Originale in Camera producatur, *teste experientia.* Hæc tamen non requiruntur in tutor

tore, quia ille pro pupillo appellans etiam sine mandato admittitur, *Gylm. voc. Appellare quibus. §. Appellans.*

16. (4.) Bannitus potest appellare, & appellationē in Camera prosequi, *Gylm. voc. Appellans. §. Cum Appellans.* Cujus hæc videtur esse ratio, quòd licet Bannitus in judicio agere nequeat, tamen citatus possit comparere, & suas Exceptiones opponere, quibus rejectis postea appellans adhuc inhæret. *(4.) Bannitus appellare etiam potest.*

17. Appellare nequit (1.) qui appellationi voluntariè renuntiavit, *C. p.2.t.31. §.1. in fin. Magenh. ad O.C. p.2.t.28. versic. tertia regula.* Ubi præjudicio quodam confirmat, quod renuntians appellationi, adhuc ad Cameram supplicare possit, modò id fiat intra decem dies. Atque si etiam juri supplicandi forte in compromisso renunciatum, ratione nullitatis citationem impetrari queat. Imò si pœna adjecta sit, eaque exsolvatur, vel in Camera deponatur, appellare liceat, *Magenh. ibid. versic. quid verò.* *(1.) Appellare nequit qui appellationi voluntariè renunciet.*

18. Quòd si in quosdam compromittatur cum clausula, *remota appellatione*, certum est appellationem à sententia compromissoriorum locum non habere, proinde cum in Visitatione Cameræ Anno 1581. celebrata quæstio incideret, an revisio locum haberet, visitatores causam remiserunt ad Imperatorem, à quo hujus quæstionis decisio petenda esset, atque nomine Imperatoris & Statuum Imperii tam Cameræ quam partibus inhibuerunt, ne ulterius in causa procederent, *Mag. O.10.* *Sed quæritur an Revisio locum habeat?*

16. Renunciatio Appellationi autem fit vel expresse vel tacite. Expresse, si quis per pactum vel alio modo specialiter appellationi renuntiat. Tacite appellationi renunciatum censetur, (1.) Si quis sinat appellationem fieri desertam, *de qua vid. infra tit.54.* Quia desertio vi legis quandam renuntiatione infert, *Marant. part. 6. de Appell. n.341. Gylm. tom.5. Relat.1. n.3. & seqq.* (2.) qui petit dilationem ad solvendum judicatum, *l.5. C. de re judic.* (3.) qui super judicatis transigit, *l.40. §.1. de pact. &c.* *Renunciatio fit vel tacite vel expresse.*

20. (4.) Et in genere qui aliquem actum facit incompatibilem & contrarium appellationi, ei renuntiasse censetur. Sin verò actum aliquem coram judice inferiore facit ad corroborationem suæ appellationis, ut quia postularet, ne velit progredi ad executionem, non videtur à sua appellatione recedere & generaliter quando appellans adit judicem inferiorem, ne attentet, vel attentata revocet, non censetur appellationi renuntiare, *Mynsf.3.O.22.n.ult* Plures casus, quibus quis appellationi tacitè renuntiare censetur, tradunt Dd. *in l.10.§.ult. de Appellat.*

21. Potest quoque Appellans Appellationi jam introductæ renuntiare, etiam appellato invito, *Gylm. voc. de appellatione in causis, pag. 37.* Modò appellans refundat expensas in appellationem ab appellato factas, *c.70. §. cæterum de Appell.* Atque eo casu ad hoc speciali procuratorio opus est, *d. pag. 37.* Si partes communi consensu ab interposita appellatione discesserint, communi consensu ad eum redire, ipsamque prosequi nequeunt, *Gylm. voc. de appellationis desertio. §. Si partes.* *Potest etiam Appellationi jam introductæ renuntiari.*

22. (2.) Qui privilegio inferioris judicis vel jure communi & Camerali prohibetur, *C.p.2.t.31.§.1. in fin. de quo latiùs agetur infra t.46.* *(2.) Appellare nequit, cui appellatio est prohibita.*

23. (3.)

(3.) Appellare nequit verus contumax. Qui juramento cessit renunciavit appellationi, quando in Camera admittantur.

23. (3.) Verus contumax ſcil. in non veniendo. Nam verus contumax in non agendo utique appellare poteſt. Ratio differentiæ quoniam contumax in non agendo videtur diffidere juri ſuo, non tamen renunciare, ſed contumax in non veniendo jurisdictionem judicis contemnit, *Gail. 1. O. 132. n. 7.*

24. Porrò notandum quòd nonnulli appellare quidem poſſint, in Camera tamen non ſemper admittantur, & quidem non admittitur, (1.) qui coactus appellationi juramento renunciavit, talis enim renunciatio licet ſit nulla, ac nihilominus appellari queat, *C. p. 2. t. 31. §. 1.* Et interpoſita appellatio valeat, tamen cum contraveniens ſit perjurus, nam non ſervans juramentum, quod abſque diſpendio æternæ ſalutis ſervari poteſt, quale eſt hoc, ſit perjurus, *C. 28. de jurejur.* Prius igitur relaxatio ad effectum agendi in Camera petenda antequam Appellationem proſequi poteſt, *Magenh. ad. O. C. p. 2. t. 24. §. idem quoque in fin.* Nec judex appellationis eum, qui à juramento nondum abſolutus appellavit, & appellationem proſequi vult, admittere debet, ne author ſit perjurii. Proinde volens proſequi ſuam appellationem abſolutionem à juramento prius petere debet, aliàs ipſi current Fatalia, quia poteſt facere, ut poſſit proſequi, *Gylm. voc. de jurament. circa appell.*

Quatenus pauper appellans admittatur. Negligens in processibus maturè extrahendis non admittitur.

25. (2.) Pauperes ad Cameram appellantes non admittuntur, niſi prius de juſta litigandi cauſa conſtet, & fides de paupertate judici fiat, de quo & quinam pauperes in Camera dicantur, uberius tractabitur infrà *t. 64. n. 22. usque n. 46.*

26. (3.) Non admittitur, qui negligens fuit in proceſſibus maturè extrahendis, ita ut citandus tempore excluſus iu termino præfixo non comparere nec citationis reproductio debito tempore fieri queat, *Gail. 1. O. 119. n. 5.* Neque hoc caſu fatalia prorogantur, etiamſi Appellans juſtum impedimentum alleget, præſertim ſi aliquot menſes otioſos abire ſinat, & poſtea illud impedimentum ex improviſo inciderit, *infrà t. 49. n. 16.* Si dubitetur, utrum tantum temporis ſuperſit, ut citationum executiones & reproductiones in tempore fieri poſſint, proceſſus periculo paris decernuntur, *Gail. ibid. n. 6. & 7.* Sin verò poſteà ſupplicetur, ut abſq; iſta clauſula : *periculo partis* : decernantur, dicta clauſula in Rubrica non ponenda, *vid. Mind. de Proceſſ. c. 12. n. 14.*

TITUL. XLV.

A QUO JUDICE AD CAMERAM APPELLARI POSSIT.

(1.) Ad Cameram appellari potest, à judice Cameræ immediatè subjecto.

1. HActenus perſpectum, quis ad Cameram appellare queat, jam quoque videndum, à quo judice ad eandem appellare permiſſum ſit. Et quidem I. non ſolùm à judice Ordinario Cameræ immediatè ſubjecto, ſed etiam à judice Auſtregarum appellari poteſt, ſalvo tamen cuivis ſuorum privilegiorum ac libertatum jure, *C. p. 2. t. 31. princ.*

2. II. A

2. II. A Magistratu itidem Cameræ immediatè subjecto & extrajudicialiter juri & vi potestatis atque jurisdictionis suum subditum aliumve Decretis, Mandatis & Interdictis vel mulctis proprio motu vel ad instantiam alterius gravante, *d. t. 13. §. 16.* Subditis tamen, nisi gravamen verisimiliter prius probetur, & à Magistratu tanquam judice illatum esse demonstretur, processus non decernantur, *d. t. 31. §. pen.*

(2.) à Magistratu extrajudicialiter gravante, si procedat tanq. ut judex, seu tanquam judex & pars.

3. Quod etiam obtinet, si Magistratus tanquam judex & pars simul gravavit, quia quando judex considerari potest, tanquam judex & pars simul, tum censetur gravasse & processisse tanquam judex, & decernitur inhibitio, etiam in extrajudiciali appellatione, *prout id præjudiciis confirmat Gylm. voc. inhibitio §. Quando judex considerari.* Quando verum dubitatur, utrum Magistratus tanquam judex an verò tanquam pars processerit, favore appellationis Processus, periculo tamen partis decernuntur, *Gylm. voc. Appellatio extrajudicialis princ. Author decis. Cam. part. 2. decis. ult. n. 12. & seqq.*

4. Sin verò ex Narratis extrajudicialis appellationis in processu appareat, Magistratum tanquam partem & Adversarium processisse, causa ad judicem primæ instantiæ remittatur, quia hoc casu magis simplex querela quam appellatio locum habet, *d. t. 31. §. ult.*

Secus est, si tanquam solùm pars processerit.

5. Nam quanquam de jure communi à parte extra judicium gravante appellare liceat, *per text. c. Bona memoriæ. Si de Appellat. Gail. 1. O. 120. n. 1.* & nullam esse differentiam quoad effectum Appellationis, sive appelletur à Judice extrajudicialiter procedente tanquam à Judice, vel tanquam à parte vel alia persona privata, tradat *Gylm. tom. 2. part. 2. vot. 48. n. 7.* Tamen cum Appellationes à parte extrajudicialiter gravante interpositæ, propriè non sint appellationes, sed potius provocationes ad causam, *C. Cùm sit 5. de Appellat. Mynſ. 4. O. 43. n. 3.* Vimque conventionis habeant, illæ duntaxat ad ordinarium Judicem partis gravantis, qui alias per viam S. Q. adiri debuisset, fieri possunt, *Gail. 1. O. 120. nn. 4.* Proinde ejusmodi appellationes ad Cameram non pertinent, & si pars gravans Austregas habeat, illæ adiri debent, *Gail. d. O. 120. n. 3.*

Appellatio extrajudiciali non est propriè appellatio.

6. Sciendum verò, quòd hoc non ita simpliciter verum, quasi illæ appellationes nullo modo ad Cameram pertinerent, aliàs enim Appellantes stultè sumptus in ejusmodi appellationes impenderent, quocirca distinguendum inter causam principalem, & inter gravamen illius respectu extrajudicium illatum. Quoad hoc appellatio recipitur, & gravamen tollitur. Nam hæc appellatio provocatio quædam est, ut illatum gravamen reparetur, *ait Tennag. Class. 4. c. 6. n. 1.* Judex verò causam principalem semper pronuntiat non-devolutam condemnando appellantes in expensas, remissio autem ad priorem judicem nunquam additur, *Magesh. ad O. C. p. 2. t. 28. in fin. Add. Sent. Cam. n. 707.* Ratio quia si appellatio non est devoluta, non potest Judex Cameræ esse judex in remittendo, sed simpliciter pronunciatur, appellationem non esse devolutam, *Mynſ. 4. O. 43. n. 4.* Et hoc procedit, si Judex ordinarius est alius à judice Cameræ, nam si Judex Cameræ est ordinarius, non super appellatione sed in causa principali tanquam per viam S. Q. illûc

Per appellationem extrajudicialem illatum gravamen tantùm tollitur.

illûc devoluta pronuntiatur. Quid circa remissionem causæ, si à judiciali sententia appellatum, atque causa vel deserta vel non-devoluta pronuntietur, obtineat, vid. infrà *tit.* 55. *n.* 19.

Appellatio extrajudicialis quando locum habeat.

7. Porrò cùm hæc Appellatio sit tantùm quædam provocatio ad causam, ideò in omni casu, quô judex adiri ejusque officium pro illatis gravaminibus implorari poterit, locum habet, *Gylm. tom.* 2. *p.* 2. *vot.* 48. *n.* 4. Imò etiam à futuris, quando quis verisimiliter timet molestari seu turbari in suo jure, potest appellare. Nam subsecuto gravamine, præsumitur justam habuisse causam appellandi, nec obstat, si sit omninò generalis, modò reducatur ad speciem per Factum subsequens, *Gylm. d. vot.* 48. *n.* 5. *&* 6.

Debet semper fieri in scriptis.

8. In genere autem de Appellatione extrajudiciali notandum; (1.) Quòd illa tam quæ judice, quàm quæ parte gravante interponitur, fieri debeat in scriptis, etiamsi gravamen impositum vim definitivæ habeat, alias Processus denegentur, *Gylm. voc. Appellatio extrajudicialis.* §. *Appellatio ab extrajudiciali.* Gravaminis tamen expressione non opus esse tradit, *ibid.* §. *Nota.* Ubi à se dissentientes allegat. Quò facit, quod extrajudicialis appellatio etiam ex nova causa antè non expressa justificari queat, *Gylm. ibid.* §. *ult.*

Potest fieri etiam à futuro gravamine.

9. (2.) Quòd non solùm ab illato, sed etiam à gravamine futuro vel instanti extrajudicialiter appellari queat, *Gylm. voc. Appellatio extrajudicial.* §. *Appellatio.* Nec opus sit decreto vel sententia Judicis, sed sufficiat causam appellandi esse verisimilem & metuere se gravatum iri, *prealleg.* §. *Nota.*

In Appellatione extrajud. etiam formalia & fatalia appellationis observanda sunt.

10. (3.) Quòd tam Formalia & solennitates, *Gylm. tom.* 2. *p.* 2. *vot.* 48. *num.* 9. quàm Fatalia in hac æquè ac in Judiciali appellatione observanda sint, *Clem.* 3. *de Appellat.* Quod verò attinet Fatale Appellationis interponendæ, incipit illud currere, non à die illati gravaminis, *quemadmodum Gail.* 1. *O.* 120. *n.* 3. *erroneè putat*, sed à die scientiæ, *per textum expressum & à Gailio d. l. alleg. c.* 8. *de appellat.*

Debet fieri in præsentia gravantis.

11. (4.) Quòd in præsentia judicis vel partis gravantis, si haberi potest, appellatio sit interponenda, vel saltem ei insinuanda, alias redditur nulla, *Gylm. d. vot.* 48. *n.* 12. *& tom.* 1. *part.* 1. *pag.* 411. *n.* 7. Quod secus est in appellationibus judicialibus, uti dicetur infrà *tit.* 48. *n.* 12. *usque* 20.

Quæ appellatio propriè dicatur extrajudicialis.

12. Denique observandum, quòd non omnis provocatio, quæ fit extra judicium, ideò sit extrajudicialis, sed talis tantùm, (1.) quæ à mera parte vel judice, sine omni causæ cognitione prævia fit. (2.) Quæ fit à futuro vel instanti gravamine. (3.) Quæ fit ab actibus extrajudicialibus, puta electionibus ac postulationibus, *Gylm. voc. attentata.* §. *in eo tamen. &* 2. *seqq. Add. Guid. Papæ consil.* 138. *n.* 2.

III. A Commissariis Cæsareis ad instantiã privatorum datis.

13. III. A Commissariis ad instantiam partium sc. privatarum, quæ Austregis non gaudent, datis, *Gail.* 1. *O.* 121. Ubi dicit, aliquando conclusum, quòd ad Cameram appellari nequeat, aliquando verò quòd appellari possit, & in hanc rem contraria præjudicia affert, posterior tamen opinio posteriori tempore jam approbata videtur, uti apparet ex Gailio d. l. Hanc etiam approbat Tennag. *Class.* 4. *c.* 3. *& Gylm. tom.* 2. *p.* 2. *vot.* 19. *Huc facit quoque* Hoffgerichts-Ordnung. *Matth. t.* 2. §. Dieweil aber.

14. Ra-

14. Rarò tamen inhibitio decernitur, quia inconveniens foret delegato Cæsaris inhibere. Sin tamen fines Mandati excedat, meritò ei inhibetur, cùm per illam inhibitionem parti jus & deleganti Imperatori sua Authoritas salva maneat. Imò lex ipsa inhibet & omnia cessat, quæ fiunt præter fines mandati. Est igitur cautela, ut tenor commissionis Judici ad quem exhibeatur, quò de eo notoriè constare queat, & petendum, ut mandetur, ne quid faciat contra tenorem commissionis, *Gylm. voc. appellare quibus. §. à Commissariis.* *Quò casu inhibitio rarò decernitur.*

15. IV. A Judicibus Rothwilanis, Rothw. Hoffgerichts-Ordnung. *p. 3. t. 17.* Hâc appellatione à sententia definitiva ejusve vim habente interpositâ, etiamsi à Camera inhibitio non emanata, tamen illi Judices ulteriùs procedere prohibentur, *d. t. 17. §. pen.* In appellationibus autem à simplici interlocutoria interpositis, ipsis procedere permissum est, donec inhibitio à Camera decreta eisdem insinuetur, *d. t. 17. §. ult.* *IV. A Judicibus Rothvv.*

16. Judicium verò Rothwilanum suum nomen accepit à Civitate Rothwila, cui hoc judicium ex singulari gratia & privilegio Imperatoris Conradi III. propter fidelem ipsi in defensione, contra Lotharium obsidione oppidum prementem, & postea nacto Imperio aliquot bellis navatam operam Anno 1146. concessum est. Et quidem ita, ut (1.) ejus Judicii sedes Rothwilæ perpetuo esset, *Webn. Practic. Observ. voc.* Rothweil. Hoffgericht *Origo Judicii Rothvv.*

17. (2.) Ut Judice, qui minimum Comes aut Baro sit, ab Imperatore & 13. Assessoribus à Senatu Rothwilensi ex suo numero elegendis institueretur, Rothweil. Hoffgerichts-Ordnung. *p. 1. t. 1.* Officium illius Judicis Imperator feudi titulo concessit Comiti à Sultz / quod hucusque ejus posteri retinent ac possident, *teste Webn. d. loc.* Nam hoc officium, ut & ipsum judicium ab Imperatore & Imperio tanquam feudum dependet, *præalleg. t. 1. princ.* *Judex & Assess. res istius judicii.*

18. (3.) Ut jurisdictionem ordinariam tam in civilibus quam criminalibus haberet in personas omnes cujuscunque essent Statûs, Principes, Comites, Barones, Civitates, Rusticos &c. in Circulo Rothvvilensi comprehensos, Rothweil. Hoffgerichts-Ordnung. *p. 2. tit. 5. pr.* Circulus vero ille se extendit, von Rothweil auß biß an die Först und an das Gebürg den Rhein ab und ab biß gen Cölln / und nicht furter / und hier dißhalb den Rhein widerumb herauff gen Franckfurt / und als weit Franckenland gehet biß an den Thüringer Wald / und in Francken / und Schweinfelden biß ans Bäyerland / und hie dißhalben Bäyern inher biß gen Augspurg an den Lech / und nicht über den Lech / und vor dem Gebürg innher / was vor dem Bürg inher gen Schwaben zu biß gen Chur / und was in demselben Strich und Kraiß umbher ligt / biß gen Appenzel / gen Schweitz / gen Luzern / gen Bern / gen Freyburg in Uchtland / und denselben Kraiß umbher / biß gen Welschen-Neuenburg / da dannen innher biß gen Bruntraut / gen Mümpelgart und nicht füro / und daselbst wieder herein biß an den Först und an das Gebürge innerhalb Obern Elsas / und an alle End / so zwischen den vorgeschriebenen Kraisen / von einem an den andern ligend / weit / lang und breit, *d. p. 2. tit. 1.* *Judicium Rothvv. habet ordinariam jurisdictionem in circulo Rothvvilensi.*

19. Quan-

Ab hoc judicio exemti ſpeciali privilegio exempti ſunt.

19. Quanquam, ut dixi, judicium Rothvv. habeat ordinariam jurisdictionem in omnes perſonas in Circulo Rothvvil. comprehenſas, tamen hoc eatenus procedit, niſi Status Imperii in eo circulo habitantes ab iſtâ jurisdictione ſpeciali privilegio exempti ſint, *quos vide infrà tit.* 47. Ita ut neque ipſi neque ipſorum ſubditi coram illo judicio conveniri, ſed conventi avocari queant, modò tamen ſuum privilegium vel originaliter vel in forma probanti eidem judicio inſinuari curaverint, exceptis Electoribus in iſto circulo comprehenſis, quorum privilegia alias ex A. B. nota ſunt, quare hi cuncti ſuos ſubditos per literas poſſunt avocare & ad eos remitti debent, *d.p.2.t.4.* Solent verò privilegiati à Camera Mandata caſſatoria & inhibitoria impetrare, ita factum 8. Febr. 1662. in cauſa Zell am Hammersbach contra Rothweil/ *Supplic. Cam. tit. 8. n. 25.*

Exceptis caſibus, quos vocant Ehehafften illorum, que ſunt 28. Rothweil. Ehehafften enumerantur.

20. Iſta autem avocatio & remiſſio in nonnullis caſibus, qui vulgò Ehehafften appellantur, locum non habent, privilegiisque contra hoc impetratis expreſsè in eo derogatum eſt per prææalleg. t. 5. ubi iſtorum caſuum 28. enumerantur, quos cum ordinatio Judicii Rothvvil. paucorum manibus conteratur, hic ſubnectere neceſſarium viſum fuit.

21. Suntque illi (1.) Si quis publicè denuntiatus aut aliundè notorius Bannitus, (2.) Si quis in negotiis, ob quæ citatus, beneficio, cui renuntiandi poteſtatem habuit, per literas ſuo ſigillo obfirmatas renuntiavit, (3.) Si factâ remiſſione, Actori intra tempus in privilegio vel à judicio Rothvvil. conſtitutum juſtitia non adminiſtretur, aut ſalvus conductus denegetur, ſeu conceſſus violetur, aut denique Reus latæ ſententiæ non pareat. (4.) Si quis denuntiatos Bannitos fovens, illos ad juſſum Judicii Rothvvil. non dimittat. (5.) Executio ſententiæ in judicio Rothvvil. latæ. (6.) Si quis contra aliquem articulum die Ehehafften judicii Rothvvil. concernentem delinquat. Etenim illum Judex Rothvvil. puniat. (7.) Si quis injuriis ſeu conviciis judicium Rothwil. afficiat, iſtudque in ipſius privilegiis & inveteratâ obſervantia turbet. (8.) Si quis Nuncios judicii Rothwil. Proceſſus legitimè exequentes violet. (9). Si quis Judicium Rothwil. adeuntes illud relinquere cogat, aut illis in via publica inſidietur. (10.) Si quidam Actor Bannitum in quodam judicio aggrediatur, quem Actor ibidem ad jus ſiſti non curavit, vel etiam ſiſti impediatur, ſeu Actor ob id capiatur violeturve. (11.) Si quis judicium Rothwil. contra ordinationem & obſervantiam ipſius judicii exerceat. (12.) Si cauſa concernat deminutionem honoris, reputationis ac bonæ famæ actoris apud honeſtos viros. (13.) Si quis alterum internecionis, incendii, furti, pacifragii, rapinæ aut minarum incuſet. (14. Si judicium provinciale in circulo Rothwil. ſitum ultra ſuam jurisdictionem jus dicat. (15.) Si ob contumaciam Bannitus hoc modo à banno abſolutus, ut parti adverſæ coram judicio Rothwil. in jure reſpondere velit. (16.) Omnes cauſæ Fiſcales ex delictis contra judicium Rothwil. ejuſque caſus (Ehehafften) commiſſis ortæ. (17.) Si Judæus conveniatur. (18.) Si Judex Eccleſiaſticus judicium Rothwil. pro executione Banni imploret. (19.) Si quis queratur, judicii Rothwil. Mandatis, ſententiis, immiſſionibus & injunctis executionibus non paritum eſſe. (20.) Si judicium Roth-

Rothwil. alicui Civitati, communitati, aliisve à Rom. Imperatoribus conservator privilegiorum ipsis concessorum constitutum est, & ab illis obtenta conservatoria in probanti forma exhibeantur. [21.] Si inter Nobiles Imperii immediatos ratione hæreditatis agatur. [22.] Sic cui justitia notoriè denegetur, protrahaturve. [23.] Si quis stipulatâ manu aut corporali juramento coram Magistratu ejusve delegato solutionem promiserit, eique non steterit. [24.] Si quis ad judicium Rothwil. citatus ibidem debitum confiteatur, & creditori intra certum tempus solutionem polliceatur, idque uti aliæ sententiæ protocollo judiciali inseratur, & postea solutionem non præstans iterum eodem citatus remissionem petat, ei propter executionem sententiæ ibidem pronuntiatæ locus non sit. [25.] Vox gewaltsam sub voce Ehehafften contineatur duntaxat in casu, si quis ab alio suisve ipso jubente violento facto dolosè & ex proposito in corpore & bonis lædatur. [26.] Si quis sua possessione totaliter de facto dejiciatur. [27.] Si emanatâ citatione per Edictum (Beleutung appellata, *vid. Gylm. voc.* Beleutung) remissio absque nominatione possessoris bonorum petatur. (28.) Si ratione litis expensarum, procuratorum nunciorumve Salarii & Taxæ Cancellariæ Judicii Rothw. agatur, salvis tamen in omnibus præmemoratis articulis privilegiis Electoribus vigore A. B. competentibus, *praalleg. tit.* 5.

22. Porrò notatu non indignum, quanquam cum judicium Rothwil. immediatè Aulæ Cæsareæ subsit, illincque appelletur, Aula Cæsarea verò & Camera concurrentem jurisdictionem habeant, sancitum sit, ut ab isto judicio quoque ad Cameram appellare liceret, *per alleg. t.* 17. *pr. suprà n.* 15. Quòd tamen in casibus, quibus propter denegatam protractamve justitiam, commissam nullitatem, judicis recusationem seu aliam ob causam citta appellationem à judicio Rothwil. revolvitur jurisdictio, non Camera sed Imperator adeundus sit, quoniam ei in circulo Rothwil. omnis jurisdictio soli reservata est, & quod Imperator quoad Appellationem, in qua Camera cum eo concurrit, saltem suo juri renunciaverit, renuntiatio enim est stricti juris strictamque interpretationem accipit, *sic statuente Wehn. dict. voc.* Rothweil. Hoffgericht. *vers. ult.* *A judicio Rothw. ad Cameram per viam S. Q. non itur.*

23. Denique quamvis in tractatu Osnabrug. Judicio Rothwil. Judiciis provincialibus Sueviæ & aliis hinc inde per Imperium hactenus usitatis abolendis mentio injecta, resque hæc gravioris momenti visa fuerit; de his ulterior deliberatio ad proxima Comitia remissa sit, *J. P. art.* 5. §. *Visitatio consilii.* 55. *in fin.* Tamen in illis Comitiis Anno 1654. habitis, hac de re nihil actum est. *Add. Recess.* 1570. §. Und nachdem. 71. *Cum* 2. *seqq. R.* 1641. §. Ubrige Ubergebene. 93. *Capit. Leopold.* §. 8. & 18. Quòd autem Judicii Rothwil. abolitio fieri non debeat, nec de jure possit, septem rationes adducit Speid. *Specul. Jurid. voc.* Rothweil. Hoffgericht. *An Judicium Rothw. abolendum sit.*

24. V. A Principibus Ecclesiasticis feuda ab Imperio habentibus, atque in causis sæcularibus judicantibus, *Gail.* 1. *O.* 30. *n.* 1. & 2. *Add. Mind. de proc. cap.* 11. Item ab eorum Officialibus, *Gylm. voc. appellare quibus.* §. *appellatur ab officialibus.* Neque privilegium de non appellando à Consistoriis Episcoporum locum habet *V. A Principibus eccles. feuda ab Imperio habentibus.*

habet in appellationibus, quæ fiunt ab Officialibus, dato quòd Officiales etiam in fecularibus cognofcant, & hoc in fpecie privilegio infertum fit, *Gylm. voc. Appellatio à fententia, §. ult.*

Ab Officiale Monafter. quomodo appellandum in caufis fecularibus.

25. Hic notari poteft, quòd ab Officiale Monafterienfi in caufis fecularibus vel ad Officialem Colonienfem, & ab hoc poftea ad Cameram vel omiffo Colonienfi ftatim ad Cameram appellari poffit, non verò ad Curiam Romanam vel Nuncios Apoftolicos, five ftatim eò à Monafterienfi five poftea à Colonienfi appelletur, alioquin ejufmodi Appellationes quibufcunque remediis oportunis per Cameram annullandæ atque caffandæ funt, G. B. 1603.

VI. A Paribus curiæ.

26. VI. A Paribus Curiæ, *Gail. 1. O. 1. n. 56. Mynf. O. 90. n. 3.* Item à judice, quem Princeps conftituit generalem judicem caufarum feudalium, quia hoc cafu omiffo Principe ad Cameram appellandum, *Mynf. d. O. 90. n. 4.*

VII. A Judiciis provinc. Cæfar.

27. VII. Ab omnibus judiciis provincialibus Cæfareis excepto Franconico, à quo ad Epifcopatum appellatur, *Magenh. ad O. C. part. 2. t. 28. pr. Gylm. voc. appellare quibus. §. & nota.* Hinc *Gylm. voc.* Landgericht Gericht. *§. fin.* ait: *Nota* Ein jedes Landgericht hat ein Hoffgericht / wann man aber in Camera Appellation Proceß von dem Landgericht in Schwaben und Francken erkennet / ist darauß fürgewiß zu halten / daß vom selben Landgericht rectà omiffis mediis Hoffgericht / kan ritè & legitimè appellirt werden / dahn ermelte Landgericht *malunt fubeffe Imperio, ejufque Cameræ. Ita Appellatio in Camera non attenta exceptione omiffi medii acceptata eft 7. Januar. 1551. in caufa H.* Wagner *contra L.* Hebeisen.

VIII. A Judice Reductionis.

28. VIII. A judice reductionis, *Gylm. voc. appellare quibus. §. ult. & voc. reductio. §. 1.*

IX. A Judice revifionis.

29. IX. A Judice revifionis, *Gylm. voc. revifio. §. à Judice revifionis.*

X. A Moderatoribus collectarum Imperii.

30. X. A moderatoribus collectarum Imperii, *R.* 1555. §. Würde demnach. 125. & 126.

TIT. XLVI.

A QUIBUS CAUSIS ET SENTENTIIS AD CAMERAM APPELLARE LICEAT.

Materia appellationis funt caufa appellabiles. A quibus appellare non licet. I. à fententiis eorum qui habent ...

1. Accingens me jam ad tractationem materiæ appellationis feu caufarum fententiarumque, à quibus ad Cameram appellare liceat, recenfebo eas, à quibus appellare eft prohibitum, quibus perfpectis, per fe patebit, à quibus appellare permiffum fit.

2. Et quidem appellare non licet, 1. A fententiis eorum, qui habent privilegium de planè non appellando, uti funt omnes Electores, excepto Trevirenfi, item Rex Sveciæ, Archidux Auftriæ, *vid. infrà n. 32.*

3. Quod

3. Quòd si autem ab illis non tanquam Judice ordinario sed tanquam Compro missario vel ab Electoribus non tanquam talibus sed tanquam principibus Imperii appelletur, Processus in Camera decernuntur, *teste Gylm. voc. privilegium* §. *Nota Electores.* Indistinctè quoque super nullitate principaliter deducenda in Camera agi potest, non obstante ullo privilegio de non appellando sive limitato sive illimitato, *Gail,* 1. *Obs.* 135. *n.* 1. *usque* 8.

Limitatum privilegium de non appellando. Quod limitatur.

4. II. Ab omnibus sententiis, à quibus de jure Cæsareo appellare est prohibitum, *de quibus vid Tit. ff. de Appell. recipiend. vel non ibique Dd.* Qualis præcipuè est sententia interlocutoria gravamen per Appellationem à definitiva irreparabile non habens, *C.p.2.t.*31.§.15. Nam licet de jure Canonico & quolibet gravamine appellari possit, secus tamen est de jure civili & Camerali, *d.* §.15. *& Gail,* 1. *O.*129. *n.*1.

II. A sententiis de jure Cæsareo non appellabilibus.

5. Sententia verò inferens tale gravamen quod per Appellationem à definitiva reparari nequit, dicitur illa, quæ fertur super aliquo puncto incidenti ad causam principalem planè non pertinenti, quamobrem cum etiam per sententiam definitivam super causa principali latam in isto puncto, ut puta jam ante deciso gravamen nullum inferri queat, & appellatio à definitiva interposita ultra gravamen in ea definitiva illatum se non extendat, manifestum est, gravamen ante hac per ejusmodi præmemoratam interlocutoriam illatum per Appellationem à definitiva recuperari planè non posse.

Senten in grav non irreparabile inferens quæ dicatur.

Ejus species.

6. Cum verò exemplis res fiat clarior, nonnulla hic adjicere volupe est. Sententia autem super puncto incidenti causam principalem non concernenti lata dicitur, (1.) Si pronuntietur fidejussores esse idoneos. (2.) Si copia Actorum denegetur. (3.) Si dilatio denegetur, aut nimis angusta concedatur. (4.) Si quis citetur ad locum non tutum. (5.) Si judex rejiciat Exceptiones contra processum oppositas. (6.) Si quis ab observatione judicii absolvatur, quia actor est excommunicatus. (7.) Si Judex ineptum libellum admittat, vel ideo reum à citatione absolvat. (8.) Si Judex se competentem pronuntiet, &c. *plura exempla enarrat Gylm. voc. sententia interlocutoria* §. *Quæ sententia. Et multis seqq. pag.* 319. *&* 320.

7. III. A sententiis in causa summam appellabilem non ascendente latis. Summa enim appellabilis pertinet ad materiam seu materiale Appellationis, *Gail.* 1. *O.* 119. *n.*7. Jam vero deficiente materia, deficit res ipsa.

III. à Sententiis ob summam non appellabilibus.

8. Non immerito autem hic quæritur quomodo summa appellabilis quoad fundandam jurisdictionem Cameræ sit computanda? *Gail.*123.*n.*3. asserit petitionem libelli, quantum scil. petitum, non quantum debeatur vel in prima instantia adjudicatum sit considerare oportere, *per text. not. in l. pen.* §. *fin. de jurisd.* Cui assertioni congruit. C.p.2.t.31.§.4.verb. Da die NB. Klage (id est petitum in libello,) Unter 150. fl. Hauptguts wäre. Idem sentit Mynf. 5. *O.*83. *n.*3. *&* Magenh. *ad O.C. p.*2.*t.*28. *verf. Ex prædictis.*

Summa appellabilis quomodo olim computata.

9. Sed Anno 1603. per majora in pleno diversum conclusum, *teste* G. B. *eod. anno*, cujus decreti verba sunt: *In causis Appellationum in Camera recipiendis*

Et quomodo hodie computanda.

cùm de summa appellabili quæritur, gravaminis duntaxat summam, id est, eam in qua Appellans sive is Actor, sive reus fuerit, per sententiam à qua læsus & gravatus est, spectandam & attendendam esse per majora in pleno Senatu conclusum est.

Quod exemplis illustratur.

10. Itaque vigore præcit. G. B. Appellatio juxta summam appellabilem in O. C. constitutam sc. 400. Imperial. non habebit locum, si Actor petat 500. Imperial. Judex verò reum in 300. Imperial. condemnet. Nam hoc casu neuter appellare potest. Non actor quia illi 300. Imperial. adjudicati, itaque non in iis, sed duntaxat in 200. Imperial. gravatus est. Nec Reus, quia iste in 200. Imperial. absolutus, ideò tantum in 300. gravatus. Sic si quis coram Principibus Brunsvvicensibus, qui habent privilegium de non appellando 2000. Aureor. qui faciunt 2111⅓. Imperial. peteret 4000. Imperial. illi principes verò Actori tantum 2000. adjudicarent, neque Actor neque Reus appellare potest, quia uterque in 2000. Imperial. duntaxat gravatus.

Ad constituendam summam appellabilem plures ac diversæ summæ cumulari possunt.

11. Ad constituendam verò summam appellabilem pro fundanda jurisdictione plures & diversæ summæ, si ab uno vel pluribus creditoribus petantur, coacervari possunt, *per l. 11. pr. de jurisd. l. 10. §. 1. de Appellat. l. 9. §. fin. de pact. Mynf. 5. O. 83. n. 4.* Ratio est favor jurisdictionis, vel quia Appellatio est favorabilis. Nam in odiosis diversarum summarum cumulatio non admittitur, *Magenh. O. 14.* Quoad privilegia de non Appellando distinguit. Gylm. *voc. Appellatio in genere. §. Ego posse.* Nam privilegium loquitur aut de sorte, daß die Haupt-Summa tantum vel tantum excedere debeat, aut de summa duntaxat in genere, posteriori non autem priori casu interesse conjungi posse putat.

Appellatio quantum ad judicem superiorem devolvat.

12. Deinde Appellatio regulariter id duntaxat devolvit, quod inter Appellantem & Appellatum pronuntiatum. Cum verò tale pronuntiatum inter creditorem & debitorem pro creditore latum, etiam reliquis creditoribus idem jus habentibus prosit, *Gail. 1. O. 122. n. 2.* Ideò Appellans debitor omnes creditores in prima instantia non comprehensos citari facere potest, ut veniant & sua jura in causa Appellationis cum creditore appellato deducant, *Gyml. voc. Appellatio in genere. §. Appellatio regulariter.* Vel si sententia pro debitore sit lata, possunt creditores pro suo interesse vel appellare vel alterius Appellationi adhærere, *Gylm. voc. Appellationis desertio. §. Appellatio devolvat.* Puto utroque casu ad complendam summam appellabilem cumulationem debitorum ac respectivè creditorum fieri posse.

Eadem ratione Usuræ cum sorte cumulari possunt.

13. Eadem ratione possunt etiam pensiones cum sorte cumulari, *Mynf. d. O. 83. n. 5. Gail. 1. O. 123. num. 3.* Cui videtur obstare R. 1654. §. Drittens sollen. 111. *verb.* Capital. *C. p. 2. t. 31. §. 4. verb.* Hauptguts. & Deput. 1600. §. Wiewol nun. 14. *in fin. verb.* Hauptgelts. Quæ tria verba unum idemque & quidem sortem denotant, atque usuris aliàs in vulgari sermone opponuntur. Jam verò in alleg. texx. dicitur summam appellabilem esse debere Capital, Hauptgut / Hauptgelt. Verùm respondeo, non semper sortem, sed aliquando solas usuras esse summam appellabilem, uti manifestum est in annuis reditibus irreluitivis. Si ergò solæ usuræ, multò magis unà cum sorte facient summam appellabilem, & in præcit. texx.

text. Solius Capitalis fit mentio, quòd istud ut plurimum summam appellabilem faciat, exinde tamen hîc non excluduntur pensiones, uti expresse factum in summa revisibili, R.1654. §. zu Abkürtzung. 127. Ideò isthæc tria verba non tam usuris, quam litium expensis aliisque accessionibus opponi patet. Ast mense Martio Anno 1675. in pleno conclusum, quòd imposterum usuræ cum sorte ad constituendam summam appellabilem non cumulari sed sola sors considerari deberet.

Summa an appellabilis si dub. non sit, juramento appellantis statur.

14. Deinceps si inter partes dubium incidat, utrum summa sit appellabilis nec ne, neque Judex inferior, vel Cameræ ejus rei plenam notitiam habeat aut in eo dubitaret, Appellans coram alterutro judice jurare cogitur se malle tantâ summâ pecuniæ carere, quàm de lite desistere, aliàs inferior Appellationi non deferat, nec eam Camera admittat, *C.p.2.t.31.§.8.* Et hoc juramentum etiam in Appellantis hæredem transit, *Mynſ.4.O.40. Gail.1.O.123.n.8.*

Summa inappellabili existente, vel Supplicatio vel Revisio coram judice sententiam latam habent.

15. Porrò si causa propter inappellabilem summam ad Cameram devolvi nequeat, gravatæ parti duplex via adhuc patet, (1.) ut sua gravamina ad Judicem à quo per viam supplicationis intra legitimum tempus juris deferat, qui illa accipere atque per modum Revisionis ex eisdem Actis (nisi partes nova velint deducere, super quibus illas audiri oporteret, tunc iis adhuc duo Scripta ulterius concedenda essent,) finaliter discutiat, *C.p.2.t.31.§.10.* (2.) Ut pro qualitate cujuslibet causæ, si una vel altera pars id efflagitet atque relevantes adsint causæ, Judex à quo Acta in præsentia utriusque partis vel earum Procuratoris inrotulanda absque ulla recommendatione (*quod nim. causa ab una parte vel sit favorabilior justiorque vel etiam utilitas publica verſetur, &c.*) ad per duos vel tres non-suspectos JCtos revidendum vel ad Universitatem aut collegium Juridicum transmittat atque ejus Consilium ex Jure formatum desuper postulet, salvis tamen ubique Statuum Imperii Privilegiis, libertatibus, constitutionibus provincialibus ac statutis, quibus nihil sit derogatum, sed in suo vigore maneant, *d. §. 10. R.1654. §.* Doch mit diesem 113.

Ast Supplicatio hodie non est in usu.

16. Notandum vero primam viam scil. supplicandi ad Judicem à quo pro revidendis Actis, quantum mihi liquet, hodiè nullibi in Imperio Rom. in usu esse. Solent quidem partes, quæ per sententiam ab Aula Cæsarea latam se gravatas esse sentiunt, loco Revisionis in Camera Imperiali usitatæ ad Imperatorem pro revidendis Actis, supplicare, *juxta Instr. Pac. art.5. §. Quoad Processum. &* Kayserl. Hoffgerichts-Ordnung *c.5. §.* Dafern sich nun. Ast de hoc casu non agit alleg. §. 10. sed de eo casu, ubi Judex inferior sententiam tulit. Atque tunc pars gravata alteram viam videl. petendi Revisionem adhibet exhibendo Judici à quo libellum Revisionis cum adjecta petitione, ut Acta ad impartialem Academiam seu collegium Juridicum transmittat.

In Revisione vero Impetranti Gravamina & Impetrato Exceptiones exhibere tantum licet.

17 Porro quanquam *praced. num.* 15. Dictum partibus etiam licere Nova deducere, ullud tamen non ita intelligi debet, quasi quemadmodum in Appellationibus Non-deducta deducere & Non-probata probare liceat, sed quod, uti in Revisionibus in Camera usitatis, *vid. infrà t.79.n.18.* Impetranti solummodò Gravamina revisionalia exhibere permissum sit, atque Impetratus ista Gravamina re-

na refutandi poteſtatem tantum habeat. Deinde quando etiam dictum Partibus duo ſcripta ulterius concedenda eſſe, hoc quoque non ita intelligendum eſt, quaſi veluti in Appellationibus cuilibet parti duo & ſic in univerſum quatuor ſcripta concedi debeant, ſed quod utrique parti duntaxat duo atque ſic cuivis parti unicum ſcriptum ſit conceſſum, id eſt, Impetrans exhibere poteſt Libellum Reviſionis, contra quem Impetratus ſuas exceptiones exhibet & eo facto cauſa pro concluſa habetur, *Praxi quotidianâ ſic illud approbante*.

Reviſio e denegata, Mādata pro ea concedenda impetrare licet.

18. Quanquam etiam *præced. num.* 15. traditum, quòd Judex inferior, ſi cauſæ relevantes adſint nec aliquod Privilegium obſtet, ad inſtantiam unius vel alterius partis Reviſioni deferre teneatur, cum tamen ille aliquando abſque juſta cauſa nec habito privilegio Reviſioni deferre detrectet, ſolet pars gravata, quo ei hoc caſu conſulatur, à Camera impetrare Mandatum de concedenda Reviſione S.C. Uti factum 19. Aug. 1657. in cauſa Scheiffarth contra Düſſeldorpiſche Cantzler und Räthe / *Supplic Cam. t.* 18. *num.* 3. Item 30. Jun. 1664. in cauſa Leyendecker contra Achen / *dict. t.* 18. *n.* 5. Item 21. Febr. 1661. in cauſa Freiſheim contra Achen / *dict. t.* 18. *n.* 7. & 8. Item 19. Aug. 1663. in cauſa Weidenberger contra die Fürſtl. Cantzley zu Würtzburg / *ibidem n.* 9. Nec non 1. Mart. 1661. in cauſa Groten Erben contra Hamburg / *ibid. n.* 10. Promotoriales tamen 21. Octob, 1662. decretæ ſunt in cauſa Quitzowiſcher Erben contra Chur Cölln. *ibid. n.* 11.

Idem obtinet in denegata Leuteratione.

19. In terra Saxonica loco reviſionis obtinet Leuteratio & Oberleuteratio, ſi iſta denegatur itidem contra Electorem & Duces Saxoniæ illa Mandata decernuntur. Hinc in cauſa Hohen-Lohe contra Sachſen Weimar die Herrſchafft Kranichfeld betr. Cum Judex à quo petitam Leuterationem non admitteret, ſed ſententiam exequeretur, in Camera ſupplicatum pro mandato de concedenda Leuteratione, caſſando, reſtituendo & non turbando, nec amplius innovando S.C. Aſt decretum: Iſt gebetenes Mandatum de concedenda leuteratione erkant / das übrige begehren abgeſchlagen. In Conſil. 1. Mart. 1649.

Petita transmiſſione Actorum ſententiam dantem Judex ſequi & exequi tenetur.

20. Quòd ſi una alterave pars Judicem ſuſpectum habet, ſolet, antequam Judex ſententiam fert, ab illo petere, ut Acta pro ſententia concipienda ad imparttialem Univerſitatem transmittat. Et licet Judex ad iſtam transmiſſionem regulariter cogi nequeat, *ſuprà tit.* 27. *n.* 139. Tamen honeſtè facit, ſi illam concedit, imò in quibusdam caſibus id facere tenetur, *dict. t.* 27 *n.* 141. Sententiam verò, quam iſti JCti, Univerſitas vel Collegium dedit, Judex præcisè ſequi & exequi tenetur, nec eam mutare poteſt, *Renneman. de tranſmiſſ. Actor. c.* 13. *n.* 1. *usque* 8. Sin verò Judex proprio motu reſponſum petat, iſtud etiam reformare poteſt. Notandum porrò ſi ante ſententiam Transmiſſio Actorum petatur, & cauſa fuerit dubia, ſententiam non factâ Actorum transmiſſione latam, eſſe ipſo jure nullam, *Vant. de nullitat. ex defect. juriſd. Ord. n.* 146. *uſque* 153. Et juſtum gravamen appellandi eſſe, *Gyml. voc. Sententia.* §. *Sententia ante habitum. de Tranſmiſſ. Actor c.* 4. *n.* 8. De hac Transmiſſione Actorum ſi plura deſideras, remitto te ad prælaudatam Rennemannum in allegato Tractatu.

Quæſtio.

21. Hic lubet etiam quærere, ſi alicujus principis conſiliariis ſententia lata an neceſſario ab ipſo principe reviſio petenda, an ſufficiat illam à Conſiliariis peti? Poſte-

Poſterius ſufficere puto, quia hi Principem repræſentant & ab iis ad Cameram appellatur, *ſuprà tit.* 37. *n.* 28.

22. Sed ſupra dictum hanc reviſionem petendam intra legitimum tempus juris, in gebührender Zeit Rechtens / quæritur itaque intra quod tempus hæc petitio fieri debeat? Reſp. Intra tempus in jure præſcriptum, *Deput.* 1600. §. Es ſoll aber. *Reviſio præmemorata intra decendium petenda.*

16. Sed quæritur quod-nam illud ſit? Quidam putant eſſe biennium, quidam decendium, utroſque allegat Bender. *de Reviſione Concluſ.* 4. & cum prioribus ſentit, aſt poſteriorum opinio verior & à Camera approbata eſt. Quò facit, quòd in ſupplicationibus, etiam decendium obſervari oporteat, *Gail.* 1. *O.* 139. *n.* 4. Hic decendio effluxo ſi reſtitutio adverſus lapſum fatalium petendæ reviſionis in Camera petatur, illa denegari ſolet. Hinc in cauſa Nancken contra Mummen petita citatio ad vidend. ſe reſtitui adverſus lapſum fatalium petendæ reviſionis denegata fuit hiſce formalibus: Abgeſchlagen/ſondern mag Supplicant ſeine Nothdurfft gehöriger Orten ſuchen. In Conſil. 20. Julii, Anno 1660.

23. Porrò quæritur, ſi ſumma ſit appellabilis, an tum etiam præmemorata reviſio locum habere poſſit? Videtur quòd non, quia ubi habemus remedium ordinarium, *ſc. appellationem*, ibi non eſt deveniendum ad extraordinarium, *ſc. Reviſionem.* Nec quicquam obſtat Dd. limitatio, *videl. niſi remedium extraordinarium ſit pinguius ordinario.* Nam etiam Dupondiis non ignotum, appellationem pinguius remedium eſſe quàm reviſionem. Si tamen pars victrix conſentiret in Reviſionem, ei ſine dubio locus erit. *Reviſioni illi non eſt locus, ſi ſumma appellabilis eſt.*

24. Porrò ſumma appellabilis conſideratur vel reſpectu privilegii de non appellando vel reſpectu Ordinationis Cameralis: Eſt verò privilegium de non appellando Beneficium præter legem O. C. ab Imperatore Statibus Imperii, ne ab horum ſententiis ad Imperatorem vel Cameram provocetur, conceſſum. *Privilegii de non appellando definitio.*

25. Quæ conceſſio ideò facta, (1.) Ne Appellationes in tanto numero ad Cameram pertrahantur, (2.) Ut frivolis ac non neceſſariis Appellationibus occurratur, (3.) Ne litigantes ob parvas & viles cauſas, majores ſumptus, quàm ipſæ cauſæ ſunt, faciant, ac ſæpè ad paupertatem ſemetipſos redigant. (4.) Ne per iſtas frequentes appellationes & quidem à cauſis parvæ ſummæ, Authoritas Statuum lites controverſas cum ſuis eruditis ac rerum dijudicandarum peritis Conſiliariis diſceptrantium vileſcat. *Ejusdem Privilegii conceſſionis rationes.*

26. Proinde ne litigantibus propter iſta privilegia appellare prohibitis de ejuſmodi Conſiliariorum imperitia ac inidoneitate conquerendi occaſio præbeatur, Statibus Imperii injunctum, ut ſuis judiciis viros candidos ac condignis qualitatibus præditos præſtituant, R. 1654. §. Wie aber. 108. *C. p.* 2. *t.* 31. §. 9. Idque ſub pœna arbitraria à Statibus ipſis Judicibusque ab eiſdem conſtitutis Fiſco exſolvenda, *R.* 1654. §. Wann ſich auch. 109. *Judiciis inferioribus idonei Judices præficiendi.*

27. Ob rationes ſuprà adductas etiam Statibus conceſſum, Imperatori pro Adauctione ſummæ appellabilis in privilegiis de non appellando antea conceſſis comprehenſæ, ſupplicare *R.* 1654. §. Und iſt bey dieſem nechſt 115. Imperator verò à Statibus Imperii requiſitus atq; admonitus ſe impoſterum privilegia de non appellando, et electionis fori aliorumque ſimilium ad excluſionem & diminutionem juriſdi- *De conceſſione privilegiorum de non appellando.*

risdictionis Imperialis, item Statuum Veteriorum privilegiorum seu aliàs in præjudicium tertii Vergentium aut privilegia primæ instantiæ vel Austregarum iis, qui illa antehac non habuere, non concessurum promisit, *R.* 1654. §. Weiln auch. 116.

Privilegii Electionis fori definitio. 28. Privilegium Electionis fori dicitur, quò quibusdam Statibus in Camera vel coram Imperatore conveniendis, & ab Actore requisitis concessa potestas pro sua commoditate forum eligendi.

Eo privilegio quis gaudeat. 29. Hoc privilegio duntaxat gaudet Rex Sveciæ & Duces Brunswicenses, & quidem Rex Sveciæ, si ille tanquam Dux Bremensis, Verdensis aut Pomeraniæ, vel etiam ut Princeps Rugiæ aut Dominus Wismariæ ex causa recensitas ditiones concernente ab aliquo legitimè conveniatur, *J. P. art.* 10. §. *Deinde concedit.* 12. Duces verò Brunswicenses, si illi ipsi in Camera vel coram Imperatore aliqua via aut modo conveniri possunt, *vigore privilegii Electionis fori de dato Viennia* 24. *Novembris* 1648. Electio autem fieri debet à Rege Sveciæ intra 3. à Ducibus verò intra 2. menses à die factæ requisitionis proximos, *d.* §. 12. *& prealleg. privil.* Hinc in causa Bisthumb contra Braunschweig 6. Jul. 1657. Brunovicensium Procuratori injunctum, ut intra 2. ((. in quo loco suus Dominus principalis conveniri vellet, *sent. Cam. n.* 259.

Dubitatio. 30. Deinde notandum, quòd Ducibus Brunovicens. beneficium Austregarum nominatim in suo Privilegio sit reservatum, sed Regi Sveciæ in d. §. 12. illud non reservatum est, hinc fortassis dubitari posset, an ille Rex iis gaudeat? Resp. cum Rex Sveciæ ratione prædictarum provinciarum sit princeps & Status Imperii, ille non minus quàm reliqui Imperii Principes Austregis gaudebit, nec omissa reservatio tanti momenti erit, ut exclusionem efficere possit.

Privilegia de non appellando sunt vel limitata, vel illimitata. 31. Ut verò ad privilegia de non appellando revertar, sciendum illa esse duplicia, illimitata & limitata, *R.* 1654. §. Desgleichen sollen. 111. Illa sunt, quæ appellationem planè in totum; hæc verò, quæ eam quoad certam summam duntaxat prohibent.

Illimitata privilegia qui habeant. 32. Illimitata privilegia habent (1.) omnes Electores vigore A. B. t. 11. cùm verò dispositio alleg. t. 11. apud plerosque in desuetudinem abiisset, illa illimitata privilegia Electores, excepto Trevirensi nuper renovari curarunt, *vid. infrà t.* 47. *tab.* 1. (2.) Rex Sveciæ tanquam Princeps Imperii, *J. P. art.* 10. §. *Deinde concedit.* 12. (3.) Archidux Austriæ, (4.) Dux Brabantiæ, (5.) Omnes Duces Saxoniæ, *infrà tit.* 47. *tab.* 3. (6.) Quidam Status Imperii quoad certas causas, uti sunt Duces Brandeburgenses, Brunswicenses, Juliacenses, Holsaticum Judicium aulicum & provinciale, *d. tabul.* 3. Comites Oldenburgenses & Ostfrisia, *d. tit.* 47. *tabul.* 5. Civitas Francofurtum & Hamburgum, *d. t.* 47. *tab. ult.*

Privilegia de non appell. Cameræ in originalibus insinuanda. 33. Hæc privilegia Judicio Cameræ in originalibus insinuanda sunt, quo Judex atque Assessores se in concedendis Processibus & aliàs prout decet, gerere queant, *C. p.* 2. *t.* 31. §. 13. Quare si in vidimata copia exhibentur, non acceptantur. Hinc acceptatio alicujus Privilegii in vidimata copia exhibiti, 12. Mart. 1654. & 20. Octobr. 1658. denegata est, *sent. Cam. n.* 20. *&* 430. Cùm verò Insinuans posteà illius Originale in Lectoria Cameræ exhiberet atque illud ab hac vidimari curaret, copia sic vidimata acceptata est, *sent. Cam. n.* 489.

Et insinuata strictè observanda sunt.

34. Ista

34. Ista verò semel originaliter legitimè insinuata, in decernendis Processibus maturè considerentur, ac strictè observentur, ne Appellationes ejusmodi Privilegiis inque iis contentis Summis haud conformes recipiantur, *d. t.* 31. §. 12. *R.* 1654. §. Schließlich. 123. Sub- & obreptitiè verò impetratæ sine longo & frustraneo Processu quamprimùm cassentur, *d.* §. 12. *Et insinuata strictè observanda sunt.*

35. Si Judex & Assessores dubitent, utrum summa appellabilis an privilegio conformis, petitas inhibitiones haud decernant sed denegent, vel minimùm priùs à Judice inferiori literas informatorias efflagitent, *R.* 1654. §. Schließlich. 123. *Quid obtineat, si de summa appellabili dubitetur.*

36. Quo autem illa privilegia eò meliùs in decernendis Processibus observari queant, Tabula in Senatorio magno pendens, cui omnium Statuum privilegia de non appellando inserta, *vid. d.* §. 13. renovetur, eique tam illimitata, quàm ad certam summam limitata privilegia horumque formalitates inscribantur, & ad majorem ac meliorem Judicis atque Assessorum instructionem ac observationem in illo Senatorio suspendatur, *R.* 1654. §. Drittens sollen. 111. *Tabula privilegiorum de non appel. conficienda & in Senatu suspendenda.*

37. Istæ verò formalitates sunt, ut coram Judice inferiori juramentum Appellationis, & cautio præstetur, deponatur florenus Appellationis (der Appellation-Gülden.) Item quod in certis causis nonnisi quoad certam summam, in quibusdam autem v. g. in causis computationis, Rationum, cambiorum, injuriarum, ædificiorum, &c. planè appellare non liceat, & quæ sunt similia. *Formalitates privilegiorũ istorum.*

38. Cùm autem summa appellabilis antehac super certo numero florenorum constituta, ipsorum verò valor sit in diversis locis diversus & hodie valde mutatus, neque cunctis ubique in Imperio notus, in proxima Visitatione ad Imperiales, quorum valor ubique idem & omnibus notus, reducatur, *R.* 1654. §. Weilen auch. 116. *Summa appellabilis ad rationem Imperialium redigenda.*

39. Ultimò diligenter notandum, quòd summa privilegiorum non attendatur in causis servitutum ac competentiæ *Magenh. ad O. C. t.* 28. *vers. diligenter tamen.* Sed in istis causis ratione summæ appellabilis in O. C. disposita, & infrà n. 45. tradita observari debent. Idem jus etiam est in causis Nullitatum & restitutionis in integrum, quoniam privilegia de non appellando sunt stricti juris, ergo ultra expressa extendi haud debent. In causis verò nullitatum & restitutionis in integrum Summa appellabilis in Ordin. Camer. præscripta, quæ 400. Imperial. hodie est, observanda venit, *d. t.* 31. §. 5. *Junct. num. proximè hic seq.* *Summa privilegiorum de non appel. in quibus causis non attendatur.*

40. Summa Appellabilis secundùm Ord. Cameralem est hodie 400. Imperiales, *R.* 1654. §. Vierdtens soll. 112. In exordio Judicii Cameralis à quacunque summa appellari potuit, nisi aliquod privilegium obstabat. Anno 1521. verò constitutum, ut summa appellabilis esset 50. floren. *O.C.* 1521. *Art.* daß Sachen. 24. Postea hæc summa ascendit ad 150. floren. *R.* 1570. Als wir dann. 66. Quæ summa Anno 1600. duplicata & facta 309. flor. *Deput.* 1600. §. Wiewol nun. 14. *C. p.* 2. *t.* 31. §. 4. Et hæc Anno 1654. secundâ vice duplicata auctaque ad 600. flor. seu 400. Imperial. *præalleg.* §. 112. *Summa appellabilis quoad O. C. est 400. Imperial.*

41. Per hanc verò Adauctionem summæ appellabilis Statuum Imperii privilegiis, quæ majorem summam continent, nihil detractum sit, sed in suo vigore maneant *Hujus summæ adauctio*

privilegiis statutum nihil derogat. neant, *C. p. 2. t. 31. §. 11. & d. §. 112. versic.* Doch mit Vorbehalt Reliquorum verò statuum privilegia minorem summam quàm 400. Imper. continentia, quoad summam appellabilem quidem abolita sunt, quia quando lex majorem libertatem & gratiam concedit, quàm ipsum privilegium, tum hoc non amplius manet privilegium. Deinde quanquam privilegia minorem summam complectentia, quoad hanc sint sublata, tamen quoad reliquas formalitates istis insertas, etiam in suo vigore perdurant, *per d. versic.* Doch mit Vorbehalt.

Praememorata summa appellabilis non attendenda (1.) In causis injuriarum. 42. Dicta verò summa 400. Imperial. non attendenda (1.) in causis injuriarum, in quibus ad Palinodiam seu recantationem actum, *C. p. 2. t. 31. §. 6.* Est enim fama hominis omnium rerum pretiosissima & inæstimabilis, *Gail. 1. O. 123. n. 5.* Deinde est hæc actio civilis, ideo ab ea appellari potest, *Mynſ. 2. O. 98.* Reliquæ verò actiones injuriarum ab Actore ad certam pecuniariam æstimationem intentatæ non aliter recipiantur, nisi illa æstimatio summam adæquet, *d. §. 6. verſ.* Auch andere. *G. B. 1603.*

43. Ast quid, si Actor nullam summam expresserit, sed eam Judicis arbitrio reliquerit infligendam? Resp. Appellatio non admittitur, *Consult. 1603. Denaiſ. tit. 28. §. ult.* Quod puto intelligendum, si Actor velit appellare. Nam reum, si nimia pœna ei infligatur, appellare posse nullus dubito.

44. In causis injuriarum recipitur & illa appellatio, ubi tantummodò petitur Bekehrung und Wandel, *uti vult Magenb. ad O. C. p. 2. t. 28. versic. sed quid.* Quod itidem sic accipiendum puto, ut Bekehrung und Wandel / tanti æstimetur, ut summam appellabilem efficiat.

(2) In causis jurisdictiones alíaque jura certò non æstimabilia concernentibus. 45. (2.) In causis jurisdictiones, jura, personales & rusticas servitutes, aliasque similes, quæ certò æstimari nequeunt, concernentibus, *d. §. 6. versic.* Auch Obrigkeit. Sed pro cujuslibet affectione variam æstimationem recipiunt, *Gail. 1. O. 123. n. 6.* Imò in hisce causis appellatio recipitur, si vel ratione Denarii vel pulli gallinacei, quem fortè singulis annis à te mihi præstari volo, concertetur, nam etiam ejusmodi Appellationes admittendæ sunt, quia hic maximum versatur præjudicium, *Magenb. d. t. 28. versic. secundò dicta regula.*

(3) In annuis reditibus irreluitivis. 46. (2.) In perpetuis ac irreluitivis reditibus, pensionibus vel proventibus. In quibus summa appellabilis hodie est 16. Imp. 1654. Vierzehns [illegible] 112. Nam infrà summam 16. Imper. appellare non licet, nisi reditus, pensiones vel proventus jurisdictioni adhæreant, *d. t. 31. §. 7.* Quapropter hoc casu etiam quamvis summa, in qua quis se sentit gravatum, non sit 16. Imper. appellatio est permissa. Quod ideo ita constitutum autumo, quia jurisdictio est res plerumque certò non est æstimabilis, *arg. traditorum num. proximè præced.*

Limitatio. 47. Sin verò intuitu istorum redituum, pensionum proventuumve jurisdictioni adhærentium, ejusdem jurisdictionis proprietas vel quasi ex causa commissi petatur, illaque tanti sit, quanta summa, (*Intellige 400. Imper. seu major,*) in his aliisque casibus ordinatio rata maneat, *C. p. 2. t. 31. §. 7. R. 1570.* Was ab. r. 67. ut nim. appellari nequeat, nisi summa 400. Imper. aut major sit.

In reditibus 48. Atque hactenus tradita accipienda sunt, de annuis reditibus irreluitivis. Nam

Nam quod reditus reluitioni obnoxios attinet, cum ibi non ſolum reditus ſeu uſuræ ſed etiam ipſa ſors per actionem repeti poſſit, ideo ad conſtituendam ſummam appellabilem caſu inprimis ſors eſt conſideranda. Et quanquam annui reditus redimibiles prohibiti ſint in Policey-Ordnung. 1548. & 1577. *tit.* 17. §. *antepen.* tamen in multis Germaniæ provinciis ac civitatibus Imperialibus in uſu ſunt, *vid. Gail.* 2. *O.* 10. *n. ult.* *bus annuis reluitivis ſumma appellabilis attenditur.*

49. Porrò licet diu inquiſiverim, quare in reditibus irreluitivis tantum 16. Imperiales pro ſumma appellabili & ſic 4. pro 100. computati ſint, cum alioquin in d. §. antepen. 5. pro 100. fuerint conceſſi, & ſic conſideratâ ſummâ appellabili ſc. 400. Imperial. debuiſſent poni 20. Imperial. tot enim Imperiales pro reditibus ſeu uſuris ſortis 400. Imperialium, quos requirit allegat. §. 112. ad ſummam appellabilem, nimirum quinque pro centum computati quotannis exſolvendi ſunt, aſt rationem diverſitatis inveſtigare hactenus haud potis fui. *Ratio, quare ratione ſummæ appellabilis in annuis reditibus duntaxat 4. pro 100. computati*

50. Deinde quanquam in annuis reditibus conſtitutum, ut ſors nunquam repeti poſſit, hoc tamen ita limitatum reperitur, ut ſi debitor ſe obliget, quod quamprimùm in mora ſolvendi annuas penſiones deprehendatur, creditori ſortem cum reditibus repetere liceat, *C. p.* 2. *t.* 25. §. 9. Atque ita annui reditus per ſe irredimibiles per accidens fiunt redimibiles, quapropter & hoc caſu non ſumma 16. ſed 400. Imperial. attendenda venit. *Si annui reditus redimibiles evadant, ſumma 400. Imper. in appellationibus attendenda.*

51. Sed cum, quemadmodum dixi, in iſtis reditibus 5. pro 100. quotannis ſolvantur, atque ita ſors 320. Imperial. Reditum 16. Imperial. efficiat, non exigua dubitatio occurrit, an hoc caſu appellari poſſit? Reſp. Quanquam hæc dubitatio affirmanda videbatur, cum hic adſit ſumma appellabilis, nempe 16. Imperial. tamen eam rectiùs negari, nec appellari poſſe puto, niſi ſors annui reditus ſit 400. Imperial. quia Status juxta ſummam appellabilem duntaxat 4. pro 100. computârunt, *uti oſtenſum praced. n.* 48. *Et quoque apparet ex R.* 1570. Als wir dann. 66. & *ſeq.* Ubi cùm ſumma appellabilis conſtitueretur 150. floren. in annuis reditibus 6. flor. pro ſumma appellabili conſtituti ſunt. Deinde illis 150. flor. ad 300. floren. adauctis, hi 6. floren. quoque duplicati & 12. facti ſunt, *Deput.* 1600. §. Wir wol nun. 14. *in fin.* Quæ duplicatio proportionabiliter iterata, *in præalleg.* §. 12. *Dubitatio*

52. (4.) Si alicujus facultates ſe non ultra 2000. floren. (*qui ad* 15. Batz. *computati efficiunt* 1333⅓. *Imperial.*) extendant, ac ille in ſententia in 300. floren. *id eſt,* 200. *Imper.* quod Capitale (*ſub quo uſuræ comprehenduntur per tradita præced. n.* 13.) attinet, lædatur, ei proceſſus decernendi ſunt, *R.* 1654. §. Auff daß auch. 114. *(4.) In cauſis eorum, qui ultra 2000 flor in bonis non habentes ac in 300. flor. per ſententiâ læſi.*

53. Appellans verò priùs probare debet ſe ultra iſtos 2000. Floren. in bonis non habere, idque vel documento ſui Magiſtratûs & Judicis inferioris, vel in ejus defectum, modò de manifeſto periculo perjurii non appareat, juramento corporali, *d.* §. 114. *Utrumque appellans probare debet.*

54. Sed quæritur, cùm ejuſmodi appellans Reviſionem apud judicem inferiorem petere poſſit, quare illi appellatio ſit conceſſa? Reſp. Ratio eſt, quòd pau- *Quæſtio.*

peres plerumque querantur, ſibi ob exiguas facultates jus non ex æquo adminiſtrari vel eo planè deſtitui, *vid. d.* §. 114. *princ.* Ut iſtis querelis, quæ aliquando à vero non adeo remotæ ſunt, obviaretur, appellatio conceſſa.

IV. A ſententia in momentaneo poſſeſſorio lata.

55. IV. A ſententia in poſſeſſorio momentaneo lata, ſecus eſt in plenario, *Gail.* 1. *O.* 7. *n. ult. Myns.* 6. *O.* 13. Quoniam ſententia in plenario poſſeſſorio lata, perpetuum præjudicium affert, cùm victus nullum habeat amplius remedium ad recuperandam poſſeſſionem, *Mind. de Mandat. cap.* 27. *n.* 7. Atque ſi à plenario appellatum, petitorium quoque in Camera tractari poteſt, *Gylm. voc. continentia.* §. *etiamſi.*

V. A ſententia in cauſa criminali lata.

56. V. A ſententia in cauſa criminali pœnam corporis inflictivam continente, *C. p.* 2. *t.* 31. §. 4. *Add. ſuprà tit.* 43. *n.* 2. & *ſeqq.*

VI. A ſententia in cauſa matrimoniali lata.

57. VI. A ſententia in cauſis matrimonialibus lata, quoniam iſtæ neque per viam S. Q. neque per appellationem à Camera recipi debent, *C. p.* 2. *t.* 1. §. *ult. Gail.* 1. *O.* 112. *n. ult.* Ratio, quia matrimonium eſt res ſpiritualis, de qua Camera tanquam Judex ſæcularis cognoſcere nequit, ſed coram Judice Eccleſiaſtico diſceptari debet, *Add. ſuprà tit.* 43. *n.* 14. *uſque* 19.

VII. A ſententia in petitorio decimarum lata.

58. VII. A ſententia in petitorio decimarum lata, quæ decimæ ſunt res ſpirituales, ſecus eſt in poſſeſſorio, quoniam poſſeſſorium rei ſpiritualis eſt temporale quid, *Gail.* 1. *O.* 38. *n.* 1. 2. & 3. Idem juris eſt in cæteris cauſis ſpiritualibus, *vid. ſuprà d. tit.* 43. *n.* 19. *uſque* 25.

VIII. A ſententia de exequendo.

59. VIII. A ſententia de exequendo, niſi ſupplicans in gravaminibus deducat ſententiam principalem, ſe non citato neque audito latam eſſe, *Gylm. voc. Appellatio à ſententia. princ.*

IX. Si non à ſecundo gravamine appellatum.

60. IX. Si non etiam à ſecundo gravamine appellatum. Hinc Appellationis Proceſſus in ſententia de ſolvendo denegati, quod poſtea decretum Monitorium, & ab eo non appellatum eſſet, 7. Martii 1588. *Gylm. Appellare à quibus.* §. *appellationis.*

X. A ſententia, in qua petenti alimenta decernuntur.

61. X. A ſententia, in qua petenti alimenta decernuntur. Hinc Anno 1594. proceſſus Appellationis decretos, ſed inhibitionem ter petitam denegatam eſſe ait, Magenh. *O.* 36. Ratio quia hoc caſu executio non impedienda, *Arg. Deput.* 1600. §. Belangend aber. 146. Sed hìc notanda diſtinctio, quâ Bartol. *in l. ult. de Appellat. recip. vel non*, utitur, nimirum alimenta petuntur, aut officio Judicis, aut Jure actionis: priori, non autem poſteriori caſu appellationem prohibitam eſſe dicit Bart. *d. loc.* Idque in poſteriori caſu verum eſt, quoad effectum devolutivum, non autem, quoad effectum ſuſpenſivum, quod confirmat præjudicium ex Magenh. paulò ante allegatum.

XI. A ſententia de Exequendo in cauſis cambiorum lata.

62. XI. A ſententia de exequendo in cauſis cambiorum lata, nam in ejuſmodi cauſis & caſibus non ſolum juxta conſuetudines mercatorum, ſed etiam juxta omnium Dd. opinionem parata executio locum habet, & intra 24. horas aut paucos dies fieri ſolet. Quare ne creditores ob malitioſam tergiverſationem debitoris non duntaxat ipſum debitum ſed quoque omnem fidem, honorem & ſui ſuſtentationem amittant, ſancitum, ut non attentâ interpoſitâ appellatione, Jud. x

pro

pro qualitate cauſæ aut ſine aut cum cautione creditorum executionem perficiat, debitorem ad præſtanda compellat, *R.* 1654. §. Als auch bey den. 107. Sed quæritur, anne ejusmodi appellatio in totum ſit prohibita, ita ut ne quidem habeat effectum devolutivum? Negandum puto, præſertim quia hic ſubjicitur, quòd Creditor pro arbitrio Judicis cautionem *ſc. de judicio ſiſti & judicatum ſolvi* præſtare teneatur, quæ cautio alioquin eſſet ſupervacanea, ſi debitor adverſus creditorem amplius agere non poſſet.

63. XII. A cauſis Schleſvvicenſibus, ſed tamen ab Holſaticis ad Cameram appellatur, nam in Judicio Schleſvvicenſi utræque cauſæ tractantur, ideo in ſupplicatione expreſsè eſt narrandum, cauſam eſſe Holſaticam, & ſententiam à Judicibus illius loci latam eſſe, ceu Ducibus Holſatiæ, non Schleſvvicenſibus, alias decernitur: Wofern Supplicant jurisdictionem beſſer fundiren wird/ ſoll geſchehen/ was recht iſt. *Magenh. O.* 81. *XII. A cauſis Schleſvvicenſibus.*

64. XIII. A ſententia prioris confirmatoria declarativè lata, quando à priori appellatum non fuit, *l.* 1. *ibique Bald. n.* 4. *& Dd. C. quando provoc. non eſt neceſſ.* Ratio, quia per priorem ſententiam parti jus ſemel quæſitum, *Gylm. voc. Appellatio à ſent. nulla.* §. *à confirmatoria.* Poteſt tamen ratione nullitatis citatio impetrari & executio impediri, *Ibidem* §. *Appellatio à ſentent. cond.* Ita in cauſa Vogel contra Steinbock Proceſſibus appellationis denegatis, tandem citatio ad vidend. deduci principaliter Nullitates cum Mandato de non impediendo proſequi litem S. C. decreta Anno 1647. Cujus tamen eſt exceptio, ſi poſterior ſententia ſit prioris correctoria, aut injuſtè declaratoria, *Gylm. voc. Appellatio ab Interlocutoria.* Tenor verò prioris ſententiæ ſupplicationi eſt adjungendus, aliàs decernitur: Wofern Supplicant tenorem prioris ſententiæ in forma probanti beylegen wird/ ſol darauff ergehen was recht iſt. *Schvv.* 2. *proc. c.* 1. *n.* 19. Sic quoque 13. Aug. 1660. in cauſa Behlung contra Winters Wittibe/ *Supplic. Camer. tit.* 15. *n.* 7. *Add. ibid. n.* 11. 16. *&* 19. *XIII. A ſententia confirmatoria.*

65. XIV. A Citatione, quia citatus comparere debet ad allegandam incompetentiam, *Gylm. voc. appellare à quibus.* §. *à citatione.* *XIV. A citatione.*

66. XV. A refutatione Apoſtolorum, quoniam illa effectum devolutivum non impedit, *Ibid.* §. *à refutatione.* Quod intellige, ſi appellatio à ſententia definitiva ejusve vim habente interpoſita eſt, nam ſi in appellatione à ſimplici interlocutoria dentur refutatorii, ab iis iteratò appellandum, aliàs prior appellatio deſerta redditur, *Mynſ.* 2. *O.* 49. *Marant. part.* 6. *de Appellat. n.* 421. Quæ diſtinctio notatu digna, & quanquam de hodierno Jure Camerali neceſſe non ſit Apoſtolos petere, *infrà tit.* 50. *num. ult.* Tamen Acta priora peti debent atque ſi illa denegentur, tradita diſtinctio obſervanda venit. *XV. A refutatione Apoſtolorum.*

67. XVI. A primo decreto, quia modicum parit præjudicium, nam reus intra tres menſes quandocunque recuperare poteſt Tenutam, *juxta Auth. Et qui jurat. C. de bon. auth. quid poſſid.* Exceptio eſt (1.) Si per immiſſionem, *Vid. l.* 7. *ult. Ex quib. cauſ. in poſſeſſ. eatur.* acquiratur jus acquirendi fructus. (2.) Si reus veniens alleget cauſas, quare non deberent Expenſæ de jure reſtitui, & deſuper *XVI. A primo Decreto.*

judex pronunciet, ipsum non esse audiendum nisi refusis expensis, tunc à tali sententia appellari potest. (3.) Si ideo pars mulctaretur, quod nollet admittere immissum ex primo decreto in possessionem, & ad interesse condemnaretur, *arg. l. ult. §. de Appellat. Gylm. voc. appellare à quibus. §. appellari potest. & seq.*

A quibus sententiis ad Cameram appellari possit.

68. Enumeratis jam sententiis, à quibus ad Cameram appellari nequit, nonnullas peculiari observatione dignas, à quibus appellare permissum est, annectere placet. Et quidem potest appellari, I. Si avocationi à vocato in jus contra privilegium oppositæ locus non detur. Sic quotidie in ejusmodi casu à judicio Rothvvil. ad Cameram appellatur, *Test. Gail. 1. O. 40. n. 4.*

69. II. A denegatione restitutionis in integrum, *Magenh. O. 85.*

70. III. Ab executione, si executor modum excedat in exequendo, *Magenh. O. 85.*

71. IV. Si judex inferior ordine juris non servato statim ab executione incipiat, *Magenh. dict. O. 85.*

72. V. A præstatione juramenti appellare potest ille, contra quem juratum, licet à delatione non appellaverit, *Mynf. 1. O. 39. & 2. O. 14.* Dissentit Magenh. O. 24 referens hodie in Camera contrarium observari ac processus appellationis post præstitum juramentum interpositæ esse Anno 1587. & 1592. denegatos. Rationem esse putat, ut evitetur perjurium. Nam si retractetur sententia, jurans tacitè pronuntiaretur perjurus. A delatione juramenti etiam appellatur, *Gylm. voc. juramentum princ.*

73. VI. A non acceptante Appellationem, ubi tamen in Camera Processus non contra judicem denegantem, sed ex capite denegatæ justitiæ contra reum appellatum petendi, *Mynf. 3. O. 55. Gylm. voc. Appellat. ob denegat. justit.* Decretum verò denegationis loco documenti requisitionis factæ produci potest, *Gylm. voc. denegata justitia. §. ult.*

74. VII. A secundo gravamine, si judex contra eundem pendente appellatione ulteriùs processerit, *Clem. unic. de dolo & contum.* Novi enim morbi novis indigent remediis, *Gylm. voc. appellare à quibus. §. à secundo.*

75. VIII. A Conditionali sententia, & quidem non expectato conditionis eventu, *l. 1. §. 5. quando appelland. Gylm. ibid. §. An appellandum.*

76. IX. A Banno per inferiorem illato, *Gylm. voc. Appellare à quibus. §. appellatur etiam.*

77. X. Ab excommunicatione, intellige incidenter decreta in causa sæculari, *ibid. §. excommunicatione.*

78. XI. A sententia sequestrationis, *Magenh. O. 94. & Gylm. d. loc. §. appellari potest.*

79. XII. A cautione injuncta, *Gylm. ibid. §. à Cautione.*

80. XIII. Ab executione, si victo in possessorio denegetur cautio in petitorio, *Ibid. §. Appellatio ab executione.*

81. XIV. A mulctæ impositione, *Ibid. §. Appellari potest.*

82. XV. Quamvis detrectans jurare de calumnia pro convicto habeatur, ita

ut eo

ut eo casu appellare non liceat, tamen quando opponitur per reum exceptio litis finitæ vel peremptoria intentionis, & judex nihilominus injungat juramentum calumniæ, ab eo appellari potest atque etiam inhiberi, quia punctus calumniæ est præjudicialis ad punctum exceptionum oppositarum æquè ac si judex injunxisset litis contestationem, *Gylm. voc. juramentum calumniæ §. quamvis.*

83. XVI. Si à primo judicè ratione interlocutoriæ appellatum & secundus pronuntiet: *Benè judicatum, malè appellatum*, ab illa sententia ad Cameram appellari potest. Nam licèt quoad partem non sit definitiva, tamen in rei veritate quoad judicem Appellationis est prorsus talis absoluta, *Magenh. ad O. C. p. 2. t. 28. versic. Ab omnibus sententiis.*

TIT. XLVII.

DE

PRIVILEGIIS D. D. ELECTORUM ALIORUMQUE S. R. IMPERII STATUUM, QUANDO ET INFRA QUAM SUMMAM AD CAMERAM IMPERIALEM APPELLARE NON LICET.

TABULA I.

Der Chur-Fürsten deß H. Römischen Reichs.

Chur-Mayntz.

IN Electoris Moguntini Curiæ Judicio L. *Properandum* 13. *C. de Jud. & Auth.* qui semel. *C. quom. & quando Judex.* Locum non habet, nec ab eodem appellare licet, nisi causæ valor ascendat ad summam 400. Florenorum. Appellans quoque priusquam appellationem suam prosequi incipiat, appellationis juramentum & cautionem præstare tenetur, juxta contenta der Chur-Mayntzischen Hoffgerichts Ordnung de anno 1521. Gaudet modò privilegio de non appellando illimitato, casus denegatæ justitiæ außgenommen / und sollen Ihro Churfürstl. Gnaden / dero Unter- Ober- und Hoffgericht nothdürfftiglich bestellen / und ein Judicium Revisorium anordnen / juxta contenta privilegii Imperatoris Ferdinandi III. de dato Regenspurg den 30. Aprilis Anno 1654. Cameræ Imperiali judicialiter insinuirt 19. Febr. 1655. confirmirt in Camera Imperiali Spiræ, den 9. Martii Anno 1655.

Chur-Trier.

Habet privilegium de non evocando subditos gen Rothweil an das Hoff-

noch

noch andere frembde Gericht. Appellatio interdicta in cauſis momentaneæ poſſeſſionis. Item in cauſis 500. Florenos Rhenenſes non excedentibus. In reliquis intra trimeſtre à die latæ ſententiæ computandum, Appellans juramentum calumniæ & cautionem juratoriam ſub hypothecâ omnium bonorum in Judicio Curiæ Trevirenſis præſtare tenetur, aliàs appellatio habenda pro nulla, & procedendum ad executionem juxta contenta Privilegii Imperatoris Ferdinandi I. de dato Franckfurt am Mayn 23. Novembris Anno 1562.

Chur-Cölln.

Appellatio interdicta in cauſis momentaneæ poſſeſſionis. Item in cauſis 500. Flor. Rhenenſes non excedentibus. In reliquis intrà ſemeſtre à die latæ ſententiæ computandum Appellatio introducenda. Juramentum quoque calumniæ, & juratoria cautio præſtanda ſub hypotheca omnium bonorum, juxta contenta Privilegii Imperatoris Maximiliani II. de dato Speyr 19. Auguſti Anno 1570. Quod à Judice feudali Archi-Epiſcopi Colonienſis, non ad Cameram Imperialem, ſed ad Archi-Epiſcopum appellandum. Item plura de Officialibus Archi-Epiſcoporum Mogunt. Trevir. & Colonienſis nec non officiali Monaſterienſi. *Vide apud Gylm. tom. 6. c. 1. p. 10.* Gaudet modo privilegio de non appellando niſi in caſu denegatæ juſtitiæ, & ut Judicium Reviſorium conſtituatur, conceſſit tamen Dominus Elector Colonienſis Appellationes à ſententiis in petitorio latis, ubi ſumma 1000. flor. Rhenenſ. in auro excedit. So Elector Trevirenſis Cameræ in hunc finem inſinuirt, und daſelbſt den 13. Decembris Ann. 1653. per ſententiam confirmirt.

REX BOHEMIÆ

S. R. IMPERII ELECTOR.

Ex Aurea Bulla Caroli IV. Imperatoris à Rege Bohemiæ nec appellatur, nec ſubditi ejus ad forenſia Judicia evocantur, quapropter peculiaris eſt Senatus Appellationum Regni Bohemiæ, qui cauſas ſecundæ Inſtantiæ dirimit, ac litibus finem imponit.

Chur-Bäyern.

Gaudet privilegio de non appellando, abſque illo reſervato caſu, juxta contenta privilegii Imperatoris Ferdinandi III. ſub dato Prag den 28. Aug. Ann. 1638. allhie in Camera 21. Apr. confirmirt, Ann. 1644. cum inſerta pœna 100. Marck lötiges Goldes/ & extenſione auff die Ober-Pfaltz.

Chur-Sachſen.

Appellatio interdicta von den Bey-oder End-Urtheilen/ Decreten und Abſchieden/ ſo in der Chur-und Fürſten zu Sachſen Namen / und an derſelben Hoff geſprochen juxta Contenta Privilegii Ferdinandi I. Imperatoris den Chur-und Fürſten deß Hauſes Sachſen de non appellando ertheilet. Datum Augſpurg 2. Maji Anno 1559. inſin. Cam. 24. Apr. Anno 1560.

Chur-

Chur-Brandeburg.

Appellatio Interdicta tam ex Aurea Bulla Caroli Quarti Imperatoris quàm privileg. Rudolphi Secundi Imperatoris datum Prag den 24. Jul. An. 1556. Nota differentiam inter Saxonis & Brandenburgici Elector, privilegium, quod illud comprehendat die Chur- und Fürsten des Hauses Sachsen / hoc verò ad reliquos Brandenburgicos Principes non extendatur.

Chur-Pfaltz.

Churfürstl. Pfaltz Lehenman und Diener seynd privilegirt vor das Hof-Gericht zu Rothweil Anno 1474. Item Anno 1518. auch vor das Westphälische Gericht Anno 1520. Summa Interdictæ Appellationis, in Untern und Obern Fürstenthumb der Pfaltz am Rhein und Bäyern 1000. Gülden in Gold / Anno 1566. vigore privilegii Caroli Quinti Imperatoris datirt Regenspurg 24. Julii Anno 1541. Rudolphi Secundi Imperatoris datum Prag den 23. Octobris Anno 1578.

Gaudet privilegio de non appellando illimitato auff dero Chur- und Fürstenthumb der Untern-Pfaltz und zugehörigen Landen/ vigore Privilegii Imperatoris Ferdinandi III. de dato Prag/den 17. Julii Anno 1652. Gaudet & Moratorio auff zwantzig Jahr keine alte Schulden zu bezahlen/ de dato Prag/ den 15. Maji Anno 1654.

TABULA II.

Geistlicher Fürsten PRIVILEGIEN.

Bamberg.

A Judice feudali Episcopi Bambergensis ad ipsum Episcopum appellatur, non ad Cameram. Item Bambergenses subditi nec Rothvvilæ, nec in alio extraneo Judicio sunt conveniendi, vigore privilegii Imperatoris Conradi & ejus Filii Henrici Tertii. Datum Ratisbonæ 11. Cal. Maji An. 1034.

Brixen.

Vierhundert Gülden in Müntz. 1577.

Halberstadt.

Vide infrà Magdenburg.

Hamburgisch-Bischthumb.

Von dem Bischoff zu Hamburg und dem Thumb-Capitul daselbsten appellatur ad Cameram Imperialem immediatè, *vid. Gylm. Tom. III. Symphor. fol. 32. & tom. 6. pag. 47.*

Johanniter Ordens-Meister
in Teutschen Landen.

Sollen deß Ritterlichen Ordens-Güter/ Dienst- oder eigene Leut vor kein Land- oder frembd Gericht geladen oder gefodert werden / Anno 1574.

datum Wien / 22. Octobris per Imperatorem Maximil, productum Spiræ 7. Martii Anno 1575. accept. 13. Junii, eodem Anno.

Leodienses.

Homines Patriæ Leod. in prima Instantia non debent evocari extra dictam patriam. Appellatio & querela Nullitatis interdicta à quibuscunque Decr. & Interlocut. sententiis, quæ vim definitivæ non habent. Item in Judiciis possessoriis, & sententiis in possessorio latis. Item in actionibus injuriarum. Item in causis concernentibus fodinas Carbonarias: (*quos Carbones Lapideos vulgò* Hullas *appellant*) Item in causis brevioribus, quæ nimirum summam Florenorum Rhenensium Aureorum 1200. In realibus & immobilibus 1600. In Mobilibus & personalibus. Atque 60. in causis censuum vel proventuum, annorum non excedunt. Modò tamen Episcopus unicuique debitam justitiam administrare negligentur, seu malitiosè non differat. In reliquis causis intra decendium post sententiæ promulgationem coram Episcopo, vel ipsius Consilio est appellandum, ibidemque juramentum, & cautio sufficiens ac idonea præstanda, aliàs Appellatio in Camera non acceptanda. Et si excessus summæ in ipsa sententia non exponatur in scripto deducendus est, habito respectu non ad propriam Appellantium æstimationem, vel affectionem, sed ad verum & legalem valorem, qui per legitimas probationes, non autem juramento probandus est. Nec Episcopus aut Consilium Episcopale appellationibus deferre, aut à suarum sententiarum executione desistere prius tenetur, quàm ejusmodi probatione impletâ prædicti valoris excessus fuerit declaratus. Anno 1518. 1521. 1571. Maximil. I. Imperator concordata & peracta Nationis Germanicæ authore quondam genitore sub Imperatore Friderico Tertio inita & stipulata ut observent, Episcopo Leodiensi & in Diœcesi Leod. beneficiorum Collatoribus mandat sub pœna privationis, Bannique Imperatoris, nec non bonorum proscriptionis & confiscationis, de dato Augustæ 11. Julii Anno 1518. Hocque Mandatum Carolus V. Imperator de dato Gandavii 27. Julii Anno 1521. confirmat & conqueritur Jurisdictionem Imperii temporalem & ordinariam per Patriam, & Dominia Ecclesiæ Leodiensis multifariè turbari & quasi ex integro confundi multitudine conservatoriorum. Inhibet igitur conservatoribus, ne cognoscant, vel jurisdictionem exerceant in causis profanis, & inter personas Laicas.

Magdenburg und Halberstadt.

Magdenburg und Halberstadt in immobilibus & realibus 600. Gülden/ in mobilibus verò & personalibus 400. Gülden Anno 1558. sub dato Wien den 17. Junii cum inserta pœna 50. Marc. aur. puri, productum Spiræ 11. Septembris Anno 1559, sub Imperat Ferdinando I.

Metz.

Hodie hic Episcopus est exemptus, & Regi Galliæ cessus per Pacem Monasteriensem.

Mün-

Münster.

Episcopus Monasteriensis in causis non feudalibus beneficio der Austräg in gratiam subditorum renunciavit, adeoque in prima instantia subditis suis in Imperiali Camera juri stare tenetur, 570. subdito contra subditum priusquam Episcopus, ejusque Consiliarii decernant citationem, tentare tenentur concordiam, quæ si utriusque partis consensu conciliata, & in recessum redacta fuerit, ab eâdem appellare nequit, Anno 1570. Von Hoffrichtern und Beysitzern in casibus de jure licitis appellatur statim ad Cameram Imperialem, neque verò Appellationem ipsi admittere tenentur, nisi Appellans priusquam Appellationem suam incipiat prosequi, & cautionem, & juramentum Appellationis præstiterit, vel ipsemet vel Procurator ipsius speciale habens Mandatum in animam tam partis quàm propriam. De Anno 1570. in causis cœptis coram Senatu Civitatis Monasteriensis appellatur ad Episcopum, (als die Landsfürstl. höhere Obrigkeit/) is verò statim causam ad Cameram remittere tenetur Imperialem, vermög Vertrags de dato 3. Julii Anno 1563. *Quam vide apud Gylm. tom. 6. pag. 65.* Item transactionem Episcopi & Civitatis in Münster / & modum appellandi ab Episcopo Monasteriensi, *ibidem pag. 66. & 67.*

Naumburg.

Ab hoc Episcopo Naumburgensi, ejusque Capitulo appellatur ad Cameram Spir. immediatè.

Bischoff zu Passau.

Passau Bischthumb und Stifft/ gaudet privilegio Imperatoris Matthiæ, daß von keinem Bey-und End-Urtheil/ Erkändtnüssen / Decreten oder Processen so wenig ratione Nullitatis, als iniquitatis infra summam 500. Gülden / jeden Gülden à 60. Kr. nicht ad Cameram Imperialem appellirt werden solle/ cum insertâ pœnâ 100. Marc. auri puri, de dato Lintz/ 30. Augusti Anno 1614. insinuirt. Cam. 4. Martii Anno 1618.

Ertz-Bischoff zu Saltzburg.

A Judice feudali Archi-Episcopi Saltzburgensis non ad ipsum, sed ad Cameram Imperialem immediatè appellatur.

Bischoff zu Speyr.

Speyer Bischthumb und Stifft Speyer/ auch Probstey Weissenburg / als dem Fürstl. Stifft Speyer incorporirt, hat sub dato Wien den 23. Octobr. Anno 1621. von weyl. Käyser Ferdinando Secundo confirmationem privilegiorum erhalten/ daß die Appellationes von Bey oder End-Urtheilen immediatè an einen zeitlichen Bischoffen zu Speyer / und Probsten zu Weissenburg/ folgends an die Röm. Käyserl. Majest. und dero Käyserl. Cammer-Gericht/ gradatim, und nirgend anders wohin geschehen sollen/ mit einverleibter Poen 100. Marck löthiges Goldes/ contra quoscunque contravenientes.

Stifft-Straßburg.

Das Fürstl. Stifft Straßburg hat das Privilegium de non evocando subditos für das Hof-Gericht zu Rothweill etiam quoad Ehehafften und andere Land-Westphälisch-noch sonst frembde Gerichte darunter zu greiffen / exceptis tamen casibus protractæ & denegatæ justitiæ, cum annexa clausula annullatoria, & derogatoria pœna 40. Marc. auri puri, Datum Speyer 24. Octobris Anno 1570. per Imperatorem Maximil. 2. accept. in Camera 30. Martii An. 1571.

Teutsch-Meister.

Teutsch-Meister. Ordo Teutonicus, ejusque Administrator vel sui ordinis personæ, subditi aut bona eorum ab extraneis Judiciis, nec conveniri, nec condici possunt, excepto casu Justitiæ protractæ aut denegatæ, aut si causa esset Ecclesiastica, quòd si aliquæ ordinis personæ conveniendæ, id vel coram Magistro Ordinis, vel Commendatore sub quo Reus degat, fieri debet.

Bischoff zu Trident.

Episcopus Tridentinus, ejusque subditi gaudent privilegio de non appellando infrà summam 400. Goldgülden / per Imperatorem Rudolphum Secundum, tam in realibus quàm personalibus Actionibus sub pœna 50. Marc. auri puri, de dato Prag 28. Augusti, Anno 1597. accept. in Camera Imperiali 27. Februarii Anno 1606.

Bischoff zu Tüll / und Bischoff zu Verdün.

Hodie subsunt Regi Galliæ, ut suprà bey Metz. lit. M.

Bischoff zu Würtzburg.

Deß Fürstl. Stiffts und Bischthumbs Würtzburg Landsassen / Unterthanen / und Verwandten / hohes und nieders Standes / Nemine excepto, interdicta est Appellatio, Supplicatio & Reductio von Bey- oder End-Urtheilen / Erkandtnüssen oder Decreten / so von eines zeitlich Regierenden Herrn Bischoffs / und seines Stiffts Hoffräthen / Hoff- und andern Gerichten außgesprochen und eröffnet werden. In causis quarum valor non excedit 1000. Florenos Rhenenses de Anno 1586.

TABULA III.

Weltlicher Fürsten PRIVILEGIEN.

König in Böhmen.

Vide primam Tabulam unter den Churfürsten.

Hertzog

Hertzog in Bäyern.

In causis non excedentibus valorem 500. Florenorum Rhenensium, item à Decretis, und gütlichen Abschieden der Regimenten / in quibus reservata est ordinaria via juris, adeoque momentaneam possessionem concernens appellari nequit, juxta privilegium Imperatoris Ferdinandi I. de dato Augspurg den 4. Jun. 1559. Hodie habent privilegium de non appellando illimitatum, uti Chur-Bäyern in prima Tabula der Churfürsten deß Reichs.

Hertzog in Braband.

Subditi Ducis Brabantiæ extra patriam ad forensia judicia evocari, arrestari aut banniri, nec possunt, nec debent, nisi justitia denegata fuerit aut protracta, nec etiam appellatio permittitur vigore privilegii Rom. Regis Caroli de dato Aquisgrani 8. Cal. Augusti Anno 1349.

Hertzog zu Burgund.

Dux Burgundiæ sol so viel contribuiren / als zweyer Churfürsten Anschlag / dargegen ist er in der Käys. Maj. und deß H. Reichs Schutz begriffen / und wird beruffen / ob er wil ad Comitia zu erscheinen / alda er Session und Stimm hat / als ein Ertz-Hertzog zu Oesterreich / in den Gemeinen Pfenning zu sammlen nicht schuldig / sondern gibt so viel als zween Churfürsten am Rhein. In Expeditione verò Turcica sol er so viel als drey Churfürsten leisten / si cessat contribuere, potest in Camera per Fiscalem contra ipsum procedi, in reliquis immunis est ab Imperii & Cameræ jurisdictione Imperii, tamen Feuda ab eodem Imperio recognoscere, & Constitutionem de pace publica servare tenetur, vid. Transact. in Comit. August. Vindelicorum Anno 1548. erectam & confirmatam Anno 1560.

Marggraff zu Brandeburg.

Von denen Fürstl. Brandeburg. Hoff-Land-Lehen- und andern Gerichten / in causis non excedentibus valorem 400. flor. Rhenens. appellari nequit, vigore privilegii V. Imperatoris de dato Regenspurg 23. Julii Anno 1541. In causis, so frevel / Schmach-Sachen / Lähmd und fliessende Wunden betreffen / Appellatio planè interdicta est.

Hertzog zu Braunschweig.
Wolffenbüttelschen Theils. Item Zell und Calenberg.

Quondam Brunsvvicensibus subditis Wolffenbüttelschen Theils Appellatio ad Cameram inderdicta, nisi causæ valor excesserat summam 300. floren. Rhenens. vigore privilegii Imperatoris Ferdinandi I. de dato Franckfurt am Mäyn den 30. Octobris Anno 1562. & Luneburg Ducum Henrici & Wilhelmi privilegii summa interdictæ appellationis 400. Goldgülden / juxta privilegium de Anno 1566. sed hodie extensum hoc privilegium per Imperatorem Ferdinandum III. Friderico-Augusto, & Christiano-Ludovico Ducibus Brunsvvicensibus & Luneburgensibus ad 2000. floren. in auro. Uff die drey Fürstenthümer Zell / Wolffenbüttel und Calenberg. Item in debitis liquidis & confessatis non ad

ad Cameram appellatur, nec non in causis injuriarum civilium dictam summam 2000. floren. aureor. non excedentium, & tenetur Appellans antequam in prædictis casibus Appellationi deferatur, Juramentum Calumniæ & cautionem in priori Instantia præstare, sub pœna 100. Marc. auri puri de dato Wien 24. Novembr. Anno 1648. Gaudent etiam privilegio Electionis fori sub eodem dato & anno confirm. in Cam. 12. Novemb. Anno 1652. Modum hujus Appellationis betr. vide Mynf. cent. 1. obs. 6. Item die Braunschw. Hofgerichts-Ordnung sub tit. 65. Und von welchen Urtheilen an dem Braunschw. Hofgericht ergangen appellirt werden möge.

Dennemarck als Hertzog zu Hollstein.

. Vide infrà Hollstein.

Hertzog zu Gülich.

Duces Juliacenses ipsorumque vasalli, Subditi & Ministri sunt exempti von Hofgericht zu Rothweil/ Westphälischen Land und andern Gerichten / salvis tamen casibus der Ehehafften in der neuen Hofgerichts-Ordnung/ nec non protractæ seu denegatæ justitiæ 1580. Appellatio interdicta est, omisso medio Duce Juliacensi juxta privilegium Imperatoris Ferdinandi I de dato Augspurg 20. Julii, Anno 1559. Item in Judiciis possessoriis à sententia definitiva, in qua petitorium est reservatum, per privilegium Imperatoris Maximil. II de dato Augspurg 29. Maji Anno 1566. Item si causæ valor non excedit 600. flor. Rhenens. aureos juxta modò dictum privilegium de Anno 1566. Appellatio à definitiva Judicum inferiorum ad Ducem Juliæ, vel ejusdem Land-Richter facta, coram Notario & Testibus Judici, & parti adversæ intra tempus unius Mensis insinuari, & (si Judex inferior terminum non præfinierit) intra trimestre spatium coram superiore Judice introduci debet, aliàs censetur deserta juxta privilegium de dicto Anno 1580.

Hessen Darmstadt.

Hessen Subditis interdicta Appellatio in causis non excedentibus valorem 600. floren. Rhenens. aureorum in reliquis priusquam Appellationi deferatur, Calumniæ juramentum, & cautio præstanda vigore privilegii de Anno 1573. productum Spiræ 3. Septemb. Anno 1573. accept. 22. ejusdem.

Hessen Cassel.

Hessen Cassel gaudet privilegio de non appellando modò extenso ad summam 1000. Goldgülden Rheinisch/ per Imperat. Ferdinandum III. de dato Wien 26. Augusti Anno 1650. accept. in Camera 20. Octobr. Anno 1657.

Hollstein.

Soll kein Einwohner des Fürstenthumbs Hollsteins ausserhalb Lands zu Recht gefordert werden/ salva tamen Imperii Appellatione vigore privilegii Imperatoris Rudolphi II. Maximiliani II. & Friderici III. de Ann. 1474. 1570. 1578. insinuirt & accept. in Camera Imper. Spiræ Anno 1581.

Holl-

Hollsteinisch Hofgericht.

Vom Hollsteinischen Hof-Gericht interdicta Appellatio in debito liquido & confessato. Item si valor causæ non excedat 500. Gülden Rheinisch in Gold/ in cæteris causis antequam Appellationi deferatur, juramentum & cautio præstanda vigore privilegii de jam dictis Annis 1570. & 1578. ist dieses privilegium per Imperatorem Ferdinandum II. de non appellando, der Königl. Würden in Dännemarck ꝛc. und Hertzog zu Hollstein auff tausend Goldgülden extendirt/ darunter/ wie auch in debitis liquidis. Item Injuri-Sachen nicht appellirt/ auch Juramentum Calumniæ, & Cautio nicht præstirt werden sollen/ sub inserta pœna 100. Marck lötiges Goldes de datò Wien 14. Julii Anno 1621. acceptatum in Camera 19. Febr. Anno 1622. Huc spectat quoque Transactio Friderici II. Daniæ Regis, nec non Johannis & Adolphi Principum Holsatiæ & subditorum Ditionis Dittmarschen Anno 1559. inter alia etiam propter appellationem inita, & Anno 1578. à Rudolpho II. Imperatore confirmata.

Hollsteinisch Landgericht.

Hollsteinische Landgerichts-Ordnung confirm. per Imperat. Ferdin. III. de dato Regenspurg den 4. Julii Anno 1641. in Druck verfaßt zu Glückstadt durch Andream Koch/ Anno 1637. in 4to acceptata in Camera den 11. Februar. Anno 1651. Von welchen Urtheilen über tausend Goldgülden Haupt-summ betreffend an solchem Hollsteinischen Landgericht ergangen/ appellirt werden möge/ ist in berührter Lands-Ordnung fol. 49. tit. 1. part. 4. nachfolgenden Innhalts mit mehrern zu ersehen:

TITULUS I.

Wan endlich Urtheil und Gericht ergangen/ deren sich jemand beschwert bedüncket/ oder andere Rechtliche Beschwerunge/ von welchen man sich/ Vermög der Rechten und Hollsteinischen Privilegii, beruffen und appelliren mag/ jemand zugefügt werden/ und die Haupt-Sache über tausend Goldgülden Haupt-Summ betreffen thut/ daß auch solche Sachen keine wissendliche schuld/ die ex mutuo und von angeliehenen Geldern/ Theilungs-Recessen/ Renunciationen und andern Vergleichungen und Verträgen/ bevorab wann sich jemand darinn zum Einläger verschrieben/ und mit klarem Sigel und Brieffen bescheinigt wären/ noch auch Injurien Sachen belangte/ dem wollen wir Innhalts bey der Käyserl. Majest. oder Ihrer Majest. Cammergerichte im Heil. Reich auff nachfolgende Maaß und Form zu appelliren zulassen/ und gestatten/ Nemlich daß der Appellant, zuvorn und ehe er seine Appellation zu prosequiren vornimmt/ gelobe und schwere/ daß er gäntzlich glaube und darfür halte/ daß ihm appellirens noth sey/ und daß er solche Appellation nicht freventlich noch zu Auffenthalt und Verlängerung der Sachen thue. Es soll auch alsbald der App laut dem Appellaten Caution und Sicherheit machen/ so er in Rechten verlüstigt würde/ den Kosten und Schaden auff rechtliche Mässigung abzutragen/ mit welcher Caution es folgender Gestalt zu halten/

Daß

Daß obgleich der Appellant in diesen Churfürstenthumen possessionirt / und mit immobilibus versehen / selbige immobilia aber nicht gnugsam / oder sonsten mit Schulden dermassen onerirt waren / daß sich der Appellant deß Judicati darob beschwerlich / oder wol gar nicht könte erholen / er Appellant darneben fidejussoriam cautionem zu præstiren schuldig. Wann aber der Appellant in diesen Fürstenthumen gesessen / und mit keinen immobilibus versehen / sondern allein Nomina an Sigel / Brieffen oder pretiosa mobilia in bonis hätte / und ad fidejussoriam nicht zu gerahten / zu unsern oder unsers Land-Gerichts Erkänntnissen bestehen soll / ob / und wie derselbe mit der Caution zu belegen / gestalt dann der Appellant die Versicherung / wie ob gemeldt / nicht præstiren könte / derselbe alsdann ad juratoriam cautionem, und mit dem Eyde Sicherung zu thun zugelassen: wann aber der Appellant dieser Fürstenthum Einwohner nicht / sondern frembd / oder von denen Oertern / so deroselben onera nicht ertragen / wäre / so soll derselbe entweder fidejussoriam, oder sufficientem pignotatitiam cautionem zu bestellen gehalten seyn / und in deren Mangel ad juratoriam admittirt werden / doch daß so wohl der Eingesessener als Frembder / ehe er ad juratoriam verstattet / zuvor einen Eyd schweere / daß er nicht so viel an ligenden Gütern habe / auch nach gebührlichem angewandten Fleiß keinen Bürgen bekommen mögen. Jmgleichen soll es auch in den Städten in dem Fürstenthumb Hollstein gehalten werden / wann die Partheyen von Rath und Bürgermeistern appelliren für die Städte.

Hohen-Zollern.

Hohen-Zollern. Vide infrà tabul. 5. voc. Grafen zu Hohen-Zollern.

LOTTRINGIA.

Hertzog zu Lottringen.

Lottaringiæ Duces Cæsarem & Imperium (in quorum protectionem sunt recepti,) ejusque jurisdictionem agnoscunt, quoad contributiones, & pacem publicam, feudaque hactenus ab Imperio recognita, imposterum quoque ab eodem recognoscere tenentur, Aber sonst sollen Sie / und das Hertzogthumb Lottringen und derselben Unterthanen / aller andern Proceß / Mandaten und Jurisdiction deß Heiligen Reichs / es sey in erster oder anderer Instantz, geübriget / gemüssiget und frey seyn / Mandatur etiam Judici & Assessoribus Cameræ, und dem Hofgericht zu Rothweil / ne Ducem Lotharingiæ contra hanc Transactionem molestent, nec Fiscalis contra hanc ratione præteritarum contributionum amplius contra eundem procedat, irritentur etiam Processus earum nomine contra ipsum Decreti, & introducti. Vide jam dictam Transactionem de dato Nürnberg 26. Augusti, Anno 1542. modo tenet Rex Galliæ totum fermè Ducatum Lotharingiæ, ejusque jura exercet.

Hertzog zu Mecklenburg.

Mecklenburg. Summa interdictæ Appellationis 300. Gülden Rheinisch in Müntz / juxta privilegium de Anno 1569. Vide die Mecklenburgische Ordnung

nung/ so Anno 1570. 20. Septemb. in Camera acceptirt/ darinnen diese 300. Gülden Rheinisch auff 500. Gülden werth geschätzt worden/ in solcher gedruckter Ordnung fol. 94. fac. 1. zu finden/ ist nachgehends erhöhet auff 1000. Goldgülden/ welches am 22. Januar. 1654. Cameræ insinuirt/ und 31. ejusdem daselbsten acceptirt. Confirmatio der Mecklenburgischen Hofgerichts Ordnung pœna 40. Marc. auri puri, sub dato Wien am letzten Febr. Anno 1569. in qua ordinatione sub Rubrica von Appellationen pag. 49. Circa Appellationes ad Cameram Imperialem Appellans principalis in eigener Person/ dabey auch sein Procurator, so in der Sachen gedient/ tenentur præstare juramentum malitiæ, daß sie nicht zu gefährlichem Auffzug die Appellation-Sach interponirt/sondern dafür halten ein gute Sach zu haben/ & reservatur Ducibus Mecklenburg. contra Appellantes succumbentes in Cameta pœna juris.

Hertzogen zu Oesterreich.

Oesterreich. Archiduces inviti non nisi coram Vasallo, quem nominant, conveniendi, in Archiducum Judiciis declarati in Bannum per Cameram Imperialem, inde eximi non possunt, nec ab Archiduc. ad Cameram appellari potest, ipsorum Vasalli, ministri, subditi, nec in Camera, nec vor dem Rothweilischen Hof, oder andern frembden Gerichten conveniri possunt; Es wäre dann der Kläger in dictorum Ducum Gerichten gar kündlich und wissendlich rechtlos gehalten oder gelassen/ Hæcque Judicia ipsos nec arrestare, nec quid ipsis mandare possunt, nec Appellationes recipere. Anno 1530. juxta privilegia Caroli IV. Imperatoris de dato Sabbathi post Inventionem S. Crucis Wien Anno 1366. Item Sigismundi Imperat. unterm dato Prag auf S. Gallen Tag Anno 1437. So dann Caroli V. Imperatoris Dat. Augspurg 8. Septembris de Anno 1530. quod quidem Imperiali Cameræ hic Spiræ insinuatum, sed ab eadem necdum receptum, neque confirmatum.

Pfaltzgraf zu Veldentz.

Pfaltzgraf Wolffgang Graf zu Veldentz/ pro se, hæredibus, & subditis privilegium fori habet, wider das Rothweilisch und andere Hof, oder Land, Gericht/ heimlichen/ Westphälisch-Ganerbschafften/ oder Burgfrieden Gericht/ sed Principes conveniri debent in Camera, aut coram ipsorum Consiliariis, vermög der Austräg/ subditi verò coram ipsorum Principe vel foro competente, darin sie gesessen/ modò tamen non protrahatur, nec denegetur justitia, cum derogatoria clausula & pœna 10. Marc. aur. vigore privilegii de dato Regenspurg 2. Julii Anno 1541. per Imperatorem Carol. V. Aliud Privilegium contra Judæos, ne contrahant cum Ducis subditis, eosque conveniant zu Rotweil/ für Land, und andern frembden Gerichten/ sub pœna amissionis debiti, nec favori huic publico renuntiari potest, pœna 20. Marc. auri insertta de dato Nürnberg den 7. Aprilis, Anno 1543. Huc spectant etiam per Ferdinandum Imperat. suo, Regisque Romani nomine, præcedentia duo privilegia ab Imperatore Maximiliano II. confirmata. Datum Prag 7. Aprilis Anno 1530.

Pfaltz-Zweybrücken.

Pfaltz-Zweybrücken. Wolffgang Princeps Palatinatus & Comes Veldentiæ pro se, hæredibus, successoribus, ac subditis suis contra forensia Judicia, Rothweil/ Westphälisch/ Hof-und andere Landgerichten/ Ganerbschafften privilegio fori munitus est, ipse tamen Princeps in Camera, aut coram Consiliariis, aut juxta Austregas, conveniendus, ut patet ex privilegio de Anno 1541.

Hertzog zu Pommern.

Pommern/ Hertzogs Bermin / und Hertzogs Philips Landsassen / Unterthanen und Verwandten / interdicta Appellatio, nisi causæ valor excedat summam 300. Gülden Rheinisch an Gold in reliquis soll der Appellant in eigner Person/ oder im fall er ausserhalb Lands/ oder mit Kranckheit/ oder sonst kündiger Ehehafft beladen/ durch einen Anwalt/ dem er speciale Mandatum dißfalls zuschicken solle/ zuvor / und ehe er seine Appellation zu prosequiren vornimmt/ juramentum & cautionem præstiren/ Inhalts der confirmirten Hofgerichts Ordnung de Anno 1568. per Imperatorem Carolum V. datum Speyer den 2. Martii Anno 1544.

Item Philippo Duci Pomeraniæ datum Privilegium, ne Subditi ejus appellent, von seinem Hofgericht an das Käyserl. Kammergericht / nisi summa excedat 300. Gülden in Gold/ pœna 50. Marc. auri puri, per Imperator. Carolum V. datum Speyer den ersten Tag Aprilis dict. Ann. 1544.

Sachsen.

Sachsen. Vide Chur-Sachsen/ suprà bey den Churfürsten.

Schweden.

König in Schweden wegen beyder Hertzogthümer Bremen und Verden. Gaudet privilegio de non appellando per Imperatorem Ferdinand. III. Frawen Christinæ, der Schweden/ Gothen und Wenden Königin/ wegen beyder Hertzogthumen/ Bremen und Verden ertheilt Acceptatum in Camera 27. Februar. Anno 1651. Vigore Instrumenti Pacis, zu Münster auffgerichtet.

Würtenberg.

Dux conveniendus, vor seinem Hofmeister und Räthen / und sonsten nirgend anderst/ exceptis tamen casibus denegatæ vel protractæ justitiæ, juxta privilegium de Anno 1495. Dux & Subditi privilegiati sunt contra das Hofgericht zu Rothweil und andere frembde Gericht de Anno 1541. Wo die Rechtfertigung und Handlung unter den Unterthanen sich haltet / sol keinem Theil gestattet werden an ausländische Gericht zu appelliren / sondern sollen sie mit der Appellation bey ihrem nechsten Ober oder Fürstlichem Hofgericht / welcher unter denen dem appellirenden Theil gefällig / vermög deß Fürstenthums Würtenbergs löblichen alten gewohnlichen Herkommens / Freyheit und Lands-Ordnung bleiben. Quæ politica ordinatio confirmata est 1555. & extensa sive porrecta etiam auff die Graffschafften Harburg und Reichenweiler Anno 1566. Aliud observatur quoad cives in urbe Mümpelgart. Addatur

Trans-

Transactio inter Judicium Rothw. & Ducem Wurtenb. inita & acceptata in Camera 19. Febr. 1657.

TABULA IV.

Der Prälaten/ Abbteyen/ Probsteyen/ Thumb-Capitulen/ und Geistlichen Stifftern.

Abbt zu S. Blasien im Schwartzwald.

Abbt und Convent deß Klosters zu S. Blasien / S. Benedicti Ordens im Schwartzwald gelegen/ seynd gefreyet vor frembde Hof- und Landgericht zu Rothweil/ in Westphalen/ das Landgericht zu Barr/ Kleggau und zu Stulingen/ de Anno 1433. 1559. quibus de privilegiis vide Votum Camerale apud Gylm. Tom. 1. Symphor. part. 2. tit. 11. vol. 3. fol. 218. & seqq.

Probstey zum H. Creutz in Augspurg.

Das Gottes-Hauß und Probstey zum H. Creutz in Augspurg privilegium habet contra Judæos, ne cum ipsorum subditis contrahant, eosve desuper conveniant, am Rothweilischen Hof/ oder andern Landgerichten/ de Anno 1570. pœna 10. Marc. quoties Judæus in id deliquerit, per Imperatorem Maximilianum II. datum Speyer 24. Julii dicto Anno 1570.

Abbt zu Erbach im Bischthumb Würtzburg.

Abbt und Convent zu Erbach Cisterzer Ordens / Würtzbürger Bischthumbs/ seynd immediatè Imperio zugethan/ sollen auch selben Klosters Abbt und Convent oder sonsten Personen/ umb/ oder von wegen ihrer Leuth / oder Güter zu demselben Kloster gehörig/ nirgend anders wohin geladen/ beklagt/ noch angesprochen werden/ dann vor einem Römischen Käyser und König/ und derselben Kammer- Gericht im H. Reich/ de Anno 1581.

Johanniter Herren.

Ordo Equitum S. Johannis, die Johanniter Herren und Ritter / so S. Johanniter Ordens Brüder genant werden/ cum omnibus suis bonis ac personis contra forensia judicia privilegiatus est, de dato Augspurg den 16. Junii Anno 1559. Vide supra unter den Geistlichen Fürsten/ sub Rubric. Johanniter Ordens-Meister zu Deutschen Landen.

Abbtey Prüm und Stabel.

Abbtey Prüm und Stabel. Confirmatio Regalium, & privilegiorum Imperialis Abbatiæ Prumensis S. Benedicti Ordens im Trierischen Ertz-Stifft gelegen / pœna 50. Marc. aur. pur. Datum Bruxell in Braband/ 18. Febr. Anno 1549. per Imperat. Carolum V. Ita etiam per Prum, & Stabel confirm. Imperat.

Maximil. II. datum Augspurg 2. Maji Anno 1566. Deutschen Ordens Ritter. Vide supra unter den Geistlichen Fürsten. Sub Rubric. Deutschmeister. Et privileg. Caroli V. Imperatoris, de dato Augspurg 17. Julii Anno 1529.

Abbt zu Weingarten.

Abbt zu Weingarten privilegium habet contra Judæos, ne citrà officiariorum ipsius præscitum & consensum cum subditis contrahant, nec Hypothecas accipiant, nec eos desuper conveniant, am Käyserl. Hofgericht zu Rothweil/ Landgericht in Obern und Niedern Schwaben oder andern einigen außländischen Land- oder Hofgericht/ nec huic privilegio renunciari potest, de Anno 1556. datum Brüssel in Braband 11. Febr. per Imperatorem Carolum V. Maximil. II. Imperat. confirmavit dicto Abbati omnia sua privilegia alte Herkommen und gute Gewonheit/ juxta Privileg. datum Augspurg 19. Mart. 1566.

Abbtey Stabel.

Vide nechst vor/ sub Rubrica Prüm und Stabel.

TABULA V.

Der Reichs-Grafen und Freyherrn.

Freyherrn von Boinenburg.

EOrum Privilegia Cameræ 30. Junii 1654. insinuata ibidemque 13. Decemb. eod. Anno acceptata.

Grafen zu Castell.

Privilegiati sunt unà cum subditis contra Rothweil & alia extranea tribunalia.

Grafen zu Nieder-Eisenburg und Grensau.

Privilegiati sunt contra Rothweil 1569. Et de non arrestando per Imperat. Maximil. II. dat. Wien den 9. Julii Anno 1569.

Freyherrn à Freundsberg.

Similiter & ab ipsis appellatur ad Imperatorem præstito juramento Anno 1566.

Grafen von Frießland.

Vide de his Gylm. tom. 6. cap. 6. pag. 99.

Herrschafft Harburg.

Subditi eodem beneficio gaudent, quo alii Ducatus Subditi, quia privileg. de non appellando Anno 1566. extensa etiam sunt auff die Grafen und Herrschafft Mümpelgart / Harburg und Reichweil.

Graf Fugger.

Privilegiati contra Rothweil & cætera forensia, 1530. 1577.

Grafen

Grafen zu Hanau/ Herrn zu Lichtenberg.

Similiter & avocati debent remitti conservatores privilegii sunt Judex & Assessores Cameræ, 1566. 1570.

Freyherrn von Heiden.

Horum Privilegia Cameræ Imperiali judicialiter insinuata 17. Januar. 1660. ibidemque acceptata 6. Julii, eod. Anno.

Grafen zu Hohen-Zollern.

Sunt privilegiati contra Rothvvilensia & alia judicia, Anno 157.

Freyherrn von In- und Kniephausen.

De his vid. privileg. de dato 14. Februarii Anno 2589. acceptatum in Camera 11. April. eod. Anno.

Freyherrn von Jüstingen.

Similiter contra Rothvvilensia, & alia extranea judicia sunt privilegiati.

Grafen von Leiningen und Daxburg.

Unà cum Subditis contra Rothvvilensia & alia extranea judicia sunt privilegiati.

Grafen zu Manderscheid/ Blanckenheim.

Privileg. contra Rothweil. &c. 1488. 1495. 1526. excipiuntur die Ehehafften/ novæ reformatæ ordinationis. 1588.

Grafen von der Marck.

Die Grafen und Grafschafft von der Marck continentur sub privilegio de non appellando Ducis Juliacensis.

Freyherrn von Müggenthal.

Privilegiati sunt contra Rothweil / & alia extranea judicia per Carol. V. Maximil. II. & novissimè per Imperat. Ferd. II. de dato Wien 27. Maji 1620. Cameræ Imperiali judicialiter insinuatum 1. Decembr. 1657. & ibidem acceptatum 2. April. 1658.

Grafen von Mümpelgart.

Sunt privilegiati wie die Hertzogen zu Würtenberg.

Grafen von Neunar.

Summa appellabilis 200. flor. 1566.

Grafen zu Oldenburg.

Anthon Günther / Graf zu Oldenburg für sich und seinen Vetter Herrn Christian / wie auch ihres Lehens-Erben und Nachkommen / gaudent privilegio de non appellando in debitis liquidis & confessatis, item in criminalibus & causis momentanei possessorii, nec non infra summam 1000. floren. Rhen. in reliquis summam hanc excedentibus juramentum de non frivolè appellando & cautio præstanda sub pœna 100. Marc. auri puri ab Imperat. Ferdinand. III. de dato Ebersdorff 19. Septembr. Anno 1637. acceptat. in Camera 12. Decembris Anno 1638.

Grafen von Ostfrießland.

Sie seynd in den Fürstenstand erhoben/ gaudent privilegio de non appellando in debitis liquidis & confessatis, item in criminalibus & causis momentanei possesso rei nec non infra summam 1000. flor. Rhenens.

Grafen zu Rantzau.

Graf Christian zu Rantzau auff Breitenberg und Bamstette wird vigore privil. Ferdinandi III. de dato Wien 6. Novembris Anno 1650. sambt allen den seinigen von Rothweil und andern extraneis judiciis eximirt, und sollen allein in Camerâ Imperial. vel Aulâ ihre angehörige aber vor ihrem ordentlichen Richter und Herrschafft convenirt werden/ excepto casu denegatæ vel protractæ justitiæ, dann seyn die Appellationes infra summam 500. Goldgülden so wenig ratione nullitatis als iniquitatis in Camera nicht anzunehmen/ acceptatum in Camera 7. Julii 1653.

Grafen zu Oettingen.

Summa appellabilis 200. floren. 1570.

Grafen zu Ortenburg.

Inter se habent peculiares Judices compromissarios vermög ihrer Erb-Statuten/ confirmirt 1567.

Reihngräfischer Gebrüder und Vettern.

Horum Privilegium de non arrestando nec ad extraneum forum trahendo Cameræ 3. Febr. 1653. insinuatum & ibidem 7. Septemb. 1654. acceptatum.

Reusen von Plauen.

Habent Privilegium de non appellando, quod Cameræ Imperiali 5. Decembr. 1650. extrajudicialiter, & 21. Febr. 1659. judicialiter insinuatum, ibidemque acceptatum 7. Julii eod. Anno.

Ritterschafft im Unter-Elsaß.

Illius Privilegia Cameræ Imperiali insinuata 10. Jun. 1661. ibidemque acceptata 7. Octob. eod. Anno.

Grafen von Sultz & Baro à Suende.

Privileg. contra Rothweil & alia forensia 1552. exceptis Ehehafften 1566. & 68.

Freyherrn und Erb-Truchsassen von Wallburg.

Eximuntur ab omnibus extraneis Judiciis & sunt coram Ordinario conveniendi, excepto casu denegatæ seu protractæ justitiæ Anno 1434. & 1613. per Matthiam, accept. in Camer. 13. Septembris Anno 1613.

Grafen zu Waldeck.

Christian und Vollrat / Gebrüdere à Ferdinand. II. privileg. de non appellando infra summam 400. floren. obtinuerunt Anno 1619. acceptat. in Cam. 12. Januarii 1621.

Grafen

Grafen zu Wiedrunckel und Ysenburg.

Gaudent privilegio fori & de non evocando à Maximiliano de Anno 1516. 22. Maji, quod confirmatum per Imperat. Ferdinand. III. 23. Junii 1653. Cameræ 8. April. 1654. insinuatum ibidemque 7. Septembr. eod. Anno acceptatum. Ejusdem Privilegii iterata confirmatio & extensio Cameræ 20. Octob. 1662. insinuata ibidemque 5. Junii 1663. acceptata est.

TABULA VI.

Der Reichs-Städte.

Aachen.

Aquenses Cives nullibi, ne quidem in Camera, nisi coram Judicio & Scabino civitatis conveniuntur ad recipiendum justitiæ implementum, excepto casu denegatæ & protractæ justitiæ 1576. 1434. 1570 Alia Privilegia ejusdem civitatis Cameræ 3. Jul. 1662. insinuata ibidemque 13. Decembr. 1664. acceptata sunt.

Augspurg.

Interdictæ Appellationis summa 400. flor. Rhen. 1541. modò 600. Gülden Rheinisch in Gold vigore privilegii Cæsarei Ferdinand. II. sub dato Wien den 5. Febr. Anno 1621.

Bremen.

600. Flor. In reliquis juramentum & cautio præstanda antequam appellatio in Camera recipienda, 1541.44.76.

Cöllen.

300. Flor. in aur. in reliquis juramentum præstatur. 1514. 51. Delinquentes cives mulctari possunt, citra admissionem frivolæ appellationis 1495. Sententiæ concernentes die Irrung zwischen den Aemptern in der Stadt / non attenta appellatione possunt executioni mandari. 1576. Confirmata sunt hæc privilegia per Imperatorem Ferdinandum II. cum extensione privilegii de non appellando ad 700. Floren. aureor. Sub dato Regenspurg den 3. April. Anno 1623.

Colmar.

Interdicta appellatio infra summam 50. flor. & in causis Frevel / Leumbde / Leibschaden / und fliessende Wunden / concernentibus appellantes Senatui vel Judicio Colmariensi 1. Flor. præsentare, juramentum præstare, fidejussoribus, pignoribus, vel juramento, und mit Verhafftung deß Leibs / cavere debent. Quibus non præstitis, non obstante Appellatione proceditur ad executionem, nec appellatio in Camera recipitur, 1510.

Dünckelspiel.

Consul & Senatus in prima instantia judicem habent Ihren Stadt-Ambtmann / qui sibi adsciscit 4. Judices ex 4. Civitatibus, Nördlingen / Rotenburg an der

der Tauber/ Schwäbischen Hall / und Schwäbischen Wart/ auß jedem qui singuli jurati sint Senatores oportet. 1510.

Eßlingen.

Eßlingen in causis Civitatis judicem ordinarium habet Bürgermeister und Rath Civitatum, Ulm/ Reutlingen und Heilbrunn/ ita ut (salvis tamen casibus ad Cameram vel Imperatorem pertinentibus) in actoris sit arbitrio locum commodiorem ex his tribus civitatibus eligere, ubi judicium habeatur, ab his appellatur ad Cameram salvo etiam in prima instantia casu denegatæ justitiæ. 1541.

Franckfurt.

Francofurti interdicta appellatio in debito liquido confessato vel aperto, item Leibs-Beschädigung/ Irrung der Bäu und Dienstbarkeit/ bey ihnen Anleyd genant/ & nisi summa excedat 200. floren. In cæteris appellans florenum judicio inferre, juramentum cautionemque fidejussoriam vel pignoratitiam vel in eventum juratoriam und Verhafftung deß Leibs/ præstare tenetur. Quæ nisi fiant, patet executio & appellatio in Camera non recipitur. 1512. & 68. In causis appellationibus soll vor Schultheis und Schöpffen daselbst Appellans auff vorgehende des Gegentheils Citation auff den nechsten Gerichts-Tag den Appellations-Zettul und einen Goldgülden præsentiren.

Friedburg.

Friedburg Käyserl. und des Heiligen Reichs Burg / habet suum Burggrafen und Burgmänner / coram quibus omnes & incolæ & Officiales conveniendi, ita ut aliò ad forensia judicia non evocentur, unà cum privilegio de non arrestando vel impediendo, 1467. 1566.

Gelnhausen.

Gelnhausen cum suo Burgmann & Burgleuten privilegiata est contra forensia judicia & conveniri debent cives coram Burggravio eodem modo, ut jam proximè de Friedbergâ dictum.

Goßlar.

Goßlar hat Käyserliche Schutz- und Schirm-Brief cum inserto privilegio contra arresta, prod. Spiræ. 8. Novembris 1585.

Hagenau.

Von dem Käyserl. Land-Gericht auff der Lauben zu Hagenau appellare non licet. 1497.

Hall in Schwaben.

Hall in Schwaben/ summa interdictæ appellationis, 200. Floren. 1567.

Hamburg.

Hamburgi sub pœna 60. Marc. Auri puri interdicta Appellatio in causis debiti confessati, vel per Instrumentum fide dignum probati, item injuriarum, ædificiorum civitatis, & aliis valorem 600. Floren. in auro non excedentibus, in reliquis appellans intra decendium præter appellationem interpositam Senatui florenum

Ham-

Hamburgensem offerre, juramentum & cautionem fidejussoribus aut bonis, vel si istud non possit, Juramento & noxâ corporis præstare tenetur, *vigore Privilegii de Anno* 1554. Summa Appellationis verò ad 700. flor. in auro per Ferdinandum III. adaucta & insuper prohibita est appellatio in causis Factoreyen/Mascopeyen/Bodmereyen/Wechslereyen/Assecurantien und so auff Rechnungen beruhen/ auch sonst alle andere Kauffmanns-Gewerbe und Handel concernentibus, sub pœna 100. Marc. aur. puri, *vigore privilegii* 31. *Mart.* 1634. *renovati.*

Kempten.

Kempten non appellatur, von Freveln/ Schmachsachen/ Leumbden/ fliessenden Wunden/ & in causis non excedentibus 100. flor.

Lübeck.

Lubecæ non appellatur contra proprium Chirographum vel confessionem für dem Stadt-Buch oder dem Meckler-Buch geschehen & in causis 200. flor. Lubec. non excedentibus. In reliquis Appellans intra decendium Senatui florenum Lubecensem offerre, Juramentum appellationis & cautionem fidejussoribus vel bonis, aut si illud non potest, juramento & noxa corporis præstare tenetur, *vigore Privilegii de Anno* 1544. Summa verò appellationis per Imperatorem Rudolphum II. ad 500. floren. in auro extensa & appellatio sub pœna 60. Marc. aur. puri prohibita est, *vigore Privilegii de* 25. *Maji* 1588.

Landau.

Landovienses nullibi vel arrestari vel conveniri possunt, nisi coram Schulteto Civitatis. 1349. 1515. 1565.

Memmingen.

Memminga summam habet Appellabilem 60. flor. in cæteris prius-quam appelletur, juramentum malitiæ, cautio, mit Verhafftung des Leibs/ præstanda. 1521.

Münster.

Monasterium Westphaliæ summam appellandi 200. flor. aur. habet Appellans intra decendium præstat juramentum: à Senatu provocatur ad Episcopum, qui ad Cameram statim remittit. 1563. Remissio illa fit ex transactione inter Episcopum & Civitatem inita 30. Jul. Anno 1563.

Nürenberg.

In causis Civitatis privilegiatos primæ instantiæ Judices habet Windsheim & Weissenburg am Nordgau / exceptis tamen casibus Cameræ præservatis, ad quam etiam communiter appellatur. 1540. Privilegium deinde habet contra Judæos, ne cum Norinbergens. subditis contrahant, ipsosque desuper Rothweilæ vel alibi conveniant 1573. non appellatur, von Straff und Fünffer-Gericht nec in causis ædificiorum, mercatorum, der Kauffhändler/ o kauffen und verkauffen/ societatum, & in aliis 600. flor. non excedentibus. Pars appellans intra decendium

personaliter coram Senatu comparere, juramentum appellationis & cautionem præstare tenetur, & appellationem intra tempus præfinitum introducere. 1495. 1508. 1564. Hodie dictæ civitatis summa Privilegii de non appellando extensa est ad 600. Imperiales, quod Privilegium Cameræ Imperiali judicialiter insinuatum 7. Januar. 1661. ibidem acceptatum 30. Ejusdem. Item ejusdem Civitatis alia duo Privilegia Cameræ 9. Decembr. 1662. insinuata ibidemque 7. Jul. 1663. acceptata sunt.

Regenspurg.

In causis civitatis privilegiatos Judices habet Consules & Senatum Civitatum Augspurg/ Nürnberg und Ulm. Vel pro Actoris arbitrio 5. aut 7. ex Senatu Ratisbonensi, ab his ad Cameram appellatur, Cives præterea nullibi nisi coram Senatu conveniendi in prima instantia, nec cuiquam super denegata justitia supplicanti creditur, nisi prius Magistratui scribatur & desuper audiatur. Causæ injuriarum communium Civium expediendæ sunt vor den fünfften/ coram quibus summariè und mündlich/ non in scriptis agitur citra appellandi licentiam. Ecclesiastici etiam non minùs quàm reliqui Cives subjiciuntur legibus civitatis & in causis conservationem & protectionem ejus & politiæ constitutionum concernentibus, summa quoque appellabilis 500. flor. 1566. 500. fl. in Müntz sub pœna 100. Marc. auri puri per Maximilianum II. product. Spiræ 25. Junii Anno 1571.

Reutlingen.

Reutling sive tota civitas, sive solus Senatus conveniatur, privilegiatos habet Judices Consules & Senatum Civitatum Ulm/ Eßling und Schwäbisch Gemünd/ exceptis casibus Imperatoris personam vel Cameram concernentibus: Cives & subditi verò nullibi conveniantur, quàm coram judicio civitatis Reutlingensis, utrobique extra casum denegatæ vel protractæ justitiæ, sub Cæsaris & Imperii gravi indignatione ac pœna 20. Marc. aur. pur. vigore Privilegii à Maximiliano I. concessi, 22. Octobr. 1516. atque Leopoldo confirmati, 25. Octobr. 1659.

Rotenburg auff der Tauber.

Rotenburg auff der Tauber summam habet appellationis 200. flor. in cæteris ad Cameram vel Imperatorem appellantes præstant juramentum & cautionem. 1570.

Rothweil.

Käyserl. Hof-Gericht zu Rothweil Cameræ Imperiali Privilegium judicialiter insinuavit 9. Januar. 1656. Quod in illa acceptatum 19. Februar. 1658.

Straßburg.

Straßburg sive Argentina Judices primæ instantiæ habet Basel/ Wormbs und Ulm/ nec invita à quoquam trahi ad Cameram potest, nisi in causis immediatè jurisdictionem ejus fundantibus, 1435. 1521. 1566. Summa appellationis 600. flor. in auro, à qua summa & à minore appellatur ad tredecim viros, à majore appellatur

pellatur verò ad Cameram cum cautione & juramento, vel etiam ad prædictos tredecim viros tanquam Principis delegatos, à quibus porrò appellari nequit. Si coram iisdem non fuerit exceptum, sed pronunciatum in causa 1560. Privilegium etiam habet Argentina adversus Judæos, nec cum Civibus, aut quacunque ratione subditis sive in Urbe sive extra eam habitantibus contrahant, ipsosque desuper vel Rothvvilæ vel alibi conveniant.

Speyer.

Speyer Summa appellationis 200. flor. in reliquis juramentum & cautio præstanda, 1576. & 82.

Schweinfurt.

Schweinfurt/ Consul & Senatus primam instantiam habet coram suo Reichs-Vogt/ qui sibi aliquot Senatores sive Scabinos Norinbergenses & Rotenburgenses adjungit, Cives verò coram Civitatis judicio conveniendi, summa appellabilis 200. flor. in causis deinde injuriarum verbalium non appellatur. 1570. & 77.

Müllhausen.

Mulhusa Thuringorum à suis Civibus & subditis, non nisi discussa coram tribus ordinibus Senatorum causa, in Camera conveniri potest, id quod hactenus eò loci observatum & præjudiciis Cameræ confirmatum est.

Ulm.

Ulm privilegiata contra Judæos, ut cum civibus nec cotrahere nec ullibi desuper eos convenire possint, 1541. & 61.

Uberlingen.

Uberlingen/ simile habet privilegium exceptis nundinis & utensilibus quotidianis præsenti pecunia emendis. 1566.

Windsheim.

Windsheim/ nec Senatus nec Subditi, exceptis Ehehafften/ citari possunt Rothvvilam nec ad alia forensia judicia Anno 1576. concessum. Appellatione interdictum est in causis injuriarum inter Subditos Cives, Anno 1550. Item in causis non excedentibus summam 14. flor. Si appelletur, præstatur juramentum & cautio sambt Verhafftung deß Leibs/ aliàs appellatio non recipitur.

TIT. XLVIII.

DE

MODO APPELLANDI.

1. AD formale Appellationis pertinet, I. Ut hæc fiat gradatim, *C. p. 2. t. 32. princ. Gail. 1. O. 119. n. 2.* id est, ad judicium proximè superius, *O. C. 1495. Art.* Von der *Appellation 9.* Proinde necessariò requiritur, ut inter judicem inferiorem & judicem Cameræ medius non sit. Si enim judex adhuc sit intermedius, appellatio in Camera non recipitur, *d. t. 23. princ.*

Primum Formale Appellationis est, ut hæc fiat gradatim.

Appellato etiam non excipiente, gradatim non esse appellatum, causa est remittenda.

2. Atque hoc procedit, etiamsi Appellatus non excipiat, gradatim non esse appellatum, *Magenh. ad O. C. p. 2. t. 29. princ.* Ideo ne Appellans hôc casu sumptus inutiles faciat, consensum adversarii antequam processus impetret, ut nanciscatur, necesse est. Qui consensus etiam in supplicatione allegandus, aliàs non facilè processus impetrabit, *Tennag. Class. 4. cap. 7. n. ult.* Appellatio tamen hoc casu absque præjudicio desertionis ad intermedium judicem remittitur, *Gylm. voc. appellare quibus. §. Si appellatur.* Quia appellatio per errorem ad majorem judicem, omisso medio, interposita salva manet, *l. 1. §. 3. de Appellat. Nov. 23. cap. ult.* Siquidem intelligitur in effectu devoluta ad judicem competentem, quod enim plus est, id utique tantum est, *Gylm. tom. 1. part. 2. pag. 323. in fin.*

Secus, quàm putat Mynſ.

3. Omissa exceptione gradatim non esse appellatum, appellationem non esse remittendam existimat, Mynſ. 1. *O* 67. Ex hac ratione, quòd partes in Cameræ judicium consentire & jurisdictionem prorogare videantur. Verùm Magenh. *d. loc.* suam sententiam præjudicio Camerali confirmat. Mynſ. verò duntaxat authoritate Dd. nititur, ideo Magenhorstii sententiam veriorem puto, idque imprimis omnium, si judex intermedius pro interesse suo se opponat, nam tunc judex Cameræ appellationem remittere tenetur, nisi judex inferior sit suspectus, *Mynſ. d. O. 67.*

Si datâ operâ Judex intermedius præteritus aut ad parem minoremve appellatum appellatio non valet.

4. Si quis verò non per errorem sed datâ operâ judicem intermedium prætetiit, Appellatio non valet, & tanquam deserta etiam ex officio remittenda, *Gylm. d. part. 2. pag. 324. in princ.* Idem obtinet, si ad parem vel minorem appellatum, sive hoc factum per errorem, sive scienter, *alleg. texx.* Et ideo utroque casu sententia transit in rem judicatam. Intra decendium tamen licet adhuc ad judicem competentem appellare, *Gylm. d. princ.*

Casus, quibus omisso intermedio judice ad Cameram appellari potest.

5. Potest tamen nihilominus proximo intermedio judice omisso ad Cameram appellari, (1.) Si ille Appellanti justitiam notoriè deneget, *C. p. 2. t. 32. princ.* Hôs tamen casu non Processus contra denegantem Judicem sed ex capite denegatæ Justitiæ contra Appellatum petendi sunt, *suprà tit. 46. num. 73.* (2.) Si Judex intermedius causæ conjunctus sit, (3.) Si ex legitimis causis judex esse non possit vel nolit, *d. princ.* (4.) Si consuetudo extaret appellandi omisso medio judice, quia valet appellatio authoritate consuetudinis, *Mynſ. 1. O. 67.*

Aliquando Appellatio in Camera recipitur, licet non expressè ad Cameram appellatum sit.

6. Porò recipitur Appellatio in Camera, si ad solum Cæsarem legitimè appellatur, quia Camera ipsum repræsentat, *Magenh. ad O. C. p. 2. tit. 28. princ.* Idem obtinet, si alternativè, vel ad Cæsaream Majestatem vel ad Cameram aut etiam ad utramque simul appelletur. Item si sic appellatum: *Appello ad Cameram vel quodcunque judicium competens*, in Camera Appellatio recipitur, *Magenh. O. 93.* Subaudi, si sc. Camera sit judicium proximè superius. Idem juris est, si quis dicat: *Appello ad Metropolitanam Sedem Apostolicam, vel quemcunque alium Judicem competentem, Gylm. voc. Appellans. §. Appellatio talis.* Item si simpliciter appellatum, non expresso judice ad quem, quia intelligitur ad superiorem appellatum, *Gylm. voc. appellare quibus. §. Si simpliciter.*

7. Dein-

7. Deinceps, quòd si ad Legatum Pontificis, qui Coloniæ, vel alibi in Germania morari solet, appelletur in rebus prophanis, ubi ad Cameram appellandum fuisset, Appellatus in Camera Mandata avocatoria vel inhibitoria impetrare potest, *Magenb. O.* 27. Quod confirmatum *in R.* 1654. §. Als sich dan. 164. Atque Mandatum cassatorium & inhibitorium S. C. 19. April. 1662. decretum in causa Blanckart contra le Pape, *Supplic. Cam. tit.* 8. *n.* 31. Idem 14. Octob. 1661. factum in causa Wolff contra Dietenhard/ *Supplic. Cam. tit.* 13. *n.* 1.

In rebus prophanis ad Legatum Pontificis appellare prohibitum.

8. II. Solennis modus à Sententiis appellandi, qui duplex est, unus est, qui fit vivâ voce, alter, qui fit in Scriptis, *l.* 5. §. *f. de Appellat. ibique Gothofr.* Viva voce dicitur appellatum esse, si quis inter Acta, *id est, in judicio,* illicò, *id est, antequam judex ex judicio discedat,* dicat: *Appello, l.* 2. *l.* 5. §. *ult. de Appellat. l.* 14. *C. eod.* idque per Actuarium ad Acta scribi curet, *Ord.* Der *Notar.* 1512. §. In den *Appellationen. antepen. versic.* Und als das. &c. *Mynf.* 3. *O.* 15. *n.* 2.

Secundum Formale Appellationis est solennis modus appellandi, & quidem primus, qui fit viva voce. Appellatio non praecisè per verbum, Appello, sed etiam per æquipollentia verba fieri potest.

9. Non tamen necesse est ipsum verbum: *Appello*. exprimere, sed sufficit dicere vel facere æquipollens huic verbo, ut puta: *provoco*, *gravatus submitto me protectioni Superioris, &c. Gail.* 1. *O.* 2. *n.* 4. Ratio, quia ubi ad certum actum explicandum verborum solennitas non est præscripta, sufficit exprimere conceptum & effectum rei, licèt non exprimantur propria verba actui illi conformia. Verba enim intentioni servire debent, & non è contrà, *Gail. ibid. n* 5.

10. In extrahendis processibus hæc Appellatio docetur per extractum Protocolli Judicialis, sin verò Appellans se desuper referat ad Acta producenda, tunc suo periculo decernitur citatio, aliquando etiam inhibitio, *Magenb. ad O. C. p.* 2. *t.* 28. *versic. Johannes Andreæ.* Atque hoc casu nudis narratis creditur, *Meurer. Practic. Camer. fol.* 3.

Quomodo Appellatio viva voce facta p[illegible]

11. Modus appellandi in scriptis perficitur, quando Appellans suam Appellationem in scripturam redigit, idque vel ipse vel ejus mandatarius. Illa Scriptura hodie vocatur *Schedula Appellationis.* Justinianus vocat *libellos Appellatorios* in *l.* 1. §. *ult.* & *l.* 5. §. *ult. de Appellat.* item simpliciter *libellos in lib.* 3. *eod.*

Modus in Scriptis appellandi.

12. Appellatio scripta potest fieri vel incontinenti vel ex intervallo. Priori casu fit, si v. g. circa horam octavam sententia feratur, & judex judicium usque ad horam decimam continuet, potest Appellans interea temporis Schedulam Appellationis concipere, eamque judici adhuc pro Tribunali Sedenti porrigere. Posteriori casu fit, si illa Schedula judici judicio jam finito, vel ipso vel sequentibus diebus insinuatur. Hoc casu non opus est, ut præcisè judici pro Tribunali sedenti insinuatio fiat, sed potest quoque fieri extra judicium vel etiam Actuario; item die feriata, quoniam Appellatio non est Actus judicialis, *Mynf.* 2. *O.* 12.

Quæ potest fieri vel incontinenti vel ex intervallo.

13. Ipsa verò Schedula judici vel Actuario porrigenda, nec satis est, ut viva voce dictetur, *Gylm. voc. Appellatio in Scriptis.* §. *fin.* Quia omnis Appellatio, quæ ex intervallo apud judicem fit, nisi Schedula porrigatur, non valet, *Gylm. Appellatio à definitiva.* §. *fin.* Ergo multò minùs valebit, si Actuario Schedula non porrigatur. Nec scripta Appellatio tanquam verbalis valebit, etiamsi in continenti viva voce dictetur, quia Appellantis intentio & propositum, ex quo omne

Schedula Appellationis neque judici neque Actuario dictari potest, sed utrique in Scriptis porrigenda.

Factum existimatur, fuit in Scriptis appellare, idque eò magis procedit, si Sententia sit talis, à qua tantummodò in Scriptis appellare licet, quo casu Schedula vivâ voce dictata, Appellatio nullius est momenti.

In eaque praecisè exprimendum, quod appellans in eadem appellet.

14. Imò nec satis est appellatum esse in Scriptis, nisi in illa Schedula dicerentur verba: *In his Scriptis Appello, Mynf.* 4. *O.* 45. *Gylm. voc. Appellatio in Scriptis.* §. *Quando appellatur,* & §. *Appellatio in Scriptis.* Ubi & hoc addit, ut si quis semel debitè in Scriptis appellâsset, & deinde à simili gravamine rursus appellare vellet, quòd dicere non posset: *Appello, prout est in Schedula*: id est, ulteriùs, aliâ gravaminis occasione datâ. Quod ibidem praejudicio confirmat. Porrò si in Actis prioribus dicatur, in Scriptis appellatum fuisse, non tamen Scriptura appareat, an Appellatio sit valida, *Vide remissivè Mynf.* 4. *O.* 45.

Schedula Appellationis intra decem dies praecisè concipienda, non tamen necesse est judici intra idem tempus insinuetur. Quod praejudicio confirmatur.

15. Sed quaeritur, si Schedula Appellationis intra decendium quidem concipiatur, post illud verò judici insinuetur, an Appellatio valeat? De Jure Justinianeo arbitror eam non valere, quia vigore illius Juris ad dandos Libellos appellatorios, *id est, ad Schedulam Appellationis judici insinuandam*, biduum vel triduum (*hodie decendium, Nov.* 23. *c.* 1.) computandum est, *l.* 5. §. *fin. de Appellat.* Sed secus puto de Jure Camerali, nam de hoc non necesse est, ut Appellatio coram Notario facta Judici insinuetur, *C. p.* 2. *t.* 32. §. *pen.* Ideo idem dicendum autumo de Appellatione privatim facta. Nam ad impetrandos Processus Appellationis privatam Scripturam sufficere nec opus esse Authenticâ (*id est, à Judice vel Notario vidimata,*) decisum esse refert Magenh. *ad O. C. p.* 2. *t.* 28. §. *à Sententiis.*

16. Et cùm aliquando quidam, qui suam Appellationem privatim interpositam Judici, à quo ex intervallo notificâsset, eique Judex detulisset, in Camera pro Processibus supplicaret, non verò ex Actis prioribus, quae simul exhibebantur, neque ex Supplicatione ad Judicem inferiorem directa, quâ Appellationem notificaverat, & ibi erat loco Schedulae appellationis, constaret de die interpositae appellationis, Supplicati injunctum, ut doceret non de die Supplicationis Judici inferiori insinuatae, sed de die interpositae appellationis hisce formalibus: Noch zur Zeit abgeschlagen/ sondern wofern Supplicant/ daß er intra decendium appellirt/ der Gebühr bescheinen wird/ sol darauff ergehen was recht ist. in consil. 10. Mart. 1628.

Tutius tamen ut d. schedula judici vel Notario intra 10. dies insinuetur.

17. Concludo itaque schedulam intra decendium privatim conscriptam quidem ad validitatem Appellationis sufficere, sed cùm falsus dies interpositae appellationis ab appellante posset ascribi, quocirca ei Schedulae non adeò magna fides adhibenda, ad probationem Appellationis justo tempore interpositae forsan necesse erit, quia juramento Appellationis in hoc casu non facilè stabitur, ut schedula intra decendium vel judici à quo insinuetur, vel Notario in praesentia testium tradatur ad desuper conficiendum instrumentum. Quod posterius hodie ut plurimùm observatur.

Etiam coram judice supe-

18. Aliàs notandum, quòd in scriptis non solùm coram Notario & testibus, sed etiam coram aliis honestis personis appellari queat, *Gylm. voc. Appellatio judicialis. in fin.* Item coram judice ad quem, *Mynf.* 2. *O.* 2. Hinc ad schedulam Assessoribus

scribus porrectam A. 1584. Processus decretos esse, testatur *Gylm. d. voc. in princ.*

rieri & honestis viris appellari potest.

19. Quemadmodum judici, *prout praced. n. 13. dictum*, neque ipsa Appellatio ex intervallo interposita, neque Schedula Appellationis dictari potest, sed ipsa schedula necessariò est portigenda, ita quoque illam Notario porrigi oportet, *Mynf. 4. O. 45. & 3. Obs. 15. n. ult.*

Schedula Appellationis Notario porrigenda.

20. Sed supra n. 11. edocui Appellantis jussu alium posse concipere schedulam quocirca quaeritur, anne Notarius istam schedulam concipere possit? Negatur, quia illud esset appellanti consulere & Advocatum agere, quod Notario tanquam Notario est sub gravi pœna prohibitum, *C. p. 1. 52. §. pen.*

Non autem ab ipso conscribenda.

21. Circa instrumentum Appellationis verò à Notario conficiendum notari oportet, I. ut illud in omnibus juxta ordinationem Notariorum de Anno 1512. sit confectum, aliàs denegantur Processus hisce formalibus: Auff vorbracht instrumentum Appellationis abgeschlagen. Illa verò ordinatio requirit, ut Instrumentis Notariorum contineantur (1.) Invocatio divini Numinis. (2.) Annus nostræ Salutis. (3.) Indictio Romana. (4.) Nomen Summi Principis, *videl. Imperatoris Romanorum.* (5.) Mensis. (6.) Dies (7.) Hora. (8.) Locus. (9.) Locique locus. (10.) Res gesta. (11.) Testium nomina & rogatio. (12.) Signum Notarii manusque, Ordn. der *Notar.* 1512. §. Und nachdem. 3. Salva tamen cujusque loci consuetudine, modò saltem Annus regiminis ac nomen Rom. Imperatoris non omittantur, Ibid. §. Darumb so gebieten. 4. *Vide ipsam Ordinationem per tot. quæ extat in Codice Recessuum Imperii.*

Instrumentum appellationis juxta O. N. conficiendum

22. Ubi notandum, quòd si annus regiminis Imperatoris vel indictio planè omittatur, totum instrumentum vitiari, sin verò erroneus apponatur, non item, *Baldus in l. si librarius de R. I. ibique Cagnol. n. 19.* In describendo enim error corrigi potest. Hinc cùm aliquando Notarius diem latæ sententiæ erroneè in instrumento posuisset, & post factum decretum. Auff furbracht instrumentum Appellationis abgeschlagen: Supplicans promitteret, se in futurum istum errorem corrigere, & instrumentum Appellationis justificare velle, denegatâ inhibitione citatio & Compulsoriales periculo partis decretæ sunt, *Magenb. O. 73.*

Omissio Regiminis imper. & Indiction. Rom. instrumentũ vitiat.

23. II. Quod instrumentum Appellationis debeat esse confectum non in papyro sed pergameno, *Ord. Not.* 1512. §. *Item* Die *Notarien.* 19. G. B. 29. *Jul.* 1667. Aliàs auff vorbracht Instrumentum Appellationis Processus denegantur, *Gylm. voc. Appellationis Instrumentum.* §. 1. Replicatio est, (1.) Nisi supplicans se offerat ad aliud in pergameno in termino citationis producendum, *Rod. lib. 1. t. 26. §. 17.* (2.) Nisi aliud consuetudine receptum sit, *Gail. 1. O. 113. n. 3.* (3.) vel Notarius testetur, sibi eò loci copiam pergameni non fuisse, *Gylm. d. l. §. Fallit.*

Instrumentum Appellationis in pergameno est conscribendum.

24. III. Ut instrumento schedulam appellationis Notarius verbotenus inserat, vel si hoc non factum, schedula saltem unà cum supplicatione pro Processibus exhibeatur, aliàs appellatio non recipitur, *C. p. 2. t. 32. §. 6. Magenb. ad O. C. p. 2. t. 28. vers. à sententiis.* Insertione schedulæ omninò opus esse docet Mynf. 4. O. 45.

Schedula Appellationis instrumento verbotenus inserenda est. Quod duobus modis limitatur.

25. Exceptio est (1.) Si consuetudo in loco esset, quòd illa solennitas non adeò scrupulosè requireretur, tum enim Processus decernuntur. Ita Appellatio ex Episco-

scopatu Metensi recepta est 7. Septembr. 1582. *teste Gylm. voc. Schedula Appellationis*. At alibi legi eam ex Ducatu Sabaudiæ 2. Februar. 1620. receptam esse. (2.) Si narretur in instrumento in continenti viva voce appellatum esse, *Gylm. voc. Appellationis instrumentum*. §. *pen.*

Quæ in instrumento Appellationis præterea inseri debent.

26. IV. Instrumento præter annum, mensem, diem & horam interpositæ Appellationis ac reliqua Requisita præced. n. 21. enarrata inseri debent, (1.) dies latæ Sententiæ atque si demum decimo die appellatum etiam hora latæ sententiæ. (2.) Nomen judicis à quo & ad quem. (3.) Nomen appellantis & appellati. (4.) Tenor latæ sententiæ.

Instrumentum Appellationis quomodo marginandum.

27. V. Specialiter observandum, quando instrumentum Appellationis unà cum Supplicatione pro Processibus exhibetur, quòd tunc, ne judex integrum instrumentum verbotenus perlegendo tempus frustra conterere cogatur. Sequentia quadam lineâ in instrumento subduci & ubique de transverso in margine annotari debeant, (1.) annus. (2.) dies interpositæ appellationis. (3.) judex à quo. (4.) judex ad quem. (5.) Nomen appellantis. (6.) Nomen appellati. (7.) Schedula appellationis. (8.) Tenor latæ sententiæ. (9.) Dies latæ sententiæ. (10.) Gravamina, si instrumento sunt inserta. (11.) Testes. Hac marginatione omissa Processus ad tempus denegantur, ac supplicantes mulctantur. Ita 2. Octobr. 1661. factum in causa Groutars contra S. Mauris, *Supplic. Cam. tit.* 15. *n.* 13. Anno 1667. & hoc additum, ut Instrumenta Appellationis non in forma patenti sed in forma Libelli exhiberentur, G. B. 29. *Jul.* 1667.

Verbalis Appellatio quando locum habeat.

28. Hactenus dictum, quid sit Appellatio verbalis, quid scripta, jam videndum, quando utraque locum habeat. Et quidem verbalis appellatio duntaxat locum habet, si interponatur à Sententia definitiva, Ordn. der Notar. 1512. § In den *Appellationen antepen. & C. p.* 2. *t.* 32. §. 5. vel interlocutoria vim definitivæ habente, *d. t.* 32. §. 2. Nam hæc non solùm quoad formam & effectum interponendæ appellationis, verùm etiam quoad alios juris effectus veræ definitivæ per omnia æquiparatur, *Gail.* 1. *O.* 130. *n.* 5.

In præsentia judicis est interponenda.

29. Hæc tamen verbalis Appellatio non aliter valet, quàm si interponatur apud Acta, *id est, in præsentia judicis pro tribunali sedentis*, & quidem stante pede, uti loquimur, *id est, ut ne quidem pes post latam sententiam moveatur, antequam appellatio interposita sit.* Quod tamen non adeò strictè intelligendum, sed sufficit, si appellatio interponatur ipso die, quo sententia lata est, *l.* 5. §. *fin. de Appellat.* modò fiat, antequam judex ad alios diversos actus divertat, *d.* §. *antepen.* Hinc si judex hora octava sententiam ferat, & hora decima adhuc in judicio perseveret, viva voce ab ista sententia coram illo appellari potest. Sin verò non ipso die, & in continenti, sed ex intervallo, *id est, postero seu ulteriori die, quàm quo sententia lata,* appelletur, viva voce appellari nequit, sed semper in scriptis est appellandum, *d.* §. *antepen. in fin. & d.* §. *fin. Mynf.* 1. *O.* 66. *&* 3. *O.* 15. *Gail.* 1. *O.* 119. *n.* 1. *&* 130. *n.* 5.

In appellatione à D. finitiva ejusve vim

30. Non tamen necesse est, ut causa gravaminis exprimatur, *d.* §. *antepen. Gail. d. O.* 130. *n.* 1. *& Mynf. d. O.* 15. *n.* 3. Uti requiritur in appellatione à simplici inter-

interlocutoria, *vid. infra n.* 35. Sed sufficit, quòd appellans in genere narret, se gravatum & sententiam injustam esse, *Mynſ.* 3. *O.* 15. *n.* 4. Ratio est, quòd Appellatio à definitiva potest justificari ex novis causis & probationibus, *Gylm. voc. Appellatio ab interlocutoria. princ.*

habente in scriptis factâ non opus est expressione gravaminis.

31. Insuper quòd præced. n. 18. dixi, à sententia definitiva ejusve vim habente vivâ voce, modò incontinenti fiat, appellari posse, limitatur, si causa gravaminis est exprimenda. Ubi pro regula annotari potest: *Quotiescunque expressione gravaminis opus, toties non verbaliter, sed in scriptis appellari debet.* Gravamina appellandi verò exprimi oportet (1.) Si tertius pro suo interesse appellet. Ratio differentiæ est, quia ubi appellatio interponitur contra Regulas juris, ibi propter præsumptionem doli illa non aliter admittenda est, quàm si expressa causa justificetur. Sed Appellatio tertii fit contra Regulas juris, quia regulariter non licet appellare à sententia inter alios lata, ergo non debet admitti nisi expressa causa, *Gail.* 1. *O.* 122. *n.* 5.

Quinque casus, in quibus non aliter quàm in scriptis appellari potest.

32. (2.) Si appellatur à pronunciatione de exequendo sententiam vel ab executione in casibus de jure permissis ac notatis per Gloss. & Dd. in l. 5. C. quorum appell. non recip. *Gylm. voc. Appellatio ab interlocutoria.* §. *licet jure.*

33. (3.) In casibus, in quibus de jure appellatio prohibetur, ubi requiritur expressio gravaminum, quoties appellatur à sententia definitiva, vel vim definitivæ habente, *Gylm. d. princ.* Non verò ut talis expressio sit de forma appellationis, sed ad hoc, ut judex inferior Appellationi deferat, hancque superior judex admittat, *Gylm. voc. appellatio à sentent. nulla.* §. *licet in appellat.*

34. (4.) Ab extrajudiciali gravamine, sive vim definitivæ habeat sive non, aliàs causa deserta pronuntiatur, *Gylm. voc. appellatio in scriptis.* §. *Quando tamen.* & *voc Appellatio extrajudicialis.* §. *Appellatio ab extrajudiciali.*

35. (5.) Si ab interlocutoria gravamen per appellationem à definitiva irreparabile continenti appelletur. Idque obtinet, sive hæc appellatio in continenti sive ex intervallo interponatur. Hæc enim appellatio semper in scriptis & cum expressione causæ gravaminis fieri debet, considerato quòd ea ex aliis causis, quàm quæ expressæ sunt, justificari nequeat, *C.p.2.t.*32.§.3.*O.N.*1512.§. *antepen.* Nam non expressas non licet prosequi, *Clem.* 5. *de Appellat.* Proinde ejusmodi appellatio duntaxat ex causis expressis & Actis prioribus justificanda est, quia in Appellationib. ab ejusmodi interlocutoria vulgare illud axioma: *Non deducta deducam, non probata probabo,* locum non habet, *Gail.* 1. *O.* 130. *n.* 1. & 2. *Mynſ.* 3. *O.* 15.

A sententia competentiæ præcisè in scriptis appellandum. Secus est in sententia incompetentiæ.

36. Idem jus est in appellatione à sententia competentiæ, qua judex inferior se competentem expressè vel tacitè pronuntiat, nisi statuto, consuetudine vel privilegio aliud sit introductum, *d.t.*32.§.4.*Mynſ.*1.*O.*66. & 3.*O.*32. Ratio quoniam Sententia competentiæ est merè interlocutoria, incompetentiæ verò vim definitivæ habet, *Gail.*1.*O.*130.*n.pen.* Proinde ab hac viva voce quoque appellari poterit. Cessat itaque doctrina Gail.1.*O.*130.*n.ult.* dum tradit, in Camera istam differentiam in recipiendis Appellationibus à competentia vel incompetentia tam accuratè non servari, sed indistinctè appellationes vivâ voce in continenti factas recipi.

Gravamen appellandi schedulæ appellationis inserendum.

37. Porro causa gravaminis nuncupatim schedulæ appellationis est inserenda, *Gail.* 1. *O.* 130. *n.* 1. Nec sufficit eam allegare per relationem ad Acta, nisi appellans specialiter exprimat, in qua parte Actorum hoc dicatur, quoniam illa relatio specialis habetur, perinde ac si nominatim causa fuisset expressa, *Gail. d. O.* 130. *n.* 2.

Debet esse justum.

38. Denique causa gravaminis debet esse justa, non levis, aliàs appellatio non recipitur, *Ruland. de Commiss. cap.* 13. *n. ult.*

Expressione gravaminis non indigetur, si illud in mero jure consistat.

39. Regula verò præced. n. 31. tradita limitatur, si causa gravaminis in mero jure consistat, v. g. Si quæstio sit, An uxor ratione dotis Creditori expressam hypothecam habenti præferenda? An Fidei-Commissario duas quartas detrahere liceat? An fidejussor se obligans als selbst-schuldiger Bürge beneficio excussionis gaudeat? &c. Quibus casibus non opus est, ut gravamen exprimatur, *Mynf.* 3. *O.* 15. *n.* 6. Ratio est, quoniam gravamen illud in allegationibus juris deduci potest, neque probationem in facto requirit, *Gylm. voc. appellatio ab interlocutoria. princ.*

Pluribus appellationibus interpositis, in arbitrio appellantis est, quam velit prosequi.

40. Porro hìc silentio non prætereundum, si pluries appellatum, puta si primùm viva voce ac deinceps in scriptis appelletur, in arbitrio appellantis positum est, utram appellationem prosequi malit, unâ autem electâ reliquæ concident, *Mynf.* 1. *O.* 7. Atque si in Supplica illa electio non facta, injungi solet, ut supplicans exprimat, utram appellationem prosequi velit, idque propter Fatale introducendæ appellationis, quod non minus ac interponendæ de momento in momentum currit.

Cautela pro Appellante partim absoluto, partim condemnato.

41. Denique cùm appellatio sit communis tam quoad absolutionem, quàm quoad condemnationem, cautelâ opus est, ut Reus, si in una parte rei petitæ condemnetur, in altera absolvatur, protestetur se solummodò eatenus appellare, quatenus sententia contra ipsum lata sit, ne alioquin & ea pars revocetur, in qua absolutus est, *Gylm. voc. Appellatio in genere.* §. *Appellatio quatenus.*

Tertium Formale Appellationis.

42. III. Solennia vulgò sic dicta. Illa sunt (1.) præstatio juramenti de non frivolè appellando (2.) juxta quorundam judiciorum consuetudines, Statuta vel Privilegia cautio de prosequenda appellatione & judicatum solvi. Item depositio certæ summæ pecuniariæ, &c. Atque Supplicans pro Processibus Appellationis docere tenetur hæc solennia coram Judice inferiori præstita esse, aliàs petiti Processus denegantur, sic factum 14. Nov. 1661. in causa Zülchen contra Kuyzen-heimb, *Supplic. Cam. tit.* 15. *n.* 19.

Juramentum Appellationis intra quod tempus coram judice inferiori præstandum.

43. Quòd si Privilegia de non appellando juramentum appellationis efflagitant, illud semper coram judice, à quo in persona sub præjudicio causæ, *id est, desertionis*, est præstandum, & quidem, si certus terminus ad illud præstandum in Privilegio non sit præfixus, intra brevem terminum ab eodem judice præfigendũ, *R.* 1654. §. Auch zum achten. 117. Sin verò judex nullum terminum præfigat, potest illud pro lubitu præstari, modò tamen fiat, antequam Appellans supplicat pro Processibus Appellationis, nam tunc tenetur exhibere documentum solennium juxta tenorem Privilegii de non appellando præstitorum, vel ad illa præstanda

ſtanda factæ oblationis, & non-admiſſionis, aliàs Proceſſus denegantur, *R.* 1654. **Und nachdem.** 120.

44. Sed quare illud juramentum in perſona præſtandum? Reſp. Ad majorem terrorem juranti incutiendum, quò à perjurio eò magis abſterreatur. Illud verò per Procuratores præſtari poteſt, (1.) ſi Comes vel Baro appellaverit, *d.* §. 117. Ratio eſt, quia Illuſtres perſonæ per Procuratorem litigare debent, *l.* 25. *Cum Auth. ſeq. C. de procur.* Hinc quia hæ perſonæ in judicio comparere nequeunt, juramentum coram judice præſtandum per Procuratores præſtare coguntur.

Quare illud obiat in perſona præſtandũ.

45. Sed cùm in d. §. 117. omittantur Principes, Principum dignitate decorati, Prælati, ac reliqui comitibus ſuperiores, ideo quæritur, num illi propter ſuam præeminentiam ab hoc juramento immunes ſint? Negatur (1.) quoniam iſti ab hac generali conſtitutione nullibi expreſsè excipiuntur. (2.) qnia in O. C. p. 2. t. 8. §. 9. expreſsè conſtitutum, ut Principes Principumque dignitate gaudentes, ſi ab Auſtregis appellent, juramentum Appellationis præſtent. Nec quicquam obſtat, quòd hìc omittantur Principes, Prælati & reliqui ſuperiores. Nam Comites & Barones hic tantùm pro exemplis adducuntur. Jam verò in recenſendis exemplis quorundam omiſſio exempla omiſſa non ſtatim excludit. Sed cùm promiſſio **bey Fürſtlichen Ehren** vim juramenri obtineat, *Gail. 2. O. 59. n. 1. Wehn. Obſerv. practic. voc.* **bey Glauben und Treuen.** quæritur, an ejusmodi promiſſio ſufficiat? Negatur, quia corporale juramentum requiritur, idque per Procuratorem præſtandum, *Stylo ita dictante.* Tales promiſſiones verò non ſunt corporale vel formale juramentum.

Exceptio eſt (1.) in perſonis illuſtribus Idem juramentum per alios præſtare tenentur Principes, horumq; dignitate decorati.

46. (2.) Si civitas (*vel alia communitas*) appellaverit. Quo caſu juramentum appellationis per Procuratorem ſpeciali Mandato ſigillo civitatis & adjecta ſubſcriptione: **Bürgermeiſter und Rath daſelbſt:** munito inſtructum præſtari ſolet. Sin verò non totus Senatus civitatis, ſed tantùm ejus pars quædam appellet, ſinguli appellantes illud in perſona præſtare tenentur, ita in Camera judicatum 12. Dec. 1659.

(2.) Si aliqua univerſitas appellet.

47. (3.) Si Appellans propter ægritudinem, abſentiam vel alia juſta impedimenta in judicio in perſona comparere nequeat.

(3.) Si privatus appellans in judicio comparere nequeat.

48. Juramentum Appellationis verò tum demum in Camera, & quidem in primo termino, ut plurimum per Procuratorem mediante ſpeciali Mandato (*cujus formulam vid. C. p. 3. t. 38. in fin.*) ſub præjudicio deſertionis eſt præſtandum, (1.) Si judex inferior nullum Privilegium de non appellando habet. (2.) Si illud quidem habeat, ſed in eo non contineatur, quòd Appellans juramentum Appellationis coram inferiori judice præſtare debeat, tunc illud coram judice ſuperiori præſtandum eſt, **R.** 1654. §. **Zumalen aber.** 118. (3.) Si judex inferior Privilegiũ de præfato juramento coram ſe præſtando quidem habeat, ſed appellantem ad illius præſtationem admittere nolit, & judex Cameræ Proceſſus decernens appellantem ad eam admittat, **G. B.** 13. *Decemb.* 1659. §. 3. *in medio. Add. infrà n.* 62. Illud Juramentum verò non per extraneum ſed Procuratorem Cameræ præſtandum,

Juramentum appellationis quando in Camera præſtandum.

dum, *vid. Sent. Camer. n.* 137. & 145. Judæus appellans verò illud in perſona vel per alium Judæum ſpeciali Mandato ad id inſtructum præſtare tenetur, *Sent. Cam. n.* 690. *Add. infrà n.* 60.

Juramentum appellationis etiam præſtare tenentur hæredes defuncti appellantis, item Advocati cauſæ. Qui ad jurandum citari debent.

49. Præterea juramentum appellationis etiam præſtare tenentur hæredes atque ſucceſſores ipſo appellante lite pendente mortem obeunte, *d.* §. 118. *in fin.* Sed quæritur coram quo judice? Reſp. arbitror in illorum libera voluntate eſſe, utrum coram judice inferiori, an in Camera jurare velint. Atque ſi hæredibus merita cauſæ ignota, ex Actis priùs ſe informare tenentur, *vid. Sent. Cam. n.* 445.

50. Terriò idem præſtare compelluntur Advocati cauſæ, qui ſc. ſchedulam appellationis conſcripſerunt, vel ad appellandum adhortati ſunt, *d.* §. 118. Et quidem ſub pœna non-jurantium, quæ eſt Marca auri puri, G. B. 28. *Januar.* 1657. §. *pen.* Quo fine illi in Supplicationibus pro Proceſſibus ſub pœna denegationis nominari, eorum nomina iis Proceſſibus inſeri, ipſi ad jurandum vel videndum ſe incidiſſe in pœnam non jurantium citari ac iiſdem dicti Proceſſus inſinuari debent, *alleg.* §. *penult. Advocatus cauſa quomodo ad jurandum vel vid. ſe incidiſſ. citetur, videri poteſt in Supplic. Cam. tit.* 15. *n.* 8. *verſ.* Hierumb ſo heiſchen. *in fin.*

Quando hac citatione non opus.

51. Hac tamen citatione non opus eſt, ſi ſupplicationi pro Proceſſibus Mandatum ſpeciale Advocati de præſtando juramento Appellationis apponatur. Ita factum in cauſa Tunffert contra Weber 7. Jan. 1659. Cujus hæc ratio dari poteſt, quia iſtud Mandatum Advocatus exhiberi curans, jam pro præſente habetur, ideo non citandus. Deinde nec hac citatione opus, ſi Advocatus illud coram judice inferiori præſtitiſſet, quanquam illud ut plurimùm in judicio Camerali & quidem ſemper, licet Advocati Spiræ præſentes ſint, per Procuratorem mediante Mandato ſpeciali præſtant.

Quid obtineat, ſi Nomen Advocati Procuratori Supplicanti ignotum. Item ſi Advocatus ju. & conſortiū nomine ſchedulam appellationis compoſuit.

52. Quòd ſi Advocatus cauſæ Procuratori Supplicanti adhuc ſit ignotus, ſolet ille ſe ad Advocatum cauſæ in Cancellaria nominandum offerre. Sin verò nec hoc factum, decernitur: Woferrn Supplicant den jenigen Advocatum, der ad appellandum gerathen/ oder Schedulam abſolutionis verfaſſt/ benamſen wird/ ſoll darauff ergehen was recht iſt.

53. Sed quæritur, ſi ipſe Principalis Schedulam Appellationis conſcripſit, anne ille priùs coram judice inferiore tanquam Principalis, & deinde coram judice Cameræ tanquam Advocatus Cauſæ juramentum appellationis præſtare teneatur? Reſp. diſt. Aut ille Principalis ſuo ſolius nomine duntaxat, aut etiam conſortium Schedulam appellationis compoſuit. Poſteriori caſu nomine conſortium tanquam Advocatus in Camera iterum jurare tenetur, non verò priori.

Quomodo procedatur adverſus Advocatum non jurantem.

54. Advocato ad jurandum citato in primo termino non comparente adverſus ipſum ſuus Principalis, qui eum citari curavit, petit proclama, eo decreto & ſex juridicis elapſis petit declarationem pœnæ, licet hæc pœna non appellanti, ſed fiſco applicetur. Poſthæc judex Advocatum inobedientem in illam pœnam declarat, atque ejus ſolutionem intra certum terminum faciendam ſub pœna dupli injungit. Solutione intra præfixum terminum non ſubſecuta, fiſcalis petit declaratio-

tio-

tionem pœnæ dupli & Mandatum de exequendo, proceditque ulterius, quemadmodum de mulctis temerè litigantium traditum præced. tit. 30. n.62.

55. Quartò Advocato mortuo vel à causa se abdicante ejus surrogatus Advocatus post sufficientem informationem ex Actis exhaustam memoratum juramentum repetere cogitur, *d.* §. 118. *Add. Sent. Cam. num.* 170. Procuratores verò hoc Juramentum in propriam animam non præstant, G. B. 28. *Januar.* 1657. §. 1. Sin verò contra Sententias Camerales in causa principali latas restitutionem petunt, Juramentum de non frivolè petendo restitutionem in propriam animam præstare tenentur, *infrà tit.* 78. *num.* 7. Ratio differentiæ est, quia in causis appellationum Procuratoribus Merita causæ in Actis prioribus deducta rarò nota sunt. Deinde quia Judicis inferioris, qui in illos nullum imperium habet, sententiam impugnant. Ast in causis Restitutionum ex Actis in Camera productis merita causæ Procuratoribus sunt nota ac præterea sententiam Cameræ in ipsos Imperium habentis impugnare conantur, quamobrem meritò Juramentum restitutionis in propriam animam præstant. *Juramentum Appellationis quoque præstare tenetur successor Advocati.*

56. Deinde si status Imperii appellat, ejus Consiliarii actuales (würckliche Räth) juramentum non præstant, quare nec ad jurandum citantur, *teste experientia.* Cujus rei ratio est, quia illi Consiliarii immunes sunt à præstatione juramenti calumniæ, *R.* 1654. §. Uber dieses. 43. Jam verò juramentum appellationis quoque vocatur juramentum calumniæ de non frivolè appellando, atque sub juramento calumniæ, in specie sic dicto, comprehenditur, ejusque species est. Quòd verò juris in toto, idem etiam est in parte. Deinde formula horum juramentorum ferè eadem est. *Utramque formulam vid. C. p. 3. t. 38. circ. fin.* *Illud non præstant statuum Imperii actuales Consiliarii.*

57. Non obstat, quòd illi Consiliarii juramentum revisorium præstare teneantur, *praxi quotidiana sic docente.* Jam verò juramentum revisorium juramento appellationis similius sit quàm ovum ovo, itaque quod in uno obtinet, in altero cessare non debuisset. Verùm respondeo, cùm sententiam in summo Imperatoris & Imperii Dicasterio, atque à judicibus bonæ existimationis, ut & amplâ sententiâ juris ac magnâ res controversas dijudicandi dexteritate præditis, quos ipsi Status approbarunt & judices constituerunt, latam impugnate, audax & exorbitans sit remedium, non immeritò igitur Consiliarii, qui suis Superioribus illud remedium arripientibus consilia atque operam suam suppeditant, juramentum revisorium præstare compelluntur. *Non obstat.*

58. Hucusque tradita ratione juramenti de appellante, ejus successore, Advocato istiusque surrogato quoque obtinent in appellato, ejus Successore, Advocato & hujus surrogato, si ille appellationi adhærere, atque nova deducere velit, *R.* 1654. §. Wie ebenmässig. 73. *& praxi quotidiana.* *Hucusque tradita ratione juramenti de appellante, etiã obtinent in appellato appellationi adhærere volente.*

59. Quod pœnam non jurantium attinet, in Advocato appellati eadem est, quæ in Advocato Appellantis. Ipsi verò appellato in primo termino non juranti via Nova deducendi præcluditur, & ipse amittit commune beneficium appellationis. *Appellati ejusque Advocati non-jurantium pœna.*

60. Porrò hic non omittendum, si Judæus appellet, aut appellatus nova dedu

Judaus ipſe vel alius Judaus ipſius nomine jurare tenetur.

deducere cupiat, quòd iſte illud juramentum per ſe vel alium Judæum ſpeciali Mandato inſtructum præſtare teneatur. Hinc in cauſa Pina & conſort. contra Schwartzen Procuratoria ad præſtandum Juramentum appellationis in Procuratorem à Judæis concepta, 19. Febr. 1658. rejecta ſunt, ac Procuratori injunctum, ut aliud in Judæum conceptum produceret, *Sent. Cam. n.* 368. Quod ideo factum, quia nullum juramentum à Judæo præſtandum, per Chriſtianum præſtari poteſt, *Gylm. voc. Procuratores. §. Procurator Judai. Ubi §. ſequen. ait. Neque Judaus poteſt juramentum Chriſtianum praſtare, ſi tamen praſtiterit, cogitur ei acquieſcere. Add. infrà tit. 67. num.* 83.

Cautio quoque ab Appellante intra praſixum terminum praſtanda.

61. Cautio, *ſc. de judicio ſiſti & judicatum ſolvi*, ſi in privilegio exigitur quoque coram Judice inferiori intra terminum in iſto privilegio vel à Judice præfixum, ſub præjudicio deſertionis eſt præſtanda, *ſapè d. §.* 117. *in fin.* Et ſi quis pignoribus vel fidejuſſoribus cavere nequeat, ad juratoriam cautionem admittendus eſt, *Magenh. ad O. C. p.* 2. *t.* 29. *in fin.*

Solennia eſſe praſtita ſupplicans pro Proceſſibus docere tenetur.

62. Atque hæc omnia ſecundùm tenorem privilegii eſſe præſtita ſupplicans pro Proceſſibus documento quodam, quod judex ſine tergiverſatione edat, probare, aut Appellantem ad illa præſtanda ſe obtuliſſe, ſed non eſſe admiſſum oſtendere tenetur, aliàs Proceſſus denegantur, *R.* 1654. §. Und nach den 120. Sin verò ejusmodi documentum ſtatim cum ſupplica exhiberi nequeat, ſed promittatur illud in primo termino exhibitum iri, judex Proceſſus periculo partis decernere ſolet, *teſte obſervantia*. Quòd ſi Judex inferior Appellantem ad præſtationem oblatorum Solennium admittere nolit, illa in primo termino ſub pœna deſertionis coram Judicio Camerali præſtanda ſunt, G. B. 8. *Maji* 1668. *princ.*

Praſtatio Solennium ex ignorantia omiſſa appellanti non noceat.

63. Ultimò quoque addendum, ſi Appellans conſuetudinum, ſtatutorum ſeu privilegiorum de non appellando nullam notitiam habeat, quòd omiſſa præſtatio ſolennium ſuæ appellationi nocere haud debeat, *C. p.* 2. *t.* 32. *§. ult.* Ratio, quia ejusmodi ſolennitas non requiritur in ipſo actu appellandi, atque ſic non eſt de forma ſubſtantiali, quæ dat eſſe rei, ſed accidentali ad confirmationem rei jam in Eſſe productæ pertinente. Meritò igitur appellationem ritè interpoſitam non vitiat, ſed tamen effectum & ejus proſecutionem impedit, *Gail.* 1. *O.* 124. *n. ult.*

Non obſtat.

64. Non obſtat, quod aliàs dicitur formâ legis ſeu ſtatuti non ſervatâ, actus non valet, cùm forma det Eſſe rei, *Gail. d. O.* 124. *n.* 1. Nam diſtinguendum eſt, utrum lex vel ſtatutum requirat formam tempore alicujus actus, & tunc non ſervatâ formâ actus ipſo jure non ſubſiſtit. An verò poſt actum jam perfectum, uti requiritur præſtatio ſolennium in Appellationibus, atque hoc caſu actus non eſt nullus, ſed effectum non habet, niſi formâ adimpletâ, *Gail. ibid. n.* 4.

Quatenus illud nocumentum locum non habeat.

65. Hæc verò procedunt, ſi ignorans appellator de præſtandis ſolennibus non admonetur, *Gail. d. num. ult.* Hac admonitione tamen non opus, ſi appellanti privilegia ſint nota, nam tunc ſe proprio motu ad præſtationem ſolennium offerre debet, atque niſi hoc faciat, appellatio fit deſerta, quoniam certum ampliùs certiorari ſeu admoneri non oportet, *cap.* 31. *de R. I. in* 6. Hinc qui præceptum legis de ſolennibus appellationis præſtandis, *Vid. R.* 1654. Auch

zum

zum sechsten. 117. sibi notum contemnit, tacitè appellationi renuntiat, eamque deserit.

TIT. XLIX.

DE

FATALIBUS APPELLATIONIS.

1. AD formam appellationis spectat IV. Fatale Appellationis. Quod est certum spatium temporis Appellationi statuti. Sic dictum à fato, *id est*, morte. Etenim istud tempus dicitur vivere *in l. 3. C. de tempor. Appellat.* Quapropter quando illud expirat, quasi mori censetur, atque porrò per ejus mortem appellatio extinguitur, sicuti vita naturalis per naturalem mortem extinguitur, ideo dictum tempus vocari *Fatale* consuevit. *Quartum Formale Appellationis est ejus Fatale*

2. Est verò istud Fatale vel Appellationis interponendæ vel prosequendæ. *De hoc agetur infrà n. 18.* Illud est decendium, intra quod Appellans appellare tenetur. Nam Appellationem interponere nihil aliud denotat, quàm appellare. Id verò decendium præcisè observandum, alioquin ipso elapso Sententia transit in rem judicatam, & Appellatio redditur deserta, *Gail. 1. O. 139. n. 2.* *Quod duplex, unū interponenda, quod est decendium*

3. Imò licet sententia nunquam in rem judicatam transeat, v. g. si sententia planè nulla sit, tamen appellatio, nisi intra decendium interponatur, non valet, nec Appellans hoc casu obtinet, nisi justificet ipsam appellationem probando illam legitimè quoad omnia Solennia esse interpositam, *Gylm. tom. 2. part. 2. vot. 48. n. 13.* Neque sufficit probare nullitatem simpliciter, sed dicitur viam, quam elegisti, sequere. Quia modus agendi attendendus, *ibid. n. 15. & 16.* Salvâ interim tamen permanente viâ nullitatem principaliter proponendi, *Gylm. t. 1. part. 1. pag. 412. princ.* *& præcisè observandum. Etiamsi sententia sit planè nulla.*

4. Atque hoc decendium à judice inferiori neque constringi neque dilatari potest, *C. p. 2. t. 32. §. 1.* Imò ne quidem expresso consensu partium vel compromisso illud fieri posse, communis est opinio, *Gail. d. O. 139. n. 6. Mynf. 3. O. 11.* Proinde neque consuetudo seu Statutum contrarium disponens ullius est momenti. *Illud decendium nullo modo constringi aut dilatari potest.*

5. Hic non possum non admonere, quod suprà n. 2. ex Gailio tradidi, nimir. non observato decendio appellationem non interpositam reddi desertam. Quod & Mynf. 3. O. 22. n. 1. atque innumeri alii Dd. affirmant. Ast illorum assertionem à Veritate alienam puto, & quidem (1.) propter vulgare & verissimum axioma; *Non-Entis nulla sunt qualitates.* Jam autem appellatio non-interposita est Non-Ens. Ergo ejus nullæ qualitates, atque sic nec desertio esse potest. (2.) Quia neque in jure communi, neque in jure Camerali ullum textum hactenus offendi, in quo appellatio non-interposita dicatur deserta reddi. (3.) Quoniam in Camera, si appellatio quidem intra decendium sed tamen non legitimè, *id est, non observatis cunctis Formalibus ad ejus interpositionem requisitis*, interposita sit, quod in idem recidit ac si planè non interposita esset, appellatio minimè deserta, sed causa non-devo- *An Appellatio non interposita possit dici desertam esse redditam.*

devoluta solet pronuntiari. Quod duobus præjudiciis confirmat Gylm. *voc. Appellatio in Scriptis. §. fin. & voc. Commissarii. §. A Commissariis.* Facultas verò interponendæ appellationis forsan posset dici deserta esse reddita.

Decendiũ interponendæ appellationis quomodo computandum.

6. Illius decendii initium consuevit constitui hora ipsa ejus diei; quâ sententia fuit, & finis eâdem horâ sequentis diei undecimi, v. g. si 1. Febr. horâ 9. sententia proferatur, dies primus hujus decendii finietur 2. Febr. circa eandem horam 9. dies verò secundus 3. Febr. atque ita decimus dies finietur 11. Febr. horâ 9. elapsâ. Quapropter circa horam decimam d. 11. Febr. appellans non audietur, sed Appellatio seu potiùs facultas appellandi ob elapsum decendium pro deserta habebitur.

Computatio Mindani refutatur.

7. Existimat Mindan. *de Processf. cap. 8. n. 1.* decendium quidem à momento latæ sententiæ numerandum incipere, non tamen ad momentum ejus horæ, quâ sententia lata, sed totâ luce undecimi diei exactâ demum finiri, & per consequens non modò horâ 9. sed etiam post meridiem 11. Febr. appellationem interponere licere, quia nisi toto illo die effluxo sententia non transeat in rem judicatam. Verùm Mindani opinio non solùm contra omnium Dd. sententiam, sed quoque contra Stylum Cameralem est. Nam si in Camera ex instrumento Appellationis producto appareat, undecimo die demum appellatum esse, Supplicanti semper injungitur, ut horam latæ sententiæ indicet.

Idque quodam præjudicio

8. Hinc cùm in causa Steineck contra Pimberg à sententia 24. Febr. 1630. latâ, 6. Martii adeoque undecimô die & quidem prout ex instrumento Appellationis constabat, à meridie intra horam secundam & tertiam appellatum esset, ita fuit decretum: Wofern Supplicant horam sententiæ à qua der Gebühr anzeigen wird/ soll darauff ergehen/ was recht ist. 18. Junii, 1630. Attestatione à judice inferiori datâ, circa horam tertiam pomeridianam sententiam esse publicatam, pleni Processus decreti 1. Octobris, 1630.

Decendiũ appellat. interpon. ut currat, duo requiruntur.

9. Ut verò illud decendium currat, duo sunt necessaria. (1.) Ut victus sciat sententiam esse prolatam, (2.) Ut sciat contra se vel in suum præjudicium prolatam esse, *Gail. 1. O. 139. n. 7.* Ex quibus patet illud decendium ab initio esse utile, quia non currit nisi à tempore scientiæ, quando videlic. victus scit sententiam contra se esse prolatam, sed in progressu est continuum, *d. n. 7.* & à momento scientiæ in momentum currit, adeo ut etiam feriæ solennes includantur, *Gail. d. O. 139. n. 5.*

Quando dubitatur utrum à die scientiæ appellatum, appellato incumbit probatio.

10. Si dubitetur, utrum quis intra decendium à die notitiæ appellaverit, appellato incumbit onus probandi, quia illud decendium ab initio est utile, neque ignoranti currit, ignorantia autem in dubio præsumitur, donec scientia ab adversario probetur, *Klock. Relat. 170. n. 5.*

Casus primus, quo decendium non currit à die latæ sententiæ.

11. Quòd verò illud decendium à die sententiæ currat, procedit tum demum (1.) Si victus Procuratorem apud Acta non habuerit, *Gail. d. O. 139. n. 10.* Proinde si victus in Supplicatione pro Processibus alleget, se à tempore scientiæ intra decendium appellâsse, simul docere debet se Procuratorem apud Acta non habuisse, aliàs ei Processus denegantur. Ita factum in causa Bepling contra Winters Wittwe/ 13. Aug. 1660. *Supplic. Cam. tit. 15. n. 7.* Etenim Procuratore tempore sen-

ſententiæ apud Acta extante, ille tam ab interlocutoria, quàm definitiva appellare tenetur, aut ſaltem intra decendium domino non ſolùm ignoranti, ſed etiam ſcienti denunciare, ſententiam contra ipſum eſſe latam. Alterutrum ſi factum non fuerit, ſententia tranſit in rem judicatam & negligentia Procuratoris nocet Domino, ſi ſit ſolvendo. Sin minus, conſulitur ei beneficio reſtitutionis in integrum, *Gail. d. O.* 139. *n.* 9.

12. (2.) Si ſententia non ſit dubia & obſcura. Nam ſi illa dubia & obſcura, ac propterea ejus declaratio vel revocatio petatur, hoc caſu cùm non conſtet de gravamine, meritò differtur & ceſſat appellatio, donec de gravamine cognoſcatur Aut ergo judex gravamen revocat & res clara eſt, aut non revocat neque declarat, ſed confirmat, vel declarat quidem ſed cum gravamine, & utroque caſu decendium appellationis currit à tempore non latæ ſed declaratæ vel confirmatæ ſententiæ. Ratio eſt, quoniam quando ſententia ex aliquo redditur obſcura, judex nihil definiviſſe dicatur, quia talis dubietas partes ancipites reddit, atque perinde eſt, ac ſi ſententia lata non fuiſſet, *Mind, de Proceſſ. cap.* 8. *num.* 3. & 4. *Caſus* 2.

13. (3.) Si ſciens contra ſe ſententiam eſſe latam habet facultatem appellandi, *arg. l.* 1. §. 7. *Quando appelland.* Proinde ſi quis in carcere cuſtodiave poſitus, vel longè abſens, aut ob aliud juſtum impedimentum appellare nequeat, æquum eſt, ut ei alterum decendium à tempore facultatis indulgeatur, quia & aliàs non valenti agere non currat præſcriptio, cùm nemo incuſare poſſit eos, qui non fecerint, quod etſi maluerint, minimè adimplere valebant, *Mind. d. cap.* 8. *n.* 5. *Caſus* 3.

14. (4.) Ne quidem à die ſcientiæ currit decendium, ſi gravamen illatum cauſam continuam & ſucceſſivam habeat, quia tunc tanquam à præſenti & continuo gravamine ſemper, etiam longo tempore poſt decendium appellari poteſt, v. g. ſi quis carceri mancipatus, is ſemper à præcepto de capiendo vel captura ſecutâ appellare poteſt. Item ſi quis ad locum non tutum citatur, nam hoc gravamen habet cauſam continuam, ideo ſemper appellari poteſt, *Gail.* 1. *O.* 139. *n.* 13. *Caſus* 4.

15. Hoc verò limitatur primò, ſi non tanquam à præſenti ſed tanquam à præterito gravamine appelletur, & cauſa gravaminis de præterito exprimatur, quia hoc caſu appellatio non valebit, niſi ea intra decendium à Decreto judicis proximum eſſet interpoſita. Secundò ſi judex pronuntiaverit locum tutum eſſe, vel juſtè incarceratum eſſe. Quo caſu itidem intra decendium appellandum, aliàs ſententia tranſibit in rem judicatam, quoniam contra jus partis lata, *Gail. d. O.* 139. *n.* 14. *Hujus caſus duæ limitationes.*

16. (5) Quocunque tempore etiam poſt decendium appellari poteſt, ſi judex abſque cauſæ cognitione aliquid præcipiat, ſive id fiat in judicio ſive extra illud, *Gylm. voc. Appellare à quibus,* §. *quando præceptum.* *Caſus* 5.

17. (6.) Quamvis intra decendium appellare non teneatur Tertius, qui pro ſuo intereſſe alterius appellationi adhærere vult, ab alio interpoſitam tamen Appellationem intra decendium ratam habere debet, *Gail.* 1. *O.* 122. *n.* 5. *Caſus* 6.

18. Fatale proſequendæ appellationis eſt tempus intra quod appellatio interpoſita *Fatale proſequendæ appellationis.*

Gravamen appellandi schedula appellationis inserendum.

37. Porro causa gravaminis nuncupatim schedulæ appellationis est inserenda, *Gail.* 1. *O.* 130. *n.* 1. Nec sufficit eam allegare per relationem ad Acta, nisi appellans specialiter exprimat, in qua parte Actorum hoc dicatur, quoniam illa relatio specialis habetur, perinde ac si nominatim causa fuisset expressa, *Gail. d. O.* 130. *n.* 2.

Debet esse justum.

38. Denique causa gravaminis debet esse justa, non levis, aliàs appellatio non recipitur, *Ruland. de Commiss. cap.* 13. *n. ult.*

Expressione gravaminis non indigetur, si illud in mero jure consistat.

39. Regula verò præced. n. 31. tradita limitatur, si causa gravaminis in mero jure consistat, v. g. Si quæstio sit, An uxor ratione doris Creditori expressam hypothecam habenti præferenda? An Fidei-Commissario duas quartas detrahere liceat? An fidejussor se obligans als selbst-schuldiger Bürge beneficio excussionis gaudeat? &c. Quibus casibus non opus est, ut gravamen exprimatur, *Mynf.* 3. *O.* 15. *n.* 6. Ratio est, quoniam gravamen illud in allegationibus juris deduci potest, neque probationem in facto requirit, *Gylm. voc. appellatio ab interlocutoria. princ.*

Pluribus appellationibus interpositis, in arbitrio appellantis est, quam velit prosequi.

40. Porro hîc silentio non prætereundum, si pluries appellatum, puta si primùm viva voce ac deinceps in scriptis appelletur, in arbitrio appellantis positum est, utram appellationem prosequi malit, unâ autem electâ reliquæ concident, *Mynf.* 1. *O.* 7. Atque si in Supplica illa electio non facta, injungi solet, ut supplicans exprimat, utram appellationem prosequi velit, idque propter Fatale introducendæ appellationis, quod non minus ac interponendæ de momento in momentum currit.

Cautela pro Appellante partim absoluto, partim condemnato.

41. Denique cùm appellatio sit communis tam quoad absolutionem, quàm quoad condemnationem, cautelâ opus est, ut Reus, si in una parte rei petitæ condemnetur, in altera absolvatur, protestetur se solummodò eatenus appellare, quatenus sententia contra ipsum lata sit, ne alioquin & ea pars revocetur, in qua absolutus est, *Gylm. voc. Appellatio in genere.* §. *Appellatio quatenus.*

Tertium Formale Appellationis.

42. III. Solennia vulgò sic dicta. Illa sunt (1.) præstatio juramenti de non frivolè appellando (2.) juxta quorundam judiciorum consuetudines, Statuta vel Privilegia cautio de prosequenda appellatione & judicatum solvi. Item depositio certæ summæ pecuniariæ, &c. Atque Supplicans pro Processibus Appellationis docere tenetur hæc solennia coram Judice inferiori præstita esse, aliàs petiti Processus denegantur, sic factum 14. Nov. 1661. in causa Zulayen contra Kuayenheimb, *Supplic. Cam. tit.* 15. *n.* 19.

Juramentum Appellationis intra quod tempus coram judice inferiori præstandum.

43. Quòd si Privilegia de non appellando juramentum appellationis efflagitant, illud semper coram judice, à quo in persona sub præjudicio causæ, *id est, desertionis*, est præstandum, & quidem, si certus terminus ad illud præstandum in Privilegio non sit præfixus, intra brevem terminum ab eodem judice præfigendū, *R.* 1654. §. Auch zum weitern. 117. Sin verò judex nullum terminum præfigat, potest illud pro lubitu præstari, modò tamen fiat, antequam Appellans supplicat pro Processibus Appellationis, nam tunc tenetur exhibere documentum solennium juxta tenorem Privilegii de non appellando præstitorum, vel ad illa præstanda

ſtanda factæ oblationis, & non-admiſſionis, aliàs Proceſſus denegantur, *R.* 1654. Und nachdem. 120.

44. Sed quare illud juramentum in perſona præſtandum? Reſp. Ad majorem terrorem juranti incutiendum, quò à perjurio eò magis abſterreatur. Illud verò per Procuratores præſtari poteſt, (1.) ſi Comes vel Baro appellaverit, *d.* §. 117. Ratio eſt, quia Illuſtres perſonæ per Procuratorem litigare debent, *l.* 25. *Cum Auth. ſeq. C. de procur.* Hinc quia hæ perſonæ in judicio comparere nequeunt, juramentum coram judice præſtandum per Procuratores præſtare coguntur.

Quare illud ibi in perſona præſtandũ.

45. Sed cùm in d. §. 117. omittantur Principes, Principum dignitate decorati, Prælati, ac reliqui comitibus ſuperiores, ideo quæritur, num illi propter ſuam præeminentiam ab hoc juramento immunes ſint? Negatur (1.) quoniam iſti ab hac generali conſtitutione nullibi expreſsè excipiuntur. (2.) quia in O. C. p. 2. t. 8. §. 9. expreſsè conſtitutum, ut Principes Principumque dignitate gaudentes, ſi ab Auſtregis appellent, juramentum Appellationis præſtent. Nec quicquam obſtat, quòd hîc omittantur Principes, Prælati & reliqui ſuperiores. Nam Comites & Barones hic tantùm pro exemplis adducuntur. Jam verò in recenſendis exemplis quorundam omiſſio exempla omiſſa non ſtatim excludit. Sed cùm promiſſio bey Fürſtlichen Ehren vim juramenti obtineat, *Gail.* 2. *O.* 59. *n.* 1. *Wehn. Obſerv. practic. voc.* bey Glauben und Treuen. quæritur, an ejusmodi promiſſio ſufficiat? Negatur, quia corporale juramentum requiritur, idque per Procuratorem præſtandum, *Stylo ita dictante.* Tales promiſſiones verò non ſunt corporale vel formale juramentum.

Exceptio eſt (1.) in perſonis illuſtribus Idem juramentum per alios præſtare tenentur Principes, horumq; dignitate decorati.

46. (2.) Si civitas (*vel alia communitas*) appellaverit. Quo caſu juramentum appellationis per Procuratorem ſpeciali Mandato ſigillo civitatis & adjecta ſubſcriptione: Bürgermeiſter und Rath daſelbſt: munito inſtructum præſtari ſolet. Sin verò non totus Senatus civitatis, ſed tantùm ejus pars quædam appellet, ſinguli appellantes illud in perſona præſtare tenentur, ita in Camera judicatum 12. Dec. 1659.

(2.) Si aliqua univerſitas appellet.

47. (3.) Si Appellans propter ægritudinem, abſentiam vel alia juſta impedimenta in judicio in perſona comparere nequeat.

(3.) Si privatus appellans in judicio comparere nequeat.

48. Juramentum Appellationis verò tum demum in Camera, & quidem in primo termino, ut plurimum per Procuratorem mediante ſpeciali Mandato (*cujus formulam vid. C. p.* 3. *t.* 38. *in fin.*) ſub præjudicio deſertionis eſt præſtandum, (1.) Si judex inferior nullum Privilegium de non appellando habet. (2.) Si illud quidem habeat, ſed in eo non contineatur, quòd Appellans juramentum Appellationis coram inferiori judice præſtare debeat, tunc illud coram judice ſuperiori præſtandum eſt, R. 1654. §. Zumalen aber 118. (3.) Si judex inferior Privilegiũ de præfato juramento coram ſe præſtando quidem habeat, ſed appellantem ad illius præſtationem admittere nolit, & judex Cameræ Proceſſus decernens appellantem ad eam admittat, G. B. 13. *Decemb.* 1659. §. 3. *in medio. Add. infrà n.* 62. Illud Juramentum verò non per extraneum ſed Procuratorem Cameræ præſtandum,

Juramentum appellationis quando in Camera præſtandum.

dum, *vid. Sent. Camer. n.* 137. & 145. Judæus appellans verò illud in perſona vel per alium Judæum ſpeciali Mandato ad id inſtructum præſtare tenetur, *Sent. Cam. n.* 690. *Add. infrà n.* 60.

Juramentum appellationis etiam præſtare tenentur hæredes defuncti appellantis. Item Advocati cauſæ Qui ad jurandum citari debent.

49. Præterea juramentum appellationis etiam præſtare tenentur hæredes atque ſucceſſores ipſo appellante lite pendente mortem obeunte, *d. §.* 118. *in fin.* Sed quæritur coram quo judice? Reſp. arbitror in illorum libera voluntate eſſe, utrum coram judice inferiori, an in Camera jurare velint. Atque ſi hæredibus merita cauſæ ignota, ex Actis prius ſe informare tenentur, *vid. Sent. Cam. n.* 445.

50. Tertiò idem præſtare compelluntur Advocati cauſæ, qui ſc. ſchedulam appellationis conſcripſerunt, vel ad appellandum adhortati ſunt, *d. §.* 118. Et quidem ſub pœna non-jurantium, quæ eſt Marca auri puri, G. B. 28. *Januar.* 1657. *§. pen.* Quo fine illi in Supplicationibus pro Proceſſibus ſub pœna denegationis nominari, eorum nomina iis Proceſſibus inſeri, ipſi ad jurandum vel videndum ſe incidiſſe in pœnam non jurantium citari ac iisdem dicti Proceſſus inſinuari debent, *alleg. §. penult. Advocatus cauſæ quomodo ad jurandum vel vid. ſe incidiſſ. citetur, videri poteſt in Supplic. Cam. tit.* 15. *n.* 8. *verſ.* Hierumb ſo heiſchen. *in fin.*

Quando hac citatione non opus.

51. Hac tamen citatione non opus eſt, ſi ſupplicationi pro Proceſſibus Mandatum ſpeciale Advocati de præſtando juramento Appellationis apponatur. Ita factum in cauſa Tauſſert contra Weber 7. Jan. 1659. Cujus hæc ratio dari poteſt, quia iſtud Mandatum Advocatus exhiberi curans, jam pro præſente habetur, ideo non citandus. Deinde nec hac citatione opus, ſi Advocatus illud coram judice inferiori præſtitiſſet, quanquam illud ut plurimùm in judicio Camerali & quidem ſemper, licet Advocati Spiræ præſentes ſint, per Procuratorem mediante Mandato ſpeciali præſtant.

Quid obtineat, ſi Nomen Advocati Procuratori Supplicanti ignotum. Item ſi Advocatus ſu. & conſortiũ nomine Schedulam appellationis compoſuit.

52. Quòd ſi Advocatus cauſæ Procuratori Supplicanti adhuc ſit ignotus, ſolet ille ſe ad Advocatum cauſæ in Cancellaria nominandum offerre. Sin verò nec hoc factum, decernitur: Woferrn Supplicant den jenigen Advocatum, der ad appellandum gerathen/ oder Schedulam abſolutionis verfaſſt/ benamſen wird / ſoll darauff ergehen was recht iſt.

53. Sed quæritur, ſi ipſe Principalis Schedulam Appellationis conſcripſit, anne ille prius coram judice inferiore tanquam Principalis, & deinde coram judice Cameræ tanquam Advocatus Cauſæ juramentum appellationis præſtare teneatur? Reſp. diſt. Aut ille Principalis ſuo ſolius nomine duntaxat, aut etiam conſortium Schedulam appellationis compoſuit. Poſteriori caſu nomine conſortium tanquam Advocatus in Camera iterum jurare tenetur, non verò priori.

Quomodo procedatur adverſus Advocatum non jurantem.

54. Advocato ad jurandum citato in primo termino non comparente adverſus ipſum ſuus Principalis, qui eum citari curavit, petit proclama, eo decreto & ſex juridicis elapſis petit declarationem pœnæ, licet hæc pœna non appellanti, ſed fiſco applicetur. Poſthæc judex Advocatum inobedientem in illam pœnam declarat, atque ejus ſolutionem intra certum terminum faciendam ſub pœna dupli injungit. Solutione intra præfixum terminum non ſubſecuta, fiſcalis petit declaratio-

tionem pœnæ dupli & Mandatum de exequendo, proceditque ulterius, quemadmodum de mulctis temerè litigantium traditum præced. tir. 30. n.62.

55. Quartò Advocato mortuo vel à causa se abdicante ejus surrogatus Advocatus post sufficientem informationem ex Actis exhaustam memoratum juramentum repetere cogitur, *d.* §. 118. *Add. Sent. Cam. num.* 170. Procuratores verò hoc Juramentum in propriam animam non præstant, G. B. 28. *Januar.* 1657. §. 1. Sin verò contra Sententias Camerales in causa principali latas restitutionem petunt, Juramentum de non frivolè petendo restitutionem in propriam animam præstare tenentur, *infrà tit.* 78. *num.* 7. Ratio differentiæ est, quia in causis appellationum Procuratoribus Merita causæ in Actis prioribus deducta rarò nota sunt. Deinde quia Judicis inferioris, qui in illos nullum imperium habet, sententiam impugnant. Ast in causis Restitutionum ex Actis in Camera productis merita causæ Procuratoribus sunt nota ac præterea sententiam Cameræ in ipsos Imperium habentis impugnare conantur, quamobrem meritò Juramentum restitutionis in propriam animam præstant. *Juramentum Appellationis quoque præstare tenetur successor Advocati.*

56. Deinde si status Imperii appellat, ejus Consiliarii actuales (würckliche Räth) juramentum non præstant, quare nec ad jurandum citantur, *teste experientia.* Cujus rei ratio est, quia illi Consiliarii immunes sunt à præstatione juramenti calumniæ, *R.* 1654. §. Uber dieses. 43. Jam verò juramentum appellationis quoque vocatur juramentum calumniæ de non frivolè appellando, atque sub juramento calumniæ, in specie sic dicto, comprehenditur, ejusque species est. Quòd verò juris in toto, idem etiam est in parte. Deinde formula horum juramentorum ferè eadem est. *Utramque formulam vid. C.p.3.t.38. circ. fin.* *Illud non præstant statuum Imperii actuales Consiliarii.*

57. Non obstat, quòd illi Consiliarii juramentum revisorium præstare teneantur, *praxi quotidiana sic docente.* Jam verò juramentum revisorium juramento appellationis similius sit quàm ovum ovo, itaque quod in uno obtinet, in altero cessare non debuisset. Verùm respondeo, cùm sententiam in summo Imperatoris & Imperii Dicasterio, atque à judicibus bonæ existimationis, ut & amplâ sententiâ juris ac magnâ res controversas dijudicandi dexteritate præditis, quos ipsi Status approbarunt & judices constituerunt, latam impugnare, audax & exorbitans sit remedium, non immeritò igitur Consiliarii, qui suis Superioribus illud remedium arripientibus consilia atque operam suam suppeditant, juramentum revisorium præstare compelluntur. *Non obstat.*

58. Hucusque tradita ratione juramenti de appellante, ejus successore, Advocato istiusque surrogato quoque obtinent in appellato, ejus Successore, Advocato & hujus surrogato, si ille appellationi adhærere, atque nova deducere velit, *R.*1654. §. Wie ebenmässig. 73. *& praxi quotidiana.* *Hucusque tradita ratione juramenti de appellante, etiã obtinent in appellato appellationi adhærere volente.*

59. Quod pœnam non jurantium attinet, in Advocato appellati eadem est, quæ in Advocato Appellantis. Ipsi verò appellato in primo termino non juranti via Nova deducendi præcluditur, & ipse amittit commune beneficium appellationis. *Appellati ejusque Advocati non-jurantium pœna.*

60. Porrò hic non omittendum, si Judæus appellet, aut appellatus nova

 dedu

Judaus ipse vel alius Judaus ipsius nomine jurare tenetur.

deducere cupiat, quòd iste illud juramentum per se vel alium Judæum speciali Mandato instructum præstare teneatur. Hinc in causa Pina & consort. contra Schwartzen Procuratoria ad præstandum Juramentum appellationis in Procuratorem à Judæis concepta, 19. Febr. 1658. rejecta sunt, ac Procuratori injunctum, ut aliud in Judæum conceptum produceret, *Sent. Cam. n.* 368. Quod ideo factum, quia nullum juramentum à Judæo præstandum, per Christianum præstari potest, *Gylm. voc. Procuratores.* §. *Procurator Judai. Ubi* §. *sequen. ait. Neque Judaeus potest juramentum Christianum praestare, si tamen praestiterit, cogitur ei acquiescere. Add. infrà tit.* 67. *num.* 83.

Cautio quoque ab Appellante intra praefixum terminum praestanda.

61. Cautio, *sc. de judicio sisti & judicatum solvi*, si in privilegio exigitur quoque coram Judice inferiori intra terminum in isto privilegio vel à Judice præfixum, sub præjudicio desertionis est præstanda, *sæpè d.* §. 117. *in fin.* Et si quis pignoribus vel fidejussoribus cavere nequeat, ad juratoriam cautionem admittendus est, *Magenh. ad O. C. p.* 2. *t.* 29. *in fin.*

Solennia esse praestita supplicans pro Processibus docere tenetur.

62. Atque hæc omnia secundùm tenorem privilegii esse præstita supplicans pro Processibus documento quodam, quod judex sine tergiversatione edat, probare, aut Appellantem ad illa præstanda se obtulisse, sed non esse admissum ostendere tenetur, aliàs Processus denegantur, *R.* 1654. §. Und nach den 120. Sin verò ejusmodi documentum statim cum supplica exhiberi nequeat, sed promittatur illud in primo termino exhibitum iri, judex Processus periculo partis decernere solet, *teste observantia.* Quòd si Judex inferior Appellantem ad præstationem oblatorum Solennium admittere nolit, illa in primo termino sub pœna desertionis coram Judicio Camerali præstanda sunt, G. B. 8. *Maji* 1668. *princ.*

Praestatio Solennium ex ignorantia omissa appellanti non nocent.

63. Ultimò quoque addendum, si Appellans consuetudinum, statutorum seu privilegiorum de non appellando nullam notitiam habeat, quòd omissa præstatio solennium suæ appellationi nocere haud debeat, *C. p.* 2. *t.* 32. §. *ult.* Ratio, quia ejusmodi solennitas non requiritur in ipso actu appellandi, atque sic non est de forma substantiali, quæ dat esse rei, sed accidentali ad confirmationem rei jam in Esse productæ pertinente. Meritò igitur appellationem ritè interpositam non vitiat, sed tamen effectum & ejus prosecutionem impedit, *Gail.* 1. *O.* 124. *n. ult.*

Non obstat.

64. Non obstat, quod aliàs dicitur formâ legis seu statuti non servatâ, actus non valet, cùm forma det Esse rei, *Gail. d. O.* 124. *n.* 1. Nam distinguendum est, utrum lex vel statutum requirat formam tempore alicujus actus, & tunc non servatâ formâ actus ipso jure non subsistit. An verò post actum jam perfectum, uti requiritur præstatio solennium in Appellationibus, atque hoc casu actus non est nullus, sed effectum non habet, nisi formâ adimpletâ, *Gail. ibid. n.* 4.

Quatenus illud notum cum non habeat.

65. Hæc verò procedunt, si ignorans appellator de præstandis solennibus non admonetur, *Gail. d. num. ult.* Hac admonitione tamen non opus, si appellanti privilegia sint nota, nam tunc se proprio motu ad præstationem solennium offerre debet, atque nisi hoc faciat, appellatio fit deserta, quoniam certum ampliùs certiorari seu admoneri non oportet, *cap.* 31. *de R. J. in* 6. Hinc qui præceptum legis de solennibus appellationis præstandis, *Vid. R.* 1654. Auch

zum

zum sechsten. 117. sibi notum contemnit, tacitè appellationi renuntiat, eamque deserit.

TIT. XLIX.

DE

FATALIBUS APPELLATIONIS.

1. AD formam appellationis spectat IV. Fatale Appellationis. Quod est certum spatium temporis Appellationi statuti. Sic dictum à fato, *id est*, morte. Etenim istud tempus dicitur vivere *in l. 3. C. de tempor. Appellat.* Quapropter quando illud expirat, quasi mori censetur, atque porrò per ejus mortem appellatio extinguitur, sicuti vita naturalis per naturalem mortem extinguitur, ideo dictum tempus vocari *Fatale* consuevit. *Quartum Formale Appellationis est ejus Fatale*

2. Est verò istud Fatale vel Appellationis interponendæ vel prosequendæ. *De hoc agetur infrà n.* 18. Illud est decendium, intra quod Appellans appellare tenetur. Nam Appellationem interponere nihil aliud denotat, quàm appellare. Id verò decendium præcisè observandum, alioquin ipso elapso Sententia transit in rem judicatam, & Appellatio redditur deserta, *Gail. 1. O.* 139. *n.* 2. *Quod duplex, unū interponendæ, quod est decendium*

3. Imò licet sententia nunquam in rem judicatam transeat, v. g. si sententia planè nulla sit, tamen appellatio, nisi intra decendium interponatur, non valet, nec Appellans hoc casu obtinet, nisi justificet ipsam appellationem probando illam legitimè quoad omnia Solennia esse interpositam, *Gylm. tom. 1. part. 2. vot.* 48. *n.* 13. Neque sufficit probare nullitatem simpliciter, sed dicitur viam, quam elegisti, sequere. Quia modus agendi attendendus, *ibid. n.* 15. *&* 16. Salvâ interim tamen permanente viâ nullitatem principaliter proponendi, *Gylm. t. 1. part. 1. pag.* 412. *princ.* *& præcisè observandum. Etiamsi sententia sit planè nulla.*

4. Atque hoc decendium à judice inferiori neque constringi neque dilatari potest, *C. p. 2. t. 32. §. 1.* Imò ne quidem expresso consensu partium vel compromisso illud fieri posse, communis est opinio, *Gail. d. O.* 139. *n. 6. Mynf.* 3. *O.* 11. Proinde neque consuetudo seu Statutum contrarium disponens ullius est momenti. *Illud decendium nullo modo constringi aut dilatari potest.*

5. Hic non possum non admonere, quod suprà n. 2. ex Gailio tradidi, nimirum non observato decendio appellationem non-interpositam reddi desertam. Quod & Mynf. 3. *O.* 22. *n.* 1. atque innumeri alii Dd. affirmant. Ast illorum assertionem à Veritate alienam puto, & quidem (1.) propter vulgare & verissimum axioma: *Non-Entis nulla sunt qualitates.* Jam autem appellatio non-interposita est Non-Ens. Ergo ejus nullæ qualitates, atque sic nec desertio esse potest. (2.) Quia neque in jure communi, neque in jure Camerali ullum textum hactenus offendi, in quo appellatio non-interposita dicatur deserta reddi. (3.) Quoniam in Camera, si appellatio quidem intra decendium sed tamen non legitimè, *id est, non observatis cunctis Formalibus ad ejus interpositionem requisitis,* interposita sit, quod in idem recidit ac si planè non interposita esset, appellatio minimè deserta, sed causa non-devo- *An Appellatio non interposita posse dici desertam esse redditam.*

devoluta solet pronuntiari. Quod duobus præjudiciis confirmat Gylm. *voc. Appellatio in Scriptis. §. fin. & voc. Commissarii. §. A Commissariis.* Facultas verò interponendæ appellationis forsan posset dici deserta esse reddita.

Decendiii interponendæ appellationis quomodo computandum. 6. Illius decendii initium consuevit constitui hora ipsa ejus diei; quâ sententia fuit, & finis eâdem horâ sequentis diei undecimi, v. g. si 1. Febr. horâ 9. sententia proferatur, dies primus hujus decendii finietur 2. Febr. circa eandem horam 9. dies verò secundus 3. Febr. atque ita decimus dies finietur 11. Febr. horâ 9. elapsâ. Quapropter circa horam decimam d. 11. Febr. appellans non audietur, sed Appellatio seu potiùs facultas appellandi ob elapsum decendium pro deserta habebitur.

Computatio Mindani refutatur. 7. Existimat Mindan. *de Processf. cap. 8. n. 1.* decendium quidem à momento latæ sententiæ numerandum incipere, non tamen ad momentum ejus horæ, quâ sententia lata, sed totâ luce undecimi diei exactâ demum finiri, & per consequens non modò horâ 9. sed etiam post meridiem 11. Febr. appellationem interponere licere, quia nisi toto illo die effluxo sententia non transeat in rem judicatam. Verùm Mindani opinio non solùm contra omnium Dd. sententiam, sed quoque contra Stylum Cameralem est. Nam si in Camera ex instrumento Appellationis producto appareat, undecimo die demum appellatum esse, Supplicanti semper injungitur, ut horam latæ sententiæ indicet.

Idque quodam præjudicio 8. Hinc cùm in causa Steineck contra Pimberg à sententia 24. Febr. 1630. latâ, 6. Martii adeoque undecimô die & quidem prout ex instrumento Appellationis constabat, à meridie intra horam secundam & tertiam appellatum esset, ita fuit decretum: Wofern Supplicant horam sententiæ à qua der Gebühr anzeigen wird/ soll darauff ergehen/ was recht ist. 18. Junii, 1630. Attestatione à judice inferiori datâ, circa horam tertiam pomeridianam sententiam esse publicatam, pleni Processus decreti 1. Octobris, 1630.

Decendii appellat. interpon. ut currat, duo requiruntur. Quando dubitatur utrum à die scientia appellatum, appellato incumbit probatio. 9. Ut verò illud decendium currat, duo sunt necessaria. (1.) Ut victus sciat sententiam esse prolatam, (2.) Ut sciat contra se vel in suum præjudicium prolatam esse, *Gail. 1. O. 139. n. 7.* Ex quibus patet illud decendium ab initio esse utile, quia non currit nisi à tempore scientiæ, quando videlic. victus scit sententiam contra se esse prolatam, sed in progressu est continuum, *d. n. 7.* & à momento scientiæ in momentum currit, adeo ut etiam feriæ solennes includantur, *Gail. d. O. 139. n. 5.*

10. Si dubitetur, utrum quis intra decendium à die notitiæ appellaverit, appellato incumbit onus probandi, quia illud decendium ab initio est utile, neque ignoranti currit, ignorantia autem in dubio præsumitur, donec scientia ab adversario probetur, *Klock. Relat. 170. n. 5.*

Casus primus, quo decendium non currit à die lata sententia. 11. Quòd verò illud decendium à die sententiæ currat, procedit tum demum (1.) Si victus Procuratorem apud Acta non habuerit, *Gail. d. O. 139. n. 10.* Proinde si victus in Supplicatione pro Processibus alleget, se à tempore scientiæ intra decendium appellâsse, simul docere debet se Procuratorem apud Acta non habuisse, aliàs ei Processus denegantur. Ita factum in causa Wepling contra Winters Wittwe/ 13. Aug. 1660. *Supplic. Cam. tit. 15. n. 7.* Etenim Procuratore tempore sen-

ſententiæ apud Acta extante, ille tam ab interlocutoria, quàm definitiva appellare tenetur, aut ſaltem intra decendium domino non ſolùm ignoranti, ſed etiam ſcienti denunciare, ſententiam contra ipſum eſſe latam. Alterutrum ſi factum non fuerit, ſententia tranſit in rem judicatam & negligentia Procuratoris nocet Domino, ſi ſit ſolvendo. Sin minus, conſulitur ei beneficio reſtitutionis in integrum, *Gail. d. O.* 139. *n.* 9.

12. (2.) Si ſententia non ſit dubia & obſcura. Nam ſi illa dubia & obſcura, ac propterea ejus declaratio vel revocatio petatur, hoc caſu cùm non conſtet de gravamine, meritò differtur & ceſſat appellatio, donec de gravamine cognoſcatur Aut ergo judex gravamen revocat & res clara eſt, aut non revocat neque declarat, ſed confirmat, vel declarat quidem ſed cum gravamine, & utroque caſu decendium appellationis currit à tempore non latæ ſed declaratæ vel confirmatæ ſententiæ. Ratio eſt, quoniam quando ſententia ex aliquo redditur obſcura, judex nihil definiviſſe dicatur, quia talis dubietas partes ancipites reddit, atque perinde eſt, ac ſi ſententia lata non fuiſſet, *Mind. de Proceſſ. cap.* 8. *num.* 3. & 4. *Caſus* 2.

13. (3.) Si ſciens contra ſe ſententiam eſſe latam habet facultatem appellandi, *arg. l.* 1. §. 7. *Quando appelland.* Proinde ſi quis in carcere cuſtodiave poſitus, vel longè abſens, aut ob aliud juſtum impedimentum appellare nequeat, æquum eſt, ut ei alterum decendium à tempore facultatis indulgeatur, quia & aliàs non valenti agere non currat præſcriptio, cùm nemo incuſare poſſit eos, qui non fecerint, quod etſi maluerint, minimè adimplere valebant, *Mind. d. cap.* 8. *n.* 5. *Caſus* 3.

14. (4.) Ne quidem à die ſcientiæ currit decendium, ſi gravamen illatum cauſam continuam & ſucceſſivam habeat, quia tunc tanquam à præſenti & continuo gravamine ſemper, etiam longo tempore poſt decendium appellari poteſt, v. g. ſi quis carceri mancipatus, is ſemper à præcepto de capiendo vel captura ſecutâ appellare poteſt. Item ſi quis ad locum non tutum citatur, nam hoc gravamen habet cauſam continuam, ideo ſemper appellari poteſt, *Gail.* 1. *O.* 139. *n.* 13. *Caſus* 4.

15. Hoc verò limitatur primò, ſi non tanquam à præſenti ſed tanquam à præterito gravamine appelletur, & cauſa gravaminis de præterito exprimatur, quia hoc caſu appellatio non valebit, niſi ea intra decendium à Decreto judicis proximum eſſet interpoſita. Secundò ſi judex pronuntiaverit locum tutum eſſe, vel juſtè incarceratum eſſe. Quo caſu itidem intra decendium appellandum, aliàs ſententia tranſibit in rem judicatam, quoniam contra jus partis lata, *Gail. d. O.* 139. *n.* 14. *Hujus caſus duæ limitationes.*

16. (5) Quocunque tempore etiam poſt decendium appellari poteſt, ſi judex abſque cauſæ cognitione aliquid præcipiat, ſive id fiat in judicio ſive extra illud, *Gylm. voc. Appellare à quibus,* §. *quando præceptum.* *Caſus* 5.

17. (6.) Quamvis intra decendium appellare non teneatur Tertius, qui pro ſuo intereſſe alterius appellationi adhærere vult, ab alio interpoſitam tamen Appellationem intra decendium ratam habere debet, *Gail.* 1. *O.* 122. *n.* 5. *Caſus* 6.

18. Fatale proſequendæ appellationis eſt tempus intra quod appellatio interpoſita *Fatale proſequendæ appellationis.*

posita ad finem perduci debet. Nam prosequi appellationem nihil aliud est quàm eam non deserere, sed ad finem perducere, *per C. 57. de Appellat. c. pen. de Procurat.* Et ita sumitur tam pro introductione quàm finitione Appellationis. Aliquando autem Fatale introducendæ Appellationis vocatur prosequendæ, & Fatali finiendæ opponitur, *quemadmodum fit in Memorial. jud. & Assess.* 1578. §. Demnach. 11. *& à Mynf.* 1. *O.* 31. *&* 3. *O.* 54. Nonnunquam Fatale prosequendæ accipitur pro Fatali finiendæ, *uti facit Gail.* 1. *O.* 141. *Rubric. & n.* 1. 6. *cum seqq.*

In fatali prosequend. appellat. quinquplex tempus observandum.

19. Circa Fatale prosequendæ Appellationis primo modo sumptum tempus quinifariàm considerandum, (1.) petendorum Apostolorum, (2.) Actorum requirendorum, (3.) insinuandæ Appellationis, (4) Ejusdem introducendæ & (5.) finiendæ. *Duobus prioribus duos proximè seqq. titulos appropriabo.*

Fatale insinuandæ Appellationis.

20 Fatale insinuandæ Appellationis est tempus 4. mensium à die interpositæ appellationis proximorum, *R.* 1654. §. So dann soll 67. Cùm enim Fatale introducendæ appellationis sit 6. mensium, duo verò menses à citatione insinuata Reo ad necessariam deliberationem ac productionem suarum exceptionum superstites manere debeant, *d.* §. 67. insinuatio Processuum Appellationis necessariò intra 4. menses fieri debet, idque sub præjudicio desertionis, *d.* §. 67. Nam si fieret post eos 4. menses, Terminus citationis, qui ad minimum 60. dierum esse debet, *R.* 1654. §. Würde hierauff. 36. In quo appellatio introducenda, extra 6. menses caderet.

Terminus reproducendæ Appellationis anticipari nequit.

21. Neque sufficeret, si ante terminum intra fatalia Appellatio reproduceretur, quoniam illa reproductio debet fieri cum effectu, *id est*, in termino, quô reus comparere obnoxius est, *Mynf.* 1. *O.* 31. Nam terminus reproductionis anticipari planè nequit, & illo anticipato reproductio licet postea elapsô terminô repetatur, tamen est nullius momenti. Errat igitur Schw. 1. *Processf.* 31. *n.* 22. quando scribit: *Quæritur ulterius: Si terminus citationis extra fatale introducenda appellationis fuerit positus, quid sit agendum? Tutius est, ut terminus anticipetur, & Processus intra fatale reproducantur. Et si nemo ex citatis compareat, ut ultrò subsistatur, & effluxo demum citationis termino proclama petatur, adversus contumaces, repetitâ priùs antè factâ reproductione.*

Fatale insinuandæ Appell. simul cum prorogato fatali introduc. simul prorogatur.

22. Attendendum verò, si Fatale introducendæ appellationis protogetur, etiam simul prorogari hoc Fatale insinuandæ. Quamobrem mox tradenda de prorogatione Fatalis introducendæ appellationis, quoque in prorogatione Fatalis appellationis insinuandæ obtinere statuo. Attamen finis hujus Fatalis non est utilis, quemadmodum est in Fatali introducendæ *infrà n.* 32. sed continuus, quia insinuatio non est actus judicialis, sed die feriatâ etiam fieri potest, *Gail.* 1. *O.* 53. *n.* 7. Ideo valenti agere currit præscriptio.

Fatale introducend. appell. Est duplex.

23. Fatale introducendæ appellationis est certum spatium aliquot mensium à die interpositæ appellationis proximorum, intra quod Appellans Processus appellationis à Camera impetratos Reoque insinuatos in eadem Camera sub præjudicio desertionis reproducere cogitur, *C. p.* 2. *t.* 33. *princ. &* §. *pen.* Estque illud duplex legis & hominis.

14.

Fatale legis.

24. Fatale legis dicitur, quod Ordinatio Cameralis vel Statuum provinciæ alicujus præfigit. Fatale ordinationis est in Appellationibus ab Austregis 3. mensium, *vid. suprà tit.* 27. *n.* 201. In reliquis omnibus sex mensium ad summum *d. t.* 33. *pr.* §. 1. & 2. Fatale statuti in Episcopatu Trevirensi & Ducatu Bavariæ est 3. mensium.

Fatale hominis.

25. Fatale hominis vocant, quando judex inferior Fatale Ordinationis abbrevians, brevius tempus ad introducendam appellationem præfigit. Terminus hominis appellatur in *C. p.* 3. *t.* 34. §. 11. Atque judex hoc Fatale à se datum prorogare potest, non tamen ultra Fatale ordinationis Cameralis, *Gail.* 1. *O.* 140. *n.* 5.

Fatale ordinationis Cam. judex Cameræ prorogare potest.

26. Judici verò Cameræ Fatale Ordinationis ex justis causis & impedimentis ab appellatore allegatis, eisque aliquo modo probatis, non tamen ultra 2. vel 3. menses prorogandi potestas concessa est, *C. p.* 2. *t.* 23. §. 4. *junct.* G. B. 24. *Octobr.* 1651, & *R.* 1654. §. So dann soll. 67. *in fin.* Modò prorogatio maturè petatur. Si enim circa finem horum 4. mensium mox labendorum quis prorogationem petat, & appareat appellantem aliquot menses otiosos abire sivisse, atque se ipsum nimis coarctâsse, licet legitimum impedimentum, quod postea forsan ex improviso inciderit, alleget, quia appellans hoc infortunium sibi imputare debet, quòd se nimiùm coarctaverit. Cùm prioribus mensibus Processus petere, impetrare ac reproducere potuisset, probè gnarus non tantùm posteriores, sed etiam priores menses sibi ad id negotium vigore O. C. concessos esse, perita prorogatio denegatur, *Magenh. O.* 97.

Differentia inter restitutionem brevi manu & altera parte audita.

27. Quòd si appellans post lapsum horum 4. mensium justas causas afferre possit, ex quibus evidenter appareat, quòd se ipsum nimis haud coarctaverit, brevi manu, *id est, alterâ parte inauditâ*, usque ad futuram Visitationem restituitur, *Vigore* G. B. 28. *Januar.* 1657. §. 2. Sin verò istæ causæ non satis evidenter in continenti probari possint, ob jus & præjudicium jam adversario quæsitum, quod huic inaudito non adeò facilè auferendum. Pars adversa desuper audiri debet, atque si jam Procuratorem apud Acta habet, absque prævia citatione ad causas à Petente restitutionem propositas respondere tenetur, *infra tit.* 78. *n.* 10. Si non habet, Petens Partem adversam vid. se restitui citari curare debet. Ita factum in causa Hechthausen contra Podeuwils 27. Octob. 1657. Item Kloster Bocumb contra Ditfurt 13. Martii eod. Anno. Item in causa Usslen contra Langenberg/ 2. Januar. 1661. *Supplic. Cam. tit.* 15. *n.* 47. Item 7. April. 1662. in causa Blehen contra Wernoz, *dict. tit.* 15. *n.* 49. Nec non 18. Maji 1660. in causa Jastrow contra Weyhoon/ *ibid. n.* 50. & 2. *seqq.*

Fatale hominis etiã absque allegatis impedimentis prorogari potest, secus est in Fatali ordinationis

28. Fatale verò hominis etiam allegatis impedimentis non probatis judex Cameræ prorogare potest, *d. t.* 33. §. 5. Imò etiam non expressâ à supplicante causâ aliquâ illud potest prorogari. In prorogatione autem fatalium legis semper necesse est, ut causa prægnans adjiciatur, *Magenh. O.* 96. *Add. præced. n.* 26. Quòd si prorogatio coram Deputato petatur, cùm iste prorogationem non concedat, causas statim allegare non est necesse, sed sufficit, si postea in prorogato reproductionis termino exhibeantur, & Appellato desuper audito in hoc puncto ante L. C. submittatur, aliàs appellatio redditur deserta, *per R.* 1594. §. wann auch. 90. *C. p.* 3. *t.* 34. §. 6.

Impedimenta tamen Processibus non inseruntur.

29. Impedimenta verò & causas, ob quæ prorogatio concessa, Processibus appellationis inseri non est necesse, *d.t.*33.§.6. Sed in illis generaliter dici solet: Daß die Fatalia auff so viel Monat auß furbrachten Ursachen erstreckt seyn worden. *Vid Supplic. Cam. tit.* 15.*n.* 8. *vers.* wann er dann. *in fine. Formulas supplicandi pro Fatalium Prorogatione habes quoque in dict. tit.* 15. *n.* 44. 45. & 46.

Post extractos Processus quomodo prorogatio petenda.

30. Si post extractos Processus demum supplicetur pro prorogatione fatalium, & Nuncius cum illis Processibus nondum dimissus sit, Supplicatio cum originali Decreto factæ prorogationis simul cum Processibus Nuncio committi solet, ut partem adversam de ea prorogatione certiorem faciat. Nuncio autem jam dimisso prorogatio vel extrajudicialiter per supplicam ad aliquot menses aut usque ad adventum nuncii (*quod posterius tamen hodie prohibitum est, c p.* 3. *t.* 34. §. 7.) petitur, *Magenb. O.* 62. ac in primo termino unà cum Processibus producitur: vel judicialiter coram Deputato oretenus postulatur, & tunc ibidem postulata prorogatio in primo termino repetitur. Atque hoc postremo casu causæ, ob quas prorogatio petita, quoque in scriptis exhibendæ & Appellato desuper audito in hoc puncto ante C. L. sub pœna desertionis submittendum, *per tradita infrà tit.* 55. *n.* 7. In prioribus verò casibus, cùm prorogatio prævia causæ cognitione per judicem concessa, super causis prorogationis amplius disputandum non est, *per C. p.* 2. *t.* 33. §. 6. *Add. num. proximè præced.*

Singularis cautela pro Appellato, cui prorogatio non est insinuata.

31. Cùm autem Nuncio dimisso prorogatio petita non insinuetur, citatus si in prorogato termino non compareat, adversus eum non potest procedi in Contumaciam, sed causa pronuntianda deserta & citatio ad vidend. se restitui petenda est, *per Consult.* 1583. *Dub.* 17. Et ita ego intelligo allegat. Dub. 17. cum Denaisio Tit. 34. §. fin. Quod Appellati notent. Cujus autem rei ratio videtur hæc esse, quòd Appellatus ignorans illam prorogationem justè putet se nimis serò atque ita non legitimè citatum, adversus quem in contumaciam procedi nequit, *tit.* 66. *n.* 33.

Fatale introduc. appell ratione finis est utile.

32. Porrò licet Fatale introducendæ appellationis sit continuum & de momento in momentum currat, tamen si ejus finis in ferias incidat, ille est utilis, & potest Appellatio in prima Audientia post ferias introduci, *C. p.* 3. *t.* 34. §. 11. & *t.* 12. §. 6. per Regulam: *Quod non-valenti agere non currat præscriptio, Gail.* 1. *O.* 140. *n.* 4. & 5. Et hoc si feriæ sint parvæ, non verò si magnæ, procedere putat Gail. *ibid. n.* 6 Verùm juxta stylum Cameralem illud indistinctè procedit.

Conciliatio C. p. 3. t. 34. §. 7. & 11.

33. Idem observetur in casibus, ubi Processuum executio legitimè (*id est, debito modo & ita maturè ne terminus comparendi extra fatalia cadat, arg. d.t.* 34. §. 7. *Quem* §. 7. *cum paulò antè alleg.* §. 11. *ita concilio, & sic quoque conciliavi infrà tit.* 55. *n.* 8. & 10.) facta, sed nuncius Cameræ demum post lapsum fatalium cum Processibus executis redierit, aut ordo reproducentem Procuratorē non attingat, *d.* §. 11. *in fin.* Porrò nec tempore justitii hæc fatalia currunt, G. B. 19. *Febr.* 1554. & 23. *Febr.* 1568. Atque hinc in istis casibus non opus est ut Appellans prorogationem Fatalium petat. Adversus verò Appellatum æquè ac si Processus in præfixo Termino reproducti essent, si emaneat, in contumaciam procedi potest, *stylo ita attestante*

34. Deinceps attingendum & hoc, Fatale introducendæ quidem compromisso vel etiam expresso partium consensu, non autem tacito, si v. g. stent in solo tractatu concordiæ, prorogari posse, *Gail.* 1. *O.* 140. *n.* 8. *& seqq. Gylm. tom.* 1. *part.* 2. *pag.* 327. *n.* 7.

Fatale introducendæ expresso, non autem tacito consensu prorogari potest.

35. Ultimò Fatale Appellationis finiendæ de jure communi est annus, & ex legitima causa biennium, *Gail.* 1. *O.* 141. *princ.* Verùm illud in Camera non observatur, *supra tit.* 25. *n.* 78. Ac licet etiam ubique ferè locorum in inferioribus judiciis horum Fatalium nulla ratio habeatur, tamen in Camera appellatio, si Fatalia ejusmodi coram inferioribus judicibus, & iis in locis, ubi jus commune forsan adhuc servatur, non sint observata, tanquam deserta non admittitur, *attestantibus Gail. d. n. O.* 141. *n.* 8. *& Mynſ.* 6. *O.* 12. *n.* 6.

Fatale finiendæ in Camera non observatur.

36. Et quanquam, utrum illorum attestationibus fides sit adhibenda, subdubitaverim, *d. t.* 25. *n. pen.* Attamen cùm forsan eæ attestationes veræ esse possint, idcirco paucis videndum, quomodo ista desertio præcaveri & ejusmodi Fatalia prorogari queant. Et quidem I. Communis practica observat, ut litigantes coram judice inferiori non semel sed pluries de sua diligentia & Fatalibus non lapsis aut labendis protestentur, unica enim protestatio non sufficeret, sed necesse est eam aliquoties repetere, *Gail.* 1. *O.* 141. *n.* 9. Quæ protestatio etiam, quando judex in mora, quæ litigantibus nocumento esse non debet, utilis est, quia abundans cautela non nocet, *ibid. n. ult.*

An idem obtineat in omnibus judiciis inferioribus subdubitatur.

37. II. Eadem Fatalia non currunt durante Compromisso, *Gail. d. O.* 141. *n.* 2. Elapso tamen biennio post desertum Compromissum appellatio deserta redditur, *Mynſ.* 2. *O.* 68. Ubi notandum, quòd pendente compromisso alterutra pars possit appellationem prosequi coram judice appellationis, quia per Compromissum non suspenditur jurisdictio judicis ordinarii vel delegati, *d. n.* 2. Et licet arbitria adinstar judiciorum redacta sint, *l.* 1. *de Arbitr.* tamen coram arbitris non inducitur litis pendentia atque sic exceptio litispendentiæ coram judice Appellationis opponi nequit, *Gail. d. O.* 141. *n.* 3. Imò si compromittens succumbat, appellationem nihilominus prosequi potest, modò pœnam Compromissi solvat, *Mynſ.* 3. *O.* 14.

Fatale fin. appellat. non currit durante compromisso.

38. Tribus tamen casibus, sive Compromissum sit finitum, sive adhuc pendeat, ad appellationem redire non licet, (1.) Si laudum sit emologatum vel approbatum, tacitè vel expressè, quia tunc ex eo laudo oritur actio & exceptio, *Gail. d. n.* 3. *Mynſ. d. O.* 14. (2.) Si compromisso adjecta sit clausula: *Rato manente pacto*, vel quòd toties pœna committatur, quoties contraventum sit. (3.) In arbitratore, quia hujus sententia vim transactionis habet, in transactione verò pœnitentia non habet locum, *Gayl. & Mynſ. d. loc.*

Quando à compromisso ad Appellationem redire non liceat.

39. III. Fatalia finiendæ appellationis consensu partium prorogari possunt, *Gail. d. O.* 141. *n.* 4. Atque hæc procedunt, si ad judicem inferiorem prius & deinde ad Cameram appellatum sit. Sed quid sit tempus primæ instantiæ videlicet Triennium non sit observatum, & appelletur ad Cameram, an appellatio ibi recipienda? Affirmativam defendi suprà *tit.* 25. *n.* 78. *&* 79. Ex hoc fundamento, quòd

Fatale fin. appell. consensu partium prorogari potest.

quòd hoc Triennium nullibi in Germania observetur, quòd si forsan id fundamentum veritate non nitatur, tum Negativa amplectenda venit, quoniam sententia post peremptam instantiam lata non tenet, ideo appellatio est frustratoria.

Instantia triennii prorogari nequit. 40. Sed quæritur, an illud triennium prorogari queat? Communis opinio est, quòd non, ita ut nec pactio de proroganda hac instantia juramento confirmata valeat, *Gail*. 1. *O*. 141. *n*. 5. *Mynf*. 3. *O*. 44. *n*. 2. 3. & 4. Et hæc procedunt non solùm coram judice ordinario & delegato, sed etiam coram arbitro, cùm arbitria sint redacta ad similitudinem judiciorum. Secus tamen est coram arbitratore, cùm nullum coram isto sit judicium, ideo nec instantia coram ipso currit, *Mynf. d. O*. 44. *n*. 7. & 8. *Add. infrà tit*. 58. *n*. 2. 3. & 5.

Ratio. 41. Quòd autem sæpè memoratum triennium prorogari nequeat, hæc est ratio, quoniam illud in publicam utilitatem, ne sc. lites immortales fiant, introductum, *Mynf.d.O*.44.*n*.1. Proinde dictum juramentum contra utilitatem publicā interpositum nullius momenti est, multò minùs igitur compromisso vel nudo partium consensu illud triennium prorogari poterit, *Gail. d. n*. 5. *Mynf*. 3. *O*. 48.

Abbreviari tamen potest 42. Abbreviari verò potest non solùm per Statutum vel Rescriptum Principis, *Mynf*. 3. *O*. 46. Sed etiam Compromisso vel solo partium consensu. Æthiologia est, quia talis abbreviatio tendit in favorem publicum, scilicet ut lites citiùs finiantur, *Mynf*. 3. *O*. 47. *Gail. d. n*. 5. Potest etiam instantia per Statutum vel Rescriptum Principis brevior introducta consensu partium usque ad triennium prorogari, sed non ultra, *Mynf. d. O*. 48. *in fin*.

Ratio differentia, quare instantia Appellationis, non autem instantia S. Q. prorogari possit. 43. Ast suprà dictum, instantiam seu Fatale finiendæ appellationis prorogari posse, quare igitur diversum obtinet in instantia S.Q.? Resp. Hac finita, salvum adhuc manet jus agendi de integro, solùm Acta pereunt, salvo jure partis, *Gail*.1.*O*. 146.*n*. 6. Imò omnia Acta communi partium consensu uno contextu repeti possunt & sic perempta instantia restaurari, *Mynf*.3. *O*.*n*.49. Et hæc obtinent in causa civili, secus est in criminali, quia elapso termino non auditur ulterius accusator volens iterare suam accusationem, etiamsi offerat solvere expensas ad inchoandum novum judicium, *Mynf*. 3. *O*. 50. At finita instantia appellationis, totum jus appellationis corruit, tota causa perimitur, & sententia à qua transit in rem judicatam, ideo dicta instantia propter irrecuperabile præjudicium prorogari potest, *Gail.d.n*.6.

TIT. L.
DE
APOSTOLIS.

Apostolorum Etymologia & definitio. 1. Apostoli dicti sunt à verbo Græco Ἀπολύειν, id est, dimittere. Hinc Apostoli hi nihil aliud sunt quàm literæ, quibus Appellans à jurisdictione judicis inferioris ad judicem superiorem dimittitur. Vocantur aliàs libelli dimissorii, *Rubr. Dig. de libell. dimiss. item litera dimissoria, l. unic. princ. eod.*

2.Spe-

2. Species Apostolorum plures à Dd. recensentur. Sunt enim illi (1.) Dimissorii in specie sic dicti, quibus judex inferior Appellationi simpliciter defert, & Appellantem à sua jurisdictione ad judicem Appellationis dimittit, *Rosbach. Prax. civil. tit. 74. n. 3.* (2.) Reverentiales, quibus judex inferior in honorem & reverentiam superioris judicis duntaxat appellationi defert, *d. tit. 74. n. 5.* (3.) Refutatorii, quibus judex inferior appellationem non recipit, seu ei non defert, sed eam ob certas rationes, quamobrem eidem locus relinqui haud debeat, recusat, *d. tit. 74. n. 4.* (4.) Testimoniales, qui à Notario in testimonium interpositæ appellationis dantur, si judex inveniri non possit, aut Apostolos dare recuset, *d. tit. 734. n. 6.* (5.) Conventionales, quando pars adversa appellationem admittit, sive in judicio, sive extra illud, judice vel renuente aut tacente & permittente, & hi dantur ab ipso appellato vel à Notario, *d. tit. 74. n. 7.*

Divisio Apostoli sunt, (1.) Dimissoriales. (2) Reverentiales. (3.) Refutatorii. (4.) Testimoniales. (5.) Conventionales.

3. Duæ species posteriores impropriè dicuntur Apostoli, nec fundamentum in jure habent. Ordinatio Cameralis duntaxat reverentialium & refutatoriorum mentionem facit, *C. p. 2. tit. 32. pr. & §. 1. Item tit. 33. princ.* Quamobrem duas tantummodò species statuere atque dimissorios & reverentiales pro iisdem sumere velle videtur.

O. C. tantum reverentiales & refutatorios agnoscit.

4. Tempus petendi Apostolos est 30. dierum, atque si Appellans hos intra istos dies non petat, appellationi censetur renuntiâsse, eaque deserta redditur, *c. ab eo, 6. de Appellat. in 6. Clem. 2. eod. l. 18. C. eod.*

Tempus petendi Apostolos.

5. Hi Apostoli verò instanter & sæpiùs petendi, *l. unic. §. ult. de libell. dimiss.* Hodie plerumque petitio ita concipi consuevit: *Peto instanter, instantius & instantissimè.* Judex Apostolos dare tenetur, aliàs mulctatur, *l. 24. C. de Appellat.* Etiamsi ab Appellatore non petantur, *l. 6. §. ult. eod.*

Judex tenetur dare Apostolos, etiamsi non petantur.

6. Et quanquam hi Apostoli sint & dicantur libelli, *l. unic. de libell. dimiss.* atque ita sine Scripto dari non posse videantur, tamen etiam absque Scripto dari possunt. Nam si Judex inferior Appellanti & Apostolos petenti respondeat: Er lasse die Appellation zu/ er müsse es geschehen lassen/ er müsse ob reverentiam Superioris damit zufrieden seyn: Oder/ er lasse die Appellation nicht zu / weil sie im Rechten nicht zulässig / seye wider sein privilegium, oder freventlich und muthwilliger Weise interponirt worden. Nam hujusmodi responsa loco Apostolorum allegari possunt, *Mind. de Process. cap. 7. n. ult.* Judex verò nihil respondens pro denegante Apostolos habetur, *Rosbach. Prax. civil. tit. 74. n. 23.* Aliquando etiam loco Apostolorum Acta priora eduntur, *Mind. d. n. ult. Gylm. voc. Acta §. Acta primæ instantiæ.* Proinde si ad factam actorum requisitionem judex illorum editionem promittit, ista promissio est hodie loco reverentialium. Si denegat, denegatio ea est loco refutatoriorum.

Apostolis dantur vel in scriptis vel sine scriptis.

7. Utrum tempus petendi Apostolos à die Sententiæ, an verò à die interpositæ appellationis currere incipiat, diversa Dd. est opinio. Alii censent illud currere à die latæ sententiæ, *per l. 24 C. de Appellat.* Et horum sententiam crebriùs receptam esse testatur Mynſ. 4. O. 36. Alii idem tempus à die interpositæ appellationis computant, *per Nov. 126. cap. ult.* Eos allegat Mynſ. *d. l.* atque cum his videtur sentire

Tempus petendi Apostolos à die interposit. appellat. computandum.

sentire Gail. 1. O. 139. n. ult. Atque hi putant alleg. l. 24. per d. cap. ult. tanquam per legem posteriorem esse mutatam. Quæ sententia mihi magis arridet, præsertim quia illa in Actis requirendis observatur. *Vide infra t. proximè seq. n. 1.*

30. *Dies petendorum Apostolorum sunt continui, nec prorogari possunt.* 8. Isti 30. dies sunt continui, *Mynf. d. loc.* Quod de initio eorum dierum nullum dubium habet, an autem quoad finem idem obtineat, ita ut tricesimi diei hora eadem, quâ ante appellatio interposita, elapsa statim appellatio reddatur deserta, an verò totus 30. dies sit salvus, vel etiam si ille dies in ferias incidat, petitio Apostolorum post ferias fieri possit, dubitatione non caret. Ast cùm uti interpositio appellationis, *vid. supra tit.* 48. *n.* 12. ita & hæc petitio non sit actus judicialis sed extrajudicialis, adeoque domi apud judicem ac die feriata fieri queat, & sic non obstet Regula, quòd non-valenti agere non currat præscriptio, arbitror, quemadmodum decendium interponendæ appellationis est continuum, etiam quoad finem, *vid. tit. præced. n. 6.* ita quoque istos 30. dies petendorum Apostolorum quoad finem esse continuos. Ex eodem fundamento statuo nec eosdem dies ullo modo prorogari posse, *secund. tradita præced. tit.* 49. *n.* 4.

Petere Apostolos de jure Camerali non est necessitatis. 9. Porrò quanquam de jure civili, prout præced. n. 4. dictum, Apostoli necessariò intrà 30. dies sub præjudicio desertionis petendi sint, id tamen de jure Camerali appellantis libero arbitrio relictum est, utrum eos petere, an non petere velit, idque ideo ut calumniis atque difficultatibus in prosequenda appellatione occurratur, *C. p. 2. t. 33. princ. Gail. 1. O. 139. n. ult.* Atque aliàs illorum Apostolorum usus hodie non adeo magnus sit, cùm eorundem sensus nullus sit alius, quàm ut judex inferior superiori significet, appellantem à tali sententia appellâsse, *per l. unic. §. 1. de libell. dimiss.* Id verò satis ex instrumento appellationis (*cujus usus olim ignorabatur,*) constet, *Mindan. de Process. cap. 7. n. 8.* Sin verò appellans Apostolos petat, eos Judex dare tenetur, *C. p. 2. t. 32. §. pen. princ. & suprà n. 5.*

TIT. LI.

DE ACTORUM EDITIONE.

Tempus Requisitionis Actorum. 1. Acta priora à judice inferiori itidem, quando ipsi appellatio insinuatur, vel ad minimum intra 30. dies ab interposita appellatione proximos sub præjudicio desertionis sunt requirenda, R. 1654. §. Oder auch. 61. *C. p. 2. t. 34. pr.* Requirere Acta verò est petere à judice inferiori, ut omnia coram se in judicio gesta atque actitata describi curet, condignaque mercede petenti edat, *d. t. 34. princ. junct. §. 11. eod.*

Et continuum etiam quoad finem. 2. Atque cùm hæc requisitio non sit actus judicialis, sed extrajudicialiter & die feriata fieri queat, puto istos 30. dies etiam quoad finem esse continuos, nec deinde ullo modo prorogari posse, uti de 30. diebus petendorum Apostolorum tradidi *tit. proximè præced. n. 8.*

3. Hæc

Judex requisitus non expectatis Compulsorialibus Acta edere tenetur.

3. Hac requisitione legitimè factâ, quo parcatur sumptibus in compulsoriales impendendis, & quò eò celeriùs in causa procedi queat, judex statim non expectatis compulsorialibus præstita cautione solvendæ dignæ mercedis curare debet, ut Acta, quamprimùm illud fieri potest, concinè atque integrè descripta edantur. Existente verò obstinata tergiversatione, adversus judicem ad pœnam 20. Marc. aur. puri procedatur, *d.* §. 61. *in fin. C. p.* 2. *t.* 34. §. 11. Vigore Cæsarei Edicti in Imperio publicandi, *allegat.* §. 11. Hæc pœna soli Fisco applicatur, *Magenh. ad O. C. p.* 2. *t.* 31. *Versic. Si verò in Senatu. Adde omninò praced. tit.* 30. *n.* 60. Eidem soli quoque competit pœna compulsorialium ad edendas Rationes decidendi, pœna compulsorialium autem pro dimidia parte fisco & altera dimidietate Appellanti debetur. Insuper quoque judex Acta edere injustè denegans vel protrahens litigantibus damna & sumptus inde perpessa præviâ judicii Cameralis moderatione refundat, *d. t.* 34. §. *pen.*

Documentum Requisitionis Actorum unà cum supplicatione pro Processibus est exhibendum.

4. Atque hujus requisitionis Documentum unà cum Supplicatione pro Processibus exhiberi debet, aliàs decernitur: Noch zur Zeit abgeschlagen/ sondern woferrn Supplicant glaublich bescheinen wird/ daß die Acta voriger Instantz in gebührender Zeit Rechtens seyn requirirt worden/ soll drauff ergehen was recht ist. Præjudicium habes in causa Reinach contra Pfeil/ *Supplic. Camer. tit.* 15. *n.* 21. Hoc verò documentum judex requisitus appellanti communicare, in illoque certum terminum, intra quem Acta editurus est, constituere tenetur.

Plerumque per Notarium & testes Acta requiri solent.

5. Cùm autem judex nonnunquam id negligat, & privatæ Missivæ requisitionem Actorum attestanti fides non adhibeatur. *Vid. Klock. Relat.* 94. *&* 96. Ne igitur ob deficientem probationem factæ requisitionis Appellans periculo denegationis processuum se exponat, solet ut plurimum adhiberi Notarius, qui à judice editionem Actorum requirat, ac desuper instrumentum conficiat, cui in Camera creditur, *teste experientia.* Creditur etiam Nunciorum Cameræ processus appellationis insinuantium ab Appellantibus Acta requirenda rogatorum relationibus, quoniam hujus rei gratia peculiari juramento obstricti sunt, *C. p.* 3. *t.* 35. §. 8. Quæ nunciorum requisitio tum plerumque fit, si tempore insinuationis Acta nondum sunt edita.

Non attenta productione Actorum in primo termino nisi doceatur de requisitione justo tempore facta Appellatio deserta pronunciatur.

6. Singulari observatione dignum, quòd licet causa finalis requisitionis faciendæ sit, ut Acta in primo termino produci queant, *d.* §. 61. *verb.* womit die Acta. Atque Appellationis finis eò celeriùs maturetur, *d. princ. in fin.* Ac proinde si Acta in isto termino producantur, cesset illa causa finalis. Cessante verò causa finali, debuisset cessare dispositio *alleg.* §. 61. quòd nimirum non necesse sit, ut doceatur de requisitione Actorum intra 30. dies facta, quod tamen hactenus licet Acta in primo termino producta sint, si non constiterit, ex iis vel aliunde requisitionem intra 30. dies esse factam, judex ut de eo doceretur, injungere, atque si illud doceri non potest, causam desertam pronunciare consueverit. Et quamvis hoc sit satis durum, lex tamen sic scripta est, quæ Actorum requisitionem sub pœna desertionis expostulat, *praalleg.* §. 61.

7. Porrò si judex requisitus certum terminum intra quem Acta editurus esset, con-

Acta intra præfixum terminum non edita ulteriùs requirenda sunt.

constituerit, Acta tamen intra istum terminum non edat, tunc ante ejus lapsum Acta secundâ vice requiri ac desuper ulterius documentum sub præjudicio absolutionis (*à citatione*) produci oportet, *R.* 1654. §. Darben gleichwol. 63. Quod præjudicium ut plurimùm post se trahit desertionem propter Fatalia vel jam elapsa vel mox elabenda.

Casus dabilis, vix tamen contingibilis.

8. Dixi: *ut plurimùm*: quia possunt casus contingere, ubi adhuc tantùm temporis restat, ut nova citatio impetretur & intra 4. menses insinuetur. v. g. à Senatu Spirensi 1. Martii appellatur & Acta requiruntur, plenarii processus 6. ejusdē obtenti 8. ejusdem insinuati atque cum civibus Spirensibus tantùm 30. dies ad comparendum in Camera præfigi soleant, terminus reproductionis erit 5. April. judex à quo intra 3. septimanas Acta edere promittit, terminus est 22. Martii, judex Acta non edit, neque fit ulterior requisitio. Ideò Appellatus in termino reproductionis petit absolutionem à citatione. Judex Cameræ 19. Aprilis Appellatum absolvit. Cùm in hoc casu à die interpositæ appellationis duntaxat duo menses præterlapsi, & duo adhuc supersint, intra quos nova citatio impetrari insinuarique potest, appellationem propter dictam absolutionem à citatione esse redditam desertam minimè dici potest.

9. Verùm enim verò licèt appellatio nondum sit deserta, licet de novo citatio impetrari forsan possit, tamen nihilominus Appellatus propter non ulteriorem intra præscriptum tempus factam requisitionem Actorum, à dicta nova citatione absolutionem petere potest. Ideò nec judex illam citationem esset decreturus. Nisi dicas judicem ideò hanc novam citationem decernere debere, quia adhuc incertum, an Appellatus absolutionem à citatione sit petiturus, posset enim hoc ex negligentia vel imperitia omittere, & cùm hanc absolutionem à citatione judex ex officio decernere nequeat, illum appellanti injuriam facere, si novam citationem denegaret.

Q. 10. Sed quæritur, si Acta post terminum à judice inferiori ad primam factam requisitionem præfixum, in termino citationis quidem producantur, non verò ulterioris requisitionis documentum exhibeatur, an præjudicium absolutionis etiam adsit? Resp. quòd sic. Nam uti causa fit deserta, si Acta, licèt in termino primo producantur, intra præstitutos 30. dies non requirantur, ita quoque hic præjudicium absolutionis aderit.

Acta tertiâ vice requirere est honestatis, non necessitatis.

11. Ast quid si judex nec intra tempus ad hanc secundam requisitionem præfixum Acta edat, an Acta tertiâ vice sunt requirenda? Resp. Non est necessitatis, sed tamen honestatis, atque etiam aliquando utilitatis.

In scriptis in judiciis inferioribus agendum.

12. Quò autem Acta priora in appellationibus ad Cameram pervenientibus, minori cum suspicione & eò maturiùs haberi queant, necessarium atque utile existimatum est, ut in Aulis Principum & aliorum communitatum judiciis scripto agatur, vel oretenus proposita literarum monumentis sedulò mandentur, *C. p.* 2. *t.* 34. §. 1.

13. Acta sine ullo defectu cum plenaria insertione eorum omnium, quæ ante sententiam simul cum ea & post eandem exhibita, decreta gestave sunt, edantur,

d. t.

d. t. 34. §. 2. Nam Acta tanquam scripturæ publicæ plenam fidem absque testibus faciunt, *Gail.* 1. *O.* 134. *n.* 13. Hinc editis Actis, quod in iis scriptum non reperitur, omissum esse, adeoque nunquam intervenisse intelligitur. Unde si in Actis non constet de libello, litis contestatione, aliisque ad Processum pertinentibus, eorum omissio eo ipso sufficienter probata est, *Gail. d. O.* 134. *n.* 15.

Acta integra edenda sunt.

14. Acta manca aut erroneè scripta judices vel eorum Actuarii propriis sumptibus sine dispendio litigantium redintegrantes vel rescribentes integra edant, *d. t.* 34. §. 3. Actorum verò defectus in judicio designandus, & ab allegante est probandus, *Gail.* 1. *O.* 134. *n.* 14. Quoniam judex præsumptionem habet pro se, donec contrarium probetur, *d. O.* 134. *n.* 16. Probatur iste defectus per inspectionem Actorum, *allegat. n.* 14. quæ inspectio petenti concedenda, *R.* 1654. §. Wollen wir aber. 65.

Acta manca edita sumptibus judicis edentis redintegranda.

15. Et deprehenso defectu ulteriores compulsoriales dantur, si verò allegans defectum, illum plenè probare nequeat, & judex Appellationis dubitet, an Acta sint integra edita, judicis inferioris juramento statur, *Gail.* 1. *O.* 134. *n.* 17. Neque emanatis ulterioribus compulsorialibus statim excusatur, si nudè negat, se nulla alia Acta habere, sed nihilominus tempus ad docendum de paritione cum comminatione finali declarationis pœnæ illi præfigitur, intra quod si se ad juramentum offerat, admittitur, ut vel hoc modo condemnationem evitet, *Gylm. voc. Compulsoriales* §. *fin.* Idem obtinet arctioribus emanatis, *Gylm. voc. Acta.* §. *de editione Actorum.* Sin verò se ad jurandum non offerat, ne quidem tunc confestim in pœnam declaratur, sed ex officio illi juramentum injungitur, quò & hoc modo condemnationem evitet, *allegat.* §. *de editione Actorum.*

Allegans defectum Actorum eum probare tenetur, sin plenè eundem probare nequeat, judex se alia Acta non habere jurare cogitur.

16. Amissis Actis aut ita imperfectis & mancis existentibus, ut super iis judex certam sententiam proferre nequeat, causa ex officio pro conclusa acceptari, & cassatis Actis, reservatis tamen probatoriis, ne pereat partibus probandi facultas, actori primæ instantiæ injungi solet, ut in Camera de integro agat, *Gail.* 1. *O.* 134. *n.* 21. *Mynſ.* 1. *O.* 11. & 2. *O.* 16. Si in Camera Acta priora amissa, novæ Compulsoriales ad denuò edendum illa adversus judicem à quo in Camera rogantur. *Præjudicium adducit Roding. lib.* 3. *tit.* 13. *in fin.*

Amissis Actis quid obtineat.

17. Judex verò si vel sua vel Notarii negligentia factum, ut Acta sint manca & imperfecta, integrèque edi nequeant, parti ad interesse tenetur, *Gail. d. O.* 134. *n.* 14. Et insuper à judice arbitrariè puniri solet, *Mynſ.* 2. *O.* 16. Ob hanc causam in duas Marcas auri quendam judicem condemnatum esse, scribit Gail. *d. n.* 14 & *Gylm. voc. Acta.* §. *fin.*

Hoc casu judex parti ad interesse tenetur.

18. Obiter hic addere lubet, cùm in causa Grafen zu Fürstenberg & Cons. contra Theis Jauchen appellationis, Appellans peteret Compulsoriales adversus judicem Rothwilensem ad edendum privilegium, (*in quo continebatur, ne comes aut ejus subditi in judicio Rothvv. convenirentur,*) quòd ad declinandum forum in Rothweil. judicialiter erat productum, sed Actis prioribus non insertum, super quo tamen fundamentum totius causæ consistebat, illæ Compulsoriales 23. August. 1563. denegatæ sint, atque appellanti injunctum, ut dictum privilegium de

Privilegium in judicio Rothvv. productum ut in Originali edatur, Compulsoriales non decernuntur.

de novo in Camera exhiberet, *Ante-Maril. O. 19.* Qui in fine addit: *Nescio tamen, quo jure vel ex quibus rationibus id sit factum.*

Acta quomodo conscribenda.

19. Deinde judex diem mensis, imò si possibile sit horam diei, quâ sententia lata & alia gesta sunt, distinctè atque clarè in Actis assignet, *d. t.* 34. §. 4. Actorum consuetæ alicubi extensiones & insertiones inanium verborum deinceps omittantur, necessaria & ad rem pertinentia bono brevique ordine conscribantur, *Deput.* 1600. §. Als auch vor. 7.

Scribenda sunt in papyro.

20. Acta non in pergameno sed papyro scribantur, in pergameno autem scripta, non pluris quàm si in charta scripta essent, æstimentur, nec partes ultrà graventur, *d. t.* 34. §. 5.

Acta Gallica in Latinam linguam transferenda.

21. Acta Gallica in Latinam linguam transferantur & sic translata litigantibus edantur, *d. t.* 34. §. 6. Atque usus obtinuit, ut in illis causis sub pœna floreni Latinè procedatur, *Magenh. ad O. C. p.* 2. *t.* 31. *vers. in Actis.* Ratio quia aliter procedens peccat contra ordinationem Cameralem, *sc. alleg.* §. 6. Ergo pœnam ejusdem Ordinationis meritò luit, *suprà tit. n.* 76. Etenim uti per Imperatores Arcadium & Honorium sancitum, ut Romæ tantùm in Latina ac Græca lingua Causæ controversæ disceptarentur, *l.* 12. *C. de Sent.* Cùm Romanis Græca lingua sat familiaris esset, *teste Gothofr. in d. l.* 12. Ita etiam in judicio Camerali in duabus linguis, sc. Germanicâ & Latinâ, sua desideria proponere licet.

Duobus casibus in Camera in Latina lingua procedi debet.

22. Et quidem quod linguam Latinam attinet, illud solùm obtinet in duobus casibus, (1.) Si Acta prioris instantiæ, in Gallica vel alia exotica lingua sint conscripta, quorum copiæ Latinè sunt edendæ, *praalleg.* §. 6. Hinc ut documenta Gallica in causa Gravelle contra Leiningen exhibita in versione vel Latina vel Germanica producantur, 7. Julii 1662. pronunciatum est, *Sent. Cam. num.* 874. (2) Si reus sit linguæ exoticæ, *Ruland. de Commiss. p.* 1. *lib.* 5. *cap.* 1. *n.* 5. Hinc cùm in causa Wallpott contra Lüttich Reus esset Germanus, ipsi 13. Mart. 1657. Petitum, ut in lingua Latina procederetur, denegatum est, *Sent. Cam. n.* 229.

In reliquis casibus in Germanica lingua procedendum.

23. Quod reliquos casus attinet, in illis omnibus in Germanica lingua est procedendum, & si id non fiat, productum rejicitur, & Processus denegantur. Huc facit Constitutio Rudolphi *de A.* 1273. *apud Goldast. constit. imper. tom.* 1. *p.* 311 qui publica lege sancivit, ut deinceps omnia Mandata, Edicta, Privilegia, pacta dotalia, contractus, & id genus alia scripta & instrumenta Teutonica lingua, & non ut antea, in Latina conciperentur. Cùm in causa Engelbrecht contra Boudier nonnulla Documenta in lingua Hollandica producerentur, producenti 7. Jul. 1659. injunctum, ut illa in Germanicam linguam transferret ac in probanti forma exhiberet, *Sent. Camer. n.* 538. Similiter in causa Soly contra Lemmen 7. Febr. 1662. translatio cujusdam Documenti in Germanicam linguam decreta est, *ibid. n.* 802.

Acta priora quomodo taxari debeant.

24. Acta priora à judice ita taxentur, ne quis desuper justè queri possit, *d. t.* 34. §. 8. & 7. Taxa verò in eorum calce ascribatur, *d.* §. 8. *in fin.* Litigantes de immoderata taxa querentes pro impetranda moderatione & restitutione exortæ immodicæ mercedis ad judicem inferiorem non remittantur, sed statim eo judice etiam

inau-

inaudito Camera illam juxta æquitatem moderetur, *d. t.* 34. §. 9. Eoque nomine ad restituendum, quod suprà extortum est, Monitoria adversus judicem inferiorem decernat, neque inferioris judicis exceptiones contra factam moderationem oppositas audiat, *d. t.* 34. §. 10. *Add. suprà tit.* 34. *num.* 246. & 247.

25. Actorum folia singula binis ternisve cruciatis: Sigillatio floreno uno, ligatura semissa: Latinè conversorum actorum singula folia floreni quadrantibus æstimentur. Rothwilensia suæ ordinationis præscripto relinquuntur, *Tax. visit.* 1585. *Denais. tit.* 3. §. 2. & 3.

Appellantis communi beneficio appellationis uti volens quatenus Appellanti pretium pro Actis expensum refundere tenetur.

26. Acta regulariter sumptibus appellantis eduntur, *praced. n.* 1. Appellatus tamen si appellationis beneficio communi & Actis ab Appellante redemptis peræquè cum illo uti volet, de pretio expenso cum eo transigat: ni possit, judicis æstimatio intercedat, *C. p.* 3. *t.* 35. §. 11. *v. g.* Si utraque pars à certis capitulis unius sententiæ appellaverit, & una pars Acta producat, altera verò duntaxat libellum exhibeat, dicens se istis actis non indigere, & ideo dimidiam partem redemptionis Actorum refundere nolens, tunc potest cogi ad refundendam dimidiam partem, *Mynſ.* 1. *O.* 21.

Peculiariter notanda.

27. Peculiariter verò notandum, quòd in appellationibus ab Austregis in causis spolii, Acta sumptibus spoliatoris, sive ille sit appellans sive appellatus, edi debeant, *C. p.* 2. *t.* 8. §. 13. Pauperibus appellantibus Judex inferior suis sumptibus Acta edere tenetur, *C. p.* 1. *t.* 55. §. 5. Quod & in quovis appellante procedit, si Judex acta non edat, antequam ei ulteriores compulsoriales insinuantur.

Acta nonnisi clausa & sigillata in judicio sunt producenda.

28. Acta jam descripta in præsentia utriusque partis vel earum Procuratorum inrotulanda & obsignanda sunt, aliàs tam Judex ea aperta edens, quàm litigator eadem sic aperta producens ex arbitrio judicis puniantur, *R.* 1654. §. So dann ferner. 62.

Inrotulatio Actorum partibus non citatis non valet.

29. Sed quid si partibus absentibus invitis Acta inrotulentur, anne hæc inrotulatio erit nulla? Resp. quòd sic, quia contra legem hic præscriptam facta. Omnis autem actus, qui fit contra legem, ipso jure nullus est, *L.* 5. *C. de LL.* Ideò si Actor Acta accipere nolit, tenetur Judex ista iterum aperire, & de novo legitimè inrotulare. Sin verò hoc facere recusat, potest Actor ulteriores Compulsoriales ad edenda & legitimè inrotulanda Acta petere. Sed quid dicendum, si reus ad istam inrotulationem non sit citatus, anne ille in primo termino super nullitate inrotulationis Actorum agere, & judicem à quo ad novam & legitimam inrotulationem adigere possit? affirmatur. Verùm si Acta sint completa, tunc stultè faceret, si se inutilibus sumptibus ad extrahendas & insinuandas novas Compulsoriales oneraret. Dicis hos sumptus meritò judicem à quo restituere debere? Resp. Hoc quidem verum, sed cùm hoc casu magis ex malitia quàm illius Interesse, ergo Compulsoriales peterentur, non concederentur à Judice superiori, sin verò Acta sint incompleta, jure petuntur à Reo novæ Compulsoriales, & à Judice concedendæ sunt.

Ratio quare acta clausa &

30. Acta autem quòd clausa & obsignata in Judicio sunt producenda, hoc ideò fit, (1.) Ut postea, si forsan illorum defectus allegetur, ratione juramenti à Ju-

obsigna ta ndo debeant. dice inferiori præstandi fieri possit, quod juris est, *Gylm. voc. Acta. §. Acta non sigillata.* (2.) Ne falsitas illis Actis aut aliquid addendo aut in iisdem delendo, corrumpendoque committatur. Ubi notari potest, quòd pars Acta falsans causâ cadere debeat. Instrumenta verò falsans seu testes corrumpens non amissione causæ, sed aliter puniendus, *Gail. 1. O. 134. n. ult.* Hinc quidam Judæus Obligationem falsificans 10. Novemb. 1665. marcâ aur. pur. punitus est, *Sent. Cam. in Mantiss. num. 94.*

Aliter edentes puniuntur. 31. Dixi *praecedent. n. 28.* tam Judicem Acta aperta edentem quàm litigatorem eadem sic aperta producentem arbitrariè puniendum esse; Proinde quæritur, anne etiam procurator Acta aperta producens & quidem magis quàm Judex & litigator puniendus, quia ille Recessuum Imperii & Ordinationis Cameralis meliorem cognitionem habere debet? Respondeo quòd non, quoniam ille terminum reproductionis præcisè observare tenetur, ideò Acta producit, wie sie ihm zukommen.

Actorum in Camera petitâ restitutione, non originalia sed illorum copia dantur. 32. Porrò si in Camera à partibus Actorum restitutio petatur, non ipsa Originalia, sed eorum Copiæ sub sigillo Cæsaris ex Cancellaria dantur, nam Acta originalia judicio affecta sunt, & proinde edi non debent, sed ad ipsum Originale, si de fide exempli dubitatio suboriatur, recurrendum est, *Gail. d. O. 134. n. 22.* Ubi addit, se meminisse tamen Acta Originalia partibus esse restituta, in causa Tecklenburg contra Osnabrück. Sed hoc factum ex utriusque partis consensu & quia res adhuc quodammodo integra erat, eò quòd à partibus hinc inde in Camera nihil judicialiter actum vel exhibitum esset, lis non contestata & sic nondum quasi contractum, quia per litis contestationem in judicio quasi contrahitur, *Gail. d. n. 22. & seqq.*

Idque non solum partibus, sed etiam cuicunque suum Interesse docentı. 33. Deinde non solum partibus, sed etiam cuicunque, cujus interest, Acta judicialia officio judicis edenda sunt, *Gail. d. O. 134. n. 1.* Idque etiam in Camera obtinet, modò priùs Senatui supplicet ac de suo interesse doceat, ideo si quis velit causam aliquam coram aliquo Judice per hujusmodi Acta justificare, consultum est, ut impetret literas implorationis ab illo Judice, in quibus narretur, supplicantem eis opus habere additâ petitione, nam alioquin non facilè concederentur, *Tennag. de decernend. Processf. Class. 3. cap. 20.*

Instrumenta communia etiam parti adversa communicanda sunt. 34. Denique notandum, licet Instrumenta parti adversæ regulariter non sint edenda, *l. 4. C. de edend.* quod tamen id non obtineat, si illa Instrumenta sint communia, *per l. 5. fam. ercisc. l. 3. §. penult. ad exhibend.* Idque editionem petens priùs docere debet. Hine 16. Sept. 1574. in causa Kettenheim contra Landschaden ita pronunciatum: Wofern Kettenheim glaubwürdig darthun wird / da die angezogene Acta, Brieff/ rc. communia, daß solches gehört/ rc. *Gylm. voc. Acta. §. licet regulariter.* Communione Instrumentorum probatâ, Mandata Compulsorialia S. C. pro edendo cum annexa citatione solitâ in Camera decerni solent, *Gail. 1. O. 134. n. 11. Gylm. voc. Acta. §. Quando.* Ita 24. Septembr. 1661. in causa Isenburg contra Isenburg Mandatum de edendo Testamento decretum, *Supplic. Cam. tit. 8. n. 55. & 56.* Sin verò causa ad Cameram non spectat, petitum

petitum Mandatum denegatur, uti 11. Januar. 1661. factum in causa feudali Koppenstein contra Obentraut/ *d. tit.* 8. *n.* 59.

35. Ejusmodi autem mandata compulsorialia decernuntur non solummodo contra partem adversam, sed etiam contra tertium, modò supplicans priùs de suo interesse doceat, *Gylm. voc. Compulsoriales.* §. *Compulsorialia.* Atque sic contra Consistoriales W. & Consort. in causa Werder contra Wüstraw 27. Junii 1664. Mandatum compulsoriale S.C. decretum, *Supplic. Cam. tit.* 8. *n.* 58. Quod ita accipe, si ille tertius non sit extra Imperium, sed jurisdictionem Cameralem agnoscat, nam aliàs literæ mutui compassus decernuntur, *Magenh. ad O. C. p.* 2. *t.* 31. *versic. non tamen,* ubi easdem etiam decernendas putat, si ille tertius non immediatè sub Camera sit. Si illa communia Instrumenta ad Cameram commodè transmitti nequeunt. Solet Commissarius deputari, qui ista transumat, *Gylm. voc. sententia interlocutoria.* § *Interlocutoria in puncto.* *Mandata compulsorialia etiam contra tertium decernuntur.*

36. Postremò nota, quòd ad editionem missivæ privatæ nemo cogi possit, *Gylm. voc. Editio.* §. *Missiva.* Neque Notarius tertio, qui ipsum non simul ad confectionem Instrumenti requisivit, illud Instrumentum edere tenetur, nisi id fiat Magistratu sic jubente, *O. N.* 1512. §. Es mögen. 15. *Privatam missivam nemo edere tenetur. Quid obtineat in Notario.*

TIT. LII. DE COMPULSORIALIBUS.

1. QUanquam Judex ad factam & *tit. proximè præced.* sæpè memoratam requisitionem Acta priora sub gravi pœna 20. Marc. aur. pur. edere teneatur, *juxta d. tit. præced. n.* 3. Nihilominus tamen Appellator supplicans pro citatione simul Compulsoriales contra Judicem inferiorem petere debet, *R.* 1654. §. Deßgleichen sollen. 60. *Compulsoriales unà cum citatione peti debent.*

2. Compulsoriales dicuntur Literæ quibus Judex superior Judicem inferiorem ad omnium coram se gestorum & in scriptis conceptorum editionem cogit. Suntque vel simplices, vel ulteriores, vel arctiores. Compulsoriales simplices sunt, quibus Judici inferiori sub pœna 10. Marc. aur. puri mandatur, ut coram se gesta & in Scriptis concepta edat. Ulteriores vocantur, quæ si Judex simplicibus non pareat, sub eadem pœna exeunt cum hac appendice, ut Judex Acta gratis edat. Denique arctiores nominamus, quæ contemptis simplicibus & ulterioribus sub pœna Banni decernuntur, *add. infra n.* 16. *Compulsorialium definitio & divisio.*

3. Compellitur verò Judex inferior vel ad edenda acta priora seu primæ Instantiæ vulgò sic dicta, vel ad edendas Rationes decidendi. Acta priora vocantur omnia coram Judice inferiore gesta & in scriptis concepta. Rationes decidendi verò dicuntur literæ causas, ob quas judex inferior tali vel tali modo pronuntiavit, continentes. *Acta priora & Rationes decidendi quid sint.*

4. Compulsoriales ad edendas rationes decidendi, quæ sub pœna 20. Marc. aur. pur. decernuntur, ut petantur ab Appellatore non est necesse, quia etiam non pe- *Compulsoriales ad edend.*

Rationes decidendi Processibus à Cancellaria etiam Appellante non petente inseri debent. petitæ à Cancellaria processibus appellationis inseri debent, *per R.* 1654. §. Desgleichen soll, u. 60. *verb.* Und denenselben (*sc. processibus appellatoriis*) einverleibt werden. *Harum Compulsorialium formula habetur in Supplic. Cam. tit.* 15. *num.* 8. *vers.* Ebenmässig. *in fin.*

Rationes decidendi unà cum Actis prioribus clausa sunt edenda. 5. Edendæ autem rationes decidendi unà cum Actis prioribus sub pœna 2. Marc. auri puri & quidem clausæ, *praalleg.* §.60. *in fin.* Ne sc. earum contenta litigantibus in notitiam perveniant, eisque detur occasio, illas rationes calumniandi. Quapropter etiam eædem rationes ab Actis prioribus apertis remotæ in quadam peculiari cista, cujus clavium unus Collegio, alter lectoribus tradatur, tamdiu asserventur, donec Referens illarum indigeat, *R.*1654. §. Ob er auch. 61. Loco harum Rationum verò Missivam exhibere non licet. Hinc talis Missiva 18 Jun. 1662. rejecta & ulteriores compulsoriales decretæ sunt, *Sent. Cam. num.* 858.

Quid obtineat, si Rationes decidendi non simul edita. 6. Si Judex inferior rationes decidendi non simul cum Actis prioribus edit, Judex Cameræ nonnunquam Rescriptum Compulsorialium simplicium adversus Judicem inferiorem decernit, uti factum 13. Martii 1657. in causa Freckenhorst contra Gerlich / *Sent. Cam. num.* 235. Nonnunquam ulteriores Compulsoriales decretæ sunt, *vid. Sent. Cam. num.* 445. 626. 722. 817. 858. & 877. Hæ compulsoriales hactenus aliquando sub pœna simplicium, aliquando sub auctiori pœna emanârunt, cum hac tamen appendice, ut illæ Rationes jam gratis edantur. Semel etiam Fiscalis sui officii admonitus, ut contra Judicem negligentem procederet, quemadmodum contigit 12. Novembris 1658. in causa Woltersnau contra Betling / *Sent. Cam. num.* 445.

An arctiores Compulsoriales ad edend. Rat. decidend. sub pœna Banni decernenda. 7. Ast quid si Judex simplicibus & ulterioribus Compulsorialibus obtemperare nolit, anne arctiores Compulsoriales sub pœna Banni, veluti fieri solet in arctioribus Compulsorialibus ad edenda Acta priora, hìc quoque decerni queant? Resp. Puto & hôc casu inobedientiam Judicis inferioris pœnâ Banni coercendam esse. Ratio, quoniam istæ Rationes sunt pars Actorum. Quod autem juris in toto, hoc etiam in parte esse debet. Hinc in causa Essen contra Asbeck arctiores compulsoriales ad edendum Rationes decidendi 12. Maji 1665. decretæ, *vid. Sent. Cam. in Mantiss. num.* 29. A Cancellaria sub pœna Banni expeditæ sunt.

Rationes decid. etiã ab illis, qui tanquam consulentes sententiã conceperunt, edi debent. 8. Quòd si sententia ab aliqua Academia seu Collegio Juridico concipiatur, conceptores Rationes decidendi ex facto depromptas quovis tempore breviter in Scripturam redigant, & ad instantiam Judicis inferioris sine ullo sumptu (ohn Entgeld) edant, *praalleg.* § 61.

Dubitatio. 9. Sed ex qua causa Imperator ac Status Imperii istis Collegiis injungere potuère, ut suum laborem in concipiendis ac describendis rationibus decidendi sine ulla remuneratione præstent? Resp. Hic §. intelligendus est de eo casu, ubi ista Collegia seu Universitates pro dicto labore mercedem quidem acceperunt & jam accipiunt, nec tamen Rationes decidendi simul transmiserunt.

Compulsoriales ad edend acta statim cũ citatione petenda. 10. Compulsoriales ad Acta edenda olim petendæ erant ad longissimum in primo termino sub præjudicio absolutionis à citatione *C.p.*2.*t.*34.§.12.*& p.*3.*t.*35. §.2. Hodie verò non demum in primo termino, sed statim cum citatione illos cogitur

gitur petere Appellans ſub pœna deſertionis, Procurator verò ſub pœna ſumptuum retardatæ litis, *præalleg.* §. Deßgleichen ſollen 60.

Sub ſumptibus retardatæ litis quid comprehendatur.

11. Sub his ſumptibus comprehenduntur omnia damna, intereſſe, ac expenſæ propter retardatam litem exorta. Horum omnium deſignationem primò exhibet appellatus, Procurator appellantis contra hanc excipit, poſtea Judex taxat & appellato injungit, ut juramentum ſuper ſumma taxata præſtet, quo facto d. ſummam appellato Procurator ſolvere jubetur.

Quando petitione Compulſoriaium non indigeatur.

12. Petitione harum Compulſorialium non indigetur, (1.) Si Acta jam ſint edita, uti factum in cauſa Frist contra Brüning. 8. Febr. 1660. ubi Acta priora ſimul cum ſupplicatione pro Proceſſibus Judici Cameræ offerebantur, qui petitam citationem ac inhibitionem decernebat, adjungebat verò Cancellaria Compulſoriales ad edendas Rationes decidendi. Ita quoque 5. Febr. 1661. in cauſa Zaitrow contra Weyhorn Compulſoriales ad edenda Acta non ſunt petitæ nec decretæ, *Supplic. Cam. tit.* 15. *n.* 18. (2.) Si judex inferior ſit pronus ad edenda Acta, quô caſu periculo partis duntaxat citatio atque inhibitio peti poteſt, ac decerni ſolet. Ita factum in cauſa Stamiters contra Schlitern 12. Septembris 1657. Utroque tamen caſu doceri debet Acta eſſe intra triceſimum requiſita, aliàs Proceſſus denegantur, & injungitur ſupplicanti, ut doceat requiſitionem juſto tempore eſſe factam. (3.) Si extrajudicialiter verbali Mandato vel aliàs gravamen inferatur, ubi nulla Acta adſunt, ita citatio & inhibitio cum mandato de non gravando in cauſa Univerſität Rostock contra Bürgermeister und Rath daſelbst, decreta 3. Novembris. 1657.

Compulſoriales ad edenda Acta exeunt S. C. & ſub pœna 10. Marc. aur. pur.

13. Compulſoriales ad edenda acta exeunt S. C. juſtificatoriâ. Ratio, quia Judex de jure acta tenetur edere, *Gail.* 1 *O.* 134. *num.* 3. Proinde ſi contraveniat, committit factum de jure prohibitum, quare præceptum S. C. hôc caſu valet, *per tradita præced. t.* 34. *n.* 70. Deinde exeunt ſub pœna 10. Marc. auri puri, ut Judex intra certum terminum, qui hodie plerumque 14. dierum conſtitui conſuevit, Acta edat. *Vid. Supplic. Cam. tit.* 15. *num.* 8. *verſ.* Ebenmäßig.

His Compulſorialibus non annectitur ſolita citatio.

14. Et licet aliis Mandatis Compulſorialibus pro edendo &c. Contra partem adverſam vel etiam tertium emanatis citatio ad docendum vel vidend. annecti ſoleat, *vid. t. proximè præced. num.* 34. tamen ſecus eſt in Compulſorialibus adverſus judicem decretis, *uti patet ex alleg. verſ.* Ebenmäßig. & *ſeq.* Ratio harum eſſe videtur, quòd cùm aliàs præſumatur Judex tanquam bonus vir omnia ea facere, ad quæ de jure obſtrictus, ergo multò magis eadem facturus eſſe, ſi à ſuperiori ad ea præſtanda per Mandata pœnalia compellatur, cùm igitur præſumptio ſit pro Judice, illum Mandatis acquieſcere, ac imperata facere, nec contraventio credatur, niſi probetur, quapropter citatio ad vidend. ſe declarari poſt ejus probationem differtur. Hâc citatione verò tum opus eſt, quia non citatus & inauditus in pœnam Compulſorialibus inſertam condemnari nequit. Præceptum enim Judicis pœnale non ſtatim continet condemnationem, ſed duntaxat comminationem de condemnando, ſi præcepto non pareatur, *Gail. d. num.* 3.

Si simplicibus compulsorialibus non paretur, arctiores sub pœna Banni decernuntur

15. In hoc casu non paritionis Appellans judicialiter vel viva voce vel in scriptis petit arctiores compulsoriales & citationem ad videndum se incidisse in pœnam Compulsorialium simplicium, *pracit. n.* 3. Et si de legitima insinuatione simplicium Compulsorialium & requisitione Actorum fides facta sit, decernuntur arctiores Compulsoriales sub pœna Banni, *uti factum 6. Jul. 1668. in causa* Rallskaw contra Burckers Rode. Atque hisce arctioribus citatio contra judicem à quo, ad vidend. se declarari in pœnas simplicium vel allegandum causas justas, cur hoc fieri non debeat, inseritur, & præterea iterum mandatur ei, ut factâ legitimâ requisitione Acta pro debita mercede edat ad evitandam comminatam pœnam Banni. Unde reproductis in termino præfixo arctioribus, Judex à quo, causas impedimenti & moræ, cur hactenus Acta non ediderit, allegare, pœnamque simplicium compulsorialium edendo Acta evitare poterit. Ex quibus perspicuum est, arctiores Compulsoriales parvi esse præjudicii, cùm in termino earum possit fieri adhuc Actorum editio & pœna evitari, *Gail. d. O.* 134. *n.* 4. *&* 5.

Ulteriores Compulsoriales quando decernantur.

16. Si ad emanatas simplices Compulsoriales Acta manca & imperfecta edita sunt, non arctiores sed ulteriores Compulsoriales ad supplenda acta peti solent, *quò facit R.* 1654. §. Wolle aber. 65. *in fin.* Quæ etiam sub pœna 10. Marc. auri puri exeunt, sed tamen cum hac appendice, quòd Judex propriis sumptibus sine dispendio partis Acta edere teneatur, *idque per C. p.* 2. *t.* 34. §. 3. Arctiores verò exeunt quidem absque prædicta appendice, sed tamen sub pœna Banni. Aliquando etiam Actis planè non editis Judex non statim arctiores Compulsoriales petitas decernit, sed ulteriores ex officio præmittit. *Præjudicia habes in Sent. Cam. n.* 189. 231. 588. *&* 684. Hæ quoque decernuntur, ubi post simplices nulla, post arctiores verò mutilata Acta sunt edita. Ita factum in causa S. contra Hamburg. Ubi Procuratori Hamburgensi injunctum, ut ad judicialiter productam supplicam pro ulterioribus Compulsorialibus intra 4. mens. quod decet, ageret, *Magenh. O.* 48.

Illis verò neque simplicibus sed tantùm arctioribus citatio ad vid. se declar. annectitur.

17. Porrò notandum, quòd Compulsorialibus tam simplicibus quàm ulterioribus & adhuc-ulterioribus citatio ad docendum de paritione vel vid. se declarari non annectatur. Sed si his non pareatur, quòd tum arctiores sub pœna banni decernantur, istisque annecti soleat citatio ad vid. se declarari in pœnam simplicium & ulteriorum, *Adde praced. n.* 14. *&* 15. Tamen in causa Essen contra Abdeck pœnâ ulteriorum Compulsorialium ad edendas Rationes decidendi, quæ ad 10. Marc. aur. pur. extensa erat, omissâ, citatio ad vid. se declarari in pœnam simplicium, scil. 2 Marc. aur. pur. arctioribus 12. Maji, 1665. annexa est. Quòd si nec arctioribus pareatur, Judex à quo in pœnam simplicium & aliquando etiam ulteriorum declaratur, & citatio ad vid. se incidisse. in pœnam arctioribus insertam, nim. in pœnam Banni decernitur. In causa Reviere contra Fetschier tamen declaratione pœnæ omissâ, sola citatio ad vid. se incid. in pœnam Banni 20. Octobr. 1656. decreta est, *Sent. Cam. n.* 184.

Ad compulsoriales

18. Deinde nec illud omitti debet, quòd Compulsorialibus judicialiter decretis, Appellanti ad illas reproducendas terminus sub pœna Appellatum absolvendi

di à citatione & Appellantem in expenſas condemnandi ſemper præfigatur, *vid. Sent. Cam n.* 53. 97. 189. 235. 262. 373. 483. 588. 600. 704. 706. 714. *&c.* Reproductio autem Compulſorialium ſimplicium ulteriorum, quoniam illis nulla citatio annexa ſed impetranti ad iſtas reproducendas terminus tantùm præfixus, in Ordine Terminorum fieri ſolet & quoque Terminus anticipari, quæ anticipatio in reproducendis aliis Proceſſibus prohibita eſt, *infrà tit.* 76. *n.* 19. Quod verò Arctiores attinet, cùm his citatio adjungatur ac Reo terminus comparendi, qui tamen à Dato, non quô illæ inſinuatæ ſed decretæ ſunt, computari ſolet, præfigatur, ille præciſè obſervandus, Reproductio tamen vel in Ordine Reproductionis vel Terminorum fieri poteſt. Pauperibus verò, quia ipſis Fatalia non currunt, cùm ſæpè detineantur, *infra tit.* 64. *n.* 33. Terminus reproducendi compulſoriales non præfigitur, *Sent. Cam. n.* 22. 418. *&* 549. Etiam in arctioribus, *ibid. n.* 704. *&* 705. Tamen in cauſa Keffenberger contra Kleinen/ 5. Sept. 1662. Pauperi ad reproducendas arctiores terminus præfixus eſt, *Sent. Cam. n.* 878. *reproducens das termínus præfigitur.*

19. Ultimò obiter addi poteſt, quandam mulierem ad inſtantiam Epiſcopi B. & ejuſdem Conſiliariorum crudeliter ac injuſtè tortam per civitatem B. ac deinde liberatam intentantem agere contra illum Epiſcopum & Conſiliarios ſuper damnis injuriiſque datis juxta art. 13. Ord. Criminal. ſupplicare poſſe pro citatione adverſus Epiſcopum & Conſiliarios, non verò ſtatim ſimul petere Compulſoriales adverſus Civitatem, Domini putârunt, quia hæc non ſit cauſa Appellationis, ſed ſimplicis Querelæ, undè neceſſe eſſe arbitrati ſunt, ut cauſa primùm debito modo ac ordine introducatur, quò deinde in Proceſſu cauſæ ac termino probatorio Compulſoriales peti poſſent, *Gylm. voc. continentia cauſæ. princ.* *Notabile Præjudicium in petendis Compulſorialibus.*

TIT. LIII.

DE FINE EFFECTUQUE APPELLATIONIS ET ATTENTATIS.

1. PErtractatâ formâ Appellationis, jam finis & effectus conſiderandus. Finis verò ille eſt, ut ſententiæ iniquitas & imperitia judicantium corrigatur, *l.* 1. *princ. de Appellat. l.* 2. *A quibus appell.* *Finis Appellationis*

2. Effectus interpoſitæ appellationis eſt I. quòd ea ſtatim cauſam principalem devolvat ad Cameram, intellige ſi à definitiva vel interlocutoria ejus vim habente ſit appellatum, *Gail.* 1. *O.* 144. *princ.* *Appellationis effectus primus.*

3. Idem quoque obtinet, ſi à ſimplici interlocutoria appellatum, ſed tamen cum hac diſtinctione, nam Judex Cameræ ſententiam à Judice inferiori latam, aut confirmat aut reformat, priori caſu cauſa principalis ad judicem priorem, ſive ille detulerit appellationi ſive non, expreſſè remittitur, poſteriori autem ejus cauſæ ulterior ventilatio in Camera inſtituenda partibus reſervatur. Etenim hoc caſu cauſa *Quando Appellatio à ſimpl interloc. cauſam principalem ad Cameram devolvat.*

ad eum, qui semel gravavit, remitti non debet, quoniam præsumitur, in posterum etiam gravaturum esse, *Gail.* 1. *O.* 131. *per tot.*

Appellatione ab interloc. simpl. Appellatum, non verò Appellans renuntiare & in causa principali procedere potest.

4. Hinc etiam est, quòd appellans à simplici interlocutoria appellationi renuntiare & in causa principali procedere nequeat, antequam judex Cameræ cognoscat, utrum benè an malè appellatum judicatumque & sic causa principalis remittenda, an in Camera retinenda sit, *Mynſ.* 3. *O.* 79. Appellato autem appellationi ab interlocutoria simplici renuntiante, cum hac renuntiatione confiteatur, malè judicatum benè appellatum, in causa principali procedi potest, uti factum in causa Heid contra Vnderman 3. Decembr. 1619. Quanquam ne quidem ex prorogatione partium de causa principali priusquam pronuntietur bene fuisse appellatum, cognosci posse, ex quibusdam Dd. Statuat Mynſ. *alleg. loc.*

Limitatio præced. n. 2.

5. Quod verò *præced. num.* 2. dixi, appellationem à sententia definitiva ejusve vim habente devolvere causam principalem ad Cameram, id quandam limitationem admittit, in illis causis, in quibus appellatio quidem effectum devolutivum, non verò suspensivum habet, *id est*, in quibus appellatio quidem causæ sententiæque ulteriorem ventilationem ad Cameram devolvit, ejusdem sententiæ tamen executionem non suspendit, uti fit in appellationibus à causis Cambiorum & alimentorum, *suprà tit.* 46. *n.* 61. & 62.

Appellationis effectus II.

6. II. Appellatio devolvit nullitatem ad judicem superiorem, adeò ut iste eam ex officio attendere debeat, licet ab appellante non sit allegata, *Vid. infrà t.* 56. *n.* 20.

III.

7. III. Appellatio causam principalem reducit ad eum statum, in quo erat post L. C. *Gail. d.* 144. *n.* 1. Quare dilatoriæ Exceptiones ante L. C. opponendæ, atque alia ante eam expedienda, sed in prima instantia omissa, in causa Appellationis nec opponi nec expediri possunt, *infrà t.* 69. *n.* 40.

IV.

8. IV. Per appellationem sententia quoad præsentem causæ statum planè extinguitur, quoad futurum verò & litis exitum duntaxat suspenditur, *Gail. d. n.* 1. & *seq.* Nec antè in rem judicatam transire potest.

V.

9. V. Appellatione interpositâ, judex inferior ei sibi insinuatæ deferre, vel *uti Justinianus loquitur*, eam recipere debet, *t. t. De appellat. recipiend. vel non. l.* 21. & 23. *C. de Appellat. cap.* 31. *eod.* nisi appellatio sit prohibita, quibus casibus eam recipere, *id est, ut hodie loquimur, ei deferre* non tenetur, *l. fin. de Appellat. recip. c.* 5. *de Appellat. in* 6. Quò autem Judex appellationis certior fiat, utrum judex sententiæ appellationi detulerit vel non, hic ad instantiam Appellantis certas literas, quas *Apostolos* vocamus, edere cogitur, *C. p.* 2. *t.* 34. *princ. vid. suprà tit.* 50.

VI.

Innovare & attentare unū idemque denotant.

10. VI. Judex inferior appellatione sibi insinuata sive hic detulerit, sive non, nihil innovare debet, *l. unic. Nihil innov. appell. interposit. l. pen. de Appellat. recip. l.* 3. *C. de appell. cap.* 7. *eod. in* 6. Innovare verò nihil aliud est, quàm aliquid novi facere, quod hodie *Attentare* vocamus. Hinc judex dicitur Attentare seu innovare, si post insinuatam sibi appellationem aliquid novi facit, videl. sententiam executioni mandando aut alio quocunque etiam modo ulteriùs in causa procedendo.

Partes quando

11. Pars quoque tam Appellans quàm appellata dicitur attentare, si post interpositam appellationem aliquid novi faciat, quod ante litem in prima instantia cœptam

ptam

ptam facere non solebat. Quare qui pendente appellatione jus suum prosequitur, & facit id, quod lite nondum inchoatâ facere solitus erat, nimirum colligendo fructus & pensiones solitas exigendo, non attentare, sed suam possessionem continuare, veterique jure uti dicitur, *Gail*, 1. *O*. 147. *n*. 1. Nam hi actus concernunt causam principalem, ideo pro attentatis non habentur, nec remedio attentatorum locus est, *Gail. d. n* 1. & 1. *O*. 145. *per tot.* *dicantur attentare.*

12. Deinde nec tertius attentare dicitur, quia res inter alios acta, *Gail*. 1. *O*. 72. *n*. 6. Quare adversus hunc non per viam revocationis attentatorum, sed ordinariâ juris viâ coram ordinario judice procedi potest, *cap*. 7. *versic. in alium. De appellat. in* 6. *Marant. part*. 6. *art*. 2. *n*. 163.

13. Porrò cùm attentans non solùm partem, in cujus præjudicium attentata tendunt, sed etiam judicem superiorem, cujus jurisdictionem, atque si inhibitio ipsi insinuata, præceptum contemnat. Imò ipsam legem attentata prohibentem offendat. Attentata ante omnia sunt revocanda, adeò ut Judex etiam parte non petente, ex officio ea revocare possit, *Gail*. 1. *O*. 146. *n*. 7. *Attentata ante omnia revocanda.*

14. Quo tempore autem revocatio fieri debeat distinguendum, nam Attentata aut sunt notoria & incontinenti probata, aut incontinenti probari nequeunt, sed altiorem indaginem requirunt. Priori casu statim revocari debent, posteriori autem non revocantur antequam de eorum veritate constiterit, *d. cap*. 7. *ibique summariator*. Nec causa principalis interim, dum de eorum veritate disceptatur, suspendi debet, sed in utroque puncto simultaneè procedendum, neque alter per alterum impediendus, *C. p*. 3. *t*. 37. §. *pen*. Intellige quoad Processum, non verò quoad decisionem attentatorum, *Gail. d. O*. 146. *n*. 9. Nam si in causa principali priùs submissum quàm in puncto Attentatorum submittitur, tunc in illa pronunciari non potest, antequam judicium attentatorum etiam ad finem perducitur. Quo facto priùs in causa attentatorum ac deinde in causa principali pronunciandum est, *Mynf*. 3. *O*. 33. *Attentata non notoria quando revocari debent.*

15. Econtra verò si in causa Attentatorum priusquam in causa principali concludatur, Judex non expectata conclusione causæ principalis super attentatis pronunciare potest, quod tamen intellige de illis Attentatis, quæ à causa principali separari possunt. Aliàs quando ejusmodi attentata sunt, quæ sui naturâ non possunt rescindi, nisi per definitivam ferendam super appellatione, definitiva expectari debet, *Gail. d. O*. 146. *n*. 8. Posse autem in quacunque parte judicii ante conclusionem causæ revocationem attentatorum peti dubium non est, *Gail. ibid. n*. 10. Adeoque victus non solùm in expensas, sed etiam ad restitutionem fructuum à tempore interpositæ appellationis perceptorum condemnari debet, *ibid. n*. 11.

16. Porrò in hoc Processu attentatorum non-notoriorum Libello atque L. C. opus esse scribunt Gail. *d. O*. 146. *n*. 2. & Mynf. 1. *O*. 26. Verùm illud correctum *per R*. 1570. § *In puncto Attentatorum*. 95. Et hodie indistinctè implorato duntaxat Judicis officio de plano ac summariè proceditur *C. p*. 3. *t*. 37. §. 5. *Magenh. O*. 83. Nam quoties aliquid Judicis nobili officio explicatur, libellus non requiritur, sed de plano proceditur, *Gail. d. O*. 146. *n*. 5, *Add. infrà t*. 68. *n*. 28. *In illorum processu non opus est libello & L. C.*

Circa revocationẽ Attentatorum notoriorum ſubdiſtinctiones.

17. Si attentata ſunt notoria ſubdiſtinguendum ; Nam hæc committuntur, (1.) aut medio tempore inter ſententiam & appellationem, quæ ab illa poſtmodum intra decendium interponitur, aut (2.) poſt decendium, ſed ante notificatam appellationem, aut (3.) poſt notificatam appellationem, aut (4.) poſt inſinuatam inhibitionem.

Attentata intra decendium Commiſſa per Mandata ſimul cum Proceſſibus Appellationis decreta extrajudicialiter revocantur.

18. Primo caſu attentata ante omnia penitùs ſunt revocanda, *cap. 7. de Appellat. in 6.* Quoniam attentare nimirum intra decendium ſententiam exequendo vel alio modo procedendo, de jure communi eſt prohibitum. Quocirca in hoc caſu unà cum Proceſſibus appellationis Mandata Attentatorum revocatoria de Stylo Camerali decernuntur S. C. & quidem extrajudicialiter, alteraque parte non auditâ. Ratio, quoniam ejusmodi attentata de jure communi illicita ac nullo modo juſtificabilia ſunt, ideo hic à præcepto altera parte inaudita inchoari poteſt.

19. Secundo caſu actus in præjudicium Appellantis perpetrati pro attentatis planè non habentur, ideo ſuper attentatis agi nequit, *C. p. 2. t. 32. §. pen.*

20. Tertio caſu attentata ante omnia, *id eſt, ante diſceptationem cauſæ principalis, quæ tamdiu ſuſpenditur,* ſunt revocanda, *C. p. 3. t. 37. §. fin.* Implorato ad hoc officio judicis de plano procedendo, *Gail. 1. O. 146. n. 4.* judicialiter tamen, *id eſt,* altera parte audita, *Stylo ita obtinente.* Hinc Supplicans pro Inhibitione & revocandis Attentatis 21. Maji, 1660. in cauſa deß Gottes hauses zu S. Mattyres in

Attentata poſt decendium & ante notificatam appellationem commiſſa pro talibus non habentur.

Trier contra Spraugen ad Judicium fuit remiſſus, *Supplic. Cam. tit. 15. n. 27.*

21. Quarto caſu, Attentata per Mandata extrajudicialiter, *id eſt, altera inaudita,* revocari debere ſancitum eſt *in R. 1654. §.* Und wann gegen. 59. Aſt quotieſcunque ferè hoc caſu extrajudicialiter ſupplicatur pro Mandatis attentatorum revocatoriis, etiamſi attentata ſint notoria & in continenti per Inſtrumentum Notarii vel alio modo probentur, & quidem quòd facta ſint poſt inſinuatas inhibitiones toties ſupplicantes remittuntur ad judicium, proinde non immeritò quæritur, quamobrem id contra expreſſum textum prællleg. §. 59. fiat? Reſp. diſting. Nam ejusmodi Mandata petuntur aut ante oppoſitas Exceptiones deſertionis & non devolutionis, aut poſt eas. Priori caſu Mandata attentatorum revocatoria ſemper extrajudicialiter decernuntur.

Attentata poſt notificatam appellationem & ante inſinuatam inhibitionem commiſſa quando & quomodo revocanda.

Attentata poſt inſinuatam inhibitionem exo

22. Poſteriori autem caſu ſubdiſtinguendum, aut enim Exceptiones deſertionis & non devolutionis apparent eſſe relevantes, aut irrelevantes & frivolæ. Hoc caſu itidem præmemorata Mandata extrajudicialiter decernuntur. Illa autem ſemper remiſſio fit ad judicium. Ratio, quia quando in puncto competentiæ objicitur dubietas atque ſic juriſdictio redditur dubia, interim attentata revocari non debent, donec cognoſcatur de juriſdictionis veritate. Judex enim ſuperior Attentata non revocat, niſi priùs certus eſt, utrum Appellatio ad illum ſit devoluta nec ne, *Gloſſa & Dd. in C. 7. de Appellat. in 6.* Quare antequàm attentata revocantur, punctus competentiæ ad judicium hoc caſu remittendus, ut ibi utraque parte auditâ priùs diſceptetur. *Præjudicia tam ubi Mandata Attentatorum revocatoria extrajudicialiter decreta ſunt, quàm ubi Supplicantes ad Judicium ſunt remiſſi, extant in Supplic. Cam. tit. 15. n. 30. uſque 43. incluſivè.*

23. Po-

trajudicialiter etiam revocantur. Quod tamen limitatur.

Pœna attentantis Appellatoris.

23. Pœnam attentantium quod attinet, pro diversitate personarum diversa est. Nam si Appellans attentat, censetur renunciare appellationi eamque deseruisse & facit se indignum beneficio appellationis. Quapropter sententia à qua transit in rem judicatam, & Judex inferior perinde ac si nunquam appellatum fuisset, procedere potest, *Gail. 1. O. 146. n. 12.* Ratio (1.) quia actus contrarius litis pendentiæ inducit tacitam renunciationem. (2.) Quoniam propria authoritate jus sibi ipsi dicendo judicem contempsisse censetur. Proinde juris beneficio indignus est, quia frustrà legis auxilium implorat, qui legis authoritatem contemnit. (3.) Quia attentando ipsemet Appellans tanquam sibi contrarius non censetur detulisse propriæ appellationi, *Gail. d. n. 12 & seq.*

Si sc. Attentata Appellationi directò sint contraria.

24. Intellige tamen hanc doctrinam tunc demum procedere, quando Attentata immediatè contraria appellationi sunt, utputa si appellans pendente appellatione Adversarium sua possessione, quæ in controversia vertitur, spoliaverit. Nam nemo ob contradictionem vel appellationem alterius fructu possessionis suæ carere debet. Secus est, si Attentata appellationi non sint contraria, quo casu revocati debent, *Gail. d. O. 146. n. 14.* Quare priori casu appellatus non directò ad revocationem Attentatorum agit, sed ut probatis Attentatis Judex appellationis causam tanquam desertam pro executione ad Judicem sententiæ remittat, *Gail. d. O. 146. n. 15.* Interdum etiam appellatus absolutionem à citatione petit, *Magenb. O. 71.* ubi addit, si Appellans & Appellatus simul attentent, illum pro revocatione attentatorum, hunc pro absolutione à citatione instare posse.

Pœna partis appellatæ & judicis attentantis. Simplici mandato Attentatorum revocatorio si non pareatur, ulterius seu arctius decernitur.

25. Porrò si Judex vel pars appellata attentet, tunc illud fit vel ante vel post insinuatam inhibitionem. Priori casu datur duntaxat Mandatum Attentatorum revocatorium sub pœna 10. Marc. aur. puri quo utrique mandatur, ut omnia in eum statum, qui tempore latæ sententiæ fuit, cum fructibus perceptis & percipiendis reducat, *Gylm. voc. Inhibitio. §. Inhibitionis vigor.*

26. Huic Mandato si non pareatur, petitur declaratio pœnæ & arctius, quod sub pœna Banni decernitur. Illius loco Judex sæpè ulterius Mandatum Attentatorum revocatorium sub aggravata pœna ut plurimùm sub pœna 15. Marc. auri puri, vel ex officio vel ad instantiam partis decernit. Imò loco arctioris ejusmodi Mandatum adhuc ulterius sub pœna 30. Marc. auri puri cum annexa citatione ad vidend. se incidisse in pœnas prioribus insertas decretum fuit 27. Octobris 1654.

Et si post insinuatam inhibitionem attentatur, etiam decernenda arctior inhibitio.

27. Posteriori casu præter Mandatum Attentatorum revocatorium petenda arctior inhibitio cum annexa citatione ad vidend. se incidiss. in pœnam simplicis. *De qua Tit. proximè seq. plura.* Obiter hic notari potest, si attentetur, antequam inhibitio insinuetur, causa in puncto attentatorum esse dicatur, sed post inhibitionem dicatur esse in puncto inhibitionis, *prout vult Gylm. præalleg. loco.*

Si contra tertium attentetur is appellare tenetur.

28. Ultimò lubet & hoc addere, si contra tertium attentetur, quòd ille non Mandatum attentatorum revocatorium petere possit, sed ab isto gravamine appellare teneatur. Hinc cum nonnunquam causa principalis quoad ipsum sc. debitorem principalem ratione appellationis esset ad Cameram devoluta, & Priores

Ju-

Judices contra fidejussores procederent, ab hac sententia Processuque executionis rursus appellârunt ipsi fidejussores, atque eò quòd ratione continentiæ causa coram uno Judice tractanda, desuper Processus decreti 6. Sept. Anno 1592. in causa Glauburg contra Dithmar / *teste Gylm. voc. Fidejussores. §. pen.*

TIT. LIV. DE INHIBITIONE.

Inhibitionis utilitas.

1. PORrò quanquam Appellans per interpositam appellationem à jurisdictione Judicis inferioris statim eximatur atque is Judex incompetens censeatur, ita ut per eum attentata in continenti sint revocanda, *Gail. 1. O. 144. n. 2. Intellige, si judici interposita appellatio est notificata, nam alias ille attentare non dicitur, tit. proxime praced. n. 19. & 20.* Atque sic inhibitione non opus esse videatur, tamen adeò magis præcavenda attentata ejusmodi, ad instantiam Appellantis inhibitio contra judicem inferiorem & Appellatum à Camera solet decerni, etiamsi judex inferior appellationi deferendo totam jurisdictionem à se abdicârit, & ita planè non opus sit inhibitione, quoniam abundans cautela non nocet. Deinde expedit hoc appellanti propter appellatum, ne ille aliquid pendente appellatione attentet, *Gail. 1. O. 144. n. 3.*

Inhibitionis definitio & divisio.

2. Inhibitio est mandatum, quo Camera judici inferiori ac parti sub certa pœna præcipit, ne in causa, quamdiu ista in Judicio Camerali indecisa pendet, vel in appellantis præjudicium, aut in contemptum Cæsareæ jurisdictionis ulteriùs aliquid agant aut agere præsumant. Est autem illa triplex: simplex, ulterior & arctior.

Definitio simplicis inhibitionis.

3. Simplex est, quæ primò emanat sub pœna 10. Marc. auri puri, pro dimidia portione Fisco Cæsareo pro altera dimidia Appellanti applicanda, *Stylo ita recepto.* Et quidem S. C. quia juris, quòd appellatione legitimè interposita Judex inferior & pars nihil attentare debeant, *Gail. 1. O. 134. n. 7. Formulam Inhibitionis habes in Supplic. Cam. tit. 15. num. 8. vers.* Wir gebieten.

Si huic non pareatur, ulterior seu arctior decernitur.

4. Quod si huic simplici inhibitioni insinuatæ contraventum, ulterior inhibitio sub aggravata pœna, quæ plerumque 15. Marc. auri puri, vel arctior inhibitio sub pœna Banni & quidem cum citatione ad vidend. se incidiss. in pœnam simplicis vel allegand. causas, quare talis declaratio fieri non debeat, decernitur. Citatio autem arctiori ideò annectenda, quoniam neque simplici neque ulteriori inhibitioni annectitur, propter eandem rationem, quæ in Compulsorialibus adducta *praced. tit. 52. n. 14.* Proinde si contra insinuatam inhibitionem attentetur, & hic citatio de novo impetranda, *Gail. d. O. 134. n. 8.* Hinc patet differentia inter hanc inhibitionem & Mandatum inhibitorium, nam plus est Mandatum inhibitorium quàm inhibitionem decernere. In illo proceditur, ut in Mandatis S C. in hac secus: In illa citatio annectitur, *vid. Supplic. Cam. tit. 8. num. 46. & 47.* in hac verò non, sed si huic contraveniatur, tum demum petitur arctior inhibitio,

Differentia inter mandatū inhibitorium & inhibitionem.

tio, & citatio ad vidend. se incidisse in pœnam simplicis, *Gylm. voc. Inhibitio. §. Differentia.*

Quando arctior inhibitio extrajudicialiter decerni possit.

5. Si judex contra insinuatam inhibitionem mandet executionem fieri, arctiorem inhibitionem etiam extrajudicialiter propter summum moræ periculum decerni posse, præjudicio confirmat *Gylm. voc. Inaibitio §. pen.* Idem obtinet, si attentata sint enormia; uti factum in causa Passavant contra Fatet. 17. Maji 1644.

Hæres defuncti etiam lite contestata non succedit in pœnas, in quas defunctus inciderat.

6. Sed quæritur, an hæres defuncti, cui inhibitum est, in pœnas inhibitionis declarari possit, etiamsi lis cum defuncto, qui contra inhibitiones aliquid fecit vel attentavit, contestata fuerit? Videtur, quòd sic, *l. unic. C. ex delict. defunct.* Veritas in contrarium est. Nam is, qui contra inhibitionem vel mandata Cameræ venit, publicum Judicium subsit, seu publicum crimen committit. At in publicis criminibus, etiam lite contestata, morte accusati pœna extinguitur, non tantum corporalis, sed & pecuniaria. Ita eleganter *Joh. Fab. in §. non omnes. Inst. de perpet. & temp. act.* Et sic Gvilielmus Dux Juliacensis absolutus fuit à pœnis inhibitionis, in quas pater ipsius inciderat, in causa der Stadt Achen contra Hertzogen zu Gülich 20. Julii Anno 1551. *Verba sunt Gylm. voc. Inhibitio. §. Inhibitiones Cameræ factæ.* Ast huic præjudicio graviter obstant tradita supra tit. 29. n. 69. & 70. Verum Resp. ibi agitur de fracta Pace, in quo casu pœna, quoniam ipso Jure imponitur, ad hæredes transit, *dict. t. 29. n. 71. & 72.* Hic autem agitur de casu, ubi defunctus ob contumaciam in aliquam pœnam inciderit, quæ non transit ad hæredes, *infra t. 72. n. 14.*

Quatenus Judex inferior inhibere possit.

7. Potest verùm non solum Judex superior, sed etiam inferior partibus inhibere, quia generaliter omnia intentare potest, quæ tendunt ad faciliorem exitum causæ appellationis, non tamen cognoscendo de juribus appellationis sed prohibendo saltem, ne quis in possessione turbetur. Non obstante quòd interposita appellatione Judicis à quo jurisdictio expiret. Nam hoc verum est solummodo quoad executionem sententiæ, non autem quoad partium coercitionem & Imperium, quod in eas habet, *Mind. de Mandat. c. 27. n. 7.* Imò si Judex inferior gravamen, cujus gratiâ fuit appellatum & inhibitum, revocaverit, potest non obstante appellatione vel inhibitione ad ulteriora procedere sive coram ordinario sive delegato id contingat, nisi forte delegatus appellationi detulerit, quoniam per delationem omnimodam jurisdictionem se abdicavit. Quod in ordinario secus est, ex generali jurisdictione, quæ penes ipsum remansit, *Mynf. d. c. 27. n. 8.*

Judex inferior revocato gravamine non obstante appellatione ad ulteriora procedere potest.

In appellationibus à Defin. ejusve vim habente indistincte inhibendum.

8. Inhibitio petita in appellationibus à sententia definitiva ejusve vim habente, sive judex inferior appellationi detulerit sive non, indistinctè decernenda est, *C. p. 3. t. 37. princ.* Ratio quia ejusmodi appellatio statim devolvit causam principalem ad judicem superiorem, *Gail. 1. O. 144. princ.* Et Appellantem à jurisdictione judicis inferioris eximit, huncque in competentem reddit, *Ibid. n. 2. Add. tit. proximè præced. n. 2. & 3.* Quare ei meritò inhibetur, ne ulterius causa in præjudicium appellantis procedat.

Inhibitio tamen non aliter quam cum causæ cognitione decerni debet.

9. Ad decernendam verò inhibitionem Judex procedere non debet, nisi cum causæ cognitione, *hoc est*, ut priùs constet de fundata jurisdictione, *Mindan. de*

Mandat. cap. 26. nu. 3. Quia incompetentis judicis inhibitio nullius eſt momenti. Partis adverſæ verò citatione non opus, cum altera parte inaudita inhiberi poſſit, (1.) quia legibus cautum, ne quid pendente appellatione attentetur, in caſu autem legibus prohibito, Judex altera parte inaudita à præcepto incipere poteſt. (2.) Quia Judex hîc tantùm inſtruendus, quod ex narratione ſupplicantis & allegatione gravaminis abſque citatione fieri poteſt, ideo ad hoc citatio non eſt neceſſaria. (3.) quia pars poſt inſinuatam inhibitionem ſuas exceptiones, ſi quas habet, ſatis maturè opponere poteſt. *Mind. d. cap. 26. n. 4.*

Caſus I. quo inhiberi non poteſt. 10. Plures tamen dantur caſus, ubi inhiberi non poteſt, & quidem, I. Si à definitiva vel ejus vim habente in poſſeſſorio retinendæ, ubi appellatus in poſſeſſione eſt, appellatum ſit, *d. t. 37. princ.* Ratio, quia Judex inhibendo cauſæ principali, quæ ſuper poſſeſſione adverſarii conſiſtit, utrum ſcil. Appellatus rem litigioſam juſtè poſſideat nec ne, præjudicaret, & ſic in effectu talis inhibitio vim definitivæ haberet, dum per eam inhibitionem poſſeſſio appellanti attribueretur, & Appellato adimeretur, quam poſſeſſionem tamen nemo propter interpoſitam appellationem vel contradictionem adverſarii dimittere tenetur, *Gail. 1. O. 145. num. 2.* Etiamſi poſſideat contra jus commune, dummodo talis poſſeſſio ſit adjuta aliquo titulo, *Gail. 1. O. 147. n. 2.* In cauſa Harff contra die Eingeſeſſene der Hundſchafft Eller 31. Jan. 1661. Supplicans pro Inhibitione ad Judicium remiſſus eſt, *Suppic. Cam. t. 15. n. 1. & 2.*

Caſus primi fallentia I. Fallentia II. 11. Hæc exceptio fallit (1.) Quoad judicem, nam ei inhiberi poſſe, ne ulteriùs in cauſa procedat, *prajudicia annotavit Gylm. voc. Inhibitio. §. Quamvis.*

12. (2.) Si appellans ſit in poſſeſſione, idque probabilioribus argumentis docuerit, nam hoc caſu & judici & parti inhiberi poteſt, ne Appellantem pendente appellatione in ſua poſſeſſione turbent, nam hac ille ante plenariam litis deciſionem non eſt privandus, aut in ea turbandus, *Mind. de Mand. c. 27. n. 8.* Sin autem privilegio ſit conceſſum, vel ſtatuto receptum, quod in poſſeſſoriis Judiciis appellatio executionem non impediat, ſed victor ſtatim poſt definitivam in poſſeſſionem rei litigioſæ mittatur, præſtita cautione idonea de reſtituenda re cum fructibus caſu, quo ſententia per Judicem Appellationis foret retractanda, judex ſuperior inhibere non poteſt. Nam ejuſmodi ſtatutum & privilegium valet, quoniam ſumma ratione nititur propter poſſeſſorum malitiam, qui totis viribus eo incumbunt, ut appellando cauſam in infinitum extrahant, liteſque faciant immortales, *Gail. 1. O. 147. n. 8.*

Fallentia III. 13. (3.) Si non ab ipſa ſententia in poſſeſſorio retinendæ lata, utpote quæ jam in rem judicatam tranſivit, ſed ab exceſſu Executionis appelletur, *per l. 5. C. Quorum appell. Mind. d. n. 8. & Gail. 1. O. 147. n. 8.*

Fallentia IV. 14. (4.) Si ſententiæ mulcta vel pœna ſit adjecta, *Klock. tom. 3. conſ. 181. nu. 189.* Hinc Inhibitio quoad pœnam ſententiæ adjectam 31. Jan. 1661. decreta in cauſa der Knochenhauer zu Hildesheim contra Teichmann/ *Supplic. Cam. tit. 13. n. 3. & 4.*

Fallent. V. 15. (5.) In genere dicta exceptio fallit in iis caſibus, ubi cauſa per viam S. Q. ad Cameram devoluta etiam inhiberi vel res ſequeſtrari poteſt, uti ſit in conſtitutio-

ne

ne super litigiosa possessione, *de qua vide supra tit.* 31. *n.*26. Item si factum super quatuor Casibus qualificari possit, v. g. si periculum sit in mora, vel damnum irreparabile adsit, utpura si quis totam sylvam litigiosam excidere ac vendere vellet, *Gail.*1.*O.*145. *n. ult.*

16. Prædicta non solùm in possessorio retinendæ, sed etiam, si à sententia in possessorio adipiscendæ ac recuperandæ lata appelletur & appellatus sit in possessione, procedunt. Et licet in hisce duobus posterioribus inhibitio decerni nequeat, tamen aliquando sequestratio obtineri potest & quidem si Appellatus sit homo perditæ vitæ & malæ frugi, suspectus de dilapidatione, quòd malè utatur re litigiosa, quòd judicium posset esse frustratorium, ex quo victor nihil aut planè deterioratam rem consequeretur, *Gail.* 1. *O.* 147. *n.* 3. & 4. Inhibitio quoque in iisdem casibus decernenda, si pro petitore judicatum sit, *Tennag. Class.* 4. *cap.* 10. *n.* 7. & 8. *Prædicta quoque in possessorio adipiscenda & recuperanda obtinent.*

17. Prædicto casu tamen dilapidatio legitimè probanda antequam sequestratio obtineri potest, ideò eam petens causas super dilapidatione Adversarii possidentis in rem litigiosam coram judice appellationis exhibere ac probare debet, *Gail. ibid. n.* 5. & 6. *Ut ob metum dilapidationis inhiberi possit, dilapidatio probanda est.*

18. II. Si de Jurisdictione Cameræ non satis constet, *d.t.*37. *princ.* Quia non inhibendum antequam cognoscatur de veritate jurisdictionis, *Mynſ.*3.*O.* 87. *n.*3. Nam pro generali regula observandum, quòd Judex superior pendente cognitione, an appellatio recipienda sit nec ne, nunquam inhibere debeat, *Mynſ. ibid. n.*4. *Gail.*1.*O.*144.*n.*4. Quare si dubitet, utrum appellatio sit justa, an frivola, inhibere non debet, nisi priùs adhibeat causæ cognitionem super justitia appellationis, aliàs inhibitio non valet, *Mynſ. ibid. n.* 5. *Casus II. quo inhiberi nequit.*

19. Hinc etiam in R. 1654. §. Schließlich. 123. nuper constitutum, ut si Judex & Assessores dubitent, utrum summa sit appellabilis aut privilegio Judicis inferioris conformis, impræsentiarum denegatis processibus appellationis literas pro informatione priùs decernant, vel ad minimùm petitas inhibitiones denegent. Quem sensum præalleg. §. 123. esse opinor. In causa deß Schneider-Ampt zu Cölln contra Kohlhaen. 4. Jul. 1661. Literæ pro Informatione decretæ sunt, *Supplic. Cam. tit.* 15. *n.* 6. *Explicatio R. 1654. §. Schließlich. 123.*

20. III. Si appellatio de Jure communi sit prohibita, *d.t.*37.*princ.* Sed hæc exceptio videtur inanis & supervacua, quoniam hoc casu appellatio planè non recipitur, *vid. praced. t.*44.*n.*22. Ideò ne quidem citatio & Compulsoriales decernuntur? Verum autumo alleg. princ. intelligendum esse de iis appellationibus, quæ prohibitæ sunt quoad effectum suspensivum, ita ut ea interposita appellatione non attentâ executionem sententiæ nihilominus perfici oporteat: Admittuntur verò quoad effectum devolutivum, *Add. tit. proximè praced. n.* 5. *Cas. III.*

21. IV. Si appelletur à simplici interlocutoria, appellabili tamen, *d.t.*37.§.1. Ratio quia Judici de veritate gravaminum, ex quibus appellatio justificanda, *vid. supra tit.* 48. *n.*35. & à quorum Meritis ipsa causæ devolutio dependet, *Tennag. Class.*4.*cap.*10.*n.pen.* primùm constare oportet, utrum causa sit devoluta nec ne, *Cas. IV.*

 quam

quamdiu enim judex cognoscit, an appellatio sit recipienda, an causa sit devoluta, nec ne, inhibere non debet, *Gail.* 1. *O.* 144. *n.* 4. Imò licet gravamina sint relevantissima atque sufficientissimè probata, ut sic de eorum veritate dubitari minimè queat, adhuc tamen Judex inhibere non potest, nisi appellato cum suis exceptionibus super his gravaminibus priùs audito, posset enim hic per suas Exceptiones sufficienter probatas gravamina elidere, quo casu appellatio non-devoluta pronuncianda, atque causa ad priorem Judicem revolvitur.

Casus quarti septem limitationes. 22. Inhibetur verò in appellatione à simplici interlocutoria (1.) Si evidens periculum est in mora, *d. t.* 37 §. 1. (2.) Si damnum irreparabile adsit. v. g. Si Judex mandet Acta cassari, ex quibus lata sententia, *Gylm. voc. Inhibitio.* §. *Inhibitio decernitur.* Modò istud periculum vel damnum aliqualiter probatum sit, *praecitat.* §. 1. (3.) Si interlocutoria sit talis, quæ in continenti executioni mandari debet, *Gylm. voc. Inhibitio.* §. *Item quando.* (4.) Si interlocutoria adferat præjudicium causæ principali, *Gylm. ibid.* v. g. Ego objeci Exceptionem litis finitæ, & Judex injungit juramentum calumniæ vel L. C. Hæc injunctio, cùm sit præjudicialis ad meam exceptionem, ideò inhibendum est, *Gylm. voc. Inhibitio.* §. *Inhibitio semper.* (5.) Si quis in expensas condemnatus, & ad solutionem cogi potest, *Gylm. voc. Appellatio ab interlocutoria.* §. *pen.* & *d. voc. Inhibitio.* §. *Inhibitio in absolutione.* (6.) Si judex vel tertius appellet ratione Interesse, *Gylm. ibid.* §. *Fallit deinde.* Verùm in hoc casu inhiberi non debere docet Gail. 1. *O.* 144. *n.* 9.

23. Denique (7.) Si à judicio Rothwilensi ad Cameram appellatum sit, ubi Rothwilensibus inhibetur, *ubi refert Gylm. voc. Inhibitio.* §. *Inhibitio in meris.* Inhibitiones enim contra Rothwilanos semper decernuntur, quia illi procedunt per viam facti irreparabilem, sc. Acht/ Aber-Acht und Anleytung / & Camera est in quasi possessione inhibendi, *Ibid.* §. *Inhibitio contra Rothvv.* Exceptio est, si Judex Rothvvil. se competentem pronunciat & appellans non doceat, privilegium Judicio Rothwilensi esse insinuatum, *Ibid.* §. *Nota.*

Cas. V. 24. V. In appellationibus extrajudicialibus inhibitio nullo modo decernenda, antequam jurisdictio sit fundata, atque appellatio justificata, & præcipuè lis contestata aut ad minimum adversarius auditus fuerit, *d. t.* 37. §. 2. Ratio, quia cùm appellatio extrajudicialis sit tantùm quædam provocatio ad causam, non suspendit quod gestum vel factum est de præterito sed submittit in futurum protectioni superioris, ne indebitè molestetur, *Gail.* 1. *O.* 144. *n.* 8.

Casus quinti duæ limitationes. 25. Quod verò in Appellationibus extrajudicialibus non inhibeatur, limitatur (1.) Si Judex tanquam Judex extrajudicialiter processerit, *Gylm. voc. Inhibitio.* §. *quando Judex considerari.* (2.) Si Judex extrajudicialiter in his processerit, ubi judicialiter procedere debuisset, *Gylm. voc. Inhibitio* §. *quando Judex procedit.*

Cas. VI. 26. VI. In omni sententia, quæ executioni mandari nequit, uti sunt sententiæ absolutoriæ vel factum negativum continentes, *Gylm. tom.* 5. *supplic.* 10. *in vot.* Nisi pars etiam in expensas condemnata, cùm ad earum solutionem quotidie cogi possit, inhibitio decernenda, *Gylm. voc. Inhibitio.* §. *Inhibitio in absolutoria.*

Cas. VII. 27. VII. In causa Nullitatis, quando ratione nullitatis principaliter appellatum,

tum, *Gail.1.O.144.n.6.* Et hoc procedit, si nullitas non sit notoria, sed altiorem indaginem requirat, nam si de ea ex actis notoriè constat, aut in continenti probari potest, impeditur executio, & sic poterit inhiberi, *Mynf.4.O.64.* Nullitatem verò notoriam duntaxat allegare non sufficit, *Gail.1.O.127.n.ult.* Quia hoc casu non adeò statur nudis Narratis, ut non magis præsumatur pro re judicata, *Tennag.Class.4.cap.10.n.2.*

28. Rationem quare in nullitate principaliter deducenda non inhibeatur, hanc dat Gailius *d.n.6.* quia postquam sententia transivit in rem judicatam, facit jus inter partes, & ideò ejus executionem processus nullitatis remorari haud debet, quia res judicata pro veritate habetur, *d.num.6.* Verùm cum Gailius dicit sententiam, quæ in rem judicatam transivit, jus inter partes facere, satis innuit, appellationem ratione nullitatis principaliter institutam non esse intra decendium interpositam, quia alias sententia non posset transire in rem judicatam, si videl. intra decendium appellatum esset. Abutitur itaque Gailius d. loc. phrasi: *principaliter ratione Nullitatis appellare.* Dum illam sumit pro *principaliter nullitatem deducere.* Atque eum illam phrasin ita sumere, clarè apparet ex eod. *1.O.127.n.ult. junct.n.8.ibid.* Proinde hæc exceptio hûc non, sed infrà ad Tit. de Nullitate, pertinet. *Ipsius eas jus ratio.*

29. VIII. Contra tertium pro suo interesse appellantem, si ille pendente appellatione attentet, quia res inter alios acta, proinde nec inhibitio decerni vel attentata revocari possunt, *Gail.1.O.72.n.6. & O.144.n.pen.* Verùm & hæc exceptio videtur esse erronea, quia nec inhibitio, nec Mandata attentatorum revocatoria unquam contra appellantem decernuntur, sed si ille attentat, statim appellatio deserta redditur, *per tradita tit. proximè praced. n.23.* Proinde Judex superior propter desertam appellationem desinet esse Judex competens, nullo igitur modo inhibere vel attentata revocare poterit. Ast Resp. Tertius attentare non dicitur, quare adversus illum non decernuntur Mandata Attentatorum revocatoria, *suprà tit.53.num.12.* Neque ei inhiberi potest, quoniam res inter alios acta ipsi nocere haud debet. *Cas. VIII.*

30. IX. Si prior Processus est nullus. Nam tunc nec attentari nec desuper inhiberi potest, cùm ex processu nullo parti nullum jus acquiratur. Ex nihilo enim nihil sequitur. Ita conclusum in causa Biberach contra Judæum. Ist derohalben Arctior inhibitio abgeschlagen / *teste Gylm. voce inhibitio. §. Ubi prior.* *Cas. IX.*

31. X. Si judex se competentem pronuntiat, *Magenh.O.25.* Nisi incompetentia sit maximè notoria, ubi inhibetur, *Gylm. d. voc. inhibitio. §. Tertiò fallit.* Inhibetur etiam, si judex se incompetentem pronuntiat. Ratio quia hæc sententia vim definitivæ habet, *Magenh. d. O.25.* *Cas. X.*

32. XI. Si Processus appellationis periculo partis decernantur. Hôc enim casu inhibitio nunquam decerni solet, *attestante Magenh. O.73. in fin.* *Cas. XI.*

33. XII. Denique quanquam contra Judices Rothwil. petita inhibitio semper in dubio decerni soleat, quia mox procedunt in contumaciam ad pœnam *Cas. XII.*

 Banni,

Banni, tamen quoad alios Judices ordinaria inhibitio in dubio denegatur, *Tennag. Class.4.Cap.10.n.ult.*

Inhibitio quando expirat. 34. Inhibitio expirat vel per expressam Judicis superioris revocationem & cassationem, vel per finalem causæ decisionem, vel per appellationis desertionem, *Mind. de Mand. cap. 26. n. ult.* per finalem verò causæ decisionem tunc demum expirat inhibitio, si Judex inferior executor sit, non verò si Camera exequatur, *Mind. d. n. ult. in fin.*

TIT. LV.

DE

APPELLATIONIS DESERTIONE.

Appellationis non-devolutio quid sit. 1. Contraria appellationi sunt (1) Ejus Non-devolutio, *id est*, si causa ratione vel sui ipsius, vel judicis vel litigantium vel summæ est inappellabilis; ac propterea ad Cameram per appellationem devolvi nequit. *De quo vide praced. tit.* 44. 45. & 46. (2) Ejus desertio.

Deserere Appellationem quid denotet. 2. Deserere Appellationem, nihil aliud est, quàm istam derelinquere seu pro derelicto habere aut eidem renuntiare. Die Appellation verlassen / sich der Appellation begeben / von der Appellation abstehen / ꝛc.

Appellatio deserta redditur. I. Ob ejus formalia non observata. 3. Appellatio deserta redditur, I. Si ejus formalia non sint observata, ut si non gradatim sed ad Judicem parem vel minorem appellatum, si viva voce appellatum, ubi in scriptis appellandum erat, &c. *de quo latiùs suprà tit.* 48. *actum est.* Quanquam juxta quorundam opinionem hanc postremam appellationem invalidam rectiùs quàm desertam dicendum putem *Adde dict. tit.* 47. *n.* 13.

II. Ob non observata Fatalia. 4. II. Si appellationis Fatalia, *de quibus suprà t.* 49. non sint observata, quia Appellator illa non observans censetur Appellationem deseruisse, eique renuntiasse, *per suprà tradita.* Fatalia verò non observata esse dicuntur, si intra decendium appellatio vel planè non vel non legitimè interposita, si Acta intra 30. dies non requisita, si juramentum de non frivolè appellando & cautio intra præfixum tempus non sint præstita & reliquis solennibus privilegii satisfactum, si appellatio intra 4. menses non insinuata, nec intra 6. menses sit reproducta.

Appellatus appellationem post fatale introduc. reproductam & ita desertam quatenus prosequi possit. 5. Hinc singulariter circa Fatale introducendæ appellationis notandum, quòd si non intra illud sed posteà appellans Processus reproducat, & ita appellationem deserat, appellatus autem in termino reproductionis compareat, atque appellationem pro suo interesse prosequi velit, ei commune beneficium, non attentâ nimis serò facta reproductione, minimè adimendum, nec appellationem pro deserta habendam esse, *C.p.3.t.34.§.pen.* Modò appellatus ad fundandam jurisdictionem reliqua Formalia appellationis priùs justificet, *C.part.3.tit.53.§.3.*

III. Si in verbali reprodu- 6. III. Si ad evitandam desertionem ante finem Fatalium Appellationis introducen-

ducendæ, processus duntaxat verbaliter cum protestatione de diligentia, elapsis verò fatalibus demum realiter reproducantur,& non simul cum illa verbali reproductione petatur prorogatio fatalium, *C.p.3.t.34.§.5.* Quomodo hodiè Prorogatio Fatalium peti debet tradidi supra *t.49. n.26. & 3.seqq.*

III. cum non sit prorogatio petita.

7. IV. Si in verbali Processuum reproductione unà cum protestatione de diligentia prorogatio quidem petita, sed legitimæ causæ, ob quas illa petita, in Scriptis posteà Fatalibus jam elapsis unà cum reali reproductione insinuatorum processuum non exhibeantur, neque Appellatus desuper audiatur nec quò Formalia ante L.C. justificentur, in hoc puncto submittatur, nam si eo omisso in causa principali procedatur, judex hunc defectum inveniens in quacunque parte judicii appellationem desertam pronuntiet *d. t.34. §.6.* Atque istud impræsentiarum etiam obtinet, si prorogatio coram Deputato vel etiam extrajudicialiter petita; Appellato autem insinuata non sit, *suprà t.49. n.28. & 30.*

IV. Si ea quidem petita, sed absque legitimis causis.

8. V. Si Fatalia per culpam Nuncii vel cum legitimè impeditum ante insinuationem processuum effluant, vel processus ita sero insinuentur, ut terminus reproductionis extra Fatalia cadat, & prorogatio non sit petita, appellatio quidem, quoniam fatalia elapsa prorogari nequeunt, fit deserta, sed ne culpa vel impedimentum Nuncii Appellanti nocumento sit, Appellatus, modo in judicio compareat,sua exceptione desertionis minimè attentâ sine ulla ambage ad procedendum in causa principali astringatur, atque ita Appellans tacitè restituatur, *d. t. 34. §.7.* Appellato autem emanente prævia citatione ad vid. se restit. contra lapsum fatalium sine ulla ambage illicò restituatur, *d. t.34. §.8.* Hæc distinctio quoque procedit, si hoc casu prorogatio sit petita, sed Reo non insinuata, *vid. praced. t.49.n.31.* Atque si non comparente Appellato Appellans nihilominus processus producat, & proclama petat, illud denegatur, *Consult. 1583. Dub. 17.*

V. Si per culpam seu impedimentum Nuncii Processus nimis serò fuerint insinuati.

Hoc casu Appellato emanente impetranda citatio ad vid. se restit.

9. Citationem vero ad vidend. se restitui Nuncius,si est in culpa, propriis sumptibus ex Cancellaria redimere insinuareque per Cameram astringendus, *C.p.2.t. 34.§.10.* Impedimenti vero sui documentum non à privatis personis sed à Magistratu loci in Cancellaria exhibere debet, *d.t.34.§.9.in fin.& p.1.t.50.§.8.* Quò autem judex Cameræ eo citiùs animadvertere possit, quis in culpa hæreat, Præfectus Cancellariæ curet, ut à Nunciorum Magistro annotetur dies, quô processus sollicitati, expediti, redempti, nuncioque traditi, item quô die ille rediit ac insinuatos processus procuratori restituit, *d. §.9.*

Quam Nuncius, si est in culpa, propriis sumptibus iterum insinuare tenetur.

10. Si Processus justo tempore insinuati post lapsum fatalium demum à Nuncio reportentur, id nullam desertionem operetur, *C.part.2.t.34.§.11. in fin. Add. supra t.49.n.33.* Nec etiam, si appellatus intra fatalia compareat ac pro suo interesse appellationem prosequi cupiat, licet Appellans post effluxa fatalia processus demum reproducat, *dict. t.34. §.penult.*

Duo casus, in quibus desertio non habet locum.

11. Processus autem quò intra præscriptum temporis spatium tempestivè insinuari queant, judex & assessores supplicationes pro ejusmodi processibus exhibitas sine cunctatione expediant ac Præfectum Cancellariæ nunciorumq; Magistratū sub condigna pœna, nuncios vero sub remotione ab officio compellant, ut isti statim

Processus Appellationis citò expediendi & insinuandi, ne reddantur deserti.

tim quamprimum tres, duo, vel etiam unus processus eandem viam versus insinuandi ſunt, cum hiſce proceſſibus proficiſcantur, *R.* 1654. §. Zu dem Ende. 68.

VI. Si à refutatoriis non appelletur.

12. VI. Si appellationi à ſimplici interlocutoria interpoſitæ judex inferior non deferat, ſed det refutatorios, & ab iſtis refutatoriis non iterum appelletur, prior appellatio efficitur deſerta, *Mynſ.* 2. *O.* 49. & 3. *O.* 22. *n.* 5. *Gylm. tom.* 1. *part.* 2. *pag.* 323. *Add. ſuprà t.* 46. *n.* 66.

VII. Si Appellans attinet.

13. VII. Si appellans attinet, *Mynſ.* 2. *O.* 50. & *Gail.* 1. *O.* 146. *n.* 15.

VIII. Si appellationi renunciatum.

14. VIII. Si quis interpoſitæ appellationi expreſsè vel tacitè renuntiet, illa efficitur deſerta, *de quo ſupra t.* 44. *n.* 17. & 2. *ſeqq.*

IX. Si compulſoriales non unà cum citatione petitæ.

15. IX. Si compulſoriales unà cum citatione non petantur, R. 1654. §. desgleichen sollen. 60.

X. Si juramentum appellationis in primo termino non præſtetur.

16. X. Si in termino reproductionis non producatur Procuratorium ſpeciale ad præſtandum juramentum appellationis, illudque ſtatim præſtetur, R. 1654. §. zum siebenden. 118.

In dubio appellatio non pronuncianda deſerta.

17. Sciendum tamen, quòd judex dubio, quando non certo conſtat de appellationis deſertione, pronuntiare debeat, appellatione non eſſe deſertam, quia oportet ipſum eligere viam mitiorem, per quam non perimatur jus litigandi, *Mynſ.* 3 *O.* 22. Nam hoc modo jus alicujus non læditur, *Meichſn. tom.* 3. *deciſ.* 13. *num.* 5. In dubio autem judex ſemper debet illam viam eligere, quæ abſolutè partibus minus eſt præjudicialis, *ibid. n.* 4.

Deſertionis effectus.

18. Deſertionis effectus eſt, qud appellatio habeatur ac ſi nunquam interpoſita fuiſſet, proinde etiam omnia cadunt, quæ appellatio efficit, uti eſt jurisdictio ſuperioris, & ſuſpenſio ſententiæ, nam hæc ſtatim in rem judicatam tranſit, & illa revolvitur ad judicem inferiorem, ideò judex Superior in iſta cauſa pronuntiare non poteſt, & ſi faceret, ob defectum jurisdictionis ſententia ipſo jure nulla eſſet, *Mynſ.* 3. *O.* 22. *Gail.* 1. *O.* 137. *princ.*

Deſertionem judex et iam ex officio attendere debet.

19. Quocircà judex contra non-competentem appellatum petitum proclama denegat, atque appellationem deſertam pronuntiat, & licet Appellatus comparcat, hanc deſertionem verò non opponat, tamen ad evitandam nullitatem inſanabilem judex hanc deſertionem ex officio attendere ſuperque ea pronuntiare debet, *Gail. d. O.* 137. *n.* 1. *Adde omninò infrà t.* 76. *n.* 89. Imò nec hoc caſu partes expreſſe jurisdictionem prorogare poſſunt, ſi ſc. ab utraque parte appellatio eſſet deſerta, *Mynſ.* 2. *O.* 59. Ratio quoniam illa ad judicem inferiorem revoluta, quapropter ſine iſtius conſenſu prorogari nequit. Deinde quoniam cauſa ad Judicem inferiorem revoluta, Camera eam cauſam ad illum non remittit, *Gail.* 1. *Obſ.* 123. *num.* 10. Si verò Camera cauſam non-devolutam pronuntiat, illam quoque remittit, *Gail. dict. num.* 10. Aſt Deſertoriæ remiſſio cauſæ annexa invenitur in Sent. Cam. *num.* 336. 399. 463. 863. & 947. E contra verò in Non-devolutoria omiſſa eſt, *Vid. Sent. Cam. num.* 423. 468. 743. 781. 782. 835. & 869. Quare ſic diſtinguendum puto, aut Judex inferior Appellationi detulit atque ita omnem Jurisdictionem à ſe abdicavit, aut ei non detulit. Priori caſu tam deſertoriæ quàm non-devolutoriæ remiſſionem annectendam eſſe, non autem poſteriori ſtatuo.

Atque

Atque hanc distinctionem in casu, quo Interlocutoria confirmatur, etiam approbat *Gail.* 1. *Obs.* 131. *n.* 3.

20. Quod autem dictum, judicem Cameræ in causa principali pronuntiare non posse, limitatur (1) ut non procedat, si sententia à qua appellatum, confirmanda esset: putà, quando de injustitia appellantis ex Actis prioribus constaret, & à parte adversa desertio non sit allegata: quo casu judex appellationis potest, si vult, desertionem attentâ, in principali causa pronunciare, & sententiam à qua confirmare. Ratio quia postquam sententia ob desertionem in rem judicatam transivit, Judex Appellationis non malè facit, si confirmet sententiam, jam inde à tempore desertionis ipso jure confirmatam, imò expedit appellato propter restitutionis beneficium, ut in causa principali pronuntietur. Nam appellans post desertionem judicis officium implorare & ex legitimis impedimentis restitutionem adversus lapsum Fatalium petere, atque hoc pacto executionem sententiæ principalis impedire & differre posset, *Gail.* 1. *O.* 137. *nu.* 2. Licet enim deserta appellatione jurisdictio statim ad judicem à quo revertatur, tamen officium judicis superioris quoad restitutionem adhuc superest, Is enim de restitutione Fatalium cognoscere & pronuntiare potest, *Gail. ibid. n.* 3. *Appellatione deserta, quando & quatenus Judex Cameræ in causa principali pronunciare possit.*

21. (2) Limitatur quoad sententiam desertionis & condemnationem expensarum, quia judex appellationis jurisdictionem habet in cognoscendo, an sua sit jurisdictio & utrum appellatio sit deserta. Nec obstat quòd appellatione deserta instantia appellationis perempta sit, quia etiam instantia perempta judicis officium in pronuntiando & condemnando partem in expensas superest, *Gail. d. num.* 3.

22. (3) Si judex anteà pronuntiasset se competentem, causam legitimè devolutam, vel non desertam esse appellationem, tunc enim valet processus in causa principali, licet illa reverà non sit devoluta, quoniam vel nulliter appellatum vel appellatio deserta, *Mynf.* 2. *O.* 60. *circ. fin.*

TIT. LVI.

DE CAUSIS NULLITATUM.

1. QUerela nullitatis est provocatio, quâ judex Cameræ ad Processum in priori instantia nulliter institutum, aut ad sententiam ab inferiori judice latam rescindendum imploratur, *vid. Tit. ff. Quæ sent. sine appell. rescind. & tit. C. Quando provoc. non est necess.* *Querela nullitatis definitio.*

2. Illa verò nullitas est duplex: Sanabilis & insanabilis, *per R.* 1654. §. In dem auch nunmehr. 121. *& seq.* Hæc dicitur, quando ea in prima instantia commissa, in secunda instantia ratificari nequit, *C.p.* 3. *t.* 40. §. 2. *vers.* Es möchte dann. Id est, quæ nullo jure à judice ex officio, aut etiam exceptionibus à provocato oppositis adjuvari, & sic quasi sanari seu validari potest. Sanabilis verò nullitas dicitur, quæ huic opponitur. *Nullitas est vel sanabilis vel insanabilis.*

3. Utraque verò nullitas oritur vel ex ipsa sententia, vel ex processu. Priori modo *Utraque oritur vel ex ipsa sententia.*

modo oritur, si processus quidem legitimè institutus, sed sententia contra jura filata. Et hæc nullitas per se est quidem insanabilis, potest tamen sanari, si excipiatur sententiam etiam respicere jura litigantium, quo casu sententia non est nulla, licet sit contra jus & leges lata, *per l. 1. §. 2. Qua Sent. sine appell. ibique Gothofr.* Quatenus verò sententia lata contra jus litigantium non est nulla, sed tantùm iniqua & injusta, *per l. pen. de I. & I.* A qua est necessariò appellandum, *d. §. 2. in fin. R. 1654. d. §. 121.*

Vel ex Processu.

4. Nullitas sententiæ ex processu oritur, si hic legitimè, *id est, secundum normam in legibus præscriptam*, non sit institutus atque ita nullus, nam omnis actus, in quo forma præscripta non est observata, propter deficientem formam habetur pro nullo, & perinde est ac si planè factus non esset, quandoquidem formâ deficiente deficit res ipsa. Hinc sententia super tali processu nullo pronunciata non potest non esse nulla, quoniam si antecedens est vitiosum, consequens quomodo bonum esse potest.

Nullitas ex Processu nascitur vel ratione judicis, vel litigantium, vel substantialium Processus.

5. Ejusmodi nullitas processus nascitur vel ex persona judicis vel ex persona litigantium, vel ex defectu Substantialium processus, *R. 1654. §. Bey den jenigen 122.* Et quidem ex persona judicis nullitas contingit, si iste sit Bannitus, furiosus, imperitus, minorennis, aut privatus, qui planè nullam jurisdictionem habeat, aut denique talis sit, qui nequiverit judicare. Ex persona litigantium, si dicatur illos esse minorem, mente captum, prodigum, servum, Bannitum, excommunicatum, monachum, &c. Ex substantialibus processus oritur nullitas, si non adsit citatio, libelli oblatio, litis contestatio, probatio, conclusio ac sententia judicis.

Nullitas orta ex persona judicis quomodo sanabilis reddi possit.

6. Hæc nullitas licet per se quidem sit insanabilis, aliquando tamen ope exceptionis sanari potest, & quidem quod attinet judicem, si excipiatur, illum quidem esse bannitum sed à sententia Banni appellasse, ideò pro Bannito nondum habendum. Item illum esse furiosum, sed sententiam ante furorem esse latam. Item illum esse imperitum, sc. in jure communi, non tamen in isto artificio, de quo judicaverit. Item esse minorennem, sed partes in illum consensisse, &c.

Item orta ex persona litigantium.

7. Quod attinet litigantes, potest excipi, licet processus cum minore factus sit ipso jure nullus, tamen illud non procedere, (1) quando minor causæ victoriam reportavit. (2) in Interdicto de libero homine exhibendo. (3) in actione populari, quotiescunque res ad ipsum minorem spectat. (4) in alimentorum petitione, &c. Item litigantem nondum esse prodigum à Magistratu declaratum. Item esse servum, sed id ei in casu l. 53. de judic. & etiam aliis casibus nihil nocere. Item esse bannitum, vel excommunicatum, sed illum appellâsse, aut quod reum attinet, illum per factam citationem legitimatum esse. Item esse Monachum, sed illud non procedere, quoties utilitas suadeat, vel necessitas requirat, pro dignitate, officio vel obedientia sibi commissa in judicio contendere. *Add. Umm. de process. disp. 1. th. 4. 5. & 8.*

Item orta ex substantialibus processus.

8. Quod denique Substantialia Processus attinet, regeri potest, esse Processum summarium, ubi nec libello nec L. C. opus sit. Item licet de jure Camerali conclusio habeatur pro Requisitio Substantiali Processus, id secus verò esse quoad jus com-

commune, *prout docet Gail, 1 O 107. n. 1. & 2. Add. Vant. de Nullitat. c. ult. per tot.*

9. Ex hac duplici nullitate etiam duplex modus dictam querelam in judicio Camerali proponendi oritur, unus quando nullitas incidenter, aliter quando principaliter ibidem deducitur, *C. p. 3. t. 40. §. 2.* Dicitur verò nullitas principaliter deduci, quando illa sola absque interposita appellatione proponitur, *d. t. 40. §. pen.* Incidenter verò dicitur deduci, quando querela nullitatis cum appellatione ab eadem sententia tanquam iniqua & injusta simul proponitur, *d. §. 2.* *Nullitas in Camera vel incidenter vel principaliter deducitur.*

10. Priori modo duntaxat nullitas insanabilis deduci potest: Posteriori autem tam insanabilis quàm sanabilis, hâc tamen observata distinctione, ut si nullitas sit insanabilis, appellanti non noceat, si forsan appellationem desertam fieri passus sit, sed judex super nullitate nihilominus pronuntiare queat; sin verò nullitas sit sanabilis, & sic sententia non possit dici nulla, sed forsan duntaxat sit iniqua vel injusta, judex appellationem desertam & eo ipso quoque querelam nullitatis desertam tacitè pronuntiat: Nam nisi à sententia tam nulla (*sanabili tamen,*) quàm iniqua & injusta intra decendium appelletur, & appellatio legitimè ad finem producatur, fit deserta, *per R. 1654. §.* In dem auch. 121. *Nullitas sanabilis & insanabilis incidenter: Insanabilis verò duntaxat principaliter deduci potest.*

11. Ut verò mora duplicis processus (*sc. super nullitate ac iniquitate,*) antehac successivè instituti præcidatur ac calumniosa retardatio evitetur, Nullitatem cum actione super iniquitate ac injustitia sententiæ, si quis actionem ejusmodi habere putet, *id est, querelam Nullitatis & appellationem*, alternativè & simultaneè proponere debet ac petere, ut super nullitate cognoscatur, atque si hæc non appareat, tunc & non antè actio super iniquitate ac injustitia sententiæ dijudicetur, *C. p. 3. t. 40. princ.* *Querela nullitatis & iniquitatis alternativè, atque simultaneè proponi debet.*

12. Si appellatio & nullitas simul proponantur, appellatione desertâ nullitas quoque intercidit, velut accessoria & incidenter proposita, adeò ut appellans nullitati sic incidenter atque accessoriè propositæ non possit ampliùs insistere, cùm censeatur cum ipsa appellatione velut accessorium cum suo principali pariter sublata esse, *Mynf. 2. O. 77. n 4.* In alio autem & novo judicio nullitatem (*modò sit insanabilis*) intra 30. annos principaliter deducere non est prohibitum, quoniam nullitas hoc casu principaliter proponitur, ideò nullam habet cohærentiam cum causa principali, nec ad eam accessoriè venit, *Mynf. d. O. 77. n. 5.* Hinc non obstante, quòd appellatio deserta, vel ob privilegium, renuntiationem, aut alio modo remota sit, nullitatis querela institui potest, *Gail. 1 O. 135. n. 6. & 7.* Ratio, quia appellatio & querela nullitatis separata sunt juris remedia. *Gail. d. O. 135. n. 4.* *Si appellatio & nullitas simul proponantur, appellatione desertâ nullitas quoque intercidit.*

13. Petitio autem alternativè hisce ferè formalibus fieri solet: In Recht zu erkennen und außzusprechen/ daß wo nicht nichtiglich / jedoch widerrechtlich: aliquando etiam copulativè, daß nichtiglich und widerrechtlich (übel) geurtheilt seyn/ & tunc judex si tam iniquitatem quàm nullitatem simul inveniat, pronuntiat, daß nichtig- und widerrechtlich (übel) geurtheilt/ überflüssig und wol davon appellirt. Sin autem duntaxat iniquitatem offendat, pronuntiat, daß widerrechtlich (übel) geurtheilt / wol davon appellirt. Si denique judex nullitatem insanabilem inveniat, ut ita sententia sit de jure nulla, & sic absque ulla appellatione *In causis nullitatum formalia petitionis & sententiæ.*

 rescin-

reſcindenda, quia hoc caſu appellatio ſuperflua, ſequenti tenore pronuntiare aſſolet, Daß nichtiglich geurtheilt/ überflüſſig davon appellirt, derowegen ſolche Urtheil für Null und nichtig zu declariren und erklären.

14. Sin verò nullitas principaliter deducitur, peti ſolet: In Recht zu erkennen und außzuſprechen/ daß übel und nichtig procedirt und geurtheilt/ quæ Formalia etiam in ſententia repetuntur.

Nullitas insanabilis usque ad 30. annos deduci potest.

15. Atque hæc nullitas uſque ad 30. annos deduci poteſt juxta communem & in Camera receptam opinionem, quoniam eſt diverſa & ſeparata à cauſa appellationis & ideo hujus Fatalia non imponunt finem nullitati. Hinc ob lapſa Fatalia excluſus à via appellationis nihilominus poteſt intra prædictum tempus in Camera ſuper nullitate principaliter agere, *Gail. 1. O. 127. n. 8.* Deinde non opus eſt, ut neceſſariò intra decendium contra nullitatem hanc læſus proteſtetur, ad maturandam verò cauſam meliùs facit, qui citò proteſtatur. Ac licet quis intra decendium appellet, poteſt tamen, quia hæc appellatio loco proteſtationis eſt, omiſsâ appellatione, ſuper ſola nullitate agere. Proteſtantes vero ſolent inſtrumentum ſuper facta proteſtatione confici curare, quô eam probare poſſint. Hoc ſi neglectum fuerit, vel etiam nulla proteſtatio interpoſita, neceſſe eſt, ut nullitates ex Actis deducant, antequam Proceſſus impetrent, *Roding. lib. 1. tit. 33. num 13. verſ. Per Receſſ. Imper.*

In querela nullitatis summa appellabilis quoque attendenda

16. Porrò non ſolum ſi nullitas incidenter cum appellatione, ſed etiam quando principaliter deducitur, ſumma debet eſſe appellabilis, *C.p.2.t.31.§.5. junct. §. praced. ibid.* Sed quæritur utrum hoc de ſumma appellabili duntaxat ratione ordinationis Cameralis, an verò etiam de ſumma ratione privilegiorum intelligendum? Reſp. De ſola ſumma appellabili ratione ordinationis Cameralis intelligi debet, *Gail. 1. O. 135. per tot.* Niſi expreſsè aliud in privilegiis contineatur, nam appellatio & querela nullitatis ſeparata ſunt juris remedia, *d. O. 135. n. 4* Privilegia verò ſunt ſtricti juris, ideò ultra eorum contenta non extendenda.

Consilium Gailii de impetrandis privilegiis contra insanabilem nullitatem.

17. Proinde conſultum putat Gail. *d. O. 135. n. 8.* Ut impetrantes hujuſmodi privilegia ſibi quoque in hunc caſum nullitatis proſpiciant, & ab imperatore non ſolùm iniquitatis ſed etiam nullitatis ratione privilegia de non appellando ſub certa ſumma impetrent. Verùm ipſe Gailius fatetur hoc in multis caſibus fieri non poſſe, quare diſtingui oportet inter illas Nullitates, quæ committuntur contra ea, quæ ſunt Juris naturalis, atque contra ea, quæ ſunt Juris poſitivi. Contra has Nullitates privilegia impetrari poſſunt, contra illas minimè. *Adde Vant. de Nullit. Tit. Qui poſſ. dicer. de nullit. nu. 37. & ſeqq. Graſſ. de Statut. omn. Except. exclud. Except. 20. per tot.*

Effectus nullitatis principaliter deductæ.

18. Effectus nullitatis principaliter intentatæ eſt, quod totam cauſam & principale negotium ad judicem Nullitatis devolvat, ita ut ſuper Meritis cauſæ cognoſcere ac ſententiam reformare vel confirmare etiam ex nova cauſa & novis probationibus poſſit, *Gail. 1. O. 127. n. 1.*

Quando judex sententiam

19. Quod tamen non procedit, (1) Si error in ſententia nulla ſit expreſſus, nam tunc judex eam ideò confirmare non poteſt, quoniam ſententia confirmatoria

eodem

eodem vitio nullitatis ac morbo, quo confirmata laboraret, *Gail. d. O.* 127. *nn.* 3. Sin verò error in sententia non est expressus, eam judex confirmare potest, quoniam hoc casu non sententia confirmata, sed confirmatoria consideratur, *Gail. ibid. n.* 2. Atque sic regula: *Expressa nocent, non expressa non nocent, l.* 195. *de R.J.* hic locum habet. (2.) Si sententia ex defectu inepti libelli (*de quo infra tit* 68.) nulla, quia judex nullitatis vel appellationis ejusmodi sententiam reformare non posset, sed necessariò super nullitate pronuntiare deberet, *Gail. d. n.* 3. *nullitatis reformare seu confirmare non potest.*

20. Porro dicta de confirmatione & reformatione sententiæ nullæ non solùm procedunt, si nullitas principaliter intentata, sed etiam si incidenter cum appellatione proposita sit, imò si solummodò appellatum mentione nullitatis planè non facta. Nam appellatio quoque devolvit nullitatem, adeò ut judex superior eam ex officio attendere debeat, licet appellante non sit allegata, quoniam nullitas in causa appellationis venit incidenter, etiamsi de ea nulla mentio facta sit, *Gail.* 1. *O.* 127. *n.* 2. Idque ideò quia sub verbo: *Appello*. simpliciter prolata nullitas tanquam connexum includatur, *Mynf.* 2. *O.* 77. *n. ult.* Et hoc procedit, si dicta sententia est definitiva, nam si ab interlocutoria appellatum, tunc duntaxat gravamen in appellatione expressum, non autem nullitatem devolvit, *Gail.* 1. *O.* 127. *n.* 4. *Non solum querela, sed etiam appellatio omnem nullitatem ad judicem superiorem devolvit.*

21. Deinde notandum, quòd in causa appellationis, si nullitas, licet ab appellante allegata sit, non ejus qualitatis esse reperiatur, ut per illam Appellanti irreparabilis injuria circa causam principalem inferatur, priores processus propter alias informalitates tanquam nulli minimè rejiciendi sint, sed super his processibus in causa principali pronunciandum, quod juris est, *C. p.* 3. *t.* 40. §. 1. *Nullitas allegata quatenus à judice Camera attendenda.*

22. Sed quæritur, quænam sint illæ informalitates processus, quæ appellanti circa causam principalem irreparabilem injuriam non inferant? ℟. Sunt illæ, quæ tantummodò figuram solennitatemque judiciorum respiciunt, v. g. si lis non sit contestata, juramentum calumniæ non præstitum, in causa non conclusum, & si qui actus sint plures, qui merita causæ non concernunt, sed tantum ad quendam juris rigorem conservandum inducti, adeoque in alia instantia reparabiles sunt. *Quæstio.*

23. Porrò quæritur, si Merita causæ sint benè discussa, Sententia verò à privato vel alio incompetenti judice lata, atque sic ipso jure nulla, an Camera hac nullitate præterita in causa principali pronunciare possit? Resp. Cùm hoc casu partibus nulla injuria quoad Merita causæ principalis inferatur, juxta alleg. §. 1. id affirmandum puto. *Alia quæstio.*

24. Ultimò quæritur, anne nullitas etiam coram eodem judice à quo commissa, deduci possit? Resp. distingui oportet inter judicem delegatum & ordinarium. In priori casu superior videlicet delegans super nullitate cognoscere debet, quia delegatus postquam pronunciavit sententiam sive benè sive malè, functus est officio suo & ejus jurisdictio finita est, *Gail.* 1. *O.* 127. *n* 5. Posteriori casu in arbitrio gravati est, utrum nullitatem coram eodem judice, an verò coram judice superiori deducere velit, *Gail. d. O.* 127. *n.* 6. *Adhuc alia quæstio.*

25. Hodiè tamen ex usu fori ubique ferè obtinuit, quòd judex appellationis, & sic superior super nullitate principaliter cognoscenda adeatur, præsertim si nullitas *Hodie ut plurimum judex superior [illegible]*

nullitate cognoscenda aditur. litas ex malitia, vel injuria aut turpitudine judicis proveniret, quo casu iniquum foret, ut ipse suæ turpitudinis & iniquitatis cognitor existeret, & aliàs gravatus ad judicem gravantem remitti non debet, *Gail. ibid. n.*7. Tamen si prior sententia nulla declaratur, pars actrix appellata, quæ gravata non est, ad judicem inferiorem remitti solet. Sic factum in causa der Lohgerber zu Bremen contra die Schuhmacher daselbst 27. Maji 1658. *Sent. Cam. n.*392. Atque 11. Februar. 1659. in causa Vorburg contra von der Lind / *ibid. n.*474.

In quibusdam causis à quibus ad Cameram appellare prohibitum nullitatem principaliter deducere licet. 26. Porrò quamvis à quibusdam causis ad Cameram appellare sit prohibitum, tamen nullitatem in iis commissam principaliter in Camera deducere licet, uti est, (1.) Causa matrimonialis, *supra t.*43. *n.*17. (2.) Causa criminalis pœnam corporis inflictivam concernens, nam si quis quæratur contra se non citatum & inauditum atque ita nulliter, aut alioquin contra naturalem rationem atque æquitatem processus esse, & judex immediatè Cameræ subsit, tunc Camera ad querentis instantiam citationem super nullitate principaliter intentata decernere, posteaque juris auxilia impertiri, nullitate verò in progressu causæ inventa causam principalem ad judicem ordinarium, ut formiter ac legitimè in ea procedat ac judicet, remittere tenetur, *C. p.*2. *t.*31. §.14. *Add. d. t.*43. *n.*13.

Quod procedit in accusato, non autem in accusatore. 27. Atque hoc obtinet in Reo accusato, non autem in accusatore forsan prætexente accusatum nulliter esse absolutum, nisi ipsi accusatori forsan ex processu vel sententia immineat pœna talionis & corporalis, quoniam hoc casu eadem ratio, quæ in accusato est, *Mynſ.*4. *O.*42. *Magenh. ad O.C. p.*2. *t.*28. *versic. nota hunc.*

Nullitates in specie à supplicante exprimi debent. 28. Supplicans verò super nullitate tam principaliter quam incidenter itentata, ejus causas specificè exprimat ac denominet, *C. p.*3. *t.*40. §. *ult. Gail.*1. *O.*127. *nu.*9. Aliàs decernitur: Wofern Supplicant diejenige Nullitäten / welche angegebener massen insanabilem defectum ex persona judicis, (*vel litigantium vel ex substantialibus processus*,) nach sich führen / *in specie* dem jüngern R.A. gemäß beybringen und deduciren wird / soll darauff ferner ergehen was recht ist.

In causis nullitatum citatio & compulsoriales, non autem inhibitio decernitur. 29. In nullitate verò principaliter intentata à supplicante quoque uti in causis appellationum, peti solent citatio, inhibitio & compulsoriales. Ast quod inhibitionem attinet, illa plerumque denegatur. Sic 18. April. 1661. Inhibitio denegata est in causa Schampiers Wittibe contra Klaudt / *Supplic. Cam. t.*15. *num.*9. & 10. Item 18. Februar. 1664. in causa Block contra dessen Brüdere / *Supplic Cam. t.*16. *n.*5. Ratio quoniam sententia, quando ab ea non est intra legitimum tempus appellatum, transit in rem judicatam, atque jus inter partes facit, ideò processus nullitatis sententiæ executionem remorari haud debet, quia res judicata pro veritate habetur, *Gail.*1. *O.*144. *n.*9. Præterea pro sententia præsumitur non solum quoad justitiam, sed etiam quoad processum. Hinc quia nullitas non præsumitur, nisi probetur, nudis supplicantium Narratis quoad decernendam inhibitionem non creditur, *Gail. d. O.*144. *n.*7.

Quod pro- 30. Atque hæc procedunt, si nullitas incontinenti nequeat probari, sed altio-

tem

rem indaginem requirat, *Mynf.4.O.64.* Nam exceptio altiorem indaginem requirens sententiæ executionem non suspendit, *Gail. 1.O. 113.n. 10.* Consequens igitur est, ut inhibitio, utpote per quam executio impeditur, non habeat locum, *Mind. de Mandat. cap. 27.n. 5.* Ubi tamen distinguit inter executionem retractabilem, quæ scilicet fit in bonis, & irretractabilem, qualis est, quæ petitur fieri in personam per capturam, in hac, quoniam per eam infertur quædam injuria, quæ non potest aboleri, inhibitionem decerni debere, etiamsi probatio non offeratur in promptu: in illa verò prædicta obtinere putat. Proinde idem obtinet, ubicunque periculum vitæ, famæ & honoris adest. Item si per sententiam injunctum, ut castrum inexpugnabile restituatur, *Gylm. Rer. judic. lib. 2.decis.42. n.99.* Item in causa religionis periculum animarum concernente, *Gylm. tom. 1.part. 2.pag. 319. num. 18.* *... tendit & nullitas non sit notoria.*

31. Sin verò nullitas sit notoria, aut in continenti probari possit utique inhibendum, *Mynf. d. loc.* Ratio quoniam sententia notoriè nulla non dicitur sententia, ideoque nec meretur executionem, *Gail.1.O.113.n.2.* Ac per consequens rectè inhibetur, *Mynf.d.loc.Gylm.voc. Inhibitio. §. Inhibitio decernitur.* Notoria verò nullitas dicitur, quæ constat ex actis, hæc enim notorietatem inducunt, nec ullam extrinsecam probationem exigunt, *Gail. d. O. 113. n. 3.* Neque sufficit, si supplicans nudè allegaret hanc nullitatem esse notoriam, *Gail. 1. O. 127. num. ult.* Quoniam hoc casu non adeò statur simplicibus Narratis, ut non magis præsumatur pro sententia, *Tennag. Class. 4. cap. 10. n. 2.* *Nam aliàs utique inhiberi oportet.*

32. Atque ad hanc distinctionem facere videtur R. 1594. §. Wann aber. 94. ubi sancitum, ut in appellationibus ab interlocutoria, in quibus aliàs, uti in nullitate regulariter non inhibetur, inhiberi debeat, si damnum irreparabile vel evidens periculum moræ adsit. *Quod ulo termini probatur.*

33. Porrò si in prima instantia nulliter & in Camera confusè processum, citatio & processus cassantur, reservatis probatoriis & via de novo agendi in Camera, *Gylm.voc. Nullitas. §. in Camera.* Quòd si super libello formiter concepto nulliter processum, Processu cassato litis contestatio & responsio ad illum libellum injungitur, *Meur. practic. Cam. fol 183.* *Quid si in Camera confusè processum sit.*

34. Processum nullitatis quod attinet, distinguendum est, nam nullitas aut principaliter deducitur, & tunc in ea sicuti in aliis similibus causis S.Q. proceditur, *C.p.3.t.40.§.pen.* aut incidenter. Hoc casu nullitas unà cum iniquitate pari passu in omnibus terminis deducenda, eoque modo, quemadmodum de appellationibus constitutum est, procedendum. Nisi ex Actis prioris instantiæ manifesta nullitas appareret. Quo casu judex etiam ante L. C. & ex officio super ea nullitate finaliter pronunciandi potestatem habeat, *d. t. 40. §. 2.* *Processus in causis nullitatum.*

35. Postremò & hoc addere lubet, si Titius rem meam ac à me possessam Sempronio vendat, ac Titius ad tradendam possessionem condemnetur, ego quasi non citatus atq; auditus non possu super nullitate agere, quia sum persona tertia, & quòd me in causa executionis opponere, ac posteà gravatus, vel appellare vel super nulli- *Tertius non potest super nullitate agere.*

nullitate agere, aut alio beneficio juris, quod mihi fortè competit, uti possum, *per tradita ab Ante-Maril. O.* 20.

Formula supplicandi super Nullitate. 36. Formulas supplicandi pro citatione super Nullitate reperies in Supplic. Camer. tit. 16.

TIT. LVII.

DE

PETITIONE RESTITUTIONIS IN INTEGRUM ADVERSUS LATAM SENTENTIAM.

Transitio. 1. POstquam præced. tit. 44. num. 2. perdocuerim, provocationis species esse quatuor, nimirum Appellationem, Querelam Nullitatis, Petitionem Restitutionis in integrum adversus latam sententiam, & Petitionem Reductionis ad arbitrium boni viri, atque hactenus absolverim duas priores, jam me ad tertiam accingo.

Dicta restitutionis definitio. 2. Petitio restitutionis in integrum adversus latam sententiam est provocatio, qua judex Cameræ ad restituendum partem læsam adversus sententiam à judice inferiori prolatam imploratur.

Quæstio. 3. Ast cùm non solùm sententiâ judicis gravato, sed etiam aliis multiis modis læso detur restitutio in integrum, uti constat ex D.C. & Extra Tit. De Restit. in integrum atque ibid. Dd. quæritur anne etiam quicunque ejusmodi modis læsus restitutionem in Camera possit petere? Resp. utique, modò Camera sit judex ordinarius, & petitiò restitutionis in integrum per viam S.Q. ibidem proponatur. Quatenus autem hoc procedat, ex jure communi decidendum venit. De quo videri potest Sfortias Oddo in suo Tractatu de Restitutione in integrum.

In hac petitione etiam summa appellabilis consideranda. 4. Specialiter porrò notandum, quemadmodum in appellationibus, ut hæ in Camera recipiantur, vigore Ordinationis Cameralis necessariò requiritur, ut adsit certa summa appellationis, *de qua latè actum praced. t.* 46. Ita etiam in petitione restitutionis in integrum adversus Sententiam ubique eadem summa adesse debet, *C.p.2.t.* 31. *§.* 5. Proinde de summa appellabili in præalleg. tit. 46. tradita, huc repetenda sunt.

Restitutio in integrum vel coram eodem judice vel in Camera peti potest. 5. Sæpe dicta restitutio autem non solùm in Camera, sed etiam coram eodem judice, qui sententiam tulit, peti potest, quia judex restitutionem in integrum contra propriam sententiam parti læsæ concedere potest. Hoc tamen intellige, modò ille judex sit Ordinarius, *Umm. Processf. Judic. disp.* 19. *in fin.* Nam in delegato id secus esse arbitror ex ratione in judice nullitatis adducta *praced. tit.* 56. *num.* 24.

Tempus petendæ restitutionis in integrum. 6. De jure communi Tempus petendæ restitutionis in integrum litisque finiendæ est quadriennium continuum, *Mynf.* 1. *O.* 51. Idque à tempore scientiæ numerandum, *Gail.* 2. *O.* 48. *n.* 5. Proinde quæritur, anne tantidem temporis petiturus

titurus restitutionem in integrum adversus sententiam judicis inferioris in Camera habeat? Resp. Cùm in O.C. de eo nihil expressum atque ita dispositioni juris communis locus sit, *C.p.3.t.ult.* Hoc autem generaliter loquatur, illam quæstionem affirmandam puto. Imò etiam longo post quadriennium intervallo litem agitatæ restitutionis sæpiùs esse decisam, testatur Mynſ. *d.O.51. in fin.*

7. Hinc alia quæstio non quotidiana oritur, utrum uti appellatione deserta adhuc nullitas principaliter in Camera deduci potest, *vid. praced. t. 56. nu. 12.* Sic quoque præmemorata restitutio post desertam appellationem peti queat? Resp. Existimo & hanc quæstionem affirmativam esse. *Quæstio*

8. Processum quod attinet, distinguendum est inter sententias, contra quas petitur restitutio, utrum illæ sint definitivæ, an interlocutoriæ. Priori casu ordo juris servandus, hoc est, dandus libellus & lis contestanda, & causa super qua restitutio in integrum fundatur, plenè probari debet, *Mynſ.1.O.49.* Posteriori casu autem summariè procedi posse arbitror, *arg. C.p.3.t.62.§.2.* *Processus in petitione restitutionis in integrum.*

9. Postulata restitutione in integrum regulariter omnia in eo statu esse debent, donec res finiatur, sicque sententiæ executio differenda est, *Mynſ. 1. O. 48.* Idque procedit, modò restitutio sit postulata, priusquam sententiæ executio petatur, *Mynſ. 6.O.80.n.5.* Cùm enim petitio restitutionis in integrum sit quædam species appellationis, ideò ad hujus instar executionem suspendit, *Mynſ.d.O.80.n.ult.* *Petita restitutione in integrum executio suspenditur.*

10. Hoc tamen limitatur, (1.) si præsumptiones sint, malo animo, & causa impediendi effectus sententiæ restitutionem peti, tum enim ante omnia sententia executioni mandabitur, recepta tamen à victore idonea cautione, se universa, quæ occasione sententiæ medio tempore perceperit, restituturum, si adversarius in causa prævaluerit. Si tamen per cautionem non posset prævideri juri illius, contra quem sit executio, ea interim suspenditur, *Mynſ.d.O.48.* (2.) Si dicta restitutio incidenter postuletur, nec evidenter constet de læsione, quæ restitutionem jure causaret, executio non sit intermittenda, sed ad eam procedendum, reservato tamen jure petendi restitutionem præstitaque cautione, *Mynſ.d.O.80.num.6.* *Quod limitatur.*

11. Denique adjungi potest & hoc, quòd Querela Nullitatis & Petitio Restitutionis in integrum adversus latam sententiam cumulari atque in eodem libello deduci possint, *Mynſ. 2. O. 25.* *Querela nullitatis & petitio restitutionis cumulari possunt.*

12. De Restitutione in integrum adversus sententias in Camera latas, ut & adversus lapsum fatalium infra, tit. pen. dicam.

TIT. LVIII.

DE REDUCTIONE AD ARBITRIUM BONI VIRI.

1. QUarta, & ultima species Provocationis est petitio Reductionis ad arbitrium Boni Viri. Ubi præmitti oportet, cùm sæpe faciliùs lites finiantur *Reductionis origo.*

per arbitros compromissarios, ideò ne partibus ad judicem ordinarium adire necesse sit, quòd non raro, præsertim in negotiis dubiis, soleant eligere arbitrum, tanquam bonum Virum disceptatorem suæ causæ dubiæ. Sed electus arbiter nonnunquam non bonum, sed pravum arbitrium ferat, à sententia autem arbitri regulariter appellari non liceat, *l. 1. C. de Arbitr.* nec læsus alio remedio juvari possit, ne igitur ille omni juris remedio destitueretur, benignè constitutum, ut pravum arbitrium ad æquitatem redigi queat, *l. 76. pro Socio.*

Differentia inter arbitrum & arbitratorem.

2. Arbitrorum verò genera sunt duo, *d. l. 76.* Unum, quando arbiter partium conventione loco judicis eligitur, ita ut coram eo, juris ordine servato procedatur. Alterum, quando arbiter eligitur ita ut nulla juris solennitate observata controversias amicè ex æquo & bono definiat, *Gail. 1. O. 150. num. 4.* Prior vulgò arbiter, posterior autem Arbitrator nominari consuevit. Atque de posteriori hic agitur,

Ab arbitratore appellari nequit.

3. Cùm itaque arbitrator absque juris solennitate controversias ex æquo & bono definiat, patet coram illo non esse judicium, *Gothofr. in d. l. 76.* Et hæc est ratio, quare ab eo appellari nequeat, *Gothofr. alleg. loc.* Nam ubi non est judicium, ibi nec adest sententia judicis, à qua appellari possit. Quare nec Sententia arbitratoris in rem judicatam transire potest, atque ideò ex eadem Sententia etiam non oritur exceptio rei judicatæ, *l. 2. de arbitr.* Multò igitur minus actio ex re judicata.

Quod quinquies limitatur.

4. Appellari tamen poterit, (1.) si compromisso pactum sit appositum de appellando, (2.) si constet de coactione judicis ad compromittendum, *Mynf. 4. O. 68. n. 6.* (3.) Si arbiter eligatur super puncto incidenti seu emergenti in judicio, *ibid. n. 7.* (4.) Si arbiter sit statutarius, *ibid. n. 8. & 9.* Nam tale statutum ei tribuit jurisdictionem, & ex ejus sententia oritur actio, *ibid. n. 10. & seqq.* (5.) Si laudum contineat enormissimam læsionem vel manifestam & evidentem nullitatem, *Gail. 1. O. 150. n. 9. & 10.* Atque ex capite enormissimæ læsionis 12. Mart. 1659. in causa Solms Laubach contra Solms Rödelheim citatio ad vidend. se restitui adversus Laudum decreta est, *Supplic. Cam. tit. 17. n. unic.* Atque illud Laudum 13. Decembr. 1664. reformatum, *Sent. Cam. num. 997.*

Quomodo cognoscendum an quis arbiter vel arbitrator electus sit.

5. Ad cognoscendum verò utrum aliquis sit assumptus tanquam arbiter, an verò arbitrator, non vocabuli significatio, sed modus procedendi ex partium conventione considerari debet, & ideò si in aliquem compromissum sit, ut arbitratorem ea conditione, ut libellum, responsiones & probationes recipiat, & juris ordine servato procedat, hic non arbitrator, sed arbiter censeri debet: Contra, si in aliquem compromittatur ut arbitrum, ea lege, ut controversiam de plano, sine longo sufflamine litis, amicè componat, atque ex æquo & bono decidat, hic etsi arbiter appellatus sit, non tamen arbiter, sed arbitrator dici & appellari debet. Verba enim rebus, non res verbis deservire debent, *Gail. 1. O. 150. n. 5.* Quod tamen intelligendum est, quando constat de intellectu Verborum, alias in dubio à verbis recedendum non est, *ibid. n. 5.*

Reductionis definitio.

6. Est verò reductio nihil aliud quàm pravi arbitrii ab arbitratore lati ad arbitrium

trium boni viri reductio. Arbitrium boni viri dicitur, quod tale est, quale bono viro convenit, quod rationi ac justitiæ est consentaneum, non vagum & indiscretum, sed sine dolo seu lata culpa & enormissima læsione, *Gail.* 1. *O.* 150. *num.* 17. Nam licet arbitrator rigori & severitati juri aliquid detrahere possit, tamen ab æquitate, quæ est rectitudo judicii naturalem sequens rationem, in arbitrando, si vir bonus dici esse velit, recedere haud debet, *Gail. ibid. n. ult.*

7. Itaque petitio Reductionis ad arbitrium boni viri est provocatio, quâ judex Cameræ pro pravo & iniquo arbitratoris arbitrio ad suum æquum arbitrium redigendo imploratur. *Reductionis petitio quid sit.*

8. Utrum verò hæc reductio à judice arbitratoris (*qui etiam* laudans, *& ejus Sententia* laudum, *item* arbitramentum *nominari solet,*) an à judice causæ ordinario petenda, diversa est Dd. opinio, sed posterior in praxi recepta & in Camera multis præjudiciis confirmata est, *Gail.* 1. *O.* 149. *n.* 2. Ratio quia arbitramentum est quædam transactio. Quemadmodum ergo volens impugnare transactionem, adire judicem Rei debet, sic etiam veniens contra arbitramentum. Quod tamen declaratur & limitatur, nisi ex forma alicujus statuti haberent lauda executionem & actionem, quia tunc ad judicem arbitratoris recurrendum esset, *Mynf.* 2. *O.* 61. *in fin.* *A quo judice peti debeat.*

9. Ut igitur petitio reductionis in Camera admittatur, oportet hanc semoto compromisso esse debuisse judicem ordinarium ejus causæ, quæ coram arbitratore ventilata, idque procedit sive Actor sive Reus conqueratur arbitrium iniquum esse, quia petitio reducendi est provocatio quædam ad judicem competentem, *Gail.* 1. *O.* 149. *n.* 2. Qui vir bonus in jure nominatur, *ibid. n.* 3. *Petitio reductionis quando in Camera admittenda.*

10. Sed quæritur, utrum hoc etiam procedat, si partes Austregis gaudeant, atque illi aliàs fuissent judices competentes, ita ut omissis Austregis Camera pro reductione facienda adiri possit? Resp. Id affirmat *Gail.* 1. *O.* 1. *n.* 49. Ast Gailii doctrinam in dubium vocat Schubh. *de Austreg. c.* 9. *part.* 2. *n.* 44. *Vid. supra t.* 27. *n.* 184. Si alterutrum me eligere oporteret, libentiùs in castris Gailii militarem. *Quæstio.*

11. Quæstio etiam non minimè dubia est, intra quod tempus reductio peti debeat. Cùm autem reductio sit species appellationis, quidam putant eam intra decendium esse petendam, *Gail.* 1. *O.* 150. *num.* 1. Sed communior & in Camera recepta opinio est, reductionem peti posse usque ad 30. annos. Ratio quoniam sententia arbitratoris, cùm non transeat in rem judicatam, *Gail.* 1. *O.* 150. *num.* 8. Nullum producat effectum aut actionem in factum ex re judicata, nisi post lapsum 30. annorum, *Gail. ibid. num.* 2. Ratio rationis est, quòd jus petendi reductionem sit personale, & per consequens non præscribatur nisi spatio 30. annorum, *Gail. ibid. n.* 3. *Reductio peti potest usque ad 30. annos.*

12. Cum suprà *t.* 56. *n.* 16. *& t.* 57. *n.* 4. traditum, quòd summa appellabilis etiam in querela Nullitatis & petitione restitutionis in integrum observari debeat, dubitare quis posset, anne etiam in reductione isthæc summa attendenda veniat. Pro affirmativa facit, quòd reductio æquè sit species appellationis, quam est querela nullitatis ac petitio restitutionis in integrum, *Gail.* 1. *O.* 150. *n.* 1. Ergò idem in jure statuendum. Negativam defendit, quòd de summa appellabili in reductione ir- *An in petitione reductionis summa appellabilis attendi debeat.*

O. C. nihil sit statutum, ergò jus commune prævalebit, *C.p.2.t.34.§.ult.* Atque hæc Negativa verior apparet.

An à judice reductionis confirmante vel reformante laudum appellari possit.

13. Ultimò an à judice reductionis confirmante vel retractante Laudum appellari possit Dd. mirificè variant. Pro negativa est, quòd appellatio non sit permissa, quoties judex aliquid ut vir bonus arbitratur, sed reductio fit ad virum bonum, hoc est, ad judicem ordinarium, appellatio igitur locum non habet, *Gail. 1. O.149.n 4.* Sed pro affirmativa, quæ æquior, verior, & magis communis, militat quòd regulariter in omnibus causis tam civilibus quàm criminalibus appellatio permissa est, nisi expressè prohibita reperiatur. Sed non reperitur hoc casu prohibita, ergò permissa censeri debet. Insuper sententia reductionis perinde habetur ac si à judice Ordinario lata esset, igitur beneficium appellationis gravato auferri nequit, *Gail. ibid. n. 5.*

TIT. LIX.

DE

SENATIBUS.

Transitio.

1. CUm præced. t.25.n.3. tradiderim circa rem controversam in Camera disceptandam præcipuè considerari debere eandem disceptandi (1.) potestatem (2.) locum & (3.) modum, illa potestate, quæ vulgò jurisdictio Cameralis appellatur, hactenus latissimè pertractatâ, jam iste locus quoque perpendendus venit.

Judicium Camer. dividitur in Senatum & audientiam.

2. Is locus verò est vel Senatus vel Audientia, Germanicè Der Rath und das Gericht. Nam in hæc uno judicium Camerale divisum habetur. Cui utrique inservit Cancellaria & Lectoria, *de quibus actum supra tit. 11. n. 1. usque 9. De audientia tractabo tit. proximè seq.*

Ambiguitas vocis Senatûs.

3. Circa vocem *Senatus* hoc loco observandum, quòd illa sumatur duplici modo, (1.) pro loco, in quo Senatus celebratur. (2.) pro ipso consessu judicis & Assessorum. Priori modo definiri potest, quòd sit conclave, in quo Judex, Præsides atque Assessores statutis diebus consessum celebrant. Vulgò appellatur *Senatorium, Curia Cameralis,* die Rathstube. Illud conclave verò est duplex, unum vocatur *Senatorium magnum,* die grosse Rathstube. Alterum *Visitatorium*, die *Visitations*-Stub. Sic dictum, quia Visitatores Spiræ præsentes etiam in eodem conclavi suum consessum celebrant.

Senatus definitio.

4. Vox *Senatus* posteriori modo sumpta est consessus judicis, Præsidum atque Assessorum de negotiis sibi commissis consultandi eaque perficiendi animo institutus. Qui consessus sæpe *Consilium* quoque vocatur.

Senatus dividitur in plenum & non plenum.

5. Senatus verò hoc modo sumptus dividitur in plenum & non-plenum. Senatus plenus est consessus Judicis, omnium Præsidum atque Assessorum isto die Senatum frequentantium. Illum plenum consessum celebrare dicitur aliàs plenum Senatum, seu plenum Consilium habere. Den gantzen Rath beruffen/ vollen Rath halten/ vulgò plenisiren.

6. Iste

Plenus Senatus quando instituendus & causæ in eo tractandæ.

6. Iste verò plenus Senatus quando instituendus & quæ causæ in eo tractandæ, ostendi supra *t.* 5. *n.*28. *& seqq.*

Senatus non pleni definitio.

7. Senatus non-plenus est consessus inter Judicem. Præsides atque Assessores dispartitus. Adaucto enim Assessorum numero Anno 1530. sancitum, ut hi ad maturiorem expeditionem causarum quotidie accrescentium in certos Senatus distribuerentur, *suprà t.*6. *n.*4. Hinc Judex Assessores in certas classes distribuit, ac uni classi ipse præsidet, negotium dirigit; Reliquis vero classibus unum ex Præsidibus tanquam suum Vicarium præfigit, *Add. alleg. n.*4. Sen atus verò, cui Præsides præfiguntur, vocatur ein Neben-Raht/ opponiturque ei, cui Judex ipse Præsidet, *C. p.*1. *t.*11. §.1. Si Præses non adest, unum Assessorum in eo Senatu directorium gerit.

Et divisio.

8. Senatus verò non-plenus dividitur in Senatum extraordinarium, Sabbatinum & ordinarium, *C.p.*1. *t.*12. *princ. in fin. & t.*15. §.4. *ibique lit. H.*

Senatus extraordinarius.

9. Senatus extraordinarius est, qui extra consuetas horas Senatui ordinario destinatas instituitur, *arg. d.* §.4. Talis Senatus est, (1.) in quo expediuntur supplicationes, *per d.* §. 4. *& C. p.*1. *t.*13. §. 2. Duo Senatus ad negotia extraordinaria loco pleni Senatus tractanda instituri, *Vid.C. p.*1. *t.*14. *lit. A.* (3.) In quo tractantur causæ tutelares pupillorum Cameralium, *C.p.*1. *t.*16. §. *ult.*

Senatus Sabbathinus.

10. Senatus Sabbathinus est, in quo interlocutoriè die Sabbathi refertur Quapropter Relationes in eo habitæ, Sabbathinæ vocari solent, *C. p.*1. *t.*13. §. *ult. R.* 1654. §. Und nachdem. 144.

Senatus Ordinarius.

11. Senatus Ordinarius est, qui ante meridiem consuetis horis celebratur, & in eo Acta tertiæ Classis, *de quibus infra n.*14. referuntur. Proinde hæc Relationes vocantur ordinariæ.

Acta, in quibus submissum, in tres classes distribuuntur, quarum prima pertinet ad mensam decretorum.

12. Hic sine admonitione haud prætereundum, quòd Acta, in quibus submissum, in Judicio Camerali in tres classes distribuantur, quarum prima classis pertineat ad mensam decretorum, (gehört auff den Bescheid-Tisch) quæ in Senatu magno (in der grossen Rahtstub) in angulo à dextris posita est, ad quam se unus Senatus quotidie ab hora nona usque ad decimam alternatim confert ad expediendas leviculas quasdam submissiones, quæ eo pertinent, uti sunt prorogationum Terminorum, Compulsorialium, Taxationis Expensarum, Commissariorum, Dilationum, Responsionum, Proclamatis Publicationis Arrestationum, Legitimationis Procuratorum ac similium punctorum levium, quæ de plano atque sine perlectione diversorum productorum expediri possunt, *C. p.*1. *t.*12. §.1. Et Acta hujus classis primæ non distribuuntur nec referuntur, sed quivis illa sibi attribuit ac eisdem perlectis sententiam solus concipit. Illa mensa vero dicitur der Bescheid-Tisch / quia apud istam duntaxat leves sententiæ (schlechte geringe Bescheid) concipiuntur.

Actorum classis secundæ spectantes ad relationes Sabbathinas.

13. Secunda classis continet illa Acta, in quibus ad sententias non adeò graves submissus est, attamen perlectionem diversorum productorum requirunt, uti sunt declaratoriarum, desertionis, devolutionis, supplicationum (*scil. judicialiter* ex-

exhibitarum,) inhibitionum, ac similium in quibus non singulari indagine opus, sed sine longa pervestigatione expediri possunt. Et hæc Acta per judicem Cameræ à reliquis Actis, in quibus definitive vel ad graviores interlocutorias submissum, separata in Senatibus sabbathinis (*id est, die sabbathi instituendis,*) expediuntur, *d.t.* 12. *princ.* Festo autem in Sabbathum incidente, pridie ejus Sabbathinæ referuntur, *Deput.* 1600. §. Und als weiter ꝛc. 21.

Assessorum [illegible] in assignata est relationibus ordinariis, quæ vel definitivæ vel interlocutoriæ. Et hinc ordinarius Senatus subdividitur in Senatum interlocutoriarum & Definitivarum. Quot Senatus Definitivarum & interlocutoriarum habeantur. Senatus quomodo distribuendi. Et mutandi sint.

14. Tertia Classis complectitur submissiones definitivas ac graves interlocutorias, super quibus Assessores relationes concipere ac habere debent, *d. t.* 12. §. 2. Quæ relationes ordinariæ appellantur à Senatu Ordinario, in quo habentur. Cùm autem in eo Senatu submissiones definitivæ & interlocutoriæ graviores referantur, iste subdividitur in Senatum definitivarum & in Senatum interlocutoriarum. Ille est, in quo habentur Relationes causarum definitivè submissarum ac sententiæ definitivæ concipiuntur, *vid. C. p.* 1. *t.* 12. *pr. in fin.* Hic est, in quo interlocutoriè refertur. Et hæ relationes dicuntur relationes ordinariæ interlocutoriarum *d. t.* 12. *lit. A. & F.* Ad distinctionem ordinariarum in definitivis.

15. Antiquitus 5. Senatus definitivarum & 6. Senatus interlocutoriarum instituì portebat. In Senatu definitivarum 7. Assessores, in Senatu verò interlocutoriarum 6. Assessores considere debebant, *C. p.* 1. *t.* 14. *pr. Add. ibid. lit. B. C. & D.* His si gravitas causæ istud exigebat, unus pluresve adjungebantur, *d. t.* 14. §. 1. Hodiè propter paucitatem Assessorum duntaxat 2. Senatus Definitivarum, & 4. Senatus interlocutoriarum hactenus constitui potuere.

16. Referens & Correferens eodem Senatu jungantur, propinquitate vel affinitate conjuncti uno Senatu non copulentur, seniores peritioresque & diligentiores in diversos Senatus disgregentur, seniores cum junioribus, iique diversæ religionis permisceantur, *d. t.* 14 §. 2.

17. Senatus nisi ex vel novem mensium annive integri intervallo non mutentur, *d. t.* 14. §. 3. Iis vero mutatis ultimus in ordine in Senatu commutato priùs referat, *d. t.* 14 §. 4.

18. Qui definitivè retulit, ex isto Senatu ad mensam Decretorum se conferat, donec ordo referendi ipsum rursus attingat, vel interlocutoriè referre paratus ex Definitivarum ad interlocutoriarum Senatum tantisper se transferat, atque interim aliùs illûc in ejus locum surrogetur, *d. t.* 14. §. 6.

Ad Senatum qua hora eundum.

19. Ad Senatum iri oportet à 1. Novembr. inclusivè usque ad 1. Febr. exclusivè, ut & in feriis canicularibus hora 8. reliquo tempore hora 7. quadrante post utramque horam primo audito consessus inchoetur, ac sine intermixtione aliorum negotiorum usque ad 9. in definitivis, à quadrante post 9. usque ad 10. in interlocutoriis absque interruptione continuetur; *R.* 1654. §. Zum [illegible] n. 151. idque quavis die, quæ non est feriata, sed juridica. *Quænam autem dies juridicæ sint, patebit ex traditis de feriis Cameralibus infra dict. t. 62.*

20. Plura de Judicis, Præsidum & Assessorum officio in Senatu, & de frequentatione Senatuum vid. suprà *t.* 5. 6. & 7.

[illegible]

21. De quo hic speciali observatione dignum est, licet Senatus (Die Rathstub)

sit

fit præcipua pars judicii Cameralis, quòd tamen in eo peracta, non dicantur fieri judicialiter, sed extrajudicialiter. Nam id solummodo judicialiter fieri dicitur, quod fit in Audientia, (In der Audientz-Stub/) quæ passim in O.C. vocatur Gericht/ & Senatui ac reliquis partibus Judicii Cameralis opponitur. Propterea quicquid non fit in dicta Audientia, illud omne dicitur extrajudicialiter fieri, sive id fiat in Senatu, sive in Cancellaria, sive in Lectoria, sive in Deputatorio, (in der Deputation-Stuben/) sive denique alio in loco planè extra Judicium Camerale. *extrajudicialiter fieri quid dicatur.*

TIT. LX.
DE
AUDIENTIIS.

1. VOx *Audientia* de jure Camerali est ambigua, nam (1.) sumitur pro Auditorio seu conclavi, in quo Judicium exercetur, & vocatur die Audientz/ item die Audientz Stub. (2.) Pro die juridica, quoniam Audientiæ celebrantur diebus ad exercendum judicium constitutis. Hôc sensu idem denotat, Judicium exercere atque Audientiam celebrare, Gericht halten und Audientz halten/ Item es ist Gericht/ es ist Gerichts-Tag/ & es ist Audientz. (3.) Pro Audientia judiciali, & opponitur Audientiæ coram Deputato, *C.p.3.t.1.§.2.& t.9.§.1.& ult.* (4.) Pro ipso actu audiendi. *Vox Audientia est ambigua.*

2. Postremo significatu Audientia nihil aliud est quàm actus publicus, quo Judex Cameræ procuratores litigantes audit, eorumque litigium decidit. Quæ à duplici modo peragendi dividi solet in Audientiam solennem & minus solennem. *De hac habetur infra n.19.& seqq.* *Audientia definitio & divisio.*

3. Audientia solennis est, quæ peragitur Judice Cameræ coram Tribunali cum Sceptro sedente. Alias vocatur die Gerichtliche Audientz/ *C.p.3.t.1.Rubr.t.9.pr. & passim.* Item simpliciter die Audientz/ *d.t.1.§.2.& d.t.9.§.ult.* Et in hoc significatu porrò sumitur latè & strictè. *Audientia solennis sive minus vel latè vel strictè.*

4. Audientia latè sumpta non solummodò eum actum, quo Judex Cameræ procuratores sua desideria proponentes audit, sed & illum actum, quô hi Judicem desuper sententias publicantem audiunt, complectitur. Nam sententiarum publicatio quoque in Audientia fit, *d.t.1.pr.& d.part.3.t.5.pr.* *Audientia solennis latè sumpta quid sit.*

5. Hæc Audientia olim apertis januis coram Judice vel eo absente coram Præside, dimidiaque parte Assessorum, & quidem singulis diebus ad judicium exercendum destinatis peragebatur, *d.t.1.pr.* Hodiè coram Judice, Præside atque omnibus Assessoribus, non tamen singulis, sed certis duntaxat pro arbitrio electis diebus juridicis publicatio sententiarum peragitur, idque in anno octies usque ad decies, *infrà n.36.* *Et quomodo peragatur.*

6. Audientia strictè sumpta est, quando publicatione sententiarum peractâ, vel statim in puncto horæ primæ, si isto die nulla publicatio fuit, Procuratores controvertentes audiuntur à Judice vel eo absente à Præside & olim duobus Assessoribus, hodie uno, *præalleg. princ. & receptâ observantia.* Vocatur hæc Audien- *Audientia solennis strictè dicta.*

Audientia in specie die ordentliche Audientz/ *in d. princ.* item, ordinari-Audientz/ *in C.p.1.t.36. lit.X.* Aliàs die Gerichtliche Audientz/ *C.p.3.t.4.* Item simpliciter die Audientz/ *d.p.3.t.2.& d.t.1.§.1.*

Olim divisa fuit, I. In Audientiam ordinariam & contumaciarum.

7. Hæc Audientia strictè sic dicta olim varias habebat subdivisiones. Nam divisa fuit, I. in Audientiam ordinariam & contumaciarum, *O.C.p.3.t.pr. & t.10.pr.§.1. & ult.* Illa celebratur coram Judice & 8. Assessoribus. Hæc coram Præside & 4. Assessoribus, *dd. princ.* In hac uterque ordo contumaciarum, in illa reliqui Ordines peragebantur, *de quibus infra tit. proximè seq.* Ubi notandum, quòd isti 4. Assessores olim ad istam audientiam contumaciarum singulariter deputabantur, *vid. O.C.* 1531.§. Und das etliche. 5.*O.C.p.3.t.10.princ.* Hinc ista etiam vocatur Audientia coram Deputatis, *O.C.*1533.§. Item nachdem das *contumaciren coram Deputatis*, 10.& *O.C.*1527.§. Es sollen. 5.& §. und in Einführung. *9. cum seqq.*

8. Deinceps Anno 1570. Ordinaria Audientia coram uno ex Præsidibus alternatim in sedendo sibi succedentibus & 4. Assessoribus, *R.* 1570. §. Und dieweil. 59. Et Anno 1591. coram duobus Assessoribus, *C.p.1.t.21.§.9.* Celebrari cœpit. Hodiè coram Judice vel eo absente, coram Præside & uno Assessore, aut Præside etiam absente, coram solo Assessore peragitur. Cùm verò in Audientia contumaciarum tantùm uterque ordo contumaciarum observandus erat, hæc subdivisio per explosionem utriusque illius ordinis, *de qua infra tit proximè seq. num.* 12. & 2. *seqq.* abrogata est.

II. In Audientiam ordinariã & Fiscalem.

9. II. In audientiam ordinariam & fiscalem, *C.p.1.t.29.princ.junct.p.3.t.1.§.3. ibique lit.C.* Hæc erat, in qua Fiscalis die Sabbathi æstate ab hora 7. hyeme ab hora 8. utrobique usque ad 10. vel necessitate efflagitante etiam aliis diebus pro Judicis & Fiscalis ejusve Deputatorum arbitrio electis, ratione contributionum aliarumque placitarum collectarum Imperii agebat, *d. §. 3. & penult. ibid.* Et quidem non in scriptis sed oretenus, *O.C.*1517.*art.*1.§. Auff den andern Articul. 9. Reliquis Procuratoribus vel oretenus vel in scriptis Contra-agenda proponentibus, *O.C.p.1.t.17. in fin.*

10. Hæc fiscalis Audientia aliàs vocatur Fiscalisch-Gericht *d.§. 3.* quatenus nim. Judex judicium exercens Fiscalem procedentem audit, *alleg.t.1.§.pen.* Item abusivè Fiscalische-Ordnung / G. B. 3.*Martii* 1651.§. 3. Respectu scil. rerum fiscalium in illa agendarum, nam quod ipsum Fiscalem, qui unicus tantùm attinet, ordo, utpote qui duntaxat inter plures est, vocari nequit.

11. Ordinaria Audientia erat, in qua Fiscalis reliquas causas, *de quibus suprà tit. 30. actum*, in Scriptis pertractabat, iisque pertractatis cæteri Procuratores suas causa proponebant, *d. t. 29.princ.* Fiscali verò non in quovis ordine, sed tantùm in Novis agere licebat, atque Procuratores ipsi in eodem ordine sub pœna præjudiciali respondere tenebantur, *C.p.3.t.7.§.5.& t.41.§.1.*

12. Cùm verò per causas Fiscales ordinaria Audientia valdè impediretur, posteà constitutum, ut omnes causæ fiscales in Audientia fiscali proponerentur, G. B. 3. *Mart.*1651.§. 2. G.B. 3. *Octobris* 1655.§.6. Hodie Fiscalis suas causas indisti-

ſtinctè diebus pro ſuo arbitrio electis in Ordinaria Audientia proponit, *vigore* G.B. 19.*Febr.* 1657. Atque ita hæc ſubdiviſio tacitè etiam ſublata eſt.

13. III. In ordinariã & extraordinariam, *R.* 1566. §. Demnach *ſtatuiren* 110. *Viſit.* 1561. §. Demnach ſetzen. 3. & *Viſit.* 1567. §. Ob nun wol. 2. Illa dicitur, quæ eo fine inſtituta eſt, ut perpetuo horis deſtinatis celebretur. Hæc verò, quæ ordinaria ad res peragendas non ſufficienti ad certum duntaxat tempus celebranda inſtituitur, *Viſit* 561. §. Wiewol nun. 1. *in fin.* Verum neque hæc diſtinctio amplùs in uſu eſt, *ratio habetur infrà n.* 37. *in fin.*

III. In Audientiam ordinariam & extraordinariam.

14. IV. In Audientiam cauſarum S.Q. & Appellationum, *R.* 1570. §. Und damit man. 47. In hac præter cauſas Appellationum, etiam cauſæ Nullitatum, Reſtitutionis in integrum adverſus ſententiam latas ac cauſæ pignorationum: In illa reliquæ cauſæ proponendæ erant, *R.* 1570. §. In den. Appellation Audientien. 48. In his Audientiis alternis diebus agebatur, *d.* §. 47. Aſt hæc ſubdiviſio etiam abrogata eſt *per* G.B. 18. *Jun.* 1572.

IV. In Audientiam S. Q. & Appellationum.

15. V. In Audientiam cauſarum ordinariarum & extraordinariarum, *C. p.* 3. *t.* 2. *Rubric.* In hac pertractandæ erant cauſæ extraordinariæ, quarum 30. in d. p. 3. t. 3. recenſentur. Et quanquam adhuc aliæ plures cauſæ extraordinariæ dentur, nam Gilh. A.J.C. cap. 2. n. 4. ultra iſtas 30. cauſas adhuc alias 32. enumerat, tamen nullas præter d. 30. in Audientia extraordinariarum proponere licuit, *d. p.* 3. *t.* 4. Proinde in illa reliquæ cauſæ tam ordinariæ quam extraordinariæ proponendæ fuere.

V. In Audientiam cauſarum ordinar. & extraordinariarum.

16. Hæ Audientiæ alternis diebus primitus celebrantur, *O. C.* 1527. §. Und erſtlich. 1. *O.C.p.* 3. *t.* 2. *pr.* Quæ alternatio deinceps variis modis mutata *uti videre licet in* G.B. 12. 15. *Junii* & 27. *Novembr.* 1571. Habuit verò duntaxat locum in ordine præfixarum, in ordine in ordinariis & duobus ordinibus contumaciarum, *O.C.p.* 3. *t.* 2. Hinc quia hi 4. Ordines omnes hodie ſublati ſunt, *uti infra t. proximè ſeq. dicetur*, etiam hæc alternatio & diſtinctio ſublata eſt. Attamen hîc obiter notari poteſt, quod Fiſcalis quoad accuſandam contumaciam ab hac alternatione exemptus fuerit, G.B. 16. *Mart.* 1560.

17. VI. In Audientiam ante meridianam & pomeridianam G. B. 30. *Octob.* 1655. §. 10. Illa erat, quæ hebdomatim certis diebus ante meridiem celebrabatur, in hac agebatur in cauſis Fiſcalibus, *vid. C. p.* 3. *t.* 1. §. 3. aut in cauſis ad ordinem vel præfixarum vel paritionis vel terminum pertinentibus, *vid. d. t.* 1. §. 4. G.B. 30. *Octobr.* 1655. §. 5. & G.B. 13. *Decembr.* 1659. §. 7. *in fin.* Pomeridiana dicebatur, in qua poſt meridiem ſingulis diebus, excepto die Sabbathi, ab hora prima hyeme uſque ad 4. æſtate uſque ad 5. agebatur, *C.p* 3. *t.* 1. *pr.* Verum Audientiæ antemeridianæ penitus ſublatæ, *per* G.B. 19. *Jan.* 1660. Ubi prætereà conſtitutum, ut Audientiæ pomeridianæ, non ſingulis, ſed duntaxat tribus diebus hebdomatim celebrarentur, *Add. inf. n.* 34.

VI. In Audientiam ante & pomeridianam.

18 Cum itaque harum 6. ſubdiſtinctionum amplius hodiè nulla ſuperſit, patet hodiè Audientiam eſſe duplicem, ſolennem & minus ſolennem. Et quanquam hoc loco prius de Audientia ſolenni tanquam potiori agendum, cùm verò 8. tantùm

Hodie Audientia eſt vel ſolennis vel minùs ſolennis.

ipsum Collegium Camerale sæpè dictum Actum expresè Audientiam vocat, *in* G.B.30.*Octobr.*1655.§.3.*ibi.* Die gewöhnliche Audientz. *coram Deputis.*

23. Non obstant contraria, nam respondeo ad (1) Audientiam solennem, quæ passim Gerichtliche Audientz appellatur, tantùm esse unicam & sic intelligendum d.art.9. §. ult. Ad (2) Audientiam solennem per Excellentiam solummodò vocari Audientiam, quia ipse Judex in Judicio sedens cum singulari solennitate Procuratores audit. Ad (3) licet hic Actus in O. C. & Constit. Imper. expressis verbis nullibi vocetur Audientia, tamen in illis ubique dicitur, quòd Procuratores sua desideria proponentes à Deputatis audiantur, ergo ille actus erit Audientia, *per argumentum ab Etymologia sumptum.* Ad (4) Audientiam coram Deputato per abusum ordinem vocari, quatenus nim in illa Ordo Procuratorum (*ordo enim rerum agendarum ad solam Audientiam solennem pertinet, de quo utroque infrà tit. proximè seq.*) quoque observandus, ut vid. primus (der älteste) inter illos, qui ibi agere volunt, semper incipiat. Econtrà per similem abusum ordo in præfixis vocatur Verhör præfixarum, *O.C* 1517. *art. causas ordinarias.* 4. *princ.* Atque Audientz præfixarum, G. B. 22. *Febr.* 1595. §. *pen.* *Resolutio contrariorum.*

24. Res verò seu puncta coram Deputato agenda sunt, I. Recognitio sigillorum, manuum & signetorum Notariorum in solenni Audientia productorum, *C.p.3.t.9.§.1.* Verùm hodie illorum recognitio vel diffessio in solenni Audientia fieri debet, *uti infra tit 61.n.48.atq; tit.63.n.47.& seq.uberius dicetur,* coram Deputato autem producta ibidem sunt recognoscenda seu diffitenda. *Punctorum in Audientia coram Deputato per tractandorum primus.*

25. II. Si quis velit Commissionem petere, nec libellum articulatum vel alia Producta exhibenda habeat, cum quibus unà supplicam pro illa commissione exhibeat, hæc coram Deputato oretenus petenda, *C. p.* 3. *t.* 9. §. 2. *& t.* 20. *princ. R.* 1570.§. Die *Commissarien.* 96.G. B. 5.*Junii* 1584. Et quanquam in istis texx. dicatur, commissionem oretenus petendam esse, tamen quoque per supplicam ibidem peti solet. Si verò Commissio oretenus petatur, Nomina Commissariorum in Schedula designata simul sunt exhibenda, ne falsa Commissariorum nomina Commissioni inserantur, *d. t.* 20. §. 2. *Punct. II.*

26. Contra hos Commissarios, si reus excipere vult, olim sive Commissio in solenni Audientia sive coram Deputato petita erat, in solenni Audientia excipiebat, atque Actor ibidem replicabat, *O. C.p.3.t.11.§.in fin.& t.16.§.1.* Hodiè exceptiones contra Commissarios indistinctè coram Deputato, nisi cum suis responsionibus ad libellum vel aliis productis istæ in solenni Audientia exhiberi queant, sunt exhibendæ, & quidem in Scriptis, ibidemque replicandum & usque ad conclusionem hujus puncti procedendum, *C.p.3.t.9.§.3.& t.20.§.3.*

27. III. Secunda & tertia dilatio probandi coram Deputato petenda, *d.t.9.§.5.* *Punct. III.*

28. IV. Rotulus examinis testium coram eodem exhibendus, *stylo ita recepto.* *Punct. IV.*
Olim in ordine novarum exhibebatur, *C.p.3.t.7.princ.& t.22.princ.* Verùm cùm ille ordo admodum tardè circumvolveretur, consuetudine introductum, ut coram Deputatis Rotulus produceretur.

29. V. Uti supra in puncto Commissariorum dispositum, ita quoque coram Depu- *Punct. V.*

Deputato in puncto petitionis & admissionis tutorum & curatorum usque ad conclusionem procedatur, *d.t.9.§.6.* Sed confirmationes tutorum & Curatorum extrajudicialiter per supplicam petendæ, *C.p.1.t.34.§.pen.* Verum Resp. *d.§.pen.* intelligendum puto, quando tutores petuntur in causa non pendente. *Præjudicia tradita sunt in Supplic. Cam. tit.14.num.22.23.& 24.* Præcit. §. 6. autem de casu, quando in causa pendente incidenter petendi veniunt.

Punct. VI. 30. VI. Si causâ pendente vel partes moriantur vel in tractatu concordiæ versentur, vel lis inter easdem sit transacta, id Procuratores coram Deputato indicent, *d.t.9.§.4.*

Punct. VII. 31. VII. Postulantur prorogationes, *R.1654.§.* Zum achten. 103.

Punct. VIII. 32. VIII. Disceptatur punctus cautionis in Revisionibus à sententia Camerali interpositis, *R.* 1654. §. Nach Berathschlagung. 124. Atque hæc 8. punct. coram Deputato sunt tractanda nec ad solennem Audientiam sub pœna Ordinationis trahenda, *d. t. 9. §. pen.* Cætera omnia in solenni Audientia pertractanda veniunt. Ad Audientiam enim coram Deputato nullatenus trahendum quicquid eò non pertinet, G.B.30.*Octobris* 1655.§.3. Imò Anno 1666. sancitum, ut antehac in illa Audientia agenda imposterum in quodam solennis Audientiæ Ordine, in quo commodiùs proponi possunt, proponerentur. Sin verò ille Ordo Procuratorem agere volentem non attingat, periculum tamen sit in mora, coram Deputato proponenda quidem post solennem Audientiam, attamen non ad mensam Proto- & Notariorum sed in loco consueto, uti reliquas causas, proponere liceat, G. B. 3. *August.* 1666. §. 1.

Tempus Audientiarum celebrandarum. 33. Audientia autem coram Deputato peragitur, quoties Audientia solennis celebratur, atque eâ finitâ, Procuratores puncta in illa observanda habent proponere, *d.t 9 princ. Add. præced. n.20.* Quando verò ante finem solennis Audientiæ surgitur, *de quo infrà tit. 62. n.19. & 20.* eo die coram Deputato admodum rarò agitur. Audientia verò solennis, quovis die juridico celebranda, *C.p.3 t.1.princ.*

Quanam dies hodie sint juridicæ. 34. Dies juridicæ verò olim erant dies Lunæ, Mercurii & Veneris, *O.C.p.3 t.1. princ.* Deinceps anno 1570. ad maturiorem expeditionem causarum sancitum, ut singulis diebus, quæ non essent feriatæ, Audientia solennis celebraretur, *C.p.3. t.1. princ.* Hodiè verò rursus dies juridicæ sunt constitutæ dies Lunæ, Mercurii & Veneris, addito tamen hoc, ut si feriæ incidant in diem Lunæ, sequens dies Martis, & si in diem Mercurii & Veneris, præcedens dies Martis vel Jovis sit juridica, sin verò contingat dies Mercurii & Martis, vel etiam dies Lunæ & Mercurii esse simul feriatas, utroque casu dies Jovis, & posteriori casu etiam dies Martis sit Juridica, atque Audientia celebretur, G. B 19. *Jan.* 1660. Verùm anno 1666. hoc additamentum rursus abrogatum est, G. B. 3. *Aug.* 1666. *princ. Quanam verò sint dies feriatæ, vid. infrà t. 62.*

Initium Audientia solennis est punctus horæ primæ cujusvis diei juridicæ. 35. Initium Audientiæ solennis est punctus primæ horæ pomeridianæ, *prææleg.* G. B. In qua hora quavis juridica apertis janius hæc Audientia exerceatur, & quidem principio sententiæ conceptæ coram judice seu eo absente vicibus alternis coram uno Præsidum ac dimidia parte Assessorum publicentur, *C. p. 3. t. 1. princ.*

princ. Publicationi verò Referentes, potissimùm verò qui relationibus interfuerint, assistant, pars interim altera domi Acta causarum pervolvat, **R. A.** 1570. §. **Und dieweil.** 59.

36. Judex verò & Assessores ante mediam primam in Senatu conveniant, sententias mox publicandas recitari audiant, ante primam non perlectæ ad proximam rejiciantur, quo in puncto primæ Audientia inchoari queat, *C.p.*1.*t.*21.§.12. Senatui & Audientiis Proto-& Notarii adsint, sententias publicandas descriptas habeant ac recitent, quando quæque Audientia cœperit desieritve, annotent, & cum Visitatoribus, si petent, communicent, *d.t.*21.§.12.& 14. Impræsentiarum tamen propter paucitatem Assessorum non singulis, sed certis duntaxar pro suo arbitrio electis diebus juridicis publicatio sententiarum peragitur, idque in Anno octies usque ad decies. ***Olim quavis juridica sententia publicanda erat, quod hodie non obtinet.***

37. Publicatione sententiarum finita coram judice vel eo absente, coram uno Præsidum sibi alternatim succedentium & olim duobus Assessoribus è puncto horæ primæ, usque ad quintam æstate, hyeme usque ad quartam Audientia publicè præbebatur, post Calendas Febr. quinta Vespertina Solisve occasus Audientiæ finis erat, *C.p.*3.*t.*1.*princ.* Hodie coram uno Assessore à puncto primæ usque ad tertiam tam æstate quàm hyeme Audientia celebratur, *Ex recepta consuetudine.* Sæpe etiam nec istis duabus horis indigetur, sed citiùs in ea observanda absolvuntur. ***Audientia solennis hodiè usque ad horam tertiam continuatur.***

38. Audientia solennis subdividitur in certos ordines, quibus tit. prox. seq. peculiariter assignabo. ***Audientia solennis certos habet ordines.***

TIT. LXI.

DE

ORDINIBUS.

1. QUemadmodum porrò in omni negotio perficiendo, nisi ordo observetur, nihil aliud quàm confusio & negotii impeditio sequi potest, ita quoque in Audientia celebranda, ordine non observato, nihil aliud potest sequi quam causarum Impeditio, *vid.C.p.*3.*t.*5.§.1. Quapropter quoque ut in ea ordo servetur, in O. C. sancitum reperimus. ***Ordo in quovis negotio requiritur.***

2. Ordo autem est vel Procuratorum, vel rerum ab illis in Audientia solenni agendarum, *C.p.*3.*t.*49.§. *ult.ibi.* **Und soll ein jeder Procurator vom Obersten an biß auff den Untersten in der Ordnung/ darinn er steht / handlen/ und sonst die Ordnung mit den Umbfragen nicht confundiren.** ***Ordo est vel procuratorum vel rerum agendarum.***

3. Ordo Procuratorum consistit in eo, ut Procuratores circa Tribunal secundum sui receptionis ætatem collocati sua agenda debito tempore à primo usque ad ultimum, ordinatim, *id est, juxta ordinem, quo collocati sunt,* proponant, *d.t.*5.§.2.*t.*6. *princ. ibi.* **Die Procuratores in ihrer Ordnung nacheinander** & *tit.* 8. *eod.* ***Ordo procuratorum.***

4. Ordo rerum agendarum (**Die Ordnung mit den Umbfragen** / *d.* §. *ult. Item* **die Ordnung in Handlungen** / *C. p.* 1. *t.* 17. §. 8. dicitur, qui certis rebus pro- ***Ordo rerum agendarum.***

proponendis destinatus est. Aliàs per metonymiam adjuncti pro subjecto appellatur ein Umfrag/ *C.p.3. t. 2. 5. 6. & passim.* Nam Judex antiquitùs Procuratores perrogare solebat, utrum in illo ordine agere haberent, *d.t.2. princ. in fine.* Hodie illa perrogatio à pedello expeditur, *Ex Stylo.*

Eius ordinis Synonyma. 5. Illa autem perrogatio impræsentiarum vocatur ein Ordnung / quemadmodum & olim vocata fuit, *in O. C.* 1517. *art.* Der Verordneten. 1. *pr.* Vocatur aliquando Gerichtliche Ordnung/ G. B. 13. *Decembr.* 1659. *pr. &* §. 1. quia in judicio observandus. Aliquando Ordnung & Umbfrag distinguuntur, *uti in* G. B 12. *Nov.* 1647. §. 2. *verb.* der Umbfragen in allen und jeden Ordnungen *tam novarum quàm præfixarum, C.p.3.t.49.* §. *ult. ibi:* Die Ordnungen mit den Umbfragen.

Ordinis rerum agendarum antiquitus sex species fuerunt. 6. Hujus ordinis diverso tempore variæ fuere species constitutæ, idque ad maturiorem expeditionem Processus judiciarii, *uti innuit* G. B. 13. *Decembr.* 1659. *pr.* Ad quas explicandas jam accedens factu necessarium & utile arbitror, ut primùm illas recenseam, quæ antiquitùs in usu fuêre, ac quarum in Ordinatione Cameræ atque apud Scriptores rerum Cameralium sæpissimè fit mentio. Harum verò numeratæ sunt sex, *O. C. p.3.t. 5. princ.*

I. Ordo sententiarum. 7. I. Ordo sententiarum (Umbfrag auff Bescheid/ *C.p.3.t.12.§.20.*) est, in quo Procuratores ad latas sententias agunt. In hoc enim Ordine (1.) ad nullas alias sententias quàm eodem die latas agendum, *C.p. 3. t.6. princ.* (2.) In præfixo termino agere non-valenti prorogationem postulare liceat, *d. t. 6.* §. 1. (3.) Cui per sententiam probatio injuncta, terminum probandi petendi potestas sit, *d. t. 6.* §. 2. Si nimirum in sententia nullus terminus sit præfixus, quod tamen hodie plerumque fit. (4.) Conclusio efflagitata aliave eadem Audientia agenda vel in eo, vel in alio ordine, ad quem agenda alioquin pertinent, perficiantur, *d. t. 6. §. pen.* Injuncta tamen oralis conclusio præcisè in hoc ordine fieri debet, *C.p.3.t.26,* §. 3. *&* 4. (5.) Litem contestari jussus, id absque mora faciat, G. B. 29. *Aug.* 1533. *&* 19. *Aug.* 1538. Documenta autem sententiæ non in judicio & hoc ordine petantur, sed ad instantiam Procuratoribus ex Cancellaria Cameræ communicentur, *d. t. 6. §. ult.*

II Ordo novarum. 8. II. Ordo Novarum, (*Ordo in novis,*) in quo causæ novæ & quæ ad ejus introductionem pertinent, proponenda sunt, *C.p.3.t.7. princ.* Ubi & §§. seqq. reliqua in eo ordine olim agenda traduntur. *Quæ hodiè in eo observanda, vid. infra n.* 26. *& seqq.*

III. Ordo præfixarum. 9. III. Ordo præfixarum (*Ordo in præfixis* , *Præfix-*Ordn. G. B. 3. *Mart.* 1651. *pr.*) est, in quo quis termino collecto vel per sententiam præfixo agere tenetur, *C. p. 3. t.8.* Hic Ordo communiter subdividi solebat in Ordinem præfixarum ordinariarum & extraordinariarum, *subintellige causarum,* G. B. 3. *Mart.* 1651. *princ & R.* 1654. §. Die Unterscheidung. 88. Quia causæ ordinariæ & extraordinariæ in hoc ordine alternis vicibus tractandæ erant, *C. p. 3. t. 2.* Exinde patet hanc subdivisionem esse ab objecto desumptam, nec esse generis in suas species, atque per consequens non est duplex ordo præfixarum specie differens, sed unicus.

10. IV.

10. IV. Ordo in ordinariis (Umbfrag *ordinariarum, C p.3.t.10. Rubr.*) dicitur in quo quis termino ordinationis, (Zeit der Ordnung) sumpto obtentove aut etiam nullo termino præstituto per sententiam agere jussus aut submittere cogebatur, *O.C p.3.t.9. junct. t 6.§.1.* Hic autem ordo sic nominatus non à causis ordinariis, sed à termino ordinationis, qui primitùs in causis ordinariis fuit Audientia seu dies juridica duodecima, in extraordinariis vero sexta, *O.C.p.3.t.13.14 & 15. ubique in pr. item t.16. §.1. eod.*

IV. Ordo in ordinariis.

11. Cùm autem Anno 1570, constitutum, ut Audientia antehac hebdomatim tribus diebus tantùm celebrata, quotidie celebraretur, *vid. t. proxime praced. n. 34.* etiam placuit, ut ille terminus circiter duplicaretur, vel pro majori certitudine in extraordinariis 4. in ordinariis 6. septimanæ pro jam dicto termino constituerentur, *Mem. judic. & Assess. 1573. §. ult.* Quare Collegium Camerale Anno 1573. per commune Decretum sancivit, ut terminus ordinationis in causis ordinariis esset audientia 20. in extraordinariis 10. G.B. 22. *Jun.* 1573. Hic terminus etiam abusivè vocatur Terminus ordinis *in O.C. 1533. §. ante pen.* Rectè: *absolutive*: me dixisse puto, quia ordinatio est lex: ordo autem est series, qui agitur seriem pro lege sumit, sine dubio satis abusivè, non dicam ineptè, loquitur.

12. V. Primus ordo contumaciarum dicitur, in quo quis excusationem, quare in termino antehac in contumaciis constituto (*id est, in termino ordinationis, vid. C.p.3.t.10.pr.*) vel alias obtento non processerit, exhibebat, O.C. *p.3. t.10. §.1.* vel super causis excusationis submittebat, *d.p.3.t.5.pr. verf.* oder auff Ursachen beschliessen. Terminus verò in contumaciis constitutus dicitur Terminus ordinationis, qui eo non observato suam contumaciam excusare quis tenebatur.

V. Primus ordo contumaciarum.

13. VI. Secundus ordo contumaciarum, in quo accusabatur contumacia ejus, qui in termino ordinationis non egisset, nec in primo contumaciarum ordine ullam excusationem, quare non egisset, proposuerit, O.C. *p.3.t.10. §.1.* Hic secundus ordo etiam ordo in accusationibus & ordo accusationum, primus vero ordo excusationum vocatur, *R. 1566. §.* Demnach *statuiren.* 110. *& seq.* Atque hi sunt isti sex ordines, qui antiquitus in usu fuerunt.

VI. Secundus ordo contumaciarum.

14. Ex hisce sex ordinibus primo contumaciam jam Anno 1567. per commixtionem cum ordine præfixarum sublato, *per Visit. 1567. §.* Derowegen *auch.* 3. Deinceps etiam secundo contumaciarum ordini angustiores limites sunt præstituti, nam antehac contumaci tres dilationes termini ordinationis concedebantur, atque iis non observatis, tempus pro termino finali præfigebatur, nec etiam eo observato tandem tempus sub comminatione soliti præjudicii, atque ita terminus præjudicialis præfigebatur, ubi semper nova accusatione opus erat, *de quo vid. p.3. O. C. t.10 §.2. & seqq. C p.3 t. 10. §.1. Add. infra t.76. n.11.*

Primus ordo contumaciarum sublatus Anno 1567.

15. Posteà autem Anno 1570. ad lites ob breviandas sancitum, ut istis dilationibus sublatis, terminus ordinationis statim esset finalis huncque è vestigio insequi deberet terminus præjudicialis, *d. t.10. §.2.*

Terminus ordinationis factus finalis Anno 1570.

16. Deinceps Anno 1577. placuit, ut procuratores certum terminum pro qualitate causæ, puncti, rerum agendarum, distantia loci aliisque circumstantiis petentes,

Loco termini ordinationis ... præ-

judicii introductus, per quem desiit Ordo in ordinariis. Anno 1577.

tes, ac si ibi absque calumniosa submissione invicem concedentes, loco termini ordinationis, illo termino tanquam præjudiciali uterentur, *C.p.3.t.10.lit.C.*(G.B. 3. *Jun.*1577. Atque sic sublato termino ordinationis simul quoque desiit ordo in ordinariis, *d.t.10.princ.*

Introductus terminus præjudicialis fermè sustulit secundum ordinem contumaciarum.

17. Per substitutionem prædicti termini præjudicialis etiam secundus ordo contumaciarum jam fermè obsolevit, *Consult.*1583. *Dub.*4. *Denais t.* 272. *§. fin.* Dicitur: *Fermè*: quia termino per sententiam præfixo haud observato adhuc opus erat accusatione contumaciæ, atque eâ præviâ alius terminus præfigendus, *arg. Mem.jud. & Assess.* 1578. §. Die Beysitzer sollen. 8. Deinde istum ordinem contumaciarum adhuc Anno 1580. & 1583. in usu fuisse apparet ex præcit. dub. 4. atque Mem.Jud. & Assess. 1580. §. Und nachdem 6.

Terminus finalis explosus & hinc etiam secundus ordo contumaciarum plane abolitus anno 1594.

18. Tandem remanente solo termino præjudiciali etiam adhuc hodie durante terminus finalis quoque fuit explosus, *per R.*1594. §. Wan dan. 51. Et per consequens secundus ordo contumaciarum simul plane abolitus est, *C.p.3.t.10.§.2.&* 3. Quia effluxo termino præjudiciali, illo antiquo contumaciam accusandi modo non amplius indigebatur, *d.t.10.pr. in fin.* sed duntaxat purificatio termini in novis indicanda erat, *C.p.3.t.7.§.4.* Qualis indicatio est potius judicialis admonitio à termino jam purificato interloquendum, quàm accusatio contumaciæ, *Consult.*1583. *dub.*4.

Postea usque ad Annum 1651. tres: & usque ad 1655. duo in usu fuere ordines.

19. Abrogatis itaque ordine in ordinariis & duobus ordinibus contumaciarum, superstitum trium ordinum, videl. sententiarum, Novatum & præfixarum, numerus ad annum 1651. duravit, ubi ordine in præfixis Novarum ordini admixto, *per* G.B.3. *Mart.*1751. *pr. &* §.1. à d. anno usque ad annum 1655. duo ordines sc. sententiarum & Novarum duntaxat in usu fuere.

Ordo reproductionis & paritionis introductus. An. 1655.

20. Posthæc verò cùm ordo Novarum admodum tardè circumvolveretur, ad majorem maturationem extractos processus reproducendi introductus est ordo reproductionis atque sancitum, ut Procurator, qui Ordinem Novarum non haberet, in Ordine Reproductionis extractos processus reproduceret, G. B. 30. *Octob.* 1655.§.2. Deinde etiam introductus est Ordo paritionis, quo Judex parti aliquid intra terminum ab ipso admissum vel præfixum præstandum injunxisset, cò citiùs paritio fieret, vel de facta paritione doceretur, *d.* G. B. §. 5.

Ordo reproductionis.

21. Ordo reproductionis est, in quo Processus ex Cancellaria extracti simulque cum adjunctis pro processibus decernendis in eadem Cancellaria exhibitis, Reo insinuati, in primo termino cum memoratis Adjunctis reproducuntur. Quamvis etiam in jam dicto termino unà cum præfatis Processibus Acta priora, Procuratoria, Instrumenta, aliave documenta ante hac in Cancellaria non exhibita, judicialiter exhibeantur, tamen illa propriè dicuntur *produci*, non verò *reproduci*. Verbum *exhiberi* propriè usurpatur de extra judicialiter exhibendis.

Ordo paritionis.

22. Ordo paritionis est, in quo tenetur agere is, cui per sententiam terminus fuit præfixus vel admissus, & si quis non agebat, ejus contumaciam in hoc ordine etiam licebat accusare, G.B. 30. *Octobris* 1655. §.5. Potuit denique in eodem ordine pars obediens elapsis sex juridicis in contumaciam procedere.

23. Po-

23. Postremò 13. Decembris 1659. novissima Ordinum mutatio, Novarum ordini haud minimam suæ molis partem, non tamen Nomen detraxit. Nam (1.) in dicto ordine Novarum novas causas (*unde primitus suum nomen nactus erat*,) reproducere vetitum est, *per* G.B.9. *Jan.*1660.§.*pen.* (2.) Termini collecti, concessi & acceptati anteà in Ordine Novarum observandi ad noviter introductum ordinem terminorum translati sunt. Ad quem etiam terminos admissos & præfixos antehac in Ordine Paritionis observandos transportari libuit, sublato Ordine Paritionis, G.B. 13. *Decembris* 1659. §. 1. & *d.* §.*pen.*

Ord. Novarum mutatur & Ordine paritionis abrogato Ordo terminorum introductus Anno 1659.

24. Cùm verò ex hucusque traditis multi variis Audientiarum & Ordinum divisionibus, mutationibus, abrogationibus, ac surrogationibus benevolo Lectori forsan obscuritas & confusio non suboriri non possit, distinctiones in præsentiarum usitatas hoc loco brevibus proponam, ubi ex præced. t.59. n.2. repetendum, quòd Judicium Camerale dividatur in Senatum atque Audientiam, & utrique inserviat Cancellaria & Lectoria. *Quæ verò in Senatu, Cancellaria ac Lectoria peragi debeant, tradidi in d. t.59. & remissive in alleg. n.2.*

Hodie judicium Camerale dividitur in Senatum & Audientiam, utrique inservit Cancellaria & Lectoria.

25. Audientia porrò subdividitur in solennem & minus solennem. Hæc vulgò nominatur Audientia coram Deputato, de quo & illis 8. punctis, quæ in ista Audientia proponenda, Vid. t. proximè præced. n.9.& seqq. Audientia solennis denique subdistinguitur in quatuor Ordines, nim. (1.) Sententiarum, (2.) Reproductionis, (3.) Novarum & (4.) Terminorum. Duorum priorum Definitiones, & quæ in illis proponenda, tradidi præced. n.7. & 21.

Audientia subdividitur in solennem & minus solennem. Solennis porro subdistinguitur in ordinem sententiarum, Reproductionis Novarum & Terminorum.

26. Circa peragenda in Ordine Novarum in genere notandum, quòd in eo comparere & agere teneatur, qui volens agere nullum terminum habet. Cui regulæ, ut fiat clarior, quædam exempla hic subjungam.

In Ordine Novarum quando agendum.

27. Et quidem in eo (1.) indicatur purificatio termini & accusatur contumacia, G.B. 3.*Octobr.*1583. *junct.* G.B. 9.*Jannuar.*1660. §.*ult.* In eodem ordine quoque Reo emanente Actor petit ut lis pro contestata accipiatur & ipse ad ulteriora admittatur. *Add. infra t.66. n.61.*

28. (2.) Comparet citatus, qui in termino citationis comparere non potuit. Atque si post decretum proclama comparet, quoque contumaciam purgat G.B. 28. *Jan.* 1657. §.*ul.*

29. (3.) Producuntur designationes liquid & ationes expesarum, *C. p.3. t.7. §.1. Deput.* 1600. §. Dietwil. *in puncto* 136. Olim exceptiones contra illas in eodem ordine producendæ erant, *alleg.* §.136. Hodie autem, cùm excipiens habeat terminum legalem, in Ordine terminorum suas exceptiones producere cogitur.

30. (4.) In causis jam pendentibus oretenus petuntur citationes ad reassumendum, G.B. 12. *Jan.* 1660. §.*ult.* & *stylo.* Hæ vero citationes quoque extrajudicialiter peti possunt, *vid. Supplic. Cam. t.18. n.32. usque 37.* Deinde citationes consortium litis antehac non citatorum, citatio ad assistendum liti, & Inhibitiones, ut & mandata attentatorum revocatoria aliive Processus etiam judicialiter, non tamen oretenus, sed per supplicam rogantur, *C. p.3. t.44. princ.* & *stylo.*

31. (5.) Postulatur restitutio in integrum adversus sententias in Camera latas

vel lapsum Fatalium. Intellige si Procurator ex adverso apud Acta existat, alioquin hæc restitutio extrajudicialiter petenda atque impetranda prævia citatio ad videndum se restitui.

32. [6] Producuntur supplicationes lite pendente extrajudicialiter exhibitæ, sed per decretum ad judicium remissæ. *Add. infra tit. 64. n.70. usque 76.* Quo etiam referendæ supplicationes pro admittendis triplicis, quadruplicis, &c. extrajudicialiter exhibitæ. Licet ad has non expresse fiat remissio ad judicium, sed tantùm decerni soleat: Ist Supplicanten sein Begehren hiemit zugelassen.

33. [7] Procuratores priori procuratore ejusve substituto aut principale defuncto nova procuratoria exhibent atque ad causam se legitimant.

34. [8] Fiunt implorationes contra Procuratores Adversarii ab hoc generale Procuratorium in alia causa productum habentes ad se legitimandum in causa præsenti.

35. [9] Producuntur Acta prioris instantiæ, si in termino citationis produci nequiverunt, & ad eorundem productionem terminus non est collectus, sed forsan ulteriores vel arctiores Compulsoriales sunt peritæ.

36. (10) Intervenientes pro prima vice suas spontaneas interventiones proponunt.

37. [11] Petuntur rescissiones conclusionis.

38. [12] Insinuantur revisiones à sententia Camerali interpositæ.

39. [13] Supplicatur pro acceptanda insinuatione privilegiorum. Idque non oretenus sed in scriptis, G. B. 19. *Octobr.* 1585. Plura exempla usus suppeditabit.

In ordine Terminorum quæ & quando agendum.

40. In Ordine terminorum toties agendum, quoties aliquis terminus, sive ille sit legalis, sive collectus sive præfixus, est præstitutus, G. B. 13. *Dec.* 1659. §. 1. *in fin. De his terminis eorumque differentiis infrà tit. 76. tractabitur.*

41. Hic præterea specialiter observandum, quòd etiam in Ordine terminorum [1] producenda sint procuratoria post præstitam cautionem, G. B. 12. *Jan.* 1660. §. 10. Ratio quia cautionem præstans semper simul terminum ad producendum Procuratorium colligit. Ob eandem rationem ibi quoque Procuratores revocant præstitas cautiones, si intra collectum terminum Procuratoria à suo Principale nancisci nequeant.

42. [2] Agitur in hoc ordine, quando Judex pronunciat, quòd Procurator debeat agere in hac vel proxima Audientia, & iste in ordine sententiarum, in quo agere debuisset, *C. p. 3. t. 6. §. 3.* non possit aut velit agere. Habet enim terminum à Judice præfixum, in Ordine Terminorum igitur agere tenetur, *preced. n. 40.*

43. [3] Recognoscuntur diffitenturque Sigilla, manus & signeta Notariorum, quæ propter certas considerationes incontinenti post factam productionem recognosci vel diffiteri nequiverunt, *quemadmodum requirit* G. B. 13. *Dec.* 1659. §. 5. Sed tempus ad proximam vel etiam pro rerum circumstantiis ad ulteriorem audientiam petitum sit, *vigore* G. B. 16. *Jan.* 1660. § 2. Ratio quia petens dilationem ad recognoscendum vel diffitendum Terminum colligit.

44. (4) Suas exceptiones (*causam sc. principalem concernentes, nam quoad reliquas prorogatio locum non habet, sed hæ sub præjudicio præclusionis in citationis termino producendæ sunt*, R. A. 1654. §. Wäre es dann. 38.) proponere debet citatus, qui ante terminum citationis *vigore allegat*. §. 38. jamjam dicti termini prorogationem obtinuit, G. B. 9. *Jan.* 1660. §. 5.

45. Hinc (5) etiam Appellans, qui sua gravamina neque unà cum supplicatione pro Processibus exhibere neque in termino citationis producere potuit, & ex R. 1654. §. Wofern aber. 66. petitam prorogationem impetravit, illa gravamina in ordine producere tenetur.

46. (6) Peti solet novus terminus, quando prorogatus terminus in eo ordine aliàs observandus propter legitima impedimenta observari non potuit.

47. (7) Et ultimò quotiescunque quis contra proposita Adversarii, tam in ordine terminorum quàm in reliquis ordinibus exhibita agere vult & quoque potest, toties in ordine terminorum agere tenetur, *prealleg.* §. 10. *& stylo.* Idque propter terminum legalem, quem agere volens semper habet. Atque hæ sunt Audientiæ & Ordines adhuc hodie in Camera usitata, quæ bene noscere & quæ in singulis proponenda veniant, accuratè dignoscere admodum utile ac necessarium est, quia omne in Audientia seu Ordine incompetenti propositum & gestum rejicitur. *Præjudicia vide in Sentent. Cam, num.* 9. 131. 154. 160. 165. 166. 214. 221. 232. 317. 504. 535. *&* 936.

Circa Ordines in genere notanda.

48. Præterea quoad Ordines in genere notandum primò, licet olim sigilla, manus & signeta Notariorum coram Deputato recognosci vel diffiteri debuerint, *C. p.* 3. *t.* 9. §. 1. Quòd tamen hodie hæc recognitio & diffessio in continenti fieri debeat, in eo ordine, in quo ista sigilla, manus & signeta recognosci diffiterique debeant, in quo sunt producta G. B. 13. *Decemb.* 1659. §. 5. *Adde tamen præced. n.* 43. Deinde quòd Recessus in Ordine incompetenti habiti in eo ordine repetendi veniant, in quo haberi debuissent. Recessus autem in Ordine competenti erroneè habiti, in eodem ordine corrigi debeant.

Tempus illis 4. Ordinibus destinatum.

49. Postremò tempus his 4. Ordinibus destinatum quod attinet, agendum in ordine sententiarum in continenti post harum publicationem, & quidem ipso publicationis die minimùm juridica proximè sequenti ab hora prima usque ad secundam. Sed cùm hodie non singulis juridicis, sed post longa intervalla sententiæ publicentur & aliàs ille ordo fermè in desuetudinem abire incipiat, cùm in hoc ordine agenda etiam si in ordine terminorum, vel si nullus terminus à judice præfixus, ut aliàs adest, in Ordine Novarum proponi possint, ordo reproductionis, si nihil in ordine sententiarum agitur, statim in puncto horæ primæ inchoatur, & usque ad secundam continuatur. Secunda audita, agitur in Ordine Novarum, quo absoluto tempus usque ad tertiam superstes circa proponenda in Ordine terminorum conteritur. Quamprimùm tertia sonuit, solennis Audientia finitur, & Audientia coram Deputato inchoatur continuaturque donec ibidem proponenda plenè absolvantur.

Audientia in ſpecie die ordentliche Audientz/ *in d. princ.* item, ordinati-Audientz/ *in C.p.1.t.36. lit.X.* Aliàs die Gerichtliche Audientz/ *C.p.3.t.4.* Item ſimpliciter die Audientz/ *d.p.3.t.2.& d.t.1.§.1.*

Olim divisa fuit, I. In Audientiam ordinariam & contumaciarum.

7. Hæc Audientia ſtrictè ſic dicta olim varias habebat ſubdiviſiones. Nam diviſa fuit, I. in Audientiam ordinariam & contumaciatum, *O.C.p.3.t.pr. & t.10.pr.§.1. & ult.* Illa celebratur coram Judice & 8. Aſſeſſoribus. Hæc coram Præſide & 4. Aſſeſſoribus, *dd. princ.* In hac uterque ordo contumaciarum, in illa reliqui Ordines peragebantur, *de quibus infra tit. proximè ſeq.* Ubi notandum, quòd iſti 4. Aſſeſſores olim ad iſtam audientiam contumaciarum ſingulariter deputabantur, *vid. O.C.* 1531.§. Und das etliche. 5.*O.C.p.3.t.10.princ.* Hinc iſta etiam vocatur Audientia coram Deputatis, *O.C.*1533.§. Item nachdem das *contumaciren coram Deputatis.* 10.*& O.C.*1527.§. Es ſollen. 5.*&* §. und in Einführung. 9. *cum ſeqq.*

8. Deinceps Anno 1570. Ordinaria Audientia coram uno ex Præſidibus alternatim in ſedendo ſibi ſuccedentibus & 4. Aſſeſſoribus, *R.* 1570. §. Und dieweil. 59. Et Anno 1591. coram duobus Aſſeſſoribus, *C.p.1.t.21.§.9.* Celebrari cœpit. Hodiè coram Judice vel eo abſente, coram Præſide & uno Aſſeſſore, aut Præſide etiam abſente, coram ſolo Aſſeſſore peragitur. Cùm verò in Audientia contumaciarum tantùm uterque ordo contumaciarum obſervandus erat, hæc ſubdiviſio per exploſionem utriusque illius ordinis, *de qua infra tit proximè ſeq. num.* 12. *&* 2.*ſeqq.* abrogata eſt.

II. In Audientiam ordinariã & Fiſcalem.

9. II. In audientiam ordinariam & fiſcalem, *C.p.1.t.29.princ.junct.p.3.t.1.§.3. ibique lit.C.* Hæc erat, in qua Fiſcalis die Sabbathi æſtate ab hora 7. hyeme ab hora 8. utrobique uſque ad 10. vel neceſſitate efflagitante etiam aliis diebus pro Judicis & Fiſcalis ejuſve Deputatorum arbitrio electis, ratione contributionum aliarumque placitarum collectarum Imperii agebat, *d. §. 3. & penult. ibid.* Et quidem non in ſcriptis ſed oretenus, *O.C.*1517.*art.*1.§. Auff den andern Articul. 9. Reliquis Procuratoribus vel oretenus vel in ſcriptis Contra-agenda proponentibus, *O. C.p.1.t.17. in fin.*

10. Hæc fiſcalis Audientia aliàs vocatur Fiſcaliſch-Gericht *d.§.3.* quatenus nim. Judex judicium exercens Fiſcalem procedentem audit, *alleg.t.1.§.pen.* Item abuſivè Fiſcaliſche-Ordnung / G. B. 3.*Martii* 1651.§.3. Reſpectu ſcil. rerum fiſcalium in illa agendarum, nam quod ipſum Fiſcalem, qui unicus tantùm attinet, ordo, utpote qui duntaxat inter plures eſt, vocari nequit.

11. Ordinaria Audientia erat, in qua Fiſcalis reliquas cauſas, *de quibus ſuprà tit. 30. actum*, in Scriptis pertractabat, iisque pertractatis cæteri Procuratores ſuas cauſa proponebant, *d. t. 29.princ.* Fiſcali verò non in quovis ordine, ſed tantùm in Novis agere licebat, atque Procuratores ipſi in eodem ordine ſub pœna præjudiciali reſpondere tenebantur, *C.p.3.t.7.§.5.& t.41.§.1.*

12. Cùm verò per cauſas Fiſcales ordinaria Audientia valdè impediretur, poſteà conſtitutum, ut omnes cauſæ fiſcales in Audientia fiſcali proponerentur, G. B. 3. *Mart.*1651.§.2. G.B.3. *Octobris* 1655.§.6. Hodie Fiſcalis ſuas cauſas indiſtin-

stinctè diebus pro suo arbitrio electis in Ordinaria Audientia proponit, *vigore* G.B. 19.*Febr.* 1657. Atque ita hæc subdivisio tacitè etiam sublata est.

13. III. In ordinariā & extraordinariam, *R.* 1566. §. Demnach *statuiren* 110. *Visit.* 1561. §. Demnach setzen. 3. & *Visit.* 1567. §. Ob nun wol. 2. Illa dicitur, quæ eo fine instituta est, ut perpetuo horis destinatis celebretur. Hæc verò, quæ ordinaria ad res peragendas non sufficienti ad certum duntaxat tempus celebranda instituitur, *Visit* 561. §. Wiewol nun. 1. *in fin.* Verum neque hæc distinctio amplius in usu est, *ratio habetur infrà n.* 37. *in fin.* *III. In Audientiam ordinariam & extraordinariam.*

14. IV. In Audientiam causarum S.Q. & Appellationum, *R.* 1570. §. Und damit man. 47. In hac præter causas Appellationum, etiam causæ Nullitatum, Restitutionis in integrum adversus sententiam latas ac causæ pignorationum: In illa reliquæ causæ proponendæ erant, *R.* 1570. §. In den. Appellation Audientien. 48. In his Audientiis alternis diebus agebatur, *d.* §. 47. Ast hæc subdivisio etiam abrogata est *per* G.B. 18. *Jun.* 1572. *IV. In Audientiam S.Q. & Appellationum.*

15. V. In Audientiam causarum ordinariarum & extraordinariarum, *C. p.* 3. *t.* 2. *Rubric.* In hac pertractandæ erant causæ extraordinariæ, quarum 30. in d. p. 3. t. 3. recensentur. Et quanquam adhuc aliæ plures causæ extraordinariæ dentur, nam Gilh. A.J.C. cap. 2. n. 4. ultra istas 30. causas adhuc alias 32. enumerat, tamen nullas præter d. 30. in Audientia extraordinariarum proponere licuit, *d. p.* 3. *t.* 4. Proinde in illa reliquæ causæ tam ordinariæ quam extraordinariæ proponendæ fuere. *V. In Audientiam causarum ordinar. & extraordinariarum.*

16. Hæ Audientiæ alternis diebus primitus celebrantur, *O. C.* 1527. §. Und erstlich. 1. *O.C.p.* 3. *t.* 2. *pr.* Quæ alternatio deinceps variis modis mutata *uti videre licet in* G.B. 12. 15. *Junii* & 27. *Novembr.* 1571. Habuit verò duntaxat locum in ordine præfixarum, in ordine in ordinariis & duobus ordinibus contumaciarum, *O.C.p.* 3. *t.* 2. Hinc quia hi 4. Ordines omnes hodie sublati sunt, *uti infra t. proximè seq. dicetur*, etiam hæc alternatio & distinctio sublata est. Attamen hîc obiter notari potest, quod Fiscalis quoad accusandam contumaciam ab hac alternatione exemptus fuerit, G.B. 16. *Mart.* 1560.

17. VI. In Audientiam ante meridianam & pomeridianam G. B. 30. *Octob.* 1655. §. 10. Illa erat, quæ hebdomatim certis diebus ante meridiem celebrabatur, in hac agebatur in causis Fiscalibus, *vid. C. p.* 3. *t.* 1. §. 3. aut in causis ad ordinem vel præfixarum vel paritionis vel terminum pertinentibus, *vid. d. t.* 1. §. 4. G.B. 30. *Octobr.* 1655. §. 5. & G.B. 13. *Decembr.* 1659. §. 7. *in fin.* Pomeridiana dicebatur, in qua post meridiem singulis diebus, excepto die Sabbathi, ab hora prima hyeme usque ad 4. æstate usque ad 5. agebatur, *C.p* 3. *t.* 1. *pr.* Verum Audientiæ antemeridianæ penitus sublatæ, *per* G.B. 19. *Jan.* 1660. Ubi prætereà constitutum, ut Audientiæ pomeridianæ, non singulis, sed duntaxat tribus diebus hebdomatim celebrarentur, *Add. inf. n.* 34. *VI. In Audientiam ante & pomeridianam*

18 Cum itaque harum 6. subdistinctionum amplius hodiè nulla supersit, patet hodiè Audientiam esse duplicem, solennem & minus solennem. Et quanquam hoc loco prius de Audientia solenni tanquam potiori agendum, cùm verò 8. tantùm *Hodie Audientia est vel solennis vel minus solennis.*

ipsum Collegium Camerale sæpè dictum Actum expresè Audientiam vocat, *in* G. B. 30. *Octobr.* 1655. §. 3. *ibi.* Die gewöhnliche Audientz. *coram Deputis.*

23. Non obstant contraria, nam respondeo ad (1) Audientiam solennem, quæ passim Gerichtliche Audientz appellatur, tantùm esse unicam & sic intelligendum d. art. 9. §. ult. Ad (2) Audientiam solennem per Excellentiam solummodò vocari Audientiam, quia ipse Judex in Judicio sedens cum singulari solennitate Procuratores audit. Ad (3) licet hic Actus in O. C. & Constit. Imper. expressis verbis nullibi vocetur Audientia, tamen in illis ubique dicitur, quòd Procuratores sua desideria proponentes à Deputatis audiantur, ergo ille actus erit Audientia, *per argumentum ab Etymologia sumptum.* Ad (4) Audientiam coram Deputato per abusum ordinem vocari, quatenus nim in illa Ordo Procuratorum (*ordo enim rerum agendarum ad solam Audientiam solennem pertinet, de quo utroque infrà tit. proximè seq.*) quoque observandus, ut vid. primus (der älteste) inter illos, qui ibi agere volunt, semper incipiat. Econtrà per similem abusum ordo in præfixis vocatur Verhör præfixarum, *O. C* 1517. *art. causas ordinarias.* 4. *princ.* Atque Audientz præfixarum, G. B. 22. *Febr.* 1595. §. *pen.* *Resolutio contrariorum.*

24. Res verò seu puncta coram Deputato agenda sunt, I. Recognitio sigillorum, manuum & signetorum Notariorum in solenni Audientia productorum, *C. p.* 3. *t.* 9. §. 1. Verùm hodie illorum recognitio vel diffessio in solenni Audientia fieri debet, *uti infra tit* 61. *n.* 48. *atq;* *tit.* 63. *n.* 47. *& seq. uberiùs dicetur,* coram Deputato autem producta ibidem sunt recognoscenda seu diffitenda. *Punctorum in Audientia coram Deputato per tractandorum primus.*

25. II. Si quis velit Commissionem petere, nec libellum articulatum vel alia Producta exhibenda habeat, cum quibus unà supplicam pro illa commissione exhibeat, hæc coram Deputato oretenus petenda, *C. p.* 3. *t.* 9. §. 2. *& t.* 20. *princ. R.* 1570. §. Die *Commissarien.* 96. G. B. 5. *Junii* 1584. Et quanquam in istis texx. dicatur, commissionem oretenus petendam esse, tamen quoque per supplicam ibidem peti solet. Si verò Commissio oretenus petatur, Nomina Commissariorum in Schedula designata simul sunt exhibenda, ne falsa Commissariorum nomina Commissioni inserantur, *d. t.* 20. §. 2. *Punct. II.*

26. Contra hos Commissarios, si reus excipere vult, olim sive Commissio in solenni Audientia sive coram Deputato petita erat, in solenni Audientia excipiebat, atque Actor ibidem replicabat, *O. C. p.* 3. *t.* 11. §. *in fin. & t.* 16. §. 1. Hodiè exceptiones contra Commissarios indistinctè coram Deputato, nisi cum suis responsionibus ad libellum vel aliis productis istæ in solenni Audientia exhiberi queant, sunt exhibendæ, & quidem in Scriptis, ibidemque replicandum & usque ad conclusionem hujus puncti procedendum, *C. p.* 3. *t.* 9. §. 3. *& t.* 20. §. 3.

27. III. Secunda & tertia dilatio probandi coram Deputato petenda, *d. t.* 9. §. 5. *Punct. III.*

28. IV. Rotulus examinis testium coram eodem exhibendus, *stylo ita recepto.* Olim in ordine novarum exhibebatur, *C. p.* 3. *t.* 7. *princ. & t.* 22. *princ.* Verùm cùm ille ordo admodum tardè circumvolveretur, consuetudine introductum, ut coram Deputatis Rotulus produceretur. *Punct. IV.*

29. V. Uti supra in puncto Commissariorum dispositum, ita quoque coram *Punct. V.*

 Depu-

princ. Publicationi verò Referentes, potissimùm verò qui relationibus interfuerint, assistant, pars interim altera domi Acta causarum pervolvat, **R. A.** 1570. §. **Und dieweil.** 59.

36. Judex verò & Assessores ante mediam primam in Senatu conveniant, sententias mox publicandas recitari audiant, ante primam non perlectæ ad proximam rejiciantur, quo in puncto primæ Audientia inchoari queat, *C.p.* 1.*t.* 21.§.12. Senatui & Audientiis Proto- & Notarii adsint, sententias publicandas descriptas habeant ac recitent, quando quæque Audientia cœperit desieritve, annotent, & cum Visitatoribus, si petent, communicent, *d.t.* 21.§.12.& 14. Impræsentiarum tamen propter paucitatem Assessorum non singulis, sed certis duntaxat pro suo arbitrio electis diebus juridicis publicatio sententiarum peragitur, idque in Anno octies usque ad decies. *Olim quavis juridica sententia publicanda erat, quod hodie non obtinet.*

37. Publicatione sententiarum finita coram Judice vel eo absente, coram uno Præsidum sibi alternatim succedentium & olim duobus Assessoribus è puncto horæ primæ, usque ad quintam æstate, hyeme usque ad quartam Audientia publicè præbebatur, post Calendas Febr. quinta Vespertina Solisve occasus Audientiæ finis erat, *C.p.*3.*t.*1.*princ.* Hodie coram uno Assessore à puncto primæ usque ad tertiam tam æstate quàm hyeme Audientia celebratur, *Ex recepta consuetudine.* Sæpe etiam nec istis duabus horis indigetur, sed citiùs in ea observanda absolvuntur. *Audientia solennis hodiè usq; ad horam tertiam continuatur.*

38. Audientia solennis subdividitur in certos ordines, quibus tit. prox. seq. peculiariter assignabo. *Audientia solennis certos habet ordines.*

TIT. LXI.

DE ORDINIBUS.

1. Quemadmodum porrò in omni negotio perficiendo, nisi ordo observetur, nihil aliud quàm confusio & negotii impeditio sequi potest, ita quoque in Audientia celebranda, ordine non observato, nihil aliud potest sequi quam causarum Impeditio, *vid.C.p.*3.*t.*5.§.1. Quapropter quoque ut in ea ordo servetur, in O. C. sancitum reperimus. *Ordo in quovis negotio requiritur.*

2. Ordo autem est vel Procuratorum, vel rerum ab illis in Audientia solenni agendarum, *C. p.*3.*t.*49.§. *ult. ibi.* **Und soll ein jeder Procurator vom Obersten an biß auff den Untersten in der Ordnung/ darinn er steht/ handlen/ und sonst die Ordnung mit den Umbfragen nicht confundiren.** *Ordo est vel procuratorum vel rerum agendarum.*

3. Ordo Procuratorum consistit in eo, ut Procuratores circa Tribunal secundum sui receptionis ætatem collocati sua agenda debito tempore à primo usque ad ultimum, ordinatim, *id est, juxta ordinem, quo collocati sunt,* proponant, *d t.*5.§.2.*t.*6. *princ. ibi.* **Die Procuratores in ihrer Ordnung nacheinander** & *tit.* 8. *eod.* *Ordo procuratorum.*

4. Ordo rerum agendarum (**die Ordnung mit den Umbfragen** / *d.* §. *ult. Item* **die Ordnung in Handlungen** / *C. p.* 1. *t.* 17. §. 8. dicitur, qui certis rebus pro- *Ordo rerum agendarum.*

proponendis destinatus est. Aliàs per metonymiam adjuncti pro subjecto appellatur ein Umfrag/ *C.p.* 3. *t.* 2. §. 6. *& passim.* Nam Judex antiquitùs Procuratores perrogare solebat, utrum in illo ordine agere haberent, *d.t.* 2. *princ. in fine.* Hodie illa perrogatio à pedello expeditur, *Ex Stylo.*

Ejus ordinis Synonyma. 5. Illa autem perrogatio impræsentiarum vocatur ein Ordnung / quemadmodum & olim vocata fuit, *in O. C.* 1517. *art.* Der Verordneten. 1. *pr.* Vocatur aliquando Gerichtliche Ordnung/ G. B. 13. *Decembr.* 1659. *pr. &* §. 1. quia in judicio observandus. Aliquando Ordnung & Umbfrag distinguuntur, *uti in* G. B. 12. *Nov.* 1647. §. 2. *verb.* der Umbfragen in allen und jeden Ordnungen *tam novarum quàm præfixarum*, *C.p.* 3. *t.* 49. §. *ult. ibi*: Die Ordnungen mit den Umbfragen.

Ordinis rerum agendarum antiquitus sex species fuerunt. 6. Hujus ordinis diverso tempore variæ fuere species constitutæ, idque ad maturiorem expeditionem Processus judiciarii, *uti innuit* G. B. 13. *Decembr.* 1659. *pr.* Ad quas explicandas jam accedens factu necessarium & utile arbitror, ut primùm illas recenseam, quæ antiquitùs in usu fuêre, ac quarum in Ordinatione Cameræ atque apud Scriptores rerum Cameralium sæpissimè fit mentio. Harum verò numeratæ sunt sex, *O. C. p.* 3. *t.* 5. *princ.*

I. Ordo sententiarum. 7. I. Ordo sententiarum (Umbfrag auff Beschrid/ *C.p.* 3. *t.* 12. §. 20.) est, in quo Procuratores ad latas sententias agunt. In hoc enim Ordine (1.) ad nullas alias sententias quàm eodem die latas agendum, *C.p.* 3. *t.* 6. *princ.* (2.) In præfixo termino agere non-valenti prorogationem postulare liceat, *d. t.* 6. §. 1. (3.) Cui per sententiam probatio injuncta, terminum probandi petendi potestas sit, *d. t.* 6. §. 2. Si nimirum in sententia nullus terminus sit præfixus, quod tamen hodie plerumque fit. (4.) Conclusio efflagitata aliave eadem Audientia agenda vel in eo, vel in alio ordine, ad quem agenda alioquin pertinent, perficiantur, *d. t.* 6. §. *pen.* Injuncta tamen oralis conclusio præcisè in hoc ordine fieri debet, *C.p.* 3. *t.* 26. §. 3. *&* 4. (5.) Litem contestari jussus, id absque mora faciat, G. B. 29. *Aug.* 1533. *&* 19. *Aug.* 1538. Documenta autem sententiæ non in judicio & hoc ordine petantur, sed ad instantiam Procuratoribus ex Cancellaria Cameræ communicentur, *d. t.* 6. §. *ult.*

II Ordo novarum. 8. II. Ordo Novarum, (*Ordo in novis,*) in quo causæ novæ & quæ ad ejus introductionem pertinent, proponenda sunt, *C.p.* 3. *t.* 7. *princ.* Ubi & §§. seqq. reliqua in eo ordine olim agenda traduntur. *Quæ hodiè in eo observanda, vid. infra n.* 26. *& seqq.*

III. Ordo præfixarum. 9. III. Ordo præfixarum (*Ordo in præfixis*, *Præfix*-Ordn. G. B. 3. *Mart.* 1651. *pr.*) est, in quo quis termino collecto vel per sententiam præfixo agere tenetur, *C. p.* 3. *t.* 8. Hic Ordo communiter subdividi solebat in Ordinem præfixarum ordinariarum & extraordinariarum, *subintellige causarum*, G. B. 3. *Mart.* 1651. *princ & R.* 1654. §. Die Unterscheidung. 88. Quia causæ ordinariæ & extraordinariæ in hoc ordine alternis vicibus tractandæ erant, *C. p.* 3. *t.* 2. Exinde patet hanc subdivisionem esse ab objecto desumptam, nec esse generis in suas species, atque per consequens non est duplex ordo præfixarum specie differens, sed unicus.

10, IV.

10. IV. Ordo in ordinariis (Umbfrag *ordinariarum, Cp.3.t.10.Rubr.*) dicitur in quo quis termino ordinationis, (Zeit der Ordnung) sumpto obtentove aut etiam nullo termino præstituto per sententiam agere jussus aut submittere cogebatur, *O.C p.3.t.9. junct.t 6.§.1.* Hic autem ordo sic nominatus non à causis ordinariis, sed à termino ordinationis, qui primitùs in causis ordinariis fuit Audientia seu dies juridica duodecima, in extraordinariis vero sexta, *O.C.p.3.t.13.14 & 15. ubique in pr. item t.16.§.1. eod.* *IV. Ordo in ordinariis.*

11. Cùm autem Anno 1570, constitutum, ut Audientia antehac hebdomatim tribus diebus tantùm celebrata, quotidie celebraretur, *vid. t. proxime præced. n.* 34. etiam placuit, ut ille terminus circiter duplicaretur, vel pro majori certitudine in extraordinariis 4. in ordinariis 6. septimanæ pro jam dicto termino constituerentur, *Mem. judic. & Assess. 1573. §. ult.* Quare Collegium Camerale Anno 1573. per commune Decretum sancivit, ut terminus ordinationis in causis ordinariis esset audientia 20. in extraordinariis 10. G.B. 22. *Jun.* 1573. Hic terminus etiam abusivè vocatur Terminus ordinis *in O.C.* 1533. *§. ante pen.* Rectè: *absolutive:* me dixisse puto, quia ordinatio est lex: ordo autem est series, qui agitur seriem pro lege sumit, sine dubio satis abusivè, non dicam ineptè, loquitur.

12. V. Primus ordo contumaciarum dicitur, in quo quis excusationem, quare in termino antehac in contumaciis constituto (*id est, in termino ordinationis, vid. C.p.3.t.10.pr.*) vel alias obtento non processerit, exhibebat, O.C. *p.3. t.10. §.1.* vel super causis excusationis submittebat, *d.p.3.t.5.pr.vers.* oder auff Ursachen beschliessen. Terminus verò in contumaciis constitutus dicitur Terminus ordinationis, qui eo non observato suam contumaciam excusare quis tenebatur. *V. Primus ordo contumaciarum.*

13. VI. Secundus ordo contumaciarum, in quo accusabatur contumacia ejus, qui in termino ordinationis non egisset, nec in primo contumaciarum ordine ullam excusationem, quare non egisset, proposuerit, O.C. *p.3. t.10. §.1.* Hic secundus ordo etiam ordo in accusationibus & ordo accusationum, primus vero ordo excusationum vocatur, *R.1566.§.* Demnach *statuiren.* 110. *& seq.* Atque hi sunt isti sex ordines, qui antiquitus in usu fuerunt. *VI. Secundus ordo contumaciarum.*

14. Ex hisce sex ordinibus primo contumaciam jam Anno 1567. per commixtionem cum ordine præfixarum sublato, *per Visit.* 1567. *§.* Derowegen auch. 3. Deinceps etiam secundo contumaciarum ordini angustiores limites sunt præstituti, nam antehac contumaci tres dilationes termini ordinationis concedebantur, atque iis non observatis, tempus pro termino finali præfigebatur, nec etiam eo observato tandem tempus sub comminatione soliti præjudicii, atque ita terminus præjudicialis præfigebatur, ubi semper nova accusatione opus erat, *de quo vid. p.3. O. C. t.10 §.2 & seqq. C p.3.t.10.§.1. Add. infra t.76. n.11.* *Primus ordo contumaciarum sublatus Anno 1567.*

15. Posteà autem Anno 1570. ad lites ob breviandas sancitum, ut istis dilationibus sublatis, terminus ordinationis statim esset finalis huncque è vestigio insequi deberet terminus præjudicialis, *d. t.10. §.2.* *Terminus ordinationis factus finalis Anno 157[illegible].*

16. Deinceps Anno 1577. placuit, ut procuratores certum terminum pro qualitate causæ, puncti, rerum agendarum, distantia loci aliisque circumstantiis petentes, *Loco termini ordinationis se mi[illegible] præ-*

judicii introductus, per quem dein ceciderit Ordo in ordinariis. Anno 1577.

tes, ac si ibi absque calumniosa submissione invicem concedentes, loco termini ordinationis, illo termino tanquam præjudiciali uterentur, *C.p.3.t.10.lit.C.*(S.B. 3. *Jun.*1577. Atque sic sublato termino ordinationis simul quoque desiit ordo in ordinariis, *d.t.10. princ.*

Introductus termini præjudicialis fermè sustulit secundum ordinem contumaciarum.

17. Per substitutionem prædicti termini præjudicialis etiam secundus ordo contumaciarum jam fermè obsolevit, *Consult.*1583. *Dub.*4. *Denais t.* 272. §. *fin.* Dicitur: *Fermè*: quia termino per sententiam præfixo haud observato adhuc opus erat accusatione contumaciæ, atque eâ præviâ alius terminus præfigendus, *arg. Mem.jud. & Assess.* 1578. §. Die Beysitzer sollen. 8. Deinde istum ordinem contumaciarum adhuc Anno 1580. & 1583. in usu fuisse apparet ex præcit. dub. 4. atque Mem. Jud. & Assess. 1580. §. Und nachdem 6.

Terminus finalis explosus & hinc etiam secundus ordo contumaciarum planè abolitus anno 1594.

18. Tandem remanente solo termino præjudiciali etiam adhuc hodie durante terminus finalis quoque fuit explosus, *per R.*1594. §. Wan dan. 51. Et per consequens secundus ordo contumaciarum simul plane abolitus est, *C.p.3.t.10.§.2.&* 3. Quia effluxo termino præjudiciali, illo antiquo contumaciam accusandi modo non amplius indigebatur, *d.t. 10.pr. in fin.* sed duntaxat purificatio termini in novis indicanda erat, *C.p.3.t.7.§.4.* Qualis indicatio est potius judicialis admonitio à termino jam purificato interloquendum, quàm accusatio contumaciæ, *Consult.*1583.*dub.*4.

Postea usque ad Annum 1651. tres: & usque ad 1655. duo in usu fuere ordines.

19. Abrogatis itaque ordine in ordinariis & duobus ordinibus contumaciarum, superstitum trium ordinum, videl. sententiarum, Novarum & præfixarum, numerus ad annum 1651. duravit, ubi ordine in præfixis Novarum ordini admixto, *per* G.B.3. *Mart.*1751.*pr.* & §.1. à d. anno usque ad annum 1655. duo ordines sc. sententiarum & Novarum duntaxat in usu fuere.

Ordo reproductionis & paritionis introductus An. 1655.

20. Posthæc verò cùm ordo Novarum admodum tardè circumvolveretur, ad majorem maturationem extractos processus reproducendi introductus est ordo reproductionis atque sancitum, ut Procurator, qui Ordinem Novarum non haberet, in Ordine Reproductionis extractos processus reproduceret, G. B. 30. *Octob.* 1655.§.2. Deinde etiam introductus est Ordo paritionis, quo Judex parti aliquid intra terminum ab ipso admissum vel præfixum præstandum injunxisset, eò citiùs paritio fieret, vel de facta paritione doceretur, *d.* G. B. §.5.

Ordo reproductionis.

21. Ordo reproductionis est, in quo Processus ex Cancellaria extracti simulque cum adjunctis pro processibus decernendis in eadem Cancellaria exhibitis, Reo insinuati, in primo termino cum memoratis Adjunctis reproducuntur. Quamvis etiam in jam dicto termino unà cum præfatis Processibus Acta priora, Procuratoria, Instrumenta, aliave documenta ante hac in Cancellaria non exhibita, judicialiter exhibeantur, tamen illa propriè dicuntur *produci*, non verò *reproduci*. Verbum *exhiberi* propriè usurpatur de extra judicialiter exhibendis.

Ordo paritionis.

22. Ordo paritionis est, in quo tenetur agere is, cui per sententiam terminus fuit præfixus vel admissus, & si quis non agebat, ejus contumaciam in hoc ordine etiam licebat accusare, G.B. 30. *Octobris* 1655. §.5. Potuit denique in eodem ordine pars obediens elapsis sex juridicis in contumaciam procedere.

23. Po-

23. Postremò 13. Decembris 1659. novissima Ordinum mutatio, Novarum ordini haud minimam suæ molis partem, non tamen Nomen detraxit. Nam (1.) in dicto ordine Novarum novas causas (*unde primitus suum nomen nactus erat*,) reproducere vetitum est, *per* G. B. 9. *Jan.* 1660. §. *pen.* (2.) Termini collecti, concessi & acceptati anteà in Ordine Novarum observandi ad noviter introductum ordinem terminorum translati sunt. Ad quem etiam terminos admissos & præfixos antehac in Ordine Paritionis observandos transportari libuit, sublato Ordine Paritionis, G. B. 13. *Decembris* 1659. §. 1. *& d.* §. *pen.*

Ord. Novarum mutatio & Ordine paritionis abrogato Ordo terminorum introductus Anno 1659.

24. Cùm verò ex hucusque traditis multi variis Audientiarum & Ordinum divisionibus, mutationibus, abrogationibus, ac surrogationibus benevolo Lectori forsan obscuritas & confusio non suboriri non possit, distinctiones in præsentiarum usitatas hoc loco brevibus proponam, ubi ex præced. t. 59. n. 2. repetendum, quòd Judicium Camerale dividatur in Senatum atque Audientiam, & utrique inserviat Cancellaria & Lectoria. *Quæ verò in Senatu, Cancellaria ac Lectoria peragi debeant, tradidi in d. t.* 59. *& remissive in alleg. n.* 2.

Hodie judicium Camerale dividitur in Senatum & Audientiam, utrique inservit Cancellaria & Lectoria.

25. Audientia porrò subdividitur in solennem & minus solennem. Hæc vulgò nominatur Audientia coram Deputato, de quo & illis 8. punctis, quæ in ista Audientia proponenda, Vid. t. proximè præced. n. 9. & seqq. Audientia solennis denique subdistinguitur in quatuor Ordines, nim. (1.) Sententiarum, (2.) Reproductionis, (3.) Novarum & (4.) Terminorum. Duorum priorum Definitiones, & quæ in illis proponenda, tradidi præced. n. 7. & 21.

Audientia subdividitur in solennem & minus solennem. Solennis porro subdistinguitur in ordinem Sententiarum, Reproductionis Novarum & Terminorum.

26. Circa peragenda in Ordine Novarum in genere notandum, quòd in eo comparere & agere teneatur, qui volens agere nullum terminum habet. Cui regulæ, ut fiat clarior, quædam exempla hic subjungam.

In Ordine Novarum quando agendum.

27. Et quidem in eo (1.) indicatur purificatio termini & accusatur contumacia, G. B. 3. *Octobr.* 1583. *junct.* G. B. 9. *Jannuar.* 1660. §. *ult.* In eodem ordine quoque Reo emanente Actor petit ut lis pro contestata accipiatur & ipse ad ulteriora admittatur. *Add. infra t.* 66. *n.* 61.

28. (2.) Comparet citatus, qui in termino citationis comparere non potuit. Atque si post decretum proclama comparet, quoque contumaciam purgat G. B. 28. *Jan.* 1657. §. *ul.*

29. (3.) Producuntur designationes liquid & ationes expesatum, *C. p.* 3. *t.* 7. §. 1. *Deput.* 1600. §. Dietweil. *in puncto* 136. Olim exceptiones contra illas in eodem ordine producendæ erant, *alleg.* §. 136. Hodie autem, cùm excipiens habeat terminum legalem, in Ordine terminorum suas exceptiones producere cogitur.

30. (4.) In causis jam pendentibus oretenus petuntur citationes ad reassumendum, G. B. 12. *Jan.* 1660. §. *ult. & stylo.* Hæ vero citationes quoque extrajudicialiter peti possunt, *vid. Supplic. Cam. t.* 18. *n.* 32. *usque* 37. Deinde citationes consortium litis antehac non citatorum, citatio ad assistendum liti, & Inhibitiones, ut & mandata attentatorum revocatoria aliive Processus etiam judicialiter, non tamen oretenus, sed per supplicam rogantur, *C. p.* 3. *t.* 44. *princ. & stylo.*

31. (5.) Postulatur restitutio in integrum adversus sententias in Camera latas vel

vel lapsum Fatalium. Intelligе si Procurator ex adverso apud Acta existat, alioquin hæc restitutio extrajudicialiter petenda atque impetranda prævia citatio ad videndum se restitui.

32. [6] Producuntur supplicationes lite pendente extrajudicialiter exhibitæ, sed per decretum ad judicium remissæ. *Add. infra tit. 64. n. 70. usque 76.* Quo etiam referendæ supplicationes pro admittendis triplicis, quadruplicis, &c. extrajudicialiter exhibitæ. Licet ad has non expressè fiat remissio ad judicium, sed tantùm decerni soleat: Ist Supplicanten sein Begehren hiemit zugelassen.

33. [7] Procuratores priori procuratore ejusve substituto aut principale defuncto nova procuratoria exhibent atque ad causam se legitimant.

34. [8] Fiunt implorationes contra Procuratores Adversarii ab hoc generale Procuratorium in alia causa productum habentes ad se legitimandum in causa præsenti.

35. [9] Producuntur Acta prioris instantiæ, si in termino citationis produci nequiverunt, & ad eorundem productionem terminus non est collectus, sed forsan ulteriores vel arctiores Compulsoriales sint petitæ.

36. (10) Intervenientes pro prima vice suas spontaneas interventiones proponunt.

37. [11] Petuntur rescissiones conclusionis.

38. [12] Insinuantur revisiones à sententia Camerali interpositæ,

39. [13] Supplicatur pro acceptanda insinuatione privilegiorum. Idque non oretenus sed in scriptis, G. B. 19. *Octobr.* 1585. Plura exempla usus suppeditabit.

In ordine Terminorum quæ & quando agendum.

40. In Ordine terminorum toties agendum, quoties aliquis terminus, sive ille sit legalis, sive collectus sive præfixus, est præstitutus, G. B. 13. *Dec.* 1659. §. 1. *in fin. De his terminis eorumque differentiis infrà tit. 76. tractabitur.*

41. Hic prætereа specialiter observandum, quòd etiam in Ordine terminorum [1] producenda sint procuratoria post præstitam cautionem, G. B. 12. *Jan.* 1660. §. 10. Ratio quia cautionem præstans semper simul terminum ad producendum Procuratorium colligit. Ob eandem rationem ibi quoque Procuratores revocant præstitas cautiones, si intra collectum terminum Procuratoria à suo Principale nancisci nequeant,

42. [2] Agitur in hoc ordine, quando Judex pronunciat, quòd Procurator debeat agere in hac vel proxima Audientia, & iste in ordine sententiarum, in quo agere debuisset, *C. p. 3. t. 6. §. 3.* non possit aut velit agere. Habet enim terminum à Judice præfixum, in Ordine Terminorum igitur agere tenetur, *praced. n. 40.*

43. [3] Recognoscuntur diffitenturque Sigilla, manus & signeta Notariorum, quæ propter certas considerationes incontinenti post factam productionem recognosci vel diffiteri nequiverunt, *quemadmodum requirit* G. B. 13. *Dec.* 1659. §. 5. Sed tempus ad proximam vel etiam pro rerum circumstantiis ad ulteriorem Audientiam petitum sit, *vigore* G. B. 16. *Jan.* 1660. § 2. Ratio quia petens dilationem ad recognoscendum vel diffitendum Terminum colligit.

44.

44. (4) Suas exceptiones (*causam sc. principalem concernentes, nam quoad reliquas prorogatio locum non habet, sed hæ sub præjudicio præclusionis in citationis termino producendæ sunt,* R. A. 1654. §. Wäre es dann. 38.) proponere debet citatus, qui ante terminum citationis *vigore allegat.* §. 38. jamjam dicti termini prorogationem obtinuit, G. B. 9. *Jan.* 1660. §. 5.

45. Hinc (5) etiam Appellans, qui sua gravamina neque unà cum supplicatione pro Processibus exhibere neque in termino citationis producere potuit, & ex R. A. 1654. §. Wofern aber. 66. petitam prorogationem impetravit, illa gravamina in ordine producere tenetur.

46. (6) Peti solet novus terminus, quando prorogatus terminus in eo ordine aliàs observandus propter legitima impedimenta observari non potuit.

47. (7) Et ultimò quotiescunque quis contra proposita Adversarii, tam in ordine terminorum quàm in reliquis ordinibus exhibita agere vult & quoque potest, toties in ordine terminorum agere tenetur, *prealleg.* §. 10. *& stylo.* Idque propter terminum legalem, quem agere volens semper habet. Atque hæ sunt Audientiæ & Ordines adhuc hodie in Camera usitata, quæ bene noscere & quæ in singulis proponenda veniant, accuratè dignoscere admodum utile ac necessarium est, quia omne in Audientia seu Ordine incompetenti propositum & gestum rejicitur. *Præjudicia vide in Sentent. Cam, num.* 9. 131. 154. 160. 165. 166. 214. 221. 232. 317. 504. 535. *&* 936.

48. Præterea quoad Ordines in genere notandum primò, licet olim sigilla, manus & signeta Notariorum coram Deputato recognosci vel diffiteri debuerint, *C. p.3.t.9.* §. 1. Quòd tamen hodie hæc recognitio & diffessio in continenti fieri debeat, in eo ordine, in quo ista sigilla, manus & signeta recognosci diffiterique debeant, in quo sunt producta G. B. 13. *Decemb.* 1659. §. 5. *Adde tamen preced. n.* 43. Deinde quòd Recessus in Ordine incompetenti habiti in eo ordine repetendi veniant, in quo haberi debuissent. Recessus autem in Ordine competenti erroneè habiti, in eodem ordine corrigi debeant. **Circa Ordines in genere notanda.**

49. Postremò tempus his 4. Ordinibus destinatum quod attinet, agendum in ordine sententiarum in continenti post harum publicationem, & quidem ipso publicationis die minimùm juridica proximè sequenti ab hora prima usque ad secundam. Sed cùm hodie non singulis juridicis, sed post longa intervalla sententiæ publicentur & aliàs ille ordo fermè in desuetudinem abire incipiat, cùm in hoc ordine agenda etiam si in ordine terminorum, vel si nullus terminus à judice præfixus, ut aliàs adest, in Ordine Novarum proponi possint, ordo reproductionis, si nihil in ordine sententiarum agitur, statim in puncto horæ primæ inchoatur, & usque ad secundam continuatur. Secunda audita, agitur in Ordine Novarum, quo absoluto tempus usque ad tertiam superstes circa proponenda in Ordine terminorum conteritur. Quamprimùm tertia sonuit, solennis Audientia finitur, & Audientia coram Deputato inchoatur continuaturque donec ibidem proponenda plenè absolvantur. **Tempus illis 4. Ordinibus destinatum.**

TIT. LXII.

DE

FERIIS CAMERALIBUS.

Feriarum Cameralium definitio.

1. PRætereà cùm non quavis die Senatus celebretur vel Audientia præbeatur, jam de feriis Cameralibus quoque videndum. Feriæ Camerales verò ſunt dies feriatæ, quibus in Judicio Camerali litigantibus jus non dicitur.

Feriæ Camerales juxta vetus & novum Calendarium celebrantur.

2. Hæ Feriæ in Camera celebrantur juxta utrumque Calendarium Julianum & Gregorianum, Germanicè Alten und Neuen Calender. Utrumque ſic dictum à ſuo Authore Julio Cæſare & Gregorio XIII. Papa Rom. qui poſterior Calendarium prioris emendare conans ſuum juxta multorum ſummorum Mathematicorum ſententiam mendoſius edidit, *Vide Reinking. de R.S.& E. lib.2.Claſſ.3.cap.2. n. ult. Add. Gylm. tom. 1. part. 1. pag. 242. & 4. ſeqq.* Atque eo in Germania non ſolùm prorſus nullam utilitatem attulit, ſed in negotiationibus multa incommoda & alibi ingentes ob eadem feſta diverſo tempore celebranda turbas ac ſeditiones excitavit atque adhuc hodiè non rarò excitat. Hinc deliberatio ſummè neceſſaria de utroque Calendario concordando in Comitiis Anno 1654. habitis ad proximam Viſitationem Cameræ & ſequentia Comitia rejecta eſt, *R.* 1654. Ob auch wol. 158.

Calendarium planè novum quomodo confici poſſet, caſſato anteriori utroque.

3. Quæ tamen concordatio, cùm neuter alteri cedere cupit, vix ſperanda. Igitur hæc res forſan feliciorem exitum ſortiretur, ſi utroque Calendario caſſato, ſiquidem utrumque ſuis vitiis ſcatet, planè novum conficeretur, & quidem ita ut quemadmodum Julius Cæſar fecit, primus dies Januarii collocaretur in Bruma, *id eſt*, breviſſimo totius anni die nimirum 11. (21.) Decembr. quo Sol Capricornum ingreditur, ad nos ſe convertit. Ac deinde, ſicuti dies ex ſex horis ultra 365. dies quotannis reſtantibus emerſus quovis quadriennio Menſi Februario intercalatur, ita quoque dies ex Minutis inſuper remanentibus & diem plus minus ſingulis centum annis conficientibus adimpletus eodem quoque modo intercalaretur. Hoc pacto etiamſi mundus adhuc per centum centies millia annorum duraret, Calendæ Januarii nunquam ex præmemorata Bruma dimoverentur, & Feſta ſingulis annis eodem tempore celebrarentur. Poſſet etiam agi cum exteris, quo hoc Calendarium in tota Chriſtianeitate reciperetur.

Extra ferias Camerales in reliquis vetus Calendarium ſolum obſervatur.

4. Quanquam quoad ferias utrumque Calendarium obſervetur, *C. p. 2. t. 35. §* 8 tamen in exhibendis ſupplicationibus, dandis Decretis, expediendis Proceſſibus & Documentis, ſignandis productis & computandis terminis cæteriſque actibus judiciariis, ſemper dies Veteris Calendarii apponitur, *Ex inveterata conſuetudine.* Similiter in cauſis appellationum Narrata ſupplicationis & Formalia ſecundum Vetus Calendarium juſtificanda, & in margine annotanda ſunt ſub pœna Ordinationis, G. B. 14. *Jun.* 1583.

Feriæ Ca-

5. Sunt autem præter dies dominicos feriæ Camerales I. In menſe Januario (1) primus

primus dies ejusdem Januar. Quò die omnes Christiani Festum novi anni celebrant. (2) 6. Januar. Festo 3. Regum dicatus, *C.p.2.t.35.§.8.* Et hoc in Senatu manè frequentando procedit, nam. 2.3.4.& 5. Jan. ad Senatum itur, & quidem saltem pro decernendis processibus, *Magenb. ad O.C.p.2.t.33.pr.* Audientiæ verò interim in totum cessant, & demum 7. Jan. celebrari inchoantur, *per t.35.§.1.* — *Feriæ Camerales celebrandæ. I. In mense Januar.*

6. II. In Februario, (1) 2. Febr. Festum purificationis Mariæ, *praalleg.§.8.* Post hoc Festum juxta Vetus Calendarium celebratum usque ad Festum omnium Sanctorum, exceptis feriis Canicularibus, *infrà n.11.* horâ 7. sed ab hoc Festo usque ad Festum purificationis Mariæ horâ 8. ad Senatum itur. (2) 24. Febr. Festum Matthiæ (3) A Dominica *Esto mihi* usque ad Dominicam *Invocavit, d.t.35.§.2.* Quod intelligendum de eo casu, quando ambo Calendaria concurrunt. Nam aliàs die Jovis à Dominica *Esto mihi* proximo rursus ad Senatum eundum, *d.§.8.* Utroque tamen casu Audientiæ à Dominica *Esto mihi* usque ad Dominicam *Invocavit* cessant. — *II. In Feb.*

7. III. In Martio, (1) 25. Mart. Festum Annunciationis Mariæ, *d.§.8.* (2) A Dominica *Palmarum* usque ad Festum *Quasimodogeniti, d.t.35.§.3.* Si scil. ambo Calendaria coincidunt, alioquin die Jovis post Festum Paschatis proximo iterum ad Senatum iri oportet, *praalleg.§.8.* Utroque tamen casu Audientiæ itidem cessant. In Profesto *Palmarum* non iri ad Senatum testatur *Magenb. d. loc. ad praalleg. t.33.§. A Dominica Esto mihi.* — *III. In Mart.*

8. IV. In Aprili, 25. Apr. Festum Marci, *d.§.8. versic.* Die Feſta der heiligen zwölff Apostel. — *IV. In Ap.*

9. V. In Majo (1) 1. Maji, Festum Philippi & Jacobi, *d. versic.* die Feſta. (2) 3. Maji, Inventionis S. Crucis, *praall.§.8.* (3) A Dominica *Vocem jucunditatis* usque ad Dominicam *Exaudi* solummodò ante meridiem, *d.t.35.§.4.* Hoc octiduum vulgò nominatur die Creutz-Woch. Atque illæ feriæ obtinent, si ambo Calendaria concurrunt, nam cæteroquin die Veneris ante Dominicam *Exaudi* ad Senatum iri debet, *d.t.8.* Utroque autem casu Audientiæ post meridiem continuantur. (4) Ascensionis Christi, *d.§.8.* (5) Pro festo Pentecostes usque ad Dominicam *Trinitatis, d.t.35.§.5.* Si sc. ambo Calendaria coincidunt, nam aliàs die Jovis ante Dominicam *Trinitatis* ad Senatum rursus eundum, *d.§.8.* Audientiæ tamen utroque casu usque post Dominicam *Trinitatis* differuntur. (6) Festum Corporis Christi, *d.§.8.* quod semper celebratur die Jovis post Dominicam *Trinitatis*. — *V. In Maj.*

10. VI. In Junio, (1) 24. Junii, Festum Johannis Baptistæ, *d.§.8.* (2) 29. Junii Petri & Pauli, *praalleg. verſ.* die Feſta. — *VI. In Jun.*

11. VII. In Julio, (1) 24. Julii, Festum Visitationis Mariæ, *d.§.8. in Not.* (2) 8. Julii usque ad 24. August. utrinque inclusivè, *d.t.35.§.6.* Idque juxta Vetus Calendarium. Quæ feriæ vocantur Caniculares, *R.1654.§.* Die Unterscheidung. 88. Item, Die grosse Vacantz, *C.p.1.t.21.§.6.* In his Feriis tamen, quanquam Audientiæ in totum cessent, hebdomatim tres dies Senatus ab Assessoribus Spiræ præsentibus est frequentandus, *d.§.6.* idque propter expediendas supplicationes seu decernendos Processus, *ibid. lit. F. Magenb. ad d.t.33.§. Ab 8. Julii.* Illæ tres dies — *VII. In Jul.*

vero sunt dies Lunæ, Mercurii & Veneris. Non tamen dies feriata in illas dies incidat, ob id sequenti die Senatus frequentatur, uti fit in celebrandis Audientiis, *infrà n.* 18. Deinde nec horâ 7. Sed demum 8. ad Senatum itur, qui usque ad 10. continuatur, *Mag. d. vers. Ab* 8. *Julii.* (3.) 22. Julii, Festum Mariæ Magdalenæ, *in d. Not.* (4.) 25. Julii, Festum Jacobi, *d. vers.* Die *Festa.* (5.) 26. Julii, Festum Annæ, *in alleg. Not.*

VIII. In Aug. 12. VIII. In Augusto, (1.) 10. August. Festum Laurentii, *d.* §. 8. (2.) 15. August. Festum Assumptionis Mariæ, (Mariæ Himmelfahrt /) *d.* §. 8. (3.) 24. August. Festum Bartholomæi, *d. vers.* Die *Festa.*

IX. In Sept. 13. IX. In Septembri, (1.) 8. Septembr. Festum Nativitatis Mariæ, *d.* §. 8. (2.) 9. Septempr. Gorgonii seu introductionis templi Cathedralis Spirensis, (Die Kirchweyhe deß Thumbs zu Speyer) *in præalleg. Notat. Magenh. ad d. t.* 33. §. *pen. ubi pro* 9. *Novembr. legendum* 9. *Septembr.* (3.) 21. Septembr. Festum Matthæi, *d. vers.* Die *Festa.* (4.) 29. Sept. Michaelis. *d.* §. 8.

X. In Octob. 14. X. In Octobri, (1.) 18. Festum Lucæ, (2.) 28. Octobr. Simonis & Judæ, *d. vers.* Die *Festa.*

XI. In Nov. 15. XI. In Novembri, (1.) 1. Novembr. Festum omnium Sanctorum (2.) 2. Novembr. omnium Animarum, *d.* §. 8. Posteriores tamen feriæ Senatum duntaxat suspendunt, Audientiam in suo cursu relinquentes. Ubi notandum, quod 3. ejusdem 8. horâ ad Senatum iri soleat usque ad 1. Febr. exclusivè. (3.) 11. Novemb. Festum Martini. (4.) 25. Novembr. Catharinæ, *d.* §. 8. (5.) 30. Novembr. Andreæ, *d. vers.* Die *Festa.*

XII. In Dec. 16. XII. In Decembri, (1.) 6. Decembr. Festum Nicolai propter introductionem Templi S. Nicolai, quod est Spiræ, *Magenh. O.* 90. (2.) 8. Decembr. Conceptionis Mariæ, *præalleg. Notat.* (3.) 21. Decembr. Thomæ, *d. vers.* Die *Festa.* (4.) 24. Decembr. usque ad 6. Jan. utrinque inclusivè, *d. t.* 35. §. 1. Et hoc verum est quoad celebrationem Audientiarum. Nam Senatus 2. 3. 4. & 5. Jan. frequentatur, *praced. nu.* 5. Deinde meminisse oportet, cùm 24. Decemb. Novi Calendarii coincidat cum 14. Dec. Vet. Cal. quod hæ feriæ à d. 14. Dec. usque ad 6. Jan. itidem veteris Calendarii durent, eo unico excepto, quod 2. Jan. S. N. qui est 23. Decembr. S. V. manè eatur ad Senatum saltem pro Processibus decernendis.

Extra ferias præmemoratas omnes feriæ cessant. 17. Extra ferias præmemoratas cæteræ omnes feriæ, Festa Palatii, Chori seu alia, quocunque nomine venerint, facessant, *d. t.* 35. §. *pen.* Quò autem partes earumq; causæ semper maturentur, Judici atque Assessoribus extra Dominicos festosq; dies Sanctiores tum relationibus sententiisque concipiendis, tum supplicationibus etiam decernendis per quas ferias vacare permissum sit, *d. t.* 35. §. *ult.*

Audientiæ per quas ferias hactenus celebratæ in his porro exercentur. 18. Audientiæ autem per quas ferias hactenus demori haberi solitæ sunt, in his porrò exerceantur, *sæpe d.* § 8. *in fin* In quibus feriis verò Audientiæ celebrari solitæ sint, paulò antè passim indicavi. Ubi sciri oportet cum hodie Audientiæ hebdomatim duntaxat 3. dies nim. Lunæ, Mercurii & Veneris celebrentur, quod feriis in hos dies incidentibus Audientia in proximè præcedentem vel etiam sequentem diem rejiciatur, *prout dictum præc. t.* 60. *n.* 34. Idem etiam hodiè fieri

con-

consuevit, si funus Judicis, Præsidum atque Assessorum, eorumque Uxorum aut liberorum, vel etiam cujusdam præcipui Advocati alteriusve personæ Cameralis sublimis conditionis efferendum, seu eorundem nuptiæ celebrandæ. Veniâ tamen à Collegio Camerali priùs obtentâ.

In nonnullis profestis festorum supra recensitarum surgitur.

19. Specialiter vero notandum, quòd id nonnullis profestis supra recensitatum feriatum Catholici paulò ante horam secundam per Campanam ad templum ob vesperam frequentandam, uti appellant, vocentur, & propterea Audientiis ante illarum constitutum finem videl. horam tertiam finis imponatur, quod vocant Auffstehen: Hinc dicunt: Man steht heut auff / man ist heut auffgestanden / die und die Tage stehet man auff / etc. In hisce autem profestis plerumque tantum tres Recessus habentur, Es werden nur dry Receß gehalten. Quibus habitis surgitur & abitur. Et licet Evangelici in istis profestis, juxta Vetus Calendarium incidentibus templum non frequentent, tamen prædicto modo quoque surgitur.

Quæ Profesta hic enumerantur.

20. Profesta verò, quibus prædicto modo surgitur, sunt Mariæ purificationis, Mariæ Annuntiationis, & Nativitatis, Ascensionis Christi, Corporis Christi & omnium Sanctorum. De Veneris post Ascensionem Christi Stylo Veteri propter Nundinas Spirenses quoque surgi assolet.

De feriis Cam. quoad personas Cancellariæ ac Lectoriæ addictas.

21. Ultimò personas Cancellariæ & Lectoriæ addictas quod attinet, illæ quoties solummodo Audientiæ celebrantur, à meridie: quoties verò itur ad Senatum, sive audientiæ celebrantur sive non, tam ante quam post meridiem horis locisque consuetis adesse, suaque negotia perficere tenentur.

TIT. LXIII.

DE PROTOCOLLIS, ACTIS ET RECESSIBUS.

In Judicio Camerali omnia in scriptis sunt proponenda.

1. Modum res controversas in Camera disceptandi quod attinet, primò sancitum, ut cuncta ad maturiorem expeditionem causarum certitudinemque à litigantibus proponenda in Scriptis agi oporteret, & illa Scripta à Procuratoribus subscripta gemina, quo eorum copia altera parti, altera judicio tradi posset, exhiberentur, & quidem paucissimis hisce verbis In Sachen A. contra B. übergeb diese Schrifft v.g. libellum, exceptiones, replicas, duplicas, &c. handle und bitte Inhalts derselben. *C. p. 3. t. 49. pr.* G. B. 10. *Octob.* 1642. *junct. R.* 1654. §. Wenigers nicht. 102.

Et oretenus scriptura mandanda.

2. Deinde usu obtinuit, ut non solum litigantes seu potiùs eorum Procuratores sua desideria partim in Scriptis, partim quoque oretenus, *ut num. proximè praeced. dictum*, proponant, sed etiam Judex illorum desideriis locum relinquens, vel res controversas dirimens, id aliquando in scriptis, utpote in Decretis extrajudicialibus, aliquando oretenus nim. in votando, in pronunciando Sententia judiciales, &c. faciat cum autem illa verbis tam à litigantibus quàm Judice proposita & alias gesta semper Scripturæ mandentur, hæc Scriptura consuevit nominari *Protocollum*.

3. No-

Etymologia Nominis Protocollum.

3. Nomen verò *Protocollum* eſt compoſitum ex verbo πρῶτος id eſt, primus, & verbo κόλλα, id eſt, Gluten. Nam id, quod antiquitùs in glutine ſeu cera, quæ per tabulas extenſa erat, ſcribebatur, nominatum fuit Protocollum, quaſi diceres prima conglutinatio ſeu concinnatio, hinc deinde Protocollum quoque appellatum, quod breviter & ſuccinctè primò annotatum, ut poſteà extendi & in melius componi poſſit, *Calvin. in Lexic. Jurid. voc. Protocollum.*

Ejuſdem Homonymia.

4. Quam ob rem Codicem, in quo Notarius publicus actuum coram ipſo geſtorum ſubſtantiam annotat, hodiè vocamus Protocollum. Ob eandem rationem quoque Protocollum nominamus Codicem, in quo actuarii (*id eſt, Scribæ judiciarii*) Verba litigantium & judicis, ac reliqua in judicio geſta deſcribunt. Atque hoc ſenſu hic accipitur.

In judicio Camerali habentur (1) Protocolla Aſſeſſorum.

5. In Judicio Camerali verò varia habentur Protocolla, & quidem primò ſunt Protocolla Aſſeſſorum, in quibus ipſi Aſſeſſores annotant ſuas relationes, ut & Motivas ob quas Proceſſus extrajudicialiter petitos decreverint vel denegaverint, & quid in Senatu alioquin peregerint, quorum fit mentio, *C.p.1 tit.16.§.7.& t.19. §.pen.eod.R.*1654.§. Den *Modum referendi.* 143.*& ſeq.*

6. Ne verò Arcana Collegii divulgentur, Aſſeſſores hæc Protocolla ad Senatum non niſi obſignata famulis deportanda committant, *d.§.pen.* Deinde Aſſeſſoribus defunctis vel decedentibus ea Protocolla in Actorum ſcriniis aſſerventur, *alleg.§.*7. Ob eandem cauſam quoque Proto- & Notarii ſua Protocolla in Cancellaria non incuſtodita relinquant, *C.p.1.t.*42.§. 8. Nec eadem extra Archiva efferantur, imò ne ipſis Aſſeſſoribus quidem niſi præſcitu judicis inſpicienda dentur, *C.p.1.t.20.§.7.& t.41.§.9.eod.*

(2) Protocolla Proto- & Notariorum.

7. Secundò Protocolla Proto-& Notariorum. In his Protocollis Proto-& Notarii omnes ſententias in Camera publicatas conſcribunt unà cum nominibus Aſſeſſorum ac Motivis, ex quibus ſententia promanata, *C.p.1.t.*24.§.3.*& t.* 41.§. 3. *eod.* Ubi hæc Protocolla vocantur Raths-Protocoll. Deinceps in iiſdem Protocollis Decreta ſuper ſupplicationibus in prægnantibus cauſis concepta & illorum Motivis unà cum nominibus referentium conſcribantur, *d.t.*41 §.5.

(3) Protocolla judicialia.

8. Tertiò Protocolla judicialia, (Gerichts-Protocoll,) quæ ſunt Codex, in quo Proto-& Notarii in Audientiis à Procuratoribus dictata & geſta conſcribunt. Omnia enim in Judicio propoſita & geſta per Protonotarium cum Notario non ſolùm, quæ ad ſubſtantiam neceſſaria videntur, ſed verbotenus, prout propoſita ſunt, ſummâ induſtria conſcribi oportet, quò Acta Judicialia ex illorum duobus Protocollis eò rectiùs compleri, & ex iis ſententiæ concipi queant, quapropter Proto-& Notarii ſtatim poſt Audientiam ſua Protocolla conferant, *C.p.1.t.*41.§.15. Errata in Protocollis deprehenſa judici modeſtè indicent, *d.t.*41.§.17. Hæc Protocolla conſueto tempore colligentur, *C.p.1.t.*40.§.2. Repertorium ſuper iiſdem Protocollis (Die Regiſtratur,) ut rectè ſit compoſitum, unus ex Notariis diligentiam adhibeat, *C.p.1.t.*42.§.8.

(4) Protocolla Procuratorum.

9. Quartò Protocolla Procuratorum, quæ hi domi in proprium, illum conſcripta habent. Hujuſmodi verò Protocollorum inſpectio Sollicitatoribus à Procuratoro-

ratorum scribis non concedenda, *C. p.* 1. *t.* 37. §. 6. Deinde ipsi Procuratores sua Protocolla atque ex iis extracta Manualia bene ordinata completaque omni industria habere, neque ampliùs, uti hactenus factum, Protocollo Actorum judicialium, quod duntaxat pro judicio ac judice comparatum; ideò inposterum illis atque partibus harumve sollicitatoribus non facilè & extra casus summè necessarios ad inspiciendum non ampliùs communicanda aut ostendenda sunt, freti esse debent, G. B. 13. *Decembris* 1659. §. *pen. Supplicas pro Inspectione Actorum habes in Supplic. Cam. tit.* 18. *num.* 44. & 45.

10. Deinde quod Sollicitatores attinet, discrimine inter hos, qui à suis Principalibus ad ipsorum causas sollicitandas Spiram cum speciali mandato ablegati, atque istud mandatum judici Cameræ exhibuerint, & istos, qui perpetuò in loco judicii degentes quæstûs gratiâ multarum causarum sollicitaturas ad se pertrahunt, observato, nemini quidem in Cancellaria vel lectoria aliquid ad inspiciendum communicetur, nisi priùs exhibuerit suum Mandatum, quô casu specialiter ablegatis Protocolli & Actorum inspectio necessaria coram lectoria in præsentia cujusdam lectoris, minimè autem, ut unum alterumve scriptum domum ad describendum portetur, concedatur, reliquis verò specialiter non missis nihil ad inspiciendum aut ad ullum alium finem communicetur, nisi fiat cum consensu & in præsentia Procuratoris causæ vel suo speciali Mandato prius exhibito ex permissu judicis Cameræ, G. B. 3. *Mart.* 1660. §. 1. Si his posterioribus, quos ceu Spiræ admodum odiosum genus hominum suis coloribus depinxit Magenh. *O.* 79. Ut & Advocatis non juratis Protocolla, Processus, Sententiæ, Documenta, &c. ex Cancellaria vel Lectoria absque præscitu & consensu Procuratorum causæ communicentur, his desuper in specie conquerentibus jus administretur, G. B. 28. *Jan.* 1657. §. 5.

Distinctio inter sollicitatores quoad communicandam inspectionem Actorum.

11. Quintò Protocolla Actorum, quæ ex Protocollis judicialibus in diversis causis promiscuè in Audientiis dictata continentibus separatim ad suam quamcunque causam conscribuntur insertis sententiis in illa causa latis. Horum fit mentio in *C. p.* 1. *t.* 41 *lit. D.* & *t.* 40. §. 2. *eod.* Ubi Protocolla causarum nominantur, passim simpliciter vocantur Protocolla & Actis strictè acceptis opponuntur, *uti in d. t.* 40. §. 1. *t.* 42. §. 4. & 7. *Item t.* 43. §. 3. *eod. atque passim.*

(5) Protocolla Actorum.

12. Notanter dixi *Actis strictè acceptis*, nam nomen *Acta* duplici modo accipitur, (1) latè quatenus etiam sua Protocolla comprehendit. Hôc modo sumpta Acta dicuntur literæ continentes ea, quæ in unaquaque causa durante judicio gesta & peracta sunt, sive id factum in Scriptis sive oretenus, Germanicè Gerichts-Handlung, *C. p.* 1. *t.* 25. *princ.* Gerichts-Händel. *C. p.* 2. *t.* 34. *princ.* & §. 1. vulgò vocantur Gerichtliche Acten, item simpliciter Acten.

Acta latè dicta quid sint.

13. (2) Strictè quatenus Protocollis suis, *de quibus praced. n.* 11. opponitur, Hôc modô sumpta Acta dicuntur omne quicquid inscriptis in unaquaque causa est exhibitum. Cùm verò non omnia, quæ in judicio Camerali geruntur, fiant in Scriptis, sed quædam etiam oretenus proferantur, & oretenus prolata scripturæ mandentur, hæc conjunctim sumpta vocantur Acta, *prout dixi num. prox. praced.* & dividuntur in Protocollum & Acta strictè dicta.

Dividuntur in Acta strictè dicta & Protocollum.

Protocollum quid ſit. 14. Protocollum dicuntur litteræ complectentes ea, quæ à partibus vel judice oretenus in judicio proferuntur. A judice, ſi quæ prolata vocantur *Sententia*, *de quibus infra t.* 75. *uberius agetur*. A partibus propoſita conſueverunt appellari *Receſſus de his tractabo infra n.*40. *& ſeqq.*

Acta ſubdiſtinguuntur in Scripta & Adjuncta. 15. Acta ſubdiſtinguuntur in Scripta & adjuncta. Scripta (aliàs etiam Producta, & producten, Schrifften / Handlungen / ſchrifftliche Handlungen *nominata, C.p.*3.*t.*49.§.10.) ſunt litteræ, in quibus deducitur cauſa ſeu ejus alicujus puncti controverſia. Ejusmodi ſcriptorum præcipua nomina ſunt libellus, exceptio, Replicæ & Duplicæ. *De quibus ſpecialiter tractabo infra t.*68. *&* 69.

Scripta ſub intitulatura Exceptiones Replic. & Duplic. exhibenda. 16. Et quanquam illis ſcriptis pro diverſitate factorum diverſæ ac variæ Rubricæ ab Advocatis ſoleant affigi, utpote Anzeig / Gegen-Anzeig / Ableinung / Gegen-Ableinung, Beantwortung / Hintertreibung / Gegenhandlung / Gegen-Beſchluß / *Deput.* 1600. §. Alldieweil 81. ſchrifft an ſtatt mündlichen Receſs, ſubmiſſiv-Gegen-Submiſſiv-Receſs, G.B. 13.*Decembr.* 1659. §.4. Tamen ſcripta poſt exceptiones exhibenda ſub nulla alia Intitulatura quàm Replicarum ac Duplicarum, non attento, quocunque etiam modo ab Advocatis inſcripta ſint, produci debent, *d.* §.4. Quò confeſtim tam pars adverſa, quam judex animadvertere queant, utrum exhibitum Scriptum numerum ordinationis Cameralis tranſcendat nec ne, *C.p.*3.*t.*49.§.12. Atque ſi procuratores Intitulaturas ab Advocatis affictas ſcriptis commutare nequeunt, annotare debent, utrum iſta Scripta loco Replicarum aut duplicarum producantur, *d.* §.12. Deinde nec Miſſivas loco productorum exhibere tenentur, *vid.Sent.Cam.nu.*987. *& in Mantiſſ. nu.*11. præſertim clauſas, *Sent.Cam. n.*627.

Replicæ in quibus punctis non admittuntur. 17. Quoad numerum verò Scriptorum juxta O.C. exhibendorum diſtinguendæ ſunt tres Claſſes. In Claſſe prima ne quidem replicæ admittuntur, nim. (1.) in Supplicationibus pro proceſſibus impetrandis judicialiter exhibitis, *C. p.* 3. *t.* 44. *pr. & § ult.* (2.) In puncto expenſarum, *C.p.*3.*t.*59.§.3. (3.) In puncto reviſionis à ſententia Camerali interpoſitæ, *C.p.*3.*t.*63.§.10. (4.) Antiquitus in puncto reſponſionum ad articulos poſitionales, *C.p.*3.*t.*18.§. Verùm hodiè ne quidem exceptiones in hoc puncto admittuntur, *R.*1654. §. Dieweil aber. 41. *&* §. zu welchem Ende. 49.

Duplicæ in quibus punctis non admittuntur. 18. In ſecunda Claſſe non admittuntur duplicæ, videlic. (1.) In puncto rotuli ſeu atteſtationum, *R.*1654.§. Und demnach. 56.*& ſeq.* (2.) In puncto Documentorum probatoriorum. Nam atteſtante Schvv. 1. *Proceſſ. c.*50. *n.*4. uti olim in puncto Rotuli uſque ad duplicas procedebatur, ita quoque in puncto iſtorum documentorum eo uſque procedi potuit. Hinc cùm hodiè in puncto Rotuli uſque ad Replicas duntaxat procedere liceat, *alleg.*§.56. *& ſeq.* idem quoque in puncto documentorum obſervandum eſſe exiſtimo. (3.) In puncto Commiſſariorum, *C. p.* 3.*t.*20.§.3. (4.) In puncto exceptionum olim contra libellos articulatos, *C.p.*3.*t.*17. §.*ul.* Hodiè ſummarios oppoſitarum, *infra t.*69. *n.*46. (5.) In cauſis Mandatorum S.C. G.B. 13. *Decembris.* 1659. §.4. *verſ.* Die Schrifft-Wechſelung. *junct* G.B. 9. *Jannuarii* 1660. §.4.

19.

In nullo puncto seu causa tri'icare permissum.

19. In tertia Classe non admittuntur triplicæ atque ad eam Classem spectant omnes reliquæ causæ & puncta in duobus præced. §§. non enumerata; Nam in his omnibus alternatio Scriptorum ultra duplicas inclusivè, nisi judex ulterioribus scriptis opus esse judicarit eaque per interlocutoriam injunxerit, extendenda sed in ejusmodi Ordinationi Cameræ connumeris Scriptis utrinque cuncta necessaria proponenda, atque desuper, prout dicta Ordinatio requirit, submittendum. Cætera omnia, quæ numerum Ordinationis transcendunt, sive sint Recessus scripti loco oralium, sive sint Recessus submissivi, contra submissivi aut quæ aliàs sub quacunque rubrica ulterius produci intenduntur, cum reservata pœna ab Actis rejicienda ac nullatenus in judicando attendenda, *d. vers.* Die Schrifft-Wechslung.

Omnia scripta olim articulatim proponi debeant.

20. Omnia scripta olim quocunque etiam nomine appellarentur aut exhiberentur, numero tamen prædicto articulatim producenda erant, *C. p. 3. t. 49. §. 7.* Ubi verba: Articuls-oder Punctens-Weis, pro eodem sumi puto.

Hi articuli quomodo formandi.

21. Hi articuli verò principaliter super Facto & non super jure communi formandi, nisi quis jus commune ex præ articulato facto profluens allegare velit, quod ei non prohibitum, modò tamen jura non superfluè & supervacaneè alleget, ne adversario causam disputandi & cavillandi suppeditet, *d. §. 7.*

Hodie omnia scripta summariè concepta exhiberi oportet.

22. Hodie Advocati & Procuratores in universum in his Scriptis nudum Factum non articulatim sed summariè narrare, disputationes vero & allegationes juris omittere debent, quia maximam partem tantummodò causas intricatiores & difficiliores reddere solent, *R. 1654. §. zu dermahliger. 96.* Deinde quia datur adversario occasio cavillandi ac allegatos textus juris Dd., in sensum planè alienum detorquendi, clientes magnos sumptus in concipiendis ac describendis tam amplis Scriptis impendere coguntur, judici infertur tædium ista scripta multis impertinentibus juribus ac vulgaribus regulis, quæ coram eruditis allegare tædiosum est, referta perlegendi multaque alia incommoda inde oriuntur, prout hoc satis experientia docet.

Illis scriptis impertinentia non immiscenda, & textus Juris Doctorumque in Margine allegandi.

23. Præterea in enarrando Facto etiam omne illud, quod in ipso facto causæ parum proficuum, non immiscere, sed sub pœna arbitraria præterire debent, tamen iis ad marginem unum vel plures textus juris aut probatos Scriptores, qui in terminis terminantibus de causa scripserunt, allegare permissum est, *d. §. 96.* Quæ marginalis allegatio tamen non semper, præsertim ab extraneis Advocatis observatur, sed hi plerumque textus juris & allegatos Dd. contextui inserere assolent.

Consilia juris post conclusionem causa exhibere fas sit.

24. Denique concessum est, etiam post conclusionem causæ Consilia seu Informationes juris (Reichs-Belehrungen/) cum præmissa Facti specie & Rationibus dubitandi in formam quasi-relationis conscriptas exhibere. Ejusmodi Consilia verò neque in referendo neque in votando modum decisionis causæ determinent, nec quoad factum ullo modo attendantur, *prealleg. §. 96. in fin.*

Cujus autoritatis sint ista consilia.

25. At dicis, si ista consilia nullo modo attendi debent, tunc frustra exhibentur? Verùm respondeo, cùm Compilatores ejusmodi Consiliorum interdum Fa-

cti speciem paulò aliter quàm in Actis deducta & probata est, forment, ac proinde jurium ab ipsis allegatorum appellatio sit incongrua, eatenus in allegat. §. 96. dicitur, ista Consilia non attendi debere. Hujus §. Sensum optimè exprimit Reichs-Hoff Raths Ordn. de An. 1654. *Tit.* 4. §. Die *Consilia &c. in hisce verbis* : Aber darauff (*sc.* auff besagte *Consilia*, soll) mehr und weiters nicht gegangen/ als so viel solche denen Haupt-Actis und darin erwiesenem Facto gemäß befunden / auch anderer Gestalt nicht in votis angezogen werden. Quò etiam faciunt verba Gailii 1. O. 107. n. 13. quando ait: *Quæ* (sc. consilia extrajudicialiter exhibita,) *tamen parùm aut nihil prosunt, si Factum ex quo jus oritur, non sit anteà in Actis sufficienter deductum ad probatum. Nam hujusmodi Scripturæ extrajudiciales, parte alterâ non auditâ pars Actorum non sunt, & ideò fidem, quatenus Factum in Actis non deductum concernunt, nullam faciunt, quia Judex secundum allegata & probata judicare debet.* Hactenus ille.

Eadẽ consilia exhibentur vel judicialiter vel extrajudicialiter.

26. Hæc verò Consilia exhibentur vel judicialiter, vel extrajudicialiter. Judicialiter non aliter, quàm cum aliis productis tanquam Adjuncta (als [illegible] Beylag/) exhiberi possunt, & tunc fiunt pars Actorum, ac desuper pars adversa audienda. Si verò extrajudicialiter exhibentur, illud fit vel cum Memoriali pro maturanda sententia judici ad Senatum eunti porrecto, vel etiam Lectoribus ad Lectoriam traduntur. Utroque casu quidem Actis apponuntur, eorum tamen pars non fiunt. Nonnunquam etiam ejusmodi Consilia & aliæ ex Actis conceptæ Facti species, ac relationes loco Memorialium pro maturanda Sententia judici & singulis Assessoribus ad domum offeruntur.

Scripta à Procuratoribus propriâ manu, & illis Nomina Advocatorum subscribenda.

27. Sed ut ad præmemorata Scripta revertar, sciri oportet, quòd hæc à Procuratoribus manu propriâ & non per suos scribas subscribenda, *C.p.* 3. *t.* 49. §. 8. Deinde Advocati Causæ iisdem scriptis simul se subscribere tenentur, vel quoad extraneos Advocatos, *hoc est, qui Spiræ non sunt præsentes*, attinet, ad minimum sua nomina ab aliis subscribi curent, G. B. 13. *Decembr.* 1659. §. 4. *vers.* Die *Supplicationes.* Si dubitetur, an verus Advocatus subnotatus sit, judex parte petente vel etiam ex officio, si nimirum evidens falsæ subscriptionis suspicio appareat, aliave causa judicem moveat; Procuratorem ad verum Advocatum denominandum cogit, *vid. Sent. Cam. num.* 443. 768. 920. & 971. Atque si falsum nominavit, punitur, *ibidem num* 912. *in fin.* Deinde etiam Advocatus & ejus subordinatus deprehensa falsitate arbitrariè puniuntur. Ab hac subscriptione tamen immunes sunt Principum ac Statuum actuales Consiliarii quatenus advocando suorum Dominorum causis operam præstant, salvo tamen pro circumstantiis occurrentibus judicis arbitrio, G. B. 9. *Januar.* 1660. §. 3. In quibus causis Scripta subscribi solent hoc modo: Fürstliche Gräfliche Statt N. x Canthen.

Scripta summâ cum industria ab Advocatis concipienda sunt.

28. Porrò Advocati ejusmodi Scripta concipientes suis Clientibus in jure & Facto competentia summâ diligentiâ ponderent, ne hi per illorum negligentiam suo jure defraudentur, & si Advocati se ad ante-hac exhibita Acta referant, semper numerum folii simul allegent, *C.p.* 3. *t.* 49. §. 8. Quæ allegatio ideò fieri debet, quò

quò Referentes in retrò respiciendo illa Acta labore multùm superfluo supersedere possint, *ibid. lit. F.* Deinde suis Scriptis indecora, injuriosa & taxatiam non inserant, aliàs puniuntur, *vid Sent Cam. n.* 237.547.616.630.692.731.761.783.831.848. 870.903.906.912. *&* 971. *Atque ibidem in Mantiss. num.* 15.22. *&* 75. In causa Meyer contra Pierens 7. Jul. 1664. Camera ob nimiam prolixitatem, injuriosa & impertinentia in Actis prioribus adhibita Appellatum pœnâ unius Marcæ auri puri affecit, *Sent. Cam. n.* 985. Atque in causa Schwindischer Erben contra Webern, Camera 6. Jul. 1664. Judici inferiori injunxit, ut in posterum litigantibus tam confusa ac prolixa Scripta non concederet, *Sent. Cam. n.* 983.

29. Procuratores quovis tempore Producta cum Copiis & Adjuncta in iisdem productis allegata, conjunctim producere debent, *d. t.* 49. §. 10. Nec ulla producta verbo producere sub pœna condigna, *d. t.* 49. §. 9. Quare lectoribus injunctum, ut si quis Procuratorum Producta vel totum Adjuncta, quæ ipsa ac si in Audientia exhibuerit, indicet, non tamen realiter exhibeat, sed illa deinde lectoribus ad signandum tradere conetur, lectores eadem ante non accipiant quàm judici hoc manifestaverint, qui tunc delinquentem pro arbitrio puniat, nec ante Scripta recipi signarique debeant, *d.* §. 10. Imo hodie Procuratoribus Exhibitio Scriptorum ad Lectoriam planè interdicta est, G. B. 13. *Decemb.* 1659. §. 2. *in fin.*

30. Deinde Procuratores omnia scripta in duplo, & quidem illorum unam copiam parti adversæ, alteram judicio exhibere tenentur, *d. t.* 49. *princ. & C. p.* 1. *t.* 43. §. 20. *Add. Sent. Cam. n.* 632.646. *& in mantiss. n.* 11. Notari & hoc potest, quòd tam Producta quàm Adjuncta aperta & non clausa produci debeant, *vid. Sent. Cam. n.* 561.627 *& in Mantiss. n.* 11. Procuratores verò utramque copiam cum Adjunctis, si adsunt, Pedello in Audientia commoranti porrigunt, qui unam ad partem adversam, alteram cum Adjunctis ad lectorem in eadem Audientia penes mensam Protæ- & Notariorum assidentem defert, qui lector copiæ & Adjunctis sibi oblatis inscribit diem factæ oblationis hisce fermè formalibus: *Product. Spiræ* 7. *Jan.* 1664. quod *signiren* vocatur. *in d.* §. 20. *& d.* §. 10. *Omnia scripta in duplo exhiberi debent.*

31. Porrò cùm nonnunquam Scriptis in duplo judicialiter exhibitis uni: *Parti*, alteri: *judici*, ascriptum deprehendatur, quoniam hoc sine calumnia vix fieri præsumitur, proinde istud in totum prohibitum & lectoribus mandatum, ut ejusmodi scripta non recipiant neque signent, sed judex condignam pœnam delinquenti infligat, *d. t.* 49. §. 11. Adjuncta verò non in duplo sed in simplo judicio duntaxat exhibentur, atque si pars adversa illorum copiam cupit, eam in Cancellaria describi curare debet. *ex stylo.* Deinde omnia Adjuncta tam judicialiter quàm extrajudicialiter exhibenda non in forma patenti sed in forma Libelli exhiberi oportet, G. B. 27. *Jul.* 1667. *Sed adjuncta duntaxat in simplo exhibentur.*

32. Procuratores omnia producta, quæ quovis tempore exhibent, colligare tenentur, ne forsan bifolia (die Bogen) dissipentur & pro parte amittantur, *d. t.* 49. §. 13. Eadem ne ab Actis amittantur, lectores præcaveant, amissorum copias ab utroque Procuratore acceptas & collatas ad Acta reponant, *C. p.* 1. *t.* 43. §. 42. Quòd si Productorum amissorum copia ab Advocatis vel Procuratoribus

non sit asservata, Lectores, Advocati, Procuratores & Sollicitatores à suspicione suppressionis Juramento se purgare tenentur, uti pronunciatum in causa Essen contra Breysach/ 5. Octob. 1660. *Sent. Cam. n. 697.*

Scripta correcta exhiberi debent.

33. Porrò omnia producta, & cætera quæ judicialiter porrigant, sic correcta atque recta exhibeant, quò ex iis verus intellectus hauriri queat, postea etiam documenta sententiæ, (Die Urtheils-Brieffe/) quæ sub sigillo Cæsareo quolibet tempore emanant, eò rectiùs ac correctiùs expediantur, Referentes verò illud diligenter attendant, & quamprimùm ejusmodi incorrecta producta offendant, id judici Cameræ sine mora manifestent, qui indistinctè talia incorrecta producta exhibentes seriò compellat ad corrigendum errores intra triduum, & ad restituendum intra jam dictum triduum sub pœna arbitraria, *d.t.49.§.14.*

Adjuncta & extractus quid denotent.

34. Adjuncta (Die Beylagen) sunt literæ in exhibitis scriptis allegatæ eisdemque appositæ, uti sunt Documenta probatoria, Instrumenta, Missivæ, Procuratoria, &c. Hæc Adjuncta ut plurimùm integra exhibentur, nonnunquam tamen quædam pars ad probationem puncti præsentis necessaria ex iis excerpta producitur vocaturque ein Extract.

Adjuncta dividentur in Originalia & Copias.

35. Adjuncta integra exhibentur vel in originali vel in copia. Originale verò (*sc. scriptum*) hodierni practici vocant, quod Authenticum (*sc. scriptum*) appellavit Justinian. *in l. 2. de fid. instr. l. ult. Test. quemadm. aper. l. 4. §. fin. princ. fam. ercisc. & passim.* Authenticum autem est vox Græca denotans Authoratum. Hinc Scriptum alicujus authoritate comprobatum & ita exaratum, ut fidem in aliqua re faciat, Authenticum seu Originale vocamus, & quod inde describitur Justinianus vocat Exemplum *in allegat. texx. item l. 2. de edend. l. ult. quand. appell. & pass.* Exemplar Cicero & alii Authores appellant. Nos nominamus per catachresin copiam. Copey & magis Latinè descriptionem, eine Abschrifft. Copia enim apud Romanos Authores sumitur pro multitudine seu abundantia. Hinc si Originale semel aut pluries describatur & ita quasi multiplicetur, descriptiones ejusmodi recentiores JCti per catachresin vocarunt copias.

Copia est vel nuda, vel vidimata.

36. Copia verò est vel nuda vel vidimata. Nudæ, quæ vidimatæ opponitur, in Camera & aliàs regulariter nulla fides adhibetur, ideoque nihil probat. Copia vidimata (*aliàs etiam auscultata, authentisata, item vidimus*, beglaubte Abschrifft/ *&c. nominata,*) dicitur, quæ cum Originali comparata, ei verbotenus consona deprehensa est. Sic appellata, quoniam antiquitùs fortasse comparatores ei copiæ subscripserint. *Vidimus N. N. &c.*

Vidimatio fieri debet à Magistratu, non à Notario.

37. Hodiè hæc comparatio fit vel à Notario vel à Judice seu Magistratu. Si comparatio seu vidimatio à Notario facta, ei in Camera non creditur, & quando illius recognitio petitur, solet à parte adversa rejici his ferme formalibus: weiß es als à simplici Notario (einem schlechten Notario) vidimirt/ nicht zu recognosciren. Neque hic ulla differentia observatur inter Notarios immatriculatos & alios Notarios publicos. Nam immatriculatio illis præter potestatem insinuandi Processus Camerales nihil quicquam ulterius tribuit. Instrumentis tamen ab utrisque confectis in Camera fides adhibetur. Rationem differentiæ hanc esse puto, quòd In-

Instrumenta conficere ad ipsorum officium spectet, & sub eorundem juramento comprehendatur, quod utrumque secus est in vidimatione.

38. Imò si Notarius Instrumentum conficeret, eique Copiam insereret, tamen propterea nullam fidem acquiret: Nam quamvis Notario in Instrumento aliquid asserenti plenè credatur, cùm illud habeat vim duorum testium, *arg. l. 15. C. de fide Instrum.* Tamen regulariter alicujus Instrumenti tenor alteri Instrumento insertus per hoc sine Originali non probat, nisi authoritate Judicis parte adversa ad istud citata nihil opponente insertus fuerit, *Gylm. voc. Editio. §. Creditur.* Nec sufficit exemplatio, etiamsi per tres vel plures Notarios immatriculatos facta sit, *Gylm. d. voc. Editio. §. Quando.* Denique nec vidimatio à Notario Judicii sine mandato Judicis facta quicquam probat, *Meichsn. tom. 1. lib. 1. decis. 3. n. 6.*

Copia alicujus documenti instrumento Notarii inserta nihil probat.

39. Vidimationem à Judice factam quod concernit, illa facta est vel authoritate Judicis ordinarii & huic vidimationi fides in Camera adhibetur, *Gylm. voc. Privilegium. §. Exemplatio.* vel authoritate Judicis Cameræ. Hæc vidimatio fit vel à Cancellaria vel à Lectoria, & ei æquè ac Originali creditur. Hinc si alicui injungitur, ut aliquod documentum in probanti forma producat, oportet illud vel in Originali, vel in Copia à Judice ordinario, seu à Cancellaria Lectoriave Camerali vidimata produci.

Vidimationi à judice ordinario facta plenè creditur.

40. Porrò cum hactenus memorata Scripta & Adjuncta in judicium mediante orali Procuratorum proloquio non solùm exhiberi debeant, sed quoque contra eadem nonnunquam eodem proloquio mediante excipi atque alia peragi possint, de eo jam nonnulla etiam delibanda. Hoc verò proloquium vulgò vocatur *Recessus*, Germanicè mündliche Handlung/ mündlich Vorbringen / G. B. 7. *Jul.* 1590. §. *pen.* ein Fürtrag/ mündlicher Fürtrag/ *d. t.* 49. *Rubric.* Ejusmodi verò proloquium habere seu proferre dicitur Recess halten/ item recessiren.

Nomen Recessus, & quid deo.

41. Circa hos Recessus formandos notandum, quòd illi in Ordine reproductionis omissis amplis titulis principalium atque prolixis præfationibus, ut & narratione quomodo Processus emanarint, præviis nudis nominibus partium atque intitulationibus causarum ferè hunc in modum haberi debeant: In Sachen A. contra B reproducire ich außgangene Ladung Krafft beyligenden Gewalts. *C. p. 3. t. 12. §. 9. junct. t. 34. § 3. & utrobique texx. alleg.*

Recessus in ordine Reproductionis quomodo formandi.

42. Hodie in causis S. Q. ita circiter formari solent: In Sachen A. contra B. citationis, Mandati, &c. Krafft Original gemein habenden Gewalts/so hiemit übergeb/reproducire ich (*Procurator causæ*) außgangen und verkündte Ladung/ Mandat/ &c. originaliter (*si pluribus, copialiter verò si uni insinuatio facta*,) cùm ipso scripto Nuncii relatione, (*vel si Notarius Processus insinuaverit, Instrumentaliter cum inserta Notarii relatione,*) sammt diesem mit-insinuirtem libello summario, und darinn allatzogenen Beylagen sub lit. A. B. C. D. &c. handle und bitte Inhalts/auch nemine comparente ruffen/ sonsten aber diß Gewalts und der Beylagen sub lit. A. B. C. &c. recognitionem

Formula Recessus reproductionis in causis S. Q.

43. In causis verò appellationum hisce brevibus verbis: In Sachen A. contra B appellationis übergeb ich diesen Reproductions-Recess, sammt darinn vermelten

Item, in causis Appellationum.

ten Käyserl. Processibus und darzu gehörigen Beylagen / wie auch einen General- und ad jurandum Special-Gewalt lit. vel num. N. N. handele und bitte wie darinn / auch (nemine comparente) ruffen / sonsten aber der Gewälten und Beylagen sub lit. vel num. N. N. recognitionem, G. B. 13. *Dec.* 1659. §. 3.

Formula contra Recessus à Reo habendi.

44. Reus in utroque casu tam S. Q. quàm appellationum posthabitis prolixis protestationibus de non consentiendo, nisi quatenus & in quantum de jure atque aliis omnibus exceptionibus salvis, &c. duntaxat cum solita protestatione ac reservatione compareat, *d. t.* 12. §. 10. Qui evestigiò in eodem ordine ferè in hunc modum suum Contra-Recessum formare solet: Auff empfangenen Befehl wegen deß Herrn Citirten cum protestatione ac reservatione solita erscheinend / übergebe diese Exception-Schrifft / Krafft beyligenden Original-General-Gewalts / handle und bitte wie darinn / auch deß Gewalts Recognition, recognoscire ex adverso einbrachten Gewalt und Beylagen bona fide, salva veritatis substantia. Vel etiam sic: Auff empfangenen Befehl erscheine wegen deß Herrn Citirten / cum protestatione solita Krafft Gewalts in drey Monat einzubringen / deßwegen zu caviren erbietig /

CAVIT.

Auff solche geleiste Caution übergebe diese Exception-Schrifft / handle und bitte Inhalts / recognoscire auch ex adverso einbrachten Gewalt und Beylagen bona fide.

Formula replicatorii Recessus ab Actore habendi.

45. Postea Actor sequenti modo in continenti replicat: Nehme diß Erscheinen extra protestationem, wie auch meines Gewalts und der Beylagen Recognition in Recht (*id est, in judicio*) an / recognoscire ex adverso einbrachten Gewalt gleichfals bona fide.

Formula replicatorii Recessus à Reo habendi.

46. Denique reus acceptat recognitionem sui Procuratorii & reliquorum Adjunctorum, *vid.* G. B. 12. *Jan.* 1660. §. *pen.* Quæ acceptatio ideò facienda, quoniam uti aliàs ita quoque hic confessio ipsi confitenti non nocet, nisi ab adversario in judicio sit acceptata, *Gail.* 1. *O.* 55. *n. pen. Mynſ.* 4. *O.* 51. Hinc illa acceptatione subsecuta recognoscens factam recognitionem posteà revocare nequit.

Pœna maxus & sigilla non recognoscentium seu diffitentium.

47. Hæc recognitio autem, quoties petitur, toties illa seu etiam diffessio incontinenti facienda sub consueto præjudicio & pœna Procuratorum, *R.* 1654. §. Hätte dann. 39. *in fin.* Pœna Procuratorum est pœna ordinationis, G. B. 5. *Junii* 1584. nim. florenus Cameralis seu 20. Bazii. Consuetum verò præjudicium est, quòd illa documenta in vim probationis producta in contumaciam non recognoscentium pro recognitis acceptentur, *Gail.* 1. *d. P. P. cap.* 15. *n.* 14. Hoc tamen non procedit, si magnitudo causæ & personarum qualitas aliud suadeant, quo casu sigilla per comparationem literarum seu alio legitimo modo probanda sunt, quia causæ graves criminalibus causis comparari solent, *Gail. d. c.* 15. *n.* 16.

48. Hinc quoque judex Cameræ plerumq; mitiùs procedit & priùs interdum etiam non punitis procuratoribus interloqui solet hoc fermè modò: In Sachen ist von Ampts wegen der Bescheid / daß der N. N. die Beylage lit. A. 7. Januar. 1664. einkommen / noch zu heutiger oder nechstfolgender Audientz recognosciren

ken oder diffitiren solle/ mit dem Anhang / wo er solchen also nicht nachkommen wird / daß alsdan dieselbe für bekand hiemit angenommen seyn solle. Quòd si Procurator Documenta diffiteatur, pars adversa ista per comparationem, testes, aut alio modo probare cogitur.

49. Recognoscere vero Documenta probatoria nihil aliud est quàm illa approbare, *id est*, confiteri illa documenta esse vera & non falsa, *Vid. l. 5. fam. ercisc. l. 1. §. 8. & l. 15. §. 3. de fals.* Diffiteri Documenta verò est illa non approbare, non admittere, quoniam vel sunt falsa, vel alio modo ad præsentem probationem insufficientia, cùm enim in probatione victoriæ causæ subsistat, atque hinc documenta probatoria parti adversæ maximæ sint præjudicabilia, ea semper interroganda, utrum ista documenta pro veris habeat nec ne. Si habet, dicitur illa recognoscere: si non habet, dicitur eadem diffiteri. Causa verò diffessionis à diffitente semper est exprimenda, primum quo animadverti possit, an diffessio forsan ex malitia facta sit. Deinde quo adversa pars meliùs scire queat, quatenus probatio suorum Documentorum ipsi incumbat. *Recognoscere & diffiteri documenta probatoria quid denotet.*

50. Procuratores vero ne suis clientibus hac recognitione præjudicent, ei nonnullas clausulas adjicere solent, *v.g. recognosco bona fide, recognosco bona fide salva veritatis substantia, recognosco bona fide citra approbationem contentorum, &c. Gylm. voc. Sigillorum recognitio. §. Forma recognoscendi.* His clausulis adjectis postea si forsan documenta appareant esse falsa, factæ recognitionis revocatio faciliùs admittitur. In puncto autem diffessorum Documentorum usque ad replicas procedi potest, *praced. n. 18.* *Clausula recognitioni documentorum adjici solita.*

51. Porrò quanquam sigillum quis non noverit, tamen tenetur id recognoscere, cum satis tutus sit declaratione illa (*salvâ veritatis substantia,*) nec sine magno periculo possit diffiteri quoniam illa recognitio tantùm hoc importat, quòd externa forma sigilli sit illæsa & integra, non autem quod credat sigillum ejus esse cujus asseritur, *Gylm. d. voc. Sigillorum recognitio. §. Etiamsi.* *Sigillum ignotum quisque recognoscere oportet.*

52. Quod verò dixi documenta, quorum recognitio petita incontinenti recognoscenda esse, limitatur, (1.) Si considerabilis circumstantia adsit, quare incontinenti fieri nequeat, quo casu usque ad proximam Audientiam illa recognitio differri potest, *supra t. 61. n. 43.* (2.) Si pars adversa contra exhibita documenta nondum agere astricta est, nam hoc casu illorum recognitio non est necessaria, v.g. Si reus opponat exceptiones fori declinatorias, iisque eventualia non annectat, Documenta in puncto causæ principalis ab Actore exhibita ante disceptationem illarum exceptionum & injunctam Litis contestationem recognoscere vel diffiteri non tenetur, *Gylm. voc. Sigillorum recognitio.* Similiter documenta cum petitione pro rescissione conclusionis producta Adversarius ante factam illam rescissionem recognoscere non tenetur, *Gylm. ibid. §. ult.* *Petita recognitio quando differri possit.*

53. Porrò circa præmemoratam clausulam (*extra protestationem*) notandum, quod illâ Procuratores utantur, quando acceptant comparitionem partis adversæ, quæ tamen non aliter vult comparere quam cum protestatione solitâ, quod sc. non consentiat in jurisdictionem judicis nisi quatenus & in quantum de jure teneatur. *Clausula, cum protestatione solita & extra protestationem quid significent.*

neatur. Extra (*id est, præter*) hanc igitur poteſtationem acceptant Actores comparitionem rei. Utuntur autem hac clauſula ideo, ne videantur acquieſcere proteſtationi ex adverſo factæ & eam tacendo approbare. Tacens enim in judicio & non opponens contra adverſarii proteſtationem cenſetur illi proteſtationi acquieſcere, *Magenb. O.*50.

Receſſus in ordine reproductionis, ſeu contrariarum & coram Deputato ad calamum dictantur, In ordine autem Novarum & Terminorum ex ſcripto recitantur. Quod ſcriptum planius vocari Specificationem quæ in triplo deſer benda.

54. Atque modò ſuprà præſcripto hodiè Receſſus in ordine reproductionis habentur, & ad calamum dictantur. Quæ dictatio etiam adhuc obtinet in ordine ſententiarum & coram Deputato, G. B. 9. *Jan.* 1660. §. 1. In reliquis verò duobus ordinibus, videlicet novarum & terminorum eſt prohibita, ac ſancitum ut quivis Procurator illarum cauſarum, in quibus aliquid proponere habet, certam ſpecificationem maturè in uno vel plurib. bifoliis papyri conſcribere, & in qualibet cauſa Receſſum, quem ante iſtam ſanctionem oretenus habuit, brevibus ac hiſce verè verbis: Ubergebe dieſe Replicas, Duplicas, &c. handele und bitte wie darin / oder auch Rotulum, Documentum paritionis, &c. laß es dabey / &c. dictæ ſpecificationi inſerere debeat, G. B. 13. *Dec.* 1659. §. 5.

55. Ejuſmodi ſpecificationem in triplo mundam, lectu facilem atque correctam ad dimidium folii deſcribere curet, cunctaque tria exemplaria, donec ordo ipſum attingat, in promptu habeat, tunc duo exemplaria ab ipſo propria manu ſubſcripta judicio porrigat, tertium verò exemplar apertè, clarè atque diſtinctè prælegat. Simul in unaquaque cauſa, quod ita prælegit, ante ſcheda ſeparata extractum cum uno exemplari illorum Scriptorum, quæ parti adverſæ communicanda Procuratori ex adverſo tradat, *allegat.* §. 5.

Procurator ex adverſo recitationem Receſſuum non interrumpat, nulloque contra Receſſus habeat, præterquam in hic recenſitis 5. punctis.

56. Procurator autem ex adverſo lecturam nullatenus interrumpat, nec ullos contra-Receſſus habeat, multò minus ad proximam vel ſecundam (*quod planè in totum prohibitum ſit,*) dilationem efflagitet, ſed ſua agenda in termino legali vel etiam anticipato, in ſuo tamen ordine (*ſcil. terminorum*) ſimili modo judicialiter proponat; *d.* §. 5. Exceptis quinque punctis, in quibus Contra-Receſſus habere licet, *per d.* §. 5. *& ſeq. junct.* G. B. 12. *Jan.* 1660. §. 1. *&* 2.

57. Et quidem (1.) Si Originalia Adjunctorum, Procuratoriorum aliorumve documentorum producantur, quorum recognitio in prælecto brevi Receſſu efflagitata, Procurator ex adverſo illa incontinenti recognoſcat vel diffiteatur, (2.) Si Scripta ultra numerum ordinationis vel purificato termino producantur, itidem incontinenti ſub pœna Ordinationis contradicat atque Scripta rejici poſtulet. (3.) Accuſatam contumaciam realiter purget. (4.) Si velit, ad exhibita Scripta in continenti purè ſubmittat, *d.* §. 5. (5.) In petitam Actorum publicationem & communicationem uno verbo conſentias, *d.* §. 1. Quod poſtremum etiam obſervatur, ſi producitur Rotulus.

qui ſ. contra Receſſus in exhibitis ſpecificationibus ad marginem per Proto- & Notarios annotandi.

58. Quæ omnia in iſtis ad judicium porrectis ſpecificationibus prælectorum brevium Receſſuum per Proto- & Notarium ad marginem per verba: D. N. (1.) recognovit vel diffeſſus eſt. (2.) D. N. begehrts als über die Zahl der Ordnung oder termino purificato Einkommen zu verwerffen. (3.) D. N. purgavit contumaciam. (4.) D. N. purè ſubmiſit per generalia, *præalleg.* §. 5. *in fin.*

(5.)

(5.) D. N. consentit in Actorum publicationem & communicationem, annotentur, G. B. 12. *Jan.* 1660. §. 1.

Hodie gestorum copia & tempus ad agendum non petitur.

59. Olim etiam necessariò ex adverso gestorum copia & tempus ad agendum petenda erant, *C. p.* 3. *t.* 49. *princ.* G. B. 10 *Octob.* 1642. Verum copiarum petitio hodie tacitè abrogata est, cùm ea inter 5. puncta paulò ante recensita non reperiatur enumerata. Ne hac petitione opus, quoniam Recessus, qui ad calamum dictantur, Procurator per suum Scribam scribi curare debet, qui verò ex Scripto recitantur, Procuratori ex adverso ultrò communicandi sunt, *d.* §. 5. *vers.* Dabeneben auch. G. B. 12. *Jan.* 1660. §. 8. (Die Handlung) quod attinet, illa in duplo exhibentur & una copia adversario etiam tradendum, altera in judicio relicta, *praeced. n.* 30. Adjuncta (Die Beylagen) quidem tantùm in simplo ad Acta porriguntur, sed horum copiam adversarius pro suo lubitu ex Cancellaria redimere potest. Deinde nec petitione temporis ad agendum opus est, quia agere volens terminum habet legalem. *De quo vide infra tit.* 76. *n.* 22.

Ut d. §. Puncta specificationibus commodè inseri queant, ea ad dimidietatem folii duntaxat scribantur.

60. Quò autem ista 5. puncta commodè ad marginem annotari queant, Procuratores Specificationes Recessuum addimidietatem folii duntaxat conscribant, *d.* §. 2. Si in eadem causa in diversis punctis & inter diversas personas agendum, quilibet punctus ab alio per novam lineam separandus atque distinguendus, G. B. 12. *Jan.* 1660. §. 3. Rubrica verò causarum non in una & Recessus in altera facie folii sed utrumque semper in eadem facie scribendum, *ibid.* §. 4.

Procuratores Recessus ex scripto tardè recitent.

61. Deinde Procuratores suos Recessus ita tardè recitent, quòd Proto-& Notarii, utrum exemplaria sint consona, ut & lector, an Scripta & omnia Adjuncta realiter exhibita sint, animadvertere queant. Procurator verò ex adverso, qui in praememoratis punctis aliquid proponit, illud ita faciat, quò Proto-& Notarii istud specificationi legitimè inserere queant, *ibid.* §. 5.

Exemplaria Specificationū correcta & per omnia consona exhibeantur.

62. Exemplaria specificationum, antequam exhibeantur conferri, munda, correcta & per omnia consona, insuper ad evitandam confusionem in Registratura in quovis folio unius exemplaris non minus aut plus quàm alterius scribi oportet, *ibid.* §. 6.

Hæ specificationes quotentur exhibentisque Procuratoris nomen in principio ascribatur.

63. Porrò ad majorem certitudinem quivis Procurator suam specificationem per numeros, 1. 2. 3. 4. &c. Specificatio, seu ordo meus Terminorum vel Novarum, quotet suumque nomen quovis tempore in principio istius specificationis ascribat, *ibid.* §. 7.

In initio Recessus cujusque Procurator ex adverso nominetur.

64. In initio Recessus cujusque Procuratorem ex adverso nominet, huicque illius Recessus copiam tradat, *ibid.* §. 8. Quæ nominatio eo fine fit, quò Procurator ex adverso de jam habendo Recessu certior redditus ad meliorem attentionem admoneatur, qui & debita industria attendere debet, G. B. 11. *April.* 1595. §. *pen.*

65. Agens verò Procurator etiam ipse in tempore suos Recessus atque Scripta parata habere debet, ne dilatoria inquisitione Adjunctorum inter Recessus habendos indigeatur, & ut ampla suorum scribarum instructio ad redardandam Audientiam tendens evitetur, *d.* §. *pen.*

66. Recessibus verò, qui ita ex Scriptis recitari & in reliquis ordinibus atque

coram *Agens*

totam Deputato dictari debent, de Meritis causæ ne minima quidem immiscenda, istique Recessus ad summum ultra tres lineas non extendendi, G. B. 13. *Decemb.* 1659. §. 6. *junct.* G. B. 9. *Jan.* 1660. §. 1. sive ab Advocatis aut partibus præscripti sint Procuratoribus sive aliàs necessarii vel non. Quicquid verò paucioribus verbis comprehensu est impossibile, illud omne haud aliter quàm in scriptis præmissa brevi indigitatione inscriptionis petitionisque simul cum Copia exhibeatur, G. B. 10. *Oct.* 1642. Inscripto autem communiter solet esse schrifft an statt mündlichen Receß. Contra illud vero, quod præmemorato modo in Scriptis exhibetur, pars adversa in eadem vel proxima Audientia simili modo agere debet, G. B. 7. *Jul.* 1590. §. *ult.*

Procurator ad agendum in tempore paratus sit. Recessibus merita causæ non immiscendum, illique ultra 3. lineas non extendunt sur.

67. Bene verò notandum, quod ejusmodi Recessus scripti non aliter quàm loco exceptionum, Replicarum aut Duplicarum sint exhibendi, alioquin tanquam supra numerarii cum reservata pœna rejiciantur, G. B. 7. *Jul.* 1590. §. 2. *atque* 13. *Dec.* 1659. §. 4. Itaque quæritur, utrum pars adversa adhuc hodie contra illos in eadem vel proxima Audientia agere teneatur, an verò ad contra-agendum habeat terminum legalem? Resp. Cùm illos Recessus, prout paulò ante dictum, duntaxat aliorum productorum loco exhibere liceat, & surrogatum semper sequatur naturam ejus, in cujus locum surrogatum est, sequitur quòd uti in Replicis & Duplicis observandus terminus legalis, idem observandum sit in sæpe memoratis Recessibus.

Recessus scriptos loco oralium non aliter quà loco exceptionum, replicarum ac duplicarum exhibere licet.

68. Porrò Procuratores (1.) in suis Recessibus causas quàm brevissimè intitulent, puncta bene ac clarè distinguant, partes & semper impetrantem primo loco in intitulatura nominatim exprimant, primamque Intitulaturam in omnibus causis, etiamsi plures consortes litis adsint, haud mutatam retineant, idque sub pœna arbitraria, *C. p.* 3. *t.* 39 §. 3.

Modus Recessus habendi hic traditur.

69. (2.) Si Electores, Principes vel Status Imperii, aut alii litigantes in Recessibus nominandi, nullis aliis verbis, quàm Cancellaria in expeditione processuum usa est, utantur, omissis planè reliquis Epithetis vel titulis dignitatum, *d. t.* 49. §. 4. Ut & Synonymis, circumstantiarum exaggerationibus, ampliationibus, jurium allegationibus, supervacaneis protestationibus, similibus con-verbiis, (Nebenwort/) quæ causæ parùm proficua, omissis, G. B. 10. *Octob.* 1642.

70. (3.) Ne Recessus & contra-Recessus supra modum multiplicentur, multumque temporis inutiliter conteratur, omnia in uno termino peragenda in diversos Recessus non partiantur, sed una vice conjunctim proponant, *d. t.* 49. §. 5.

71. (4.) Similiter Procuratoribus in suis oraliter agendis in uno puncto vel petito non facilè ullos ulteriores Recessus ultra replicas admittantur aut concedantur, *d. t.* 49. §. 6.

72. (5.) Procuratores contenta in Productis documentisque nullo verbo repetant, sed duntaxat nudam inscriptionem illorum in genere indicent, *dict.* §. 6. Prout quoad Producta videre licet in præced. n. 1. Documenta quod attinet, si illa Producta apposita hodie exhibentur, illorum inscriptio admodum raro indicatur, sed solent signari certis literis vel numeris atque sic exhiberi, nimirum hoc modo:

modo: übergebe diese Schrifft samt den Beylage lit. A.B.C.D.&c. vel N. 1. 2. 3. &c.

73. (6) Tempus agendi ad proximam vel secundam non petant, aut ulteriora sub pœna arbitraria reservent, nisi habeant causas revelantes, *d. t.* 49. §. 17. G. B. 30. *Octobris*. 1255. §. 8. Verùm ista petitio seu reservatio hodiè in totum prohibita, G. B. 13. *Decembris*. 1659. §. 5 Quia per hæc Audientiæ & causæ nimis retardantur, *citat.* §§. 17. & 18. Exceptio est in recognitione seu diffessione Sigillorum *Suprà n.* 52.

74. (7) Cunctis inutilibus repetitionibus ante-actitatorum submissionumque sub pœna severa abstineant, *d.* G. B. §. 4.

75. (8) Recessibus ordinationi parùm conformibus & multories hactenus usitatis illegitimis appendicibus: Wofern darauff ferners zu handeln nöthig seyn / sich durch Bescheid darzu kommen zu lassen / aliisque supervacancis & in retradationem Audientiarum vergentibus Recessibus temperent, G. B. 21. *Junii* 1625. & G. B. 10. *Decembris* 1642.

76. (9) Procuratores semper initio suæ recessationis distinctè indicare tenentur, in quo ordine agere velint. G. B. 30. *Octobris* 1655. §. 5. *in fin.*

77. (10) Procuratores in suis Recessibus sine immixtione Meritorum causæ brevitati studeant, vel expectent, ut ipsis evestigiò in publica Audientia quovis tempore seriò contradicatur, Recessus cum reservata pœna rejiciantur, atque sua necessaria in Scriptis proponere injungatur, Proto- & Notarii quoque ejusmodi Recessus scribere prohibeantur, *C. p.* 1 *t.* 17. §. 75. G. B. 30. *Octobr.* 1655. §. *pen.* & pro ejusmodi Recessibus Procuratoribus nihil taxetur, *C. p.* 3 *t.* 49. §. 2.

78. (11) In iisdem Recessibus dicteriis, verbis injuriosis atque inutilibus sub debita pœna abstineant, *C. p.* 1 *t.* 17. §. 6 *Add.* G. B. 21. *Junii.* 1625.

79. (12) Recessus tardè, clarè, distinctè atque sic dentur, quò Proto- & Notarii eos scribere atque protocollare queant, *d. t.* 17. §. *ult.*

80. (13) Procuratores antequam Recessus habeant, sua Protocolla & Acta priùs diligenter inspiciant, aliàs si suorum ante-hac actitatorum obliti seu sua Protocolla & Acta non rectè inspicientes, in judicio se adjudicialia Protocolla Actaque referant, & in eo errent, pœnam ordinationis luant, *C. p.* 3 *t.* 49. §. 16. *Vid. Sent. Cam. num.* 41. 91, 427. & 836.

81. (14) Denique quilibet Procurator à summo usque ad infimum in eo ordine, quo collocatus est, agat, nullusque alterius Recessus prævertat, perrogationum ordines non confundat, sed Ordinationi Camerali conformiter procedat, suas causas modestè, breviter ac utilibus verbis proponat, atque in omnibus se ita gerat, prout ratione sui officii ipsum decet, *d. t.* 49. §. *ult.*

82. Quòd si quis Procuratorum Ordinationi Camerali ac suo officio se non conformem gerit, ille sine ulla remissione ac respectu personarum vel pœna ordinationis vel graviori affici solet. Præjudicia quamplurima habes in sententiis Cameralibus à me editis & Index his subnexus *in voc. Punitoria* genus transgressionis & numerum sententiæ, quâ unus & alter condemnatus est, tibi monstrabit, atque si lubet, dictas Sententias inspicere potes.

TIT. LXIV.

DE SUPPLICATIONIBUS.

Materia Processus Cam. sunt actus, ex quibus illa constat.

1. PErtractatâ hactenus Processus Cameralis causâ efficiente & objecto, methodi ratio me jam ad illius materiam ex qua perducit. Hanc materiam verò facio Actus, ex quibus tanquam partibus totus Processus Cameralis componitur. Nam in eo inchoando, continuando & absolvendo, varii actus requiruntur, uti mox patebit.

Horum actuum primus est Supplicatio.

2. Inter istos actus verò primùm occurrit Supplicatio. Cùm enim nemo sibi ipsi jus dicere possit, *per l.13.quod met.caus.* Nec judex suum officium cuiquam ad privatam utilitatem impertiatur, nisi ab eo imploratus, *Gail.1.O.50.n.6.* Tam verò in Processu inchoando quàm eodem prosequendo literæ ad partem adversam emanare debeant, quas quoque per synecdochen totius pro parte vulgò vocamus *Processus*, quia Processui Camerali expediendo inserviunt, Germanicè Gerichts-Brieffe/*C.p.3.t.12.§.7.Add.infrà n.pen.h.t.* Atque illi non aliter à judice Cameræ quàm ad instantiam litigantium decernantur, *C.p.3.t.12.princ.* Ideò ad ejusmodi Processus impetrandos Supplicatione opus est.

Ejus definitio.

3. Supplicatio est humilis imploratio judicis Cameræ pro Processibus decernendis. Isthæc autem Supplicatio est vel verbalis vel Scripta.

Est vel verbalis.

4. Illa est, quæ fit viva voce & tantum judicialiter, quando nim. Supplicans in causa jam judicialiter pendente per Recessum oralem Processus in audientia petit. Ejusmodi Processus verò sunt citatio ad reassumendum, Commissio ad examinandos testes, Compulsoriales ulteriores & arctiores, inhibitio ulterior & arctior, Mandata de exequendo, item omnia Mandata arctiora,&c.

Vel Scriptâ.

5. Supplicatio scripta est,quæ in Scriptis concepta exhibetur. Circa eam igitur considerandum,(1) quomodo sit concipienda, (2) cui & (3) quando exhibenda.

Supplicatio quomodo concipienda.

6. Supplicatio omni diligentia adhibita,ordine ac formiter juri communi, Ordinationi Camerali ac Recessibus Imperii congruenter concipienda, cum annexa petitione distincta ac specifica, *C.p.1.t.34.princ. ibique lit. C.* Hoc verò fit, si I. Ponatur exordium. II. Factum narratur. III. Jus applicetur. IV. Jurisdictio fundetur. V.annectatur petitio. VI. Subscriptio sequatur. VII. Rubrica cum nigro concordetur, & denique VIII. dies exhibitionis ascribatur.

I. Exordiũ Supplicationis contineat (1) honorificã compellationem judicis Cameræ.

7. I. Exordium complectatur (1) Judicis Cameræ honorificam compellationem.Cùm enim ille in maximo honore sit constitutus,cum debita reverentia haud immeritò est adeundus. In ista autem compellatione primò ponendus titulus dignitatis, quemadmodum impræsentiarum ponitur: Durchleuchtigster Fürst. Deinde adjungendum Nomen officii, sc. Röm. Käyserl. Majest. Kammer-Richter. Quò judex intelligere possit, exhibitam Supplicam ad ipsum esse directam.

ctam. Tertiò adhibenda humillima submissio, quæ perficitur vocando judicem einen genädigsten Herrn / ac suas preces eidem humilimè offerendo.

(2.) Nomen & cognomen Supplicantis & Rei contra quem supplicatur.

8. (2.) Nomen ac cognomen Supplicantis & Rei contra quem supplicatur, quò judex cognoscere possit, an quoad utrumque vel ad alterutrum in jurisdictione sit fundatus. Atque si contra plures Reos supplicetur, Supplicans eorum omnium nomina ac cognomina in Supplicatione exprimat, nec tempore insinuationis Processuum demum exprimenda reservet, *C.p.1.t.34.§.10.* Idque inprimis procedit, si petatur Citatio auff die Acht. Nam si quis eam petat contra N. & Consortes, quoad hos denegatur, quia quorum nomina in Citatione specialiter expressa non sunt, illi banniri seu excommunicari nequeunt, *Magenh. ad O.C. part.1.t.22. Rubric.*

In causis Appellationum omnium consortium nomina exprimi oportet.

9. Atque hoc etiam in causis Appellationum obtinet, *d.t.34.§.9. R.1566.* hinfüran sollen. 97. Olim aliquando aliter conclusum esse testatur Mynſ. 2. O.66. Ubi & prælleg. §.10. de pluribus tutoribus, hæredibus, auxiliatoribus, auxiliatoris adjutoribus ac similibus tantum intelligit, ex hac ratione, quia personæ in d. §.10. expresſè requirunt quandam causæ cognitionem & legitimationem, an scil. sint hæredes vel tutores vel complices. Verùm ego d.§.10.Verb. Und dergleichen. de pluribus consortibus litis, cujuscunque etiam generis sint, intelligendum puto, nam si v.g. sint plures concreditores, modo sint certi, omnes nominandi sunt. Et licet Mynſ.d.O.66. aliud in pleno olim decisum esse scribat ex ratione, quia hi creditores non sint similes personis in d.§.10. expressis tamen aliæ ibi forsan adfuerunt circumstantiæ, nam generaliter id verum esse non potest.

Usq; si non factum in supplicatione, in Cancellaria fieri solet.

10. Si Supplicans omnium Reorum nomina specificare nequeat, solet aliquem ex reis nominare & se offerte ad nominationem reliquorum consortum in Cancellaria faciendam. Ad quam oblationem Judex Processus in genere quidem decernit, in Cancellaria verò non expediuntur, nisi prius omnium consortum nomina expressa sint, *C.p.3.t.12.§.2.*

Si universitas citanda, vel Rei sint incerti, singulorum nomina exprimere non est necesse.

11. Quòd si supplicetur contra civitatem, communitatem, universitatem, collegium, familiam &c. Singulorum nomina exprimere necesse non est, sed sufficit in genere dicere: Burgermeister und Raht der Stadt N. Schultheiß / Schöffen und gantze Gemeint zu N. Rector, Decanus und andere Professores der Universität N. Episcopus & Capitulum Ecclesiæ N. Dux & sui milites, &c. *Gail.1. O. 49. n.6.* Ratio, quia hujusmodi nomina collectiva certam juris determinationem habent, & certum corpus repræsentant, *Gail.ibid. n.7.* Deinde nec reos nominatim exprimere necesse est, si hæredes, Creditores, atque alii interesse prætendentes sint incerti, atque per edictum citandi. Hoc casu cum eorum nomina sint incognita, ea in supplicatione exprimere est impossibile.

II. Factum in supplicatione commode narrandum, quod fit (1.) si cum omnibus suis circumstantiis narratur.

12. II. Narrandum Factum, super quo Processus petuntur, ut Judex animadvertere possit, utrum ejus qualitas ejusmodi sit, quæ jurisdictionem Cameræ fundet, quo autem judex id eo melius animadvertere queat, facti narratio debet esse commoda. Qualis est si (1.) Factum non nudum sed etiam ejus circumstantiæ ac qualitates recenseantur, quoniam minima circumstantia seu diversa qualitas variat

variat totam facti ſpeciem ac diverſum factum progenerat, atque ita non hoc ſed aliud factum eſſe cenſetur. Proinde ſi hæc omittantur, nec medium concludendi rectè applicari, neque congrua petitio ſubjungi poteſt.

(2.) Si narratio facti fuerit brevi.

13. (2.) Si fuerit brevis, ſiquidem jura prolixitatem reſpuant, *l.39.§.C.de Appellat.* Quam brevitatem aliquando judex injungit hiſce formalibus: Woferrn Supplicant eingezogener ſuppliciren wird / ſoll ferner ergehen was recht iſt.

(3.) Fuerit perſpicua.

14. (3.) Si fuerit perſpicua, quo judici de Facti qualitatibus conſtare poſſit, illas ita comparatas eſſe, ut merito inſtitutæ petitioni deferendum ſit. Alias ſi narratio informis & inepta fuerit, wird das Begehren auff fürbrachte Narrata abgeſchlagen.

(4.) Veritati conſentanea.

15. (4.) Si fuerit veritati conſentanea. Nam quavis judex ſimplicibus Narratis Supplicantis quoad fundandam jurisdictionem ac decernendos Proceſſus ſtare tenetur, *Gail.1. O.31. n.1. Myns.2. O.9.n.8.* quia ad obtinendos Proceſſus ſufficit narrare atque allegare qualitatem jurisdictionem Cameræ tribuentem, etiamſi illa non ſit vera, dummodo de falſitate aperte non conſtet, *Gail.ibid.n.2.* Tamen ſi reus poſtea de præfata falſitate doceat, Proceſſus tanquam per ſub-& obreptionem impetrati caſſantur, ut proinde vere facti circumſtantias narrare maximè neceſſarium ſit, non tantum ut proceſſus decreti exitum ſortiantur, ſed etiām ut Supplicans expenſarum damnum atque alia incommoda evitet.

Speciales caſus, in quibus non ſtatur nudis Narratis Supplicantium quoad decernendos Proceſſus.

16. Quòd verò nudis Narratis Supplicantis ſtetur quoad decernendos Proceſſus, illud non procedit. (1.) Si judici notoriè conſtet Narrata eſſe falſa, *Gail.1.O.31. n.4.* Nam judex hoc caſu Proceſſus plane denegat, ne Supplicans fruſtra ſe atque partem adverſam inutilibus ſumptibus iniquè fatiget, *Gail.1.O.n.119.n.7.* Sin judex de narratorum veritate dubitet, proceſſus periculo partis decernere ſolet, *d.n.7.*

17. (2.) In omnibus Supplicationibus pro Mandatis S.C. *R.1654.§.* Alle *Supplicanten.* 79. Cujus §. allegata verba: Alle *Supplicanten:* non de omnibus Supplicantibus in genere, atque ita etiam de iis, qui pro ſimplici citatione vel mandato C.C. ſupplicant, intelligenda, ſed tantum de omnibus Supplicantibus pro mandatis S.C. Nam quoad cauſas citationum & Mandat. C.C. vetus Stylus adhuc obſervatur.

18. (3.) In ſupplicationibus pro Proceſſibus Appellationis, *R.1654.§.* Und nachdem. 120. Quid in Appellationibus pauperum obtineat, *Vid.infra n.32.& ſeqq.*

19. (4.) In cauſis denegatæ vel protractæ juſtitiæ, *Gail.1.O.28.n.3.& 31.n.7. Vid.ſupra t.37.n.6.& ſeqq.*

20. (5.) In Supplicatione pro citatione ad vidend. relaxari juramentum ad effectum agendi, *Gail.1.O.22.n.4.& O.31.n.7. Add.præced.t.35.n.6.& ſeqq.*

21. (6.) In cauſa L.Diffamari, *Gail.1.O.10.n.7 & 8.R.1654.§.* Kammer-Richter. 83. *Add.præced.t.36.n.16.* Ob ſimilitudinem hujus cauſæ cum cauſa diffidationis in hac quoq; quoad impetrandam citationem nudis Narratis non creditur, *ſuprà t.29.n.12*

Quis in Camera pauper cenſeatur.

22. (7.) In pauperibus Supplicantibus. His enim antequam Proceſſus decernantur, præmittuntur literæ informatoriæ ad ipſorum Magiſtratum, *C.p.1.t.55.§.3.*

Cùm

Cùm verò insuper circa pauperes Supplicantes nonulla alia specialiter sint constituta, utile visum fuit, & ista hîc addere. Ubi omnium primo videndum, quis in Camera pauper dicatur. Pauper autem dicitur, qui se tantum in bonis non habere, de quo suis Advocatis, Procuratoribus atque Cancellariæ pro labore satisfacere posset, juravit, *arg. C.p.1.t.96. ubi formula juramenti traditur.*

23. Antequam verò hi adjuramentum paupertatis admittuntur, cum ipsis gratis patrocinandum sit, ad eorundem frivolam ac temerariam litigationem, dum nonnunquam suo beneficio nimis freti, evitandam, paupertatem suam testimonio sui magistratus aliorumve fide dignorum, aut aliquâ saltem probationis specie priùs doceant, *d.t.55.pr.* Aliàs decerni solet: wofern Supplicant Documentum paupertatis beybringen wird / soll ergehen was recht ist. *Supplicans pro admissione ad Juramentum paupertatis habes in Supplic.Cam. t.18.n.72. & 73.*

Pauperes antequam ad juramentum paupertatis admittuntur, Documentum paupertatis in Camera producere debent, Documentum paupertatis ut fidem in Camera mereatur, quale esse debeat.

24. Documentum ejusmodi verò pauperes priusquam ad juramentum paupertatis admittuntur, ideo afferre debent, quia ipsismet de sua egestate conquerentibus non creditur, *Magenh. O.29.* Necesse tamen non est, ut tale documentum sub Magistratus, sub quo degunt illi pauperes, sigillo & authoritate prodeat, (quæ quidem via tutissima est, sed non seper Magistratus petentibus egenis talia documenta communicant,) sed sufficitur convocatis vicinis, quibus de inopis facultatibus constet, vel pastor pagi seu alius literas conficiat sub suo sigillo, quibus testetur N. & N. Vicinos inopis in sua præsentia testatos esse, petentem N. esse inopem nec habere in facultatibus tantum sumptuum, quantum ad causam in Camera agitandam sufficiat. Ejusmodi enim scripturæ in Camera credi solet. Vicini autem dicto de vicini egestate creditur, *Magenh.d.loc.* quia Vicinus præsumitur scire facta Vicini, *Gail.1.O.142.n.6.* Imò testimonio Vicinorum melius esse testimonium parochi, cùm is quasi quidam magistratus sit, putat Tennag. *Class.3.c.23.n.3.*

25. Idem tamen Tennag. *d.cap.23.n.2.* attestatur tabellionum instrumentis non credi. Et Gylm. *voc. juramentum paupertatis §. quando Notarius.* ait. *Quando Notarius tantum facit instrumentum paupertatis ad examen duorum saltem privatorum de Supplicantis inopia attestantium, propter hoc non admittitur ad juramentum paupertatis. Idque præjudicio confirmat.* Quod certè mirum est, cum ipsa ordinatio etiam aliquali probationis specie contenta sit, *d. pr. ibi.* Oder zum wenigsten etlicher massen Anzeig und Schein seiner Armuth darthun. Et idem Gylm. *voc. Pauperes. §. ult.* projudicium afferat, ubi testimonio paupertatis à notis hominibus Spiræ Civi Hailbrunnensi dato fides adhibita fuit.

In hoc casu Instrumenta Notariorum fidem non merentur.

26. Sed quid si ejusmodi Documentum plane nancisci nequeant? Resp. nihilominus iis litteræ pro informatione decernendæ, *per Deput.* 1600. §. Dann ob wol. 9. *ibi.* und in Mangel der obangedeuten *documentorum &c.* Sed ibidem nihil habetur de præstatione juramenti, itaque quæritur, an ad illud admittendi? Resp. nihilo magis nec defectus documenti ex aliorum culpa ortus ipsis nocumento esse debet, & alias paupertas juramento probari potest, *Gail.1.O.142.n.6.*

Deficiente Documento paupertatis nihilominus ad præstationem juramenti admissi, atque literæ informatoriæ decerni debent. Juramentum.

27. Juramentum paupertatis in Camera judicialiter & extrajudicialiter indifferenter præstatur, licet causa jam judicialiter sit introducta, *Gylm. voc. juramentum*

pauperratis in Camera judicialiter & extraju dicialiter præſtari ſo let.

tum paupertatis §.*ult.* Si pauper eſt valetudinarius aut aliàs abſens, hoc juramentùm etiam per Procuratorem præſtari poteſt, modo hic ad id ſpeciali Mandato ſit inſtructus, *Ante-Marsl. O.*29. *Gylm.d.loc.* §.1. Mandato non apparente Procurator non admittitur, etiamſi pars adverſa nihil opponat, *ibid.* §.*pen.* Idem juramentum etiam coram Magiſtratu ordinario, dummodò fiat juxta formam ordinationis (*quam vid.C.p.*1.*t.*96.) præſtari & deſuper in Camera documentum produci poteſt, *Magen ad O.C.p.*1.*t.*41. *verſic. pauperes. Mynſ.*1. O.81.

Pœna pauperum malam cauſam foventium.

28. Deinceps cùm ſæpiùs compertum, pauperes ſuo beneficio nimis abuſos, dum Proceſſibus priùs impetratis demum paupertatem indicantes judicio Camerali imponere conentur, ac inſuper plerique ipſorum malam cauſam foveant atq; nihilominus tam Senatibus & Audientiis quàm Cancellariæ ingentem remoram injiciant *d.t.*55.§.1. Illi ante omnia, potiſſimum contra proprium Magiſtratum ituri, quemadmodum bona cauſa ſubmixis communis juris auxilium, ſic calumniantibus ſupplicium paratum fore ſeriò admoneantur, *d.t.*55.§.2. Et ſi temerè aliis in jus tractis ac iniquè fatigatis ſumptus refundere nequibunt, pro perſonarum qualitate ac magnitudine delicti Carcere aliiſve pœnis etiam corporis affligantur, *C.p.*1.*t.*70.*junct.d.*§.2.*in fin.*

Pauperes ſuos inſtigatores manifeſtare nolentes in Camera non audiantur.

29. Cùm verò hinc inde genus hominum reperiatur, quod nihil aliud moliatur quàm ut ex vanè perſuaſa bonitate cauſæ ſubditos contra ſuos Dominos inſtiget, aut prohibito modo pauperes aſſeclas ſuos faciat, illi ſupplicantes de Conſultoribus inſtigatoribusque interrogentur, hique ſi in loco præſentes, in Camera ſevere puniantur, ſin ſub alio magiſtratu degunt, ei ſimiliter puniendi nominentur. Si quis nomina advocatorum Procuratumve edere detrectet, ejus preces haud recipiantur, *d.t.*45.§.4.

Pauperes ſuam querelam per Advocatum ipſis adjunctum ſcripto complecti curent, quæ ad Magiſtratum pro dandis informatoriis mittatur.

30. Deinde pauperes ſuam querelam per Advocatum ipſis adjunctum Scripto complecti jubeantur, eâque ad Magiſtratum vel Judicem priorem pro dandis litteris informatoriis miſsâ, pro juſtitia vel injuſtitia cauſæ ex his deprehenſa illis vel proceſſus decernantur vel iidem à limine Judicii Cameralis depellantur, *d.t.*55.§.3.

Pauperibus quando & quomodo Advocati & Procuratores adjungantur.

31. Pauperes pro admiſſione ad juramentum paupertatis ſupplicantes ſolent ſimul pro deputando Advocato & Procuratore ſupplicare. Si judex pauperes ad juramentum admittit, etiam unà Advocatum & procuratorem deputat per tale decretum: Ist Supplicant zum Eyd der Armuth zu lassen / ihm auch ein Advocat und Procurator an denen die Ordnung / b[illegible] verordnet. Inter Procuratores enim & Advocatos eâ in re ordo æqualitasque ſervari debet, ne alii præ aliis graventur, *C.p.*1.*t.*31.§.10. Iis verò per pedellum, quos ordo tangit, illud decretum inſinuari debet, quô facto ipſi ſub pœna remotionis ab officio cauſas ſuſcipere & eâdem quâ reliquas fide agere nec in alium transferre debent, *d.*§.10. Non verò ſolùm juratis ſed etiam cæteris in loco judicii, extra tamen juriſdictionem Cameralem præſentibus & quæſtum ex illo judicio facientibus Advocatis patrocinia pauperum Judex Cameræ committat, *Deput.*.600.§. [illegible] 12.

Pauperes ap[illegible] quomodo procedatur.

32. In cauſis Appellationum ad Cameram interjectatum Advocatum conficit Sup-

Supplicationem pro Compulsorialibus ad edenda Acta, eam Procurator exhibet, Compulsoriales contra judicem inferiorem decernuntur, gratis communicantur atque insinuantur, eâ lege ut Judex inferior impræsentiarum Acta gratis, quia de paupertate juratum, sed justo pretio, si Appellans idoneus erit, persolvenda, edat, *d.t.* 55.§.5.*Add.Supplic.Cam.tit.* 15.*n.*23.*&* 3.*seqq.* Judex deinde intra terminum præfixum Acta Cameræ transmittit, quæ extrajudicialiter in Cancellaria exhibentur, & per Notarium in Senatu præsentata resignantur. Horum Actorum Copiam Appellans petit, & ex iis sua gravamina & quid novi deducturus sit, per suum Advocatum conscribi curat, *d. t.* 55. §. 6. Ubi pro voce, *Procurator*, sine dubio legi oportet, *Advocatus*. Gravamina sic conscripta, ut & Acta priora Assessores duo tresve inspiciant, ni ex his omnibus justam illius causam deprehenderint, protinus à limine Judicii submoveant, *d.* §. 6.

33. Sin verò pauper bonam causam fovere reperiatur, ipsi citatio atque inhibitio, si & hæc de jure non sit prohibita, decerni debet. Sed dum hæc peraguntur, Fatale introducendæ appellationis ut plurimum est elapsum, atque sic de stricto jure appellatio esset deserta, quia verò Appellans citra suam culpam detentus, hic regula locum habet, quod non-valenti agere non currat præscriptio, & propterea in jure sancitum, quòd pauperi non currant Fatalia, *Gail.* 1.*O.*142.*n.*1. Idque quoad Fatalia introducendæ appellationis nullam difficultatem habet, *Gail. ibid. n.* 2. *ubi n.* 6. *ait*: *Solam allegationem paupertatis ad impediendum cursum eorum Fatalium sufficere. modo illa postea legitimè probari possit.* *Pauperi non currunt fatalia introducenda:*

34. Dubitatio major in eo versatur, utrum fatalia interponendæ appellationis pauperi quoque currant. Guido Papa *decis.* 436. *n.* 22. distinguit inter appellationem viva voce, & inter appellationem in Scriptis interponendam. Priori casu cùm nihil erogandum sit, paupertatem à desertione non excusare, posteriori autem casu quia sumptus faciendi & pro Instrumento Appellationis aliquid expendendum esset, paupertatem excusare arbitratur *Gail.* 1.*O.*142.*n.*5. Sed Jason.*in l.*17.*n.*8.*C.de procur.* indistinctè concludit, pauperi decendium currere, eò quod minima illa impensa sit, quæ ad interponendam appellationem spectat. Cujus opinionem Camera approbavit 29. August. 1567. *teste Gail. d. O.*142.*n.*4. Qui tamen ibidem distinguendum putat, utrum paupertas coram Judice inferiori allegata & probata sit, an verò demum post latam sententiam coram Judice appellationis allegetur, priori casu existimat Guidonis distinctionem benigniorem & veriorem esse, quia jam constat Judici ut Judici de paupertate & sic notorium meritò excusat desertionem, quia impossibilium nulla est obligatio & difficultas à mora excuset. Posteriori casu absque differentia intra decendium appellandum, aut docendum de paupertate, si fieri posset, aliàs sententia transibit in rem judicatam, quia paupertas in Facto consistit. Facta verò non præsumuntur, nisi probentur. *An illi currant Fatalia interponenda controversum est.* *Paupertate superveniente, etiam in progressu cau. à juramentum paupertatis præstari potest.*

35. Deinde juramentum paupertatis non solum in initio litis præstari potest, sed etiam supervenienre paupertate pauper in progressu causæ ad illius præstationem est admittendus, & quidem in Causis S. Q. literæ pro informatione ad Magistratum loci, si Judici Cameræ utile visum fuerit, decernantur. In causis Appella-tionum

Causâ malâ verò seu ad Cameram nō spectare inventa, Processus cassandi sunt.

tionum verò Acta priùs inspicienda, *d.t.* 55.§.7. & Summatiè examinanda sunt, ut constet, an Pauper verisimiliter justam causam foveat, & ad excludendam illius fraudem, ne sc. parvo pretio processibus ab initio redemptis, atque sic evitata Actorum inspectione, posteà adversarium iniquâ ac temerariâ lite divexet, *Mynf. d. O.* 81. *Tennag. d. cap.* 23. *n. ult.*

36. Quòd si appareat pauperem malam causam fovere, vel causam ad Cameram non spectare, Processus cassandi sunt, *alleg.* §. 7. Atque si causa apud alium judicem prosequenda, Acta pauperi id petenti restitui solent, sin alibi causa non tractanda, restitutio denegatur, *Gylm. voc. pauperes.* §. 1.

Juramentum paupertatis in prima instantia praestitum in secunda non iteratur, modò eadem sit causa.

37. Porrò pauperes si juramentum paupertatis jam in prima instantia praestiterint & appellent, hoc casu dictum juramentum in secunda instantia iterare non tenentur, *Mynf.* 1. *O.* 81. *Magenb. add. t.* 41. *versic. pauperes.* In alia tantum causa sive sit S. Q. sive appellationis, idem juramentum iterare aut de solutione facienda, si quando ad pinguiorem fortunam pervenerint, repromittere debent, *C. p.* 1. *tit.* 55. §. *pen.*

Paupere mortuo, ipsius haeredes juramentum paupertatis praestitum iterare tenentur.

38. Praestito paupertatis juramento si pauper lite pendente moriatur, ipsius liberi aut agnati ad quos actio jure successionis pervenerit, juramentum paupertatis reiterare debent, aliàs in causa non proceditur, *Mynf. d. loc. & Magenb. ad d. t.* 41. *vers. Item si tale.*

Compulsoriales ante citationem nō solùm in causis appell. sed etiam S. Q. decernuntur.

39. Quod dixi praeced. n. 32. in causis Appellationum Compulsoriales ad Acta edenda priùs, quàm citatio & inhibitio decernatur, esse decernendas, idem obtinet etiam in causis S. Q. si forte extent apud Magistratus, quos pauper convenire vult, Acta ex quibus instructio de causae, quam fovent, qualitate haberi potest, ubi Compulsoriales ante citationem decernuntur, *Magenb. O.* 68.

Pauper in Camera succumbēs non amplius auditur.

40. Deinceps observandum si pauper in Judicio Camerae succumbat & posteà restitutionem petat gratisque copiam Actorum ex Cancellaria habere velit, quòd non audiatur, quoniam praesumptio est pro sententia, maximè in hoc summo Tribunali lata, *Mynf.* 1. *O.* 81.

Consortes pauperis immunitate pauperum non gaudent.

41. Porrò quanquam pauperibus, uti dictum, justitia gratis sit administranda, eorum tamen consortes hoc immunitatis privilegio non fruuntur, sed omnium sumptuum viriles partes sustinere coguntur, *d. t.* 55. §. *ult.* Proinde si pars pauper supplicans non solùm aut verè agat ex sua persona sed etiam pro suis consortibus tunc non solet admitti, nisi praecisè tantùm pro se, vel injungitur ut doceat cessionem sibi verè & non simulatè factam, *Magenb. ad d. tit.* 41. *vers. Nota. Item.*

Pauperi-

42. Denique quanquam pauperibus omnia etiam executiones processuum gratis praestentur, Nuncii tamen, qui ferè non sunt re minus lauta, & sumptus etiam in executionem conferre solent, pro executis ejusmodi Processibus ex Sacculo pauperum, accipiunt, *C. p.* 1. *t.* 67. *Tennag. Class.* 3. *cap.* 24. Consuetudinis verò est, ut Nuncii per Supplicationem ab illorum Magistro subscriptam in Senatu hujusmodi mercedem petant, *vid. Supplic. Cam. tit.* 18. *n.* 79. Et datur pro singulis milliaribus certum quid, non tamen pro distantia loci sed quantum eorum processuum

generà

genera ab instituto itinere discesserunt, cùm ad alios processus suis locis exequendos etiam proficiscerentur, *Tennag. d. cap.* 24.

bus etiam Processus gratis exequendi, Nuncii tamẽ exequentes pro executione ex Sacculo pauperum accipiunt mercedem.

43. Circa Sacculum pauperum (der Armen Säckel) observandum, quòd illæ ex mulcta Procuratorum, ut & Advocatorum ac Litigantium confletur, *d. t.* 67. Ubi notari potest, quòd illa mulcta tum demum dicto Sacculo applicetur, si sit infra Marcam auri puri, aliàs enim regulariter Fisco applicatur & ad ejus solutionem certus terminus sub pœna dupli præfigitur.

Sacculus pauperũ

44. Ultra jam dicta juris beneficia hoc etiam pauperibus præstatur, si non habent unde vivant, quòd iis ex dicto Sacculo ad illorum sustentationem concedente judice aliquid expendatur, *d. t.* 67. Prævia tamen supplicatione pro Eleemosyna ex Sacculo pauperum, *Supplicas habes in Supplic. Cam. tit.* 18. *n.* 74. *usque* 78. Ast cùm pauperes non rarò sine necessitate Spiræ demorarentur, sancitum, ut istam supplicam non aliter quàm à suis Advocatis & Procuratoribus subsciptam adjecta memoratione quamdiu ibidem subsistere illis necessarium sit, exhiberent. Quam subscriptionem ac testimonium Advocati & Procuratores minimè detrectent, G. B. 13. *Dec.* 1610. Non autem datur ultra summam duorum florenorum, quam si quis semel acceperit, non facilè quid amplius accipit, & solet in dubio mandari cuidam Notario, ut inquirat apud Pedellum, an Supplicanti pridem aliquid ex Sacculo pauperum datum sit, ut sic eo comperto nihil decernatur, *Tennag. Class.* 3. *cap. ult.* Denique pauper appellatus ex bonis litis ali debet, *Gylm. voc. Pauperes.* §. *Si pauper.*

Ex hoc Sacculo etiam pauperibus ad se sustentandos aliquid datur.

45. Pauperes Advocatos & Procuratores nacti, ubi satis istos, quæ oportet, edocuerint, pro qualitate cujuslibet causæ arbitrio Judicii Cameralis post sextum mensem Spirâ excedere & alibi degere compellantur, attamen ubi locorum sint, ut sui Advocati & Procuratores sciant, curent, *C. p.* 1. *t.* 63. §. 9.

Pauperes Spira ultra 6. menses non demorentur.

46. III. Ad Factum ita enarratum applicandum jam venit Jus, quò Judex percipere possit, super quo jure supplicans suam intentionem fundet, & an supplicanti juxta narratum Factum aliqua actio est isto jure competat; nam si ex Narratis vel aliunde appareat, supplicanti nullam actionem competere petiti Processus denegantur, *Magenb. O.* 66. Jus autem applicatum & digressio, qua mediante à narratione Facti ad conclusionem supplicans progreditur, vulgò solet vocari *Medium concludendi*, quia ejus ope ad conclusionem pervenitur. Proinde rectiùs & commodiùs fieri puto, si priori loco narratio Facti ac posteriori loco Medium concludendi seu causa petendi ponatur, idque præterea etiam ob hanc rationem, quia non Factum ad jus, sed jus ad Factum applicandum. Jam verò ad quod fit applicatio, prius esse debet eo, quod applicatur. Non tamen refragabor illis, qui arbitrarium esse scribunt, utrum medium concludendi priori an posteriori loco ponatur, quia utrumque in Camera observatur.

III. Applicatio juris ad factum.

Medium concludendi an Narrationi facti præmittendum.

47. Ut medium concludendi priori loco ponatur, rectam rationem suadere arbitratur Umm. *Process. Judic. disp.* 5. *n.* 9. dum ait: *Agnosco omnino arbitrarium esse, utrum priùs facti speciem ponere velis, an verò ipsum petitionis tuæ fundamentum. Tantum volo, rectam rationem suadere, ut priùs de medio sollicitus sis, quo in-*

Sententia Ummi de hac re.

intentionem tuam obtinere possis, quàm ad ipsam facti narrationem prosilias. Medium autem cùm ex jure & constitutionibus desumi soleat, facilè apparet, ejus statim post exordium rationem habendam esse, si non verborum conceptione, saltem supplicantis intentione.

48. Hic notandum, quòd vox, *Narrata*, aliquando ita latè sumatur, ut etiam Medium concludendi atque sic omne id, quicquid in supplicatione inter exordium & conclusionem ponitur, comprehendat. Sic plerumque accipitur, quando decernitur: Auff fürbrachte Narrata abgeschlagen. Item quando Supplicans dicit, Er wolle Narrata supplicationis loco libelli repetiren.

IV. Jurisdictio Cameræ fundanda.

49. IV. Jurisdictio Cameræ fundanda, narrando in specie, utrum illa ex persona litigantium, an verò ex qualitate causæ sit fundata, nam licet Judici satis constet, quòd ejus jurisdictio fundata sit, tamen nisi in supplicatione expresse addatur, ex quo capite in specie sit fundata, Processus non decernantur, ac decreti nullius sunt momenti, *Schvvanm. 1. Processf. cap. 1. n. 19. & ult.* Dissentit Gylm. *voc. Immediatus.* putans non impedire, quò minus Processus decernantur, si de qualitate jurisdictionem Cameræ fundante notoriè constet, etsi ea non allegetur.

V. Conclusio annectenda, quæ petitionem supplicantis continet.

50. V. Conclusio annectenda, quæ petitionem seu desiderium supplicantis continet. Quæ petitio dicitur conclusio, quatenus ex Narratis per consequentiam formatur. Atque conclusio & petitio pro eodem sumuntur, *in C. p. 3. t. 13. §. 2. R.* 1654. §. Diesem nach ist. 34. Hæc petitio autem distinctè ac specificè est concipienda, *C. p. 1. t. 34. princ.* Quò Judici relinquere possit, quid supplicans precibus suis voluerit, aliàs frustrà supplicationem concepisset, nam Judex id tantùm concedit, ob quod imploratus, sin verò ille percipere nequeat, quid ab illo petitum, nihil concedere potest.

Hæc petitio apta esse debet, alias ejus ineptitudini ne quidem clausula salutaris quicquam conducit.

51. Eadem petitio quoque apta esse debet, *id est*, debet ex narratis aptè consequi. Nam quamvis olim petitio inepto ac inconsequenti non attento, si ei modò adjecta erat clausula: *Rogo desuper jus atq; justitiam non solùm petito, sed etiam quovis alio legitimo modo, quo hoc de jure fieri debuisset, administrari:* ad præmissa Narrata Judex Cameræ decernere tenebatur, quæ super iisdem decernenda erant, *d. t. 34. lit. C.* Tamen cùm nonnulli hac clausula freti nimis informes ac inordinatas supplicationes non rarò exhiberent, atque ista clausula abuterentur, illius clausulæ Vigor *per Deput.* 1557. §. Wiewol dann. 33. iterum abrogatus est, *C. p. 1. t. 22. §. 12.* Proinde hodie tantùm annecti solet aliqua clausula sequenti ferè tenore: Hierüber (*sc. super præmisso petito,*) Ew. Fürstl. Durchl. Hoch-Adeliches mildrichterliches Ampt unterthänigst anruffend. Atque si petitio est inepta, informis & ex Narratis non sequatur, decerni solet: Wie gebäten abgeschlagen / *C. p. 1. t. 22. §. 10.* Illi Clausulæ tamen in libellis suis vigor adhuc integer est, eaque suam efficaciam habet. *Add. infra t. 68. n. 53.*

Præmemoratæ petitioni deficiente separato libell. necessariò antetendum

52. Præmemoratæ petitioni quoque in causis, in quibus opus est libello, & ille libellus supplicationi non sit separatus appositus, inseri debet, non solùm ut reus citetur, sed etiam ut condemnetur, idque sub pœna denegationis petitorum processuum, *prealleg. §. 34.* Hinc Processus denegati sunt 21. Febr. 1661. in causa Erasmi

Erasmi contra Fechenbach / *Supplic. Cam. tit.* 1. *num.* 4. Et in causa Grensfeld contra Hümpiß/ 20. *Januar.* 1660. *Supplic. Cam. tit.* 13. *num.* 41. Atque prætereà debet addi, quòd Actor Narrata supplicationis in termino citationis sit loco libelli repetiturus. Quæ posterior appendix nonnunquam quoque ipsis Narratis annecti solet. In causis verò Appellationum Acta priora loco libelli, si quis illum separatim exhibere non vult, repetenda sunt, *R.* 1654. §. Wolte er aber. 65.

ut Reus condemnetur & Narrata supplicationis loco libelli repetitum iri.

53. In eadem petitione quoque instandum pro præfixione Terminis legalis. Ubi scire oportet, cùm antehac quis scriptis ab Adversario exhibitis non incontinenti per generalia contradicere, sed contra illa itidem in scriptis agere vellet, quòd iste adhuc semper certum tempus petere tenebatur, *C.p.* 3. *t.* 49. *princ.* Ast idem sæpè cum suo Adversario de isto tempore convenire non posset, quapropter eorum disputationibus non solùm Audientiæ inutiliter retardabantur, sed interdum etiam submissionibus desuper factis Judex interloqui cogebatur. *vid. C.p.* 3. *t.* 10. §. 6. & 7. Hinc Anno 1659. sancitum, ut post exceptiones aliave scripta Ordinationi Camerali conformiter in Judicio exhibita, statim à tempore factæ exhibitionis Adversario ad contra-agendum, si ulterius ipsi id liceat, & quidem in causis jam tum in Camera pendentibus communis terminus à 3. mensibus ad 3. menses, quamdiu Judex aliud tempus non præstitueret, præjudicialiter curreret. In causis verò, in quibus inposterum pro Processibus supplicandum esset, semper simul pro præfixione termini legalis utique parti communis instaretur, & pro distantia cujusvis loci 1. 2. 3. vel summum 4. mensium in decreto præfigeretur, & postea Processibus insereretur, G. B. 13. *Dec.* 1659. §. 4.

In eadem petitione instandum pro præfixione Termini legalis.

54. Ubi notandum, cùm in Mandatis S. C. non excipiendum sed statim in primo termino de facta paritione docendum sit, *prout supra tit.* 34. *num.* 173. *& seqq. uberiùs dictum*, quòd quando pro ejusmodi Mandatis supplicetur, pro præfixione termini legalis instari plerumque non soleat, quare si reus in isto termino primo de facta paritione non doceat, sed forsan excipiat, atque Actor replicare velit, quòd tunc ut & in reliquis postea agendis semper 3. menses pro termino legali computari consuevere, *d. tit.* 34 *n.* 187.

In Mandatis S. C. præfixio Termini legalis peti non solet.

55. Atque hæc sunt, quæ in omni causarum genere circa Narrata latè sumpta formiter concipienda eisque conclusionem seu petitionem aptè annectendam observari oportet. Quæ verò in singulis causis tanquam specialia ac quasi propria observanda sunt, illa suprà magnam partem exposui, reliqua ex Dd. qui de hac vel illa materia scripserint, possunt peti.

56. VI. Ad supplicationem ordinationi Camerali conformiter concipiendam pertinet, ut Procuratores Cameræ alieno nomine supplicantes se subscribant suo nomine ac propria manu, non verò per suas scribas, *C.p.* 1. *t.* 34. §. 6. Ac prætereà si in causa nondum pendente extrajudicialiter supplicent, simul cum supplicatione suum Procuratorium vel aliud documentum sui Mandati fide dignum à suo Principale exhibeant aut de rato, ut decet, caveant, *d. t.* 34. §. 2. Et hoc posteriùs ut plurimum observatur. Illa autem cautio de rato fit adjectione verborum: *Cavens de rato & mandato.* Quòd nim. Dn. Principalis illius gesta rata habiturus sit, mediante Mandato Procuratorio posteà in judicio producendo. 57.

VI. Subscriptio Procuratorum. Item illorum cautio.

Hæc non opus, si procuratorium cum supplicatione exhibeatur.

57. Horum verborum adjectione tamen non opus est, si procuratorium simul cum supplica exhibetur, cujus aperta est ratio, quia quando Mandatum jam est productum atque ex eodem de ratihabitione Domini constat, superflua est memorata cautio nullumque effectum habere potest. Et licet Schvv. 1. *Processf. c. 1. n. 13.* scribat, se aliquando observasse, quod Procurator, qui procuratorium cum supplicatione exhibuisset, propter omissionem prædictorum verborum arbitrariè sit punitus, tamen id hodie non obtinet, & præterea puto observationem Schvvanmanni esse erroneam, quia est contra expressum textum d. §. 2. qui alterutrum, vel Mandatum vel cautionem alternativè requirit, ex alternativis enim unum præstitisse sufficit.

Item, si supplic. pro confirmando tutore, vel causa judicialiter pendente.

58. Quod si supplicetur pro confirmando tutore, non sufficiat adjicere verba: *Cavens de rato & mandato*: Sed necesse ut speciale ad hunc Actum procuratorium simul cum supplica exhibeatur, *Schvvanm. d. n. 13. Add. Supplic. Cam. t. 14. n. 22. 23. & 24.* Deinceps nec dicta verba subscribuntur, si supplicetur in causa jam pendente, sive id fiat extra- sive judicialiter, sed vel Procuratores nudo nomine se subscribunt, quod plerumque fit, vel se referunt ad jam in judicio præstitam cautionem, vel productum Procuratorium.

Nec Principales proprio nomine, nec Advocati Cameræ tanquam Procuratores supplicationibus se subscribere possunt.

59. Sed quæritur an Principalis Spiræ præsens proprio nomine supplicare atque supplicationi se subscribere possit, Procuratore non subscribente? Affirmatur *per C. p. 1. t. 34. §. 6. Denaisf. t. 193. §. pen.* Ast hodie illud non semper admittitur, sed Supplicanti per Decretum sæpe injungitur, ut suam Supplicam per juratum Procuratorem Cameræ subscribi curet. Deinde nec hodie Advocatus juratus Cameræ alienas supplicationes subscribere potest, secus quam est dispositum, *in C. p. 3. t. 13 pr.* Imò proprias supplicationes à Procuratore subscribi curare debet, *supra t. 9. n. 15.* Sollicitatores vero & reliqui mandatarii, qui non sunt jurati Procuratores Cameræ, suorum Principalium nomine supplicationi se subscribere prohibentur, *in d. pr.*

Advocatorum causæ tamen nomina in subscriptione supplicationum sunt exprimenda.

60. Advocati causæ sæpe memoratis supplicationibus simul cum Procuratore se subscribere tenentur, vel quod extraneos advocatos, id est, qui Spiræ non sunt præsentes, attinet, ad minimum sua nomina ab aliis subscribi curent, G. B. 13. *December.* 1659 §. 4. *vers.* Die *Supplicationes.* Ab hac subscriptione tamen immunes, sunt Principum ac Statuum actuales (non vero honorarii) Consiliarii quatenus advocando suorum Dominorum causis operam præstant, G. B. 9. *Jan.* 1660. §. 3. Atque horum supplicationibus subscribi solet hoc modo: Fürstliche / Gräfliche / Statt &c. N. Cantzley. Sin autem & hoc omissum, Procurator arbitrariè punitur. Sic factum in causa Nassau-Sarbrücken contra Pfaltz-Simmern mandati der Pfandung / 16. Febr. 1661. *Add. suprà t. 63. n. 27.*

VII Rubrica supplicationis, quæ breviter concipienda & cum Nigro concordanda.

61. VII. Circa rubricam supplicationis notandum, quod illa sit breviter concipienda ac cum Nigro concordanda, aliàs decernitur: Noch zur Zeit abgeschlagen: Sondern wofern Supplicant das Rubrum cum Nigro concordiren wird / soll ferner darauff ergehen was recht ist. Sic factum 20. Januar. 1660. in causa Gronsfeld contra Humpiß / *Supplic. Camer. tit. 13. num. 41.* Item in causa

Behling contra Winters Wittibe / 13. August. 1660. *Supplic. Cam. t. 15. nu. 7.*

62. VIII. Antequam Supplicationes pro Processibus extrajudicialiter exhibentur, quò sciri possit, quando exhibitæ, & ut eo celerius expediantur, semper dies exhibitionis sub pœna ordinationis iis inscribendus est, *C. p. 1. t. 34. §. 5.* Quocirca an ista inscriptio justè facta, Judex Cameræ diligenter animadvertat, *C. p. 1. t. 22. §. 1.*

VIII. Supplicationibus dies exhibitionis inscribendus.

63. Supplicationes ita conceptæ non incorrectæ atque defectuosæ sed per ipsos Procuratores, vel suos, quibus in hac re tuto confidere possunt, revisæ exhibeantur, *d. tit. 34. princ.* idque sub pœna condigna, *d. t. 34. lit. B.* Earum Scriptura nisi proba ac lectu facilis, Supplicantes pœna ordinationis sunt plectendi, *Visit. 1564. §.* In ferniger. 22. In causa Behling contra Winters Wittibe 13. Aug. 1660. Supplicanti injunctum, ut Supplicationes collationaret, *Supplic. Camer. t. 15. n. 7.*

Supplicationes non defectuosæ & in ore [?] exhibeantur.

64. Deinde Supplicationes ita correctæ ac revisæ in duplo sub pœna arbitraria exhibendæ sunt, quarum una, ut & in in iis memoratorum Adjutorum (*quæ duntaxat in simplo exhiberi solent*,) concordantes copiæ, quot illarum à Procuratoribus posteà exposcuntur, antequam decreta auferunt, in Cancellaria relinquantur, quo judex illorum in casu futuræ necessitatis ad informationem particeps esse possit, *d. t. 34. §. 4.*

Et quidem in duplo.

65. Adjuncta (die Beylagen) certis litteris vel muneris signari atque sub horum Charactere in contextu supplicationum allegari oportet, qui Characteres insuper è diametro in margine supplicationi assignari debent, ac præterea in margine dorsi supplicationis seu ejus rubricæ hisce verbis: Mit Beylagen sub lit. A. B. C. &c. vel sub No. 1. 2. 3. &c. repetenda sunt.

Adjuncta in supplicationibus allegata quomodo signari debent.

66. Supplicationes modo hactenus demonstrato conceptæ ac descriptæ exhibentur vel judicialiter vel extrajudicialiter. Judicialiter exhiberi dicuntur, quando porriguntur in judicio, *id est*, in Audientia, in der Audientz-Stuben. Nam omne id, quod ibidem peragitur, dicitur judicialiter fieri. Cujus oppositum est extrajudicialiter fieri, *praced. t. 59. n. ult. Add. infrà n. 78.*

Supplicationes exhibentur vel judicialiter vel extrajudicialiter.

67. Et quidem omnes Supplicationes pro obtinendis Processibus in causis nondum in Judicio Camerali pendentibus extra judicialiter exhiberi debent, sed in causis jam pendentibus, judicialiter supplicandum, *d. t. 34. §. 11. & C. p. 3. t. 44. pr.* (*Causæ pendentes verò hic dicuntur, quæ per reproductionem Processuum Reo insinuatorum in judicium sunt introductæ.*) Quod fit, si supplicetur pro citatione ad reassumend. G. B. 12. *Januar.* 1660. §. *ult.* Item pro Citatione super injuriis, aliisque id genus. Cujus ratio est, ut pars altera desuper audiatur, & ne continentia causæ dividatur, quandam enim connexitatem cum causa controversa habere videntur, *Schvv. 1. de Process. c. 1. n. 5. Add. suprà t. 40. n. 15.*

Omnes Supplicationes in causis nondum pendentibus extrajudicialiter, in pendentibus verò judicialiter exhiberi oportet.

68. Contra ejusmodi Supplicam adversa pars antiquitus ad proximam Audientiam excipere cogebatur, *alleg. princ.* Posteà tempus excipiendi arbitrio Judicis commissum, *d. t. 44. §. 1.* Hodie terminum legalem ad excipiendum observandum esse puto.

Contra Supplicationes judicialiter exhibitas intra quod tempus excipiendum.

69. In

Quid circa eas in cognitionem veniat.

69. In puncto autem memoratæ supplicationis nihil aliud in cognitionem, quàm si alias extra judicialiter informatoriæ litteræ decretæ sint, trahatur, *d.* § 1. Conclusione facta, longissimum ad secundam Audientiam desuper pronuncietur *d.t.44.§.ult.*

Decretum: Judicialiter: quando detur.

70. Nonnunquam ad maturiorem impetrationem Petiti in causis pendentibus extrajudicialiter supplicatur, sed supplicans ut plurimum per decretum: Gericht-lich (*Judicialiter,*) ad judicium remittitur. Quæ remissio etiam fit, si non in pendente, sed in alia nova causa supplicetur, in supplicatione tamen alicujus causæ pendentia allegetur, *Schvv. d.c.1. n.8. Præjudicia extant in Supplic. Cam. t.3. n.7. t.5. n.1. t.6. n.9. t.7. n.10.*

Per illud Decretum supplicans ad judicium remittitur.

71. Illo Decreto autem supplicans monetur, ut in judicio proponat suam supplicationem. Non tamen præcise tenetur illam ipsam supplicationem in judicio producere, sed potest eam mutare, aliquid addere, minuere vel etiam omnino omittere. Si enim illam ipsam supplicationem judicio exhibeat, interdum Adversario ex illo decreto: *judicialiter:* datur ansa cavillandi disputandive, quod ut præcidatur, satiùs est non illam ipsam sed aliam vel saltem de novo scriptam supplicationem in judicio producere. In causis vero appellationum omnino illa ipsa supplicatio in judicio est exhibenda, ut & Judex & Adversarius videat, intra sex menses, *Fatalia sc. appellationis introducendæ*, Supplicatum pro appellatoriis Processibus, ne quis putet desertam esse illam appellationem, *Magenh. O.47.*

Huic remissioni non est locus. (1.) in Citatione ad reassum. si instantia aliqua periit. (2.) In Supplicationibus pro maturanda sententia.

72. Præmemoratæ Remissioni verò non est locus, (1.) si supplicetur pro citatione ad reassum. quando aliqua instantia est perempta, *C.p.1.t.17.§.2.* v.g. Si Bannitus Pacifragus mortuus, instantia quoad pœnam Banni periit, *Gail. 1. de P. P. c. ult. n. 23.* Proinde de hoc casu extrajudicialiter supplicandum pro citatione ad reassum. *d. c.ult. n 16.*

73. (2.) Si supplicetur pro maturanda sententia, *C.p.1.t.34.§.11.* In hac supplicatione autem, quæ vulgo *Memoriale pro maturanda sententia* intitulatur, quo tempore & super quo puncto submissum, paucisque verbis, quæ sint Merita causæ, indicetur, quo Judex Assessores istius causæ Acta penes se habentes ejus admonere possit, *d.t.34.§.12.* Ejusmodi memoriale per intervalla quatuor hebdomadum, quatuordecim dierum aut summum hebdomatim semel Judici ejusve Vicario (*ad Senatum euntı*) ab ipsis partibus seu istarum Procuratoribus porrigatur, eædem partes verò ipsarumque sollicitatores intempestivis compellationibus Judicis, Præsidum atq; Assessorum in ædibus, plateis & coram curia Camerali schedularum porrectionibus temperent, G.B. 13. *Dec 16*; 9. §.8. *Horum Memorialium formulas reperies in Supplic Cam. t.18. n.88. usq; 93.* Si ejusmodi Memoriale judicialiter exhibetur, rejici solet, uti 13. Aprilis 1660. factum in causa Baden contra Kronenberg, *Sent. Cam. n.648.*

(3.) In Supplicatione pro relaxando captivo.

74. (3.) Si supplicetur pro relaxando captivo, hoc enim casu ob favorem incarcerati, non obstante litis pendentia, Mandata pro relax. captiv. extrajudicialiter decerni solent, *Schvv. d. c.1. n.9.*

75.

(4.) In Suppl. pro Mandatis Attent. revoc.

75. (4.) Si supplicetur pro Mandatis attentatorum revocatoriis, *R.* 1654. §. Und wann gegen. 59 *Add. tamen supra t.* 53. *n.* 21.

Supplicationes, judicialiter exhibendi modus, & cui exhibenda.

76. Viso jam, quando supplicationes extra- & quando judicialiter exhibendæ, nunc videndum de modo exhibendi & cui exhiberi debeant. Et quidem si Supplicationes judicialiter exhibentur, verbales dictantur ad calamum, scriptæ verò in duplo exhibendæ, quarum una, uti reliqua scripta, à lectore cum Producto signatur, atque ad Acta registratur, altera parti adversæ porrigenda, si sc. illa adsit; nam si supplicentur v. g. pro insinuatione privilegiorum, ubi nemo ex adverso adest, in simplo tantùm exhibentur.

Easdem extrajud. exhibendi modus atque cui exhibeantur.

77. Extrajudicialiter supplicationes verbales exhiberi planè nequeunt; scriptæ verò, quæ pro maturanda sententia seu decreto porriguntur, in simplo Judici vel ejus Vicario domi suæ vel ad Senatum eunti exhibentur. Reliquæ omnes in duplo exhiberi debent, *praced. n.* 64. Et quidem olim Judici quoque, non verò Assessoribus exhibendæ erant, *C. p.* 1. *t.* 34. §. 1. Hodie cuidam Notario in Cancellaria demoranti traduntur, qui diem exhibitionis in suo libello annotat, easque posteà ad Senatum descendens Judici offert, qui easdem inter Assessores ad expediendum distribuit.

Eadem justo tempore exhiberi debent.

78. Denique exhibendæ sunt non nimis serò vel intempestivè, *d. t.* 34. §. 1. Hodie exhibentur circa horam, qua itur ad Senatum, videlicet matutinam 7. vel 8. Quò autem, Benevole Lector, hactenus de modo supplicandi tradita eò meliùs intelligere possis, antehac varias formulas Supplicationum in Camera Imperiali exhibitarum in unum volumen collegi ac in tui gratiam utilitatemque typis excudi curavi, quas tibi comparare atque inspicere potes. Quòd si ipse super certa materia Supplicam conscribere velis, Judex isti Volumini subjectus tibi Formulam supplicandi super illa materia monstrabit.

Supplicationes judicialiter exhibita quomodo expediantur.

79. Jam pergo ad expeditionem Supplicationum. Hanc quod attinet, supplicationes prædicto modo, & siquidem judicialiter exhibitæ, non statim super illis, sive viva voce, sive in scriptis petitæ sint, Decreta dantur, sed demum in consueta sententiarum publicatione super iisdem pronunciatur. Exceptio est, si viva voce supplicatum pro citatione ad reassum.quam Judex statim per oralem pronunciationem hoc verbo: Erkant: decernit, *Stylo ita obtinente.* Et quanquam in *C. p.* 1. *t.* 17. §. 1, dispositum, ut idem in aliis levioribus punctis atque submissionibus observari oporteat, tamen illud per contrariam observantiam hodie in desuetudinem abiit.

Supplicationes extrajud. exhibita quomodo distribuenda.

80. Supplicationes extrajudicialiter præmemorata hora Notario in Cancellaria exhibitæ & registratæ statim ab eodem ad Senatum descendente judici offeruntur, qui eas in certa arca clausas usque ad horam illarum expeditioni assignatam asservat, *C. p.* 1. *t.* 13. *princ.* Easdem illa hora præsente judex eas supplicationes inter Assessores ad referendum distribuit, cui distributioni quidam Notarius interesse debet, qui annotet, cui illæ ad referendum datæ, *d. t.* 13. §. 1.

Et quando expedienda.

81. Supplicationes distributas Assessores secum domum non portent, sed quam-

Illis citò non expeditis pro maturando Decreto supplicari potest.

quamprimùm sub Audientiis expediant, *C.p.1.t.11.§.18.atque tit.21.princ.* & §.3. *eod.* Ad illarum maturam expeditionem Assessores à Judice compellantur, *d.t.* 11. §. 19. Quòd si Decretum ad dies aliquot protrahatur, Notarius, cui Supplicatio fuit exhibita, admonendus est, ut apud Referentem pro maturando decreto instet. Solet etiam alia supplicatio pro maturando Decreto in Senatum exhiberi, cui justa tum causæ tum partium Intitulatura cum die factæ exhibitionis inscribenda est, & ut Decretum propter moræ periculum maturetur, petendum, *Schvy. d. cap. 1. num. 17. Formulas Supplicandi pro maturando Decreto tradidi in Supplic. Camer. tit.7.num. 4. tit. 11.num. 12.tit.14.num. 13.* & *20. tit. 18.num.83.* & *4.seqq.*

Supplicationes à tribus Assessoribus expediri debent.

82. Supplicationum expeditio à tribus Assessoribus fiat, *C.p.3. tit. 56.pr.* Fiat verò ab istis Assessoribus, qui publicatis sententiis ex Audientia in Senatum descendunt, *C.p.1.t.21.§.ult.* Et quidem à meridie sub Audientiis, *d.part.1.t.13.§.2.* & 3. Sin Supplicationes nimis accumulentur, in Senatibus semihoram ante decimam expediantur, *d. tit. 13.§.4.* Quavis hebdomade non expeditæ apud mensam decretorum expediri debent, *ibid.* §. 5. Quòd verò dictum, Supplicationes à meridie sub Audientiis esse expediendas, illud hodie non obtinet, quia Assessores duntaxat ante meridiem ad Senatum eunt, *supra tit.59.num.19.* Solent verò quovis manè, quamprimum conveniunt, Supplicationes expedire ac postea ad Relationes causarum Judicialium se conferre.

Quaenam Judex circa Decretum in Supplicationibus extrajud. exhibitis formandis attendere cogatur.

83. Circa Decretum verò in Supplicationibus extrajudicialiter exhibitis formandum, (1) Judex singulari industria Supplicationes eisque adjuncta documenta consideret ac ponderet, *d.t.22.princ. in fin.*

84. (2.) In dandis decretis tam inveteratum ac diu laudabiliter observatum Judicii Cameræ stylum quàm jus commune, *d. tit.* 22. §. 4. Ut & tam Statuta ac consuetudines cujusque loci, quàm Constitutiones Imperii diligenter observet, *R.1654.§.* Beneben8 sollen. 105. Contra privilegia Statuum, tum de non-appellando, tum alia Cameræ originaliter insinuata Processus non decernat, *d. t.22.§.6. d.§.105. Et ibid.* §. Schließlich und zum Eilfften. 113. Idem observetur in privilegiis Austregarum, & Appellationibus à causis ordinationes politicas ac Opificum concernentibus interpositis, *d.* §. 105. & *ibid.seq.*

85. (3.) In causis æqualibus æqualia jura supplicantibus tribuat, nec uni Processus deneget, alteri concedat, sed cunctis jus atque justitiam æqualiter ac debito modo administret, *d.t.22.§.5.* Proinde in casibus dubiis Assessores novitii ac Styli Cameræ non adeò experti antequam decreta Supplicationibus inscribi curant, cum Senioribus conferant, quò contrarietas Decretorum ac novitas illegitima evitetur, *d.t.22.§.7.*

86. (4.) In causis prægnantibus aut dubiis Motivæ seu Rationes decernendi processus additis nominibus Referentium per Proto- vel Notarium unà cum Decreto diligenter annotandæ sunt, quò posteà in similibus casibus æqualitas eò meliùs observari queat, *d.t.22.§.8.*

87.

87. (5) Si judex arbitrabitur propter defectum aliquem in Narratis vel Petitione inventum Processus esse denegandos, istum tamen defectum in ulteriori Supplicatione facilè suppleri posse, stylum consuetum: auff fürbrachte Narrata abgeschlagen: vel: Wie gebetten abgeschlagen: aut similem in concipiendis Decretis observet ac sequatur. Decreta denegatoria semper sic concipiat, quò supplicans defectum aliquo modo animadvertere possit, *d.t.* 22.§.10.

88. (6) Si plus petitum, quàm de jure decernere licet, vel etiam si postulata sint diversa, plus vel illegitimè petita denegentur, reliqua decernantur, *d.t.* 22 §.11. Nec clausula salutaris in supplicatione adjecta ineptè petitis ullo modo conducat, *d.t.* 22.§.12. *Vid. preced. n.* 51.

89. (7) Si processibus, qui super certa constitutione petiti, denegatis Narrata supplicationis mutentur, ac super alia constitutione supplicetur, non sine revelanti causa priori decreto contrarium detur, *d. t.* 22.§. 13.

90. (8) Si à denuò supplicante contrarius Stylus vel similiter decreti Processus allegentur, Judex ejusve Vicarius tum eosdem tum plures alios veluti senos, octonos, denos styli peritos Assessores adhibeat, hi summo studio rem perpendant & ad juris æquitatem reducant, *C.p.* 1 *t.* 14 §.9. Atque si supplicans propter denegationem Processuum vel prætensam inæqualitatem se gravatum sentiat, sua gravamina annuis Visitatoribus Cameræ offerat, qui causis denegationis & inæqualitatis à Judice Cameræ & Assessoribus expiscatis, Processus vel denegent, vel decernant, *d. t.* 22. §. *pen.*

91. (9) Si Judex dubitet de jurisdictione Narratorum veritate aliave eorum necessaria qualitate, cum processus potiùs periculo partis decernere, quàm planè denegare oportet, *Mind. de Process. cap.* 14.*n. ult.*

92. (10) In decernendis Processibus Judex non debet esse nimis scrupulosus & brevis, sed æquitati studere, *d.t.* 22.§.10. *in fin.*

93. (11) Supplicationes super pace religiosa & prophana, licet illæ aliquoties deliberatæ, tamen semper vota evaserint paria, decreta quoque in uno aut altero casu magni præjudicii fuerint, ad annuos Visitatores & post ad Imperatorem Statusque Imperii deferantur, *C.p.* 1.*t.* 22 §.*ult.* Quò autem animadverti possis, utrum Assessores ex affectu, an ex justitia judicarint, in causis religionum rationes sui Voti in Scriptis exhibere tenentur, *R.* 1654.§. Mehr erwehnt. 157.

94. (12) Conceptis Decretis Assessores ex Consilio non discedant, antequam illa supplicationibus decenter sunt inscripta, *d. t.* 22.§ 2. Inscribenda verò sunt non per ipsos Assessores, sed per Notarios, *C.p.* 1.*t.* 11.§.20. Ne illi impediantur, quò minus ad alia cognoscenda & decernenda procedant, *Mind. de Process. cap.* 5. *n.*6. Sed potior esse ratio mihi videtur, ideò per Assessores Decretum non debere inscribi, ne ex illorum manu agnoscatur, quisnam fuerit Referens. *Concepta Decreta per Notarios supplicationibus sunt inscribenda.*

95. Ad ista decreta verò supplicationibus inscribenda Notarii circa finem Senatuum sc. circa horam decimam, ad Senatum ex Cancellaria descendunt, inscriptione peracta ad Cancellariam ascendentes Procuratorum scribis ante Transen-nas

nas Cancellariæ Decreta præstolantibus supplicationis in duplo exhibitæ unum exemplar istis scribis restituunt, alterum in Cancellaria retinent.

Processibus denegatis iterum supplicari solet.

96. Et si petiti Processus denegati sunt, Procuratores rursus supplicare pro iisdem obtinendis solent ac tum restitutum exemplar cum inscripto decreto, si eam ad manus habeant, aliàs ejus copia cum posteriori supplica exhibeatur, ne Assessores in Cancellaria vel ex Senatuum Protocollis priora Decreta, & quinam fuerint Referentes expiscari teneantur, *d.t.* 34.§.3. Deinde ut Assessores partium desideria ex Collatione eò meliùs intelligant, *Mind.de Process.cap.6.n.*10.

Processus decreti quomodo concipiendi.

97. Sin verò petiti Processus decreti, Procuratores per suos scribas remissos apud Præfectum Cancellariæ instant, ut processus expediri curet. Qui tum vel ipse, vel per Protonotarium decretos Processus ex narratis supplicationis in Cancellaria retentæ concipit, quæ conceptio pro varietate Processuum quoque est varia, siquidem Processus non sunt unius generis, veniunt enim eorum nomine non solùm Citationes & Mandata, sed etiam Executoriales, Monitoria, Promotoriales, Schreiben umb Bericht / Commissiones, Dilationes, documenta sententiæ, litispendentiæ, acceptati privilegii, Ordinationis Tutorum, confirmationis contractuum, &c. Imò omnes literæ sub nomine, Titulo ac sigillo Imperatoris ex Cancellaria Camerali extractæ vocantur Processus.

Et expediendi sint.

98. Processus concepti ad mundandum (*quod vulgò vocatur ingrossiren,*) Ingrossistis traduntur, ingrossatos processus tam Præfectus Cancellariæ quàm concipiens Protonotarius revident, ac proprio nomine manuque subscribunt, subscriptos ministros Cancellariæ ad sigillandum tradunt, qui sigillatos deinceps Magistro Nunciorum porrigit, hic eos Nuncio, quem ordo itineris tangit, ad Reo insinuandum dat, *Add.suprà tit.*17.*atque infrà tit. proximè seq.n.*31.*& seqq.*

TIT. LXV.

DE CITATIONE.

Processus Camer. actus secundus est citatio.

1. PRocessus Cameralis actus secundus est citatio. Postquam enim Judex de Supplicatione cognovit eique detulit, pars adversa omninò citari debet. Ne aliàs indicta causa condemnetur, eique inauditæ suum jus auferatur, contra quàm ipsa naturalis æquitas suadet, *Umm. Process. Judic. disp.* 5. *num.* 24. Audiri verò non potest, nisi priùs commonefiat ad sui præsentiam faciendam. Hinc citatio, cùm sit species defensionis, quæ juris naturalis est, quoque ejusdem juris esse dicitur, & ideò nemini ne quidem ab Imperatore auferenda, *Mynf.6.O.6. num.*2. *Umm.alleg.n.*24.

Citationis necessitas.

2. Quapropter ad quemcunque actum judiciarium citandi sunt, quorum interest & quibus præjudicari posset, *Mynf.d.O.6.n.*1. Adeò ut omnis Actus judiciarius contra non citatum celebratus regulariter ipso jure nullus sit, *Gail.* 1. *O.* 48. *num.* 1. *vide omninò Umm. disp.* 5. *thes.*8. Nam quotiescunque causæ cognitio requiritur; *id est, defensio partis adversæ audiri debet,* toties opus est citatione.

Gail.

Gail. 1. *O.* 46. *n. ult.* Quâ omissâ tanquam contra jus naturæ gestum non poterit non esse nullum. Quæ nullitas ne quidem per Imperatorem suppleri potest, *Umm. dict. disp.* 5. *n.* 40.

3. Citatio est actus, quod judex Reum ad litis disceptationem ab Actore motam suscipiendam in jus vocat. Hæc de jure communi dividitur in simplicem & peremptoriam, *per l.* 67. *& 4. seqq. De judic.* *Citatio quid? De ejus divisione.*

4. Simplex citatio dicitur quâ judex Reum simpliciter absque præcisa comparitionis comminatione, & ulterioris termini denegatione in jus vocat. Et ad hoc, ut quis dicatur contumax, ejusmodi citatione trina opus est, *l.* 53. §. 1. *de re judic. l.* 8. *C. quomod. & quand. judex.* *Citatio simplex.*

5. Citatio peremptoria dicitur, quâ judex Reum in jus vocat adjectâ hac comminatione, quòd etiam Reo absente absque ulteriori citatione cogniturus & pronuntiaturus sit, *l.* 71 *de jud.* Inde sic dicta quòd perimat disceptationem, *hoc est*, ultra non patiatur Reum tergiversari, *l.* 70. *eod. Add Umm. disp.* 5. *thes.* 12. Quapropter si Reus in præfixo termino non comparet, absque ulla ulteriori citatione adversus ipsum in contumaciam proceditur. *d.* 53. § 1. *& d. l.* 8. *Citatio peremptoria.*

6. Peremptoria citatio autem in sese tria distincta dictum intervalla continere debet, ac si essent tres Citationes, *Mynf.* 6. *O.* 9. *n.* 2. Atque de Stylo Camerali hæc posterior sola in usu est. *Vid. Supplic. Cam.* t. 1. *n.* 7. *& 8. Item lit.* 3. *n.* 16. *t.* 6. *n.* 16. *t.* 8. *n.* 23. 38. 46. *&* 47. *t.* 15. *n.* 8. *Citatio peremptoria tria distincta intervalla continet.*

7. Hæc peremptoria citatio sub distinguitur in personalem & edictalem. Illa (*quæ etiam* citatio ad domum *vocatur*) est, quæ citando in personam vel ad domum solitæ habitationis insinuari debet. Hæc verò, quæ in certis locis domicilio citandi vicinis instar edicti affigitur. *vid. Gail.* 1. *O* 57. *n.* 1. *usque* 10. *ubi* 6. *casus recenset, in quib. edictalis citatio locum habet. Formulas supplicandi pro citatione partim personali seu ad domum, partim edictali invenies in Supplic. Cam* t. 13. *n.* 20. *& t.* 15. *n* 22. *Dividitur in citationem personalem & Edictalem.*

8. In Camera petens Citationem edictalem in Supplica ad minus tria loca domicilio citandi vicina di erte exprimere, ut Citatio illa affigenda aut saltem allegare debet, quòd hoc in Cancellaria sit facturus, neutro observato per Decretum injungi solet, ut ista loca nominentur, *Gail. d. O.* 57. *n.* 10. *Formulas supplicandi pro edictali citatione habes in Supplic. Cam.* t. 4. *n.* 1. *&* 5. *t.* 13. *n.* 10. 20. 21. 22. 24. 25. *&* 27. *t.* 15. *n.* 13. *&* 22. *In edictali tria loca domicilio citandi vicina nominari oportet.*

9 Ad minus verò tria loca vicina nominanda ad hoc, ut vero similiter citatio ad notitiam citandi pervenire possit, *Gail. d. n.* 10. Nam citatio in locis remotioribus affixa citatum non arctat, Gail. *d. O.* 57. *n.* 3 proinde si loca nimis remota nominata sint, nominatio viciniorum quoque injungi solet. Loca autem vicina intelliguntur, quæ domicilio citandi ita vicina sunt, ut verisimiliter citationis notitiam habere possit, *Gail. praalleg. n.* 3. *Ideo idei ut citatio citando ... locis ...*

10. Effectus hujus edictalis citationis est, quòd ea perinde citatum ad comparendum arctet, ac personalis citatio & quòd non comparentem reddat contumacem, nam Processus, qui potest fieri contra personaliter citatum, procedit *Effectus citationis Edictalis.*

etiam

etiam contra citatum per Edictum, *Gail.d.O.57.n.12. Formulas Citationum Edictalium vide in Supplic.Cam.tit.13 num.6.& 29.*

Omnis citatio in Camera est generalis ad totam causam.

11. Deinde quanquam de jure communi ad quemlibet Actum judiciarium, qui causæ cognitionem requirat, specialis citatio necessaria sit, *Umm. Processf. Judic. disp.5.thes.9.* Secus tamen est in Camera, ubi generalis citatio ad totam causam & ad omnes singulosque actus ejusdem causæ usque ad definitivam inclusivè emittitur, *Mynf.4.O.33.n.1.* Et adversus partem contumacem absque ulteriori citatione in causa procedi & definitivè pronuntiari solet, *Mynf. ibid. n.4.* Exceptis duobus casibus, nim. in causis purgationum & L. Diffamari. In quibus bina citatio requiritur ad hoc, ut in contumaciam procedi queat, *Gail.1.O.51.n.10.*

Solus Imperator ad Cameram quoties hujus jurisdictio fundata, citari potest.

12. Imperator verò ad Cameram citare potest, quotiescunque in citandum jurisdictio Cameralis est fundata, citari possunt omnes, qui dictæ jurisdictioni immediatè subsunt, *de quo supra t.25.& multis seqq. uberrimè actum.* Quis de jure communi citare & citari possit, tradit Umm. *disp.5.thes.5.& 6.* Et quis absque venia prius impetrata citari non debeat, docet *ibid.thes.7.* Notari & illud hic quoque potest, si correus, cohæres, concreditor, &c. citandus, qui in Hollandia, Anglia, Gallia aut alibi extra Imperium Roman. commoratur, quòd ille non per subsidiales sed per Edictum citetur *Vid.Sent.Cam.n.539.* Idem obtinet, si res controversa in Imperio sita sit, ejus possessor verò extra illud habitet. Hinc citatio edictalis 24. Septembr. *1663.* in causa Kip contra de Bre decretum, *Supplicat. Cam. tit. 13. num. 10.*

Citandus est, de cujus præjudicio agitur.

13. Porrò si quæratur, quis citandus sit, pro regula tenendum, quòd principaliter contra quem directa fuit Supplicatio, id est, Reus & in genere omnes, de quorum præjudicio agitur, citandi sint, etiamsi maximè in judicio præsentes essent, *Umm.disp.5.thes.8. Add.tamen Mynf.6.O.6.n.8.& 9.* Quia citationis finis & effectus non est duntaxat comparitio, *quemadmodum putat Gail. 1.O.51.n.8.& 58. n.3.* Sed etiam ut Reus causa cognita tempus legibus concessum ad deliberandum, utrum cedere an contendere velit, habeat, & paratus ad judicem possit accedere, *Umm.d.disp.5.n.42.*

Quotiescunque causæ cognitio requiritur, toties opus est citatione.

14. Insuper causæ, in quibus citatione opus est, sunt omnes actus, qui causæ cognitionem requirunt, etiamsi sint notorii aut quoque summarii, *Umm. disp.5. thes. 9.* Modò hi actus sint tales, quos Reus præsens impedire ipsisque contradicere possit, *Umm.d.disp.5.thes.8.* Nam si Reo nulla competit defensio, citatio jure intermittitur, *Umm.d.disp.5.n.43.& 47.* Casus 23, quibus citatione non indigetur, recenset Mynf. 2. O. 91.

Forma citationis consistit in commoda ejus conceptione. Quæ est Ius contineat. Nomen Imperatoris, Actoris & Rei,

15. Forma citationis consistit in commoda ejus conceptione, & conceptæ executione. *De hac agam infra n.33.* Commodè autem citatio in Camera ex Supplicatione pro ipsa obtinenda exhibita hoc modo concipitur, I. Si dictæ Supplicationis exordium ita mutetur, ut in citatione (1) loco nominis ac tituli judicis Cameræ substituatur Nomen ac Titulus Imperatoris, sub hujus enim nomine, Titulo ac Sigillo omnes Processus in Camera decreti emanare debent, *C.p.3.12.§.7.* Mortuo autem Imperatore, tempore Interregni exeunt sub nominibus, Titulis ac Sigillo Vica-

Vicariorum Electoris Bavari & Saxonici. *Formula ejusmodi Processus extat in Supplic. Cam. tit. 1. num. 8. & tit. 6. num. 16. Item tit. 18. num. 31.* (2) Ut Imperator Reis, quorum nomina & cognomina ex Supplica transcribenda, suam gratiam ac cuncta bona dicat. (Entbietet Ihnen seine Gnad und alles guts.) (3) Ut præmissâ pro qualitate personarum debitâ allocutione Reorum (*exceptis Judæis, quos non alloquitur, nec suam gratiam cunctaque bona dicit, sed tantùm* : Wir Leopold fügen Euch *N. N.* Juden hiemit zu wissen / daß ꝛc. *Vid. Supplic. Cam. tit. 8. num. 38.*) Imperator dicat, Actores, quorum nomina & cognomina ex Supplicatione apponenda, judicio Cameræ humillimè supplicando indicasse ac petiisse talia ac talia.

16. In citatione verò nomen Imperatoris ideò exprimendum, ut Reus scire possit, (1) citationem non esse decretam ab alio incompetenti judice, cujus jussui parere necesse non habet. (2) Jussu Imperatoris esse decretam, quia aliàs absque illius jussu decreta esset nulla. *Add. Umm. Process. Judic. disp. 5. n. 50. & Gail. 1. O. 48. n. 6. & seqq.* Nomen autem Imperatoris, & non Judicis Cameræ in Processibus ponendum esse, jam in primæva institutione Judicii Cameralis placuit, *O. C. 1495. art.* Wir *Citation. 11.* *Nomen Imperatoris quare in citatione ponendum.*

17. Nomen & cognomen Rei in citatione ponendum, (1) quò evitetur æquivocatio & Reus cognoscat, an citatio ipsum concernat, atque fraudibus obvietur, ne Actor ampliùs variare possit, *Gail. 1. O. 49. n. 1.* (2) quia citatio non-nominato insinuata istum non ligat, neque adversus eundem tanquam contumacem procedi potest, *Gail. d. O. 49. n. 5.* Civitas vero seu alia communitas si citari debeat, generalis citatio subsistit, *Gail. ibid. n. 6. Add. præced. tit. n. 11.* *Item nomen Rei.*

18. Nomen verò & cognomen Actoris ideò citationi inserendum, (1) ut Reus certior reddatur, quis istam citationem contra ipsum impetraverit, nam si petens non fuisset persona legitima, *de qua vid. Umm. disp. 1. th. 4.* Citatio non valeret. (2) ut Reus intelligere queat, citationem ad Actoris instantiam & non ex officio judicis esse decretam, alioquin enim esset nullius momenti, *Umm. disp. 5. n. 51.* Ratio, quia judex regulariter ad utilitatem privatam non debet alicui suum officium impartiri, nisi priùs imploratum sit, *Gail. 1. O. 50. n. 6.* Sin verò causa concernat publicam utilitatem, judex ex officio procedere potest, & citatio judicis hoc casu sine instantia partis facta valet, *Gail. ibid. n. ult.* *Et Actoris.*

19. II. Ut Supplicationis Narrata latè sumpta quatenus etiam Medium concludendi seu causam petendi comprehendunt, de verbo ad verbum in citationem transcribantur ac Libellus aliaque documenta Supplicationi forsan adjuncta sub allegatis Literis vel Num. repetita apponantur, quò Reus super intentatâ querelâ, ac causa ob quam convenitur, se instruat ac deliberare possit, quatenus suam necessariam defensionem contra omnia insinuata opponendi facultas sit. *II. Ut Narrata Supplicationis verbotenus in citationem transcribantur.*

20. Citationi enim causa, ob quam quis citatur, inserenda, alioquin non valet, quia contra O. C. conscripta esset, *C. p. 3. t. 12. §. 1.* Et aliàs citatio sine ulla causæ adjectione juxta omnium Dd. Sententiam non subsistit, nec citatum arctat, neque ipsum *Citationi causa, ob quã quis citatur, inseri debet.*

ipſum contumacem facit, *Umm. diſp.* 5. *n.* 53. Sufficit tamen cauſam in genere exprimere, nam ejus omnes qualitates citationi inſerere neceſſe non eſt, nec opus ut tenor libelli inſeratur. Citatio tamen ſic concipienda eſt, ut inde citatus plenam & particularem cognitionem actus fiendi habere, & paratus ad reſpondendum accedere poſſit, *Umm. d. n.* 53. *Gail.* 1. *&* O. 51. *n.* 1. *&* 2.

Novissimo jure Camerali citationi quoque libelli tenor inserendus, vel separatim ei annectendus.

21. Atque hæc de jure communi & antiquo Camerali procedunt. Aſt de jure Camerali noviſſimo in omnibus caſibus, in quibus libello opus eſt, ille libellus neceſſario citationi ſeparatus eſt apponendus & Reo inſinuandus, vel ad minimum libelli tenor Citationi inſerendus, adjectâ hâc admonitione, quod Actor Narrata citationis in termino comparitionis loco libelli ſit repetiturus, alias Citatio non ſubſiſtit nec Reum ad Comparendum arctat, neque adverſus eundem in contumaciam procedi poteſt, *R.* 1654. §. Dieſem nechſt. 34.

Documenta citationi seu libello apposita Reo quoque insinuari oportet.

22. Idem dicendum exiſtimo, ſi Documenta probatoria citationi ſeu Libello forſan adjuncta Reo ſimul non inſinuentur. Ratio (1.) quoniam hæc adjuncta documenta ſunt pars citationis ſeu libelli, itaque niſi ſimul inſinuentur, iſta citatio ſeu Libellus eſt mutilatus. Talis autem pro libello non eſt habendus, & per conſequens idem eſt, ac ſi citatio ſeu libellus planè non eſſet inſinuatus. (2.) Quia inſinuatio non facta modo in R. 1654. §. Daneben bleibt. 35. præſcriptô, qui requirit, ut probatoria citationi ſeu libello adjuncta ſimul inſinuari debeant. Proinde cùm inſinuatio contra legem facta, invalida eſt & Reus comparere non tenetur, *Gail.* 1. *O.* 48. *n.* 3.

III. Ut citatio ad instantiam Actoris facta, & ipso Dato decreta sit.

23. III. Ut hiſce Narratis ita tranſcriptis annectatur, quòd Actor humilimè implorando, ut contra Reum citatio decerneretur, impetraverit, *Idque ob rationem praced. n.* 18. *adductam.* Deinde ſuper addatur, quôd illa citatio Dato ſubſcripto decreta ſit. *Et hoc ob tradita praced. n.* 16.

IV. Ut præceptum citationi annectatur.

24. IV. Ut petitum Supplicantis transmutetur in Præceptum Imperatoris, quod conſiſtit in citando, dum jubet Reum in judicio Cameræ Imperialis, aut per ſe aut per Procuratorem ad certum terminum comparere, ibique in iſto ac reliquis terminis agenda peragere ſub comminatione niſi comparuerit egeritque, quod nihilominus ad implorationem partis obedientis vel ejus Procuratoris ſecundum jura, prout decet, procedi debeat.

In citatione judicium exprimendum.

25. In citatione verò judicium, ad quod Reus citatur, eſt denominandum, ideò quia Imperator citans non ſolummodò in Camera Imperiali, ſed etiam in ſua Aula judicium exercet, quod utrumque concurrentem juriſdictionem habet, ut igitur Reus ſciat, ad quod judicium ſit citatus, neceſſ. eſt illud in Citatione exprimere. *Add. Umm. Proceſſ. Judic. diſſ.* 5. *n.* 54. *&* *Gail.* 1. *O.* 52.

Terminus comparendi citationi inserendus. Modus eum præfigendi duplex.

26. Terminus comparendi citationi quoque inſerendus, quò citatus ſcire poſſit, quando comparere debeat, nam aliàs Citatio non valet, & merito tanquam dubia incertaque rejicitur, *Umm. diſp.* 5. *n.* 55. In Camera modus præfigendi iſtum terminum duplex obſervatur. Primus eſt, ut ſi Rei in locis adeò diſſitis habitent, ut uno die citatio illis inſinuari nequeat, pro iſto termino certus dies nominatim pro arbitrio judicis præfigatur, *C. p.* 3. *t.* 12. §. 4. Qui dies tamen debet eſſe juridicus,

cus, nam ad diem feriatam citatus non tenetur comparere, quia ejusmodi citatio non valet, *Gail.1.O.53.n.1.* Licet citatio die feriata decerni possit, *Gail. ibid. n. 5.* Quia ille actus non est judicialis sed extrajudicialis adeoque domi fieri potest, *Ibid. num. 6.*

27. Secundus modus terminum citationis præfigendi est, ut judex Reum ad certum diem à facta insinuatione citationis proximum comparere jubeat. Cùm verò sæpissimè contingat, ut ille dies incidat in ferias Camerales, atque ita citatio invalida esset, *per tract. num. proximè praced. in fin.* In Camera ad majorem cautelam semper citationi inseritur clausula, *ut si illa dies non sit juridica, Reus proximè sequenti die juridica compareat.* Proinde si dies comparitionis incidat in 8. Julii, qui est, ut & reliqui sequentes usque 16. Augusti inclusivè in Camera dies feriati sunt, Reus 17. Augusti, in quem proximus dies juridicus incidit, comparere debet. *Modus 2.*

28. Terminus verò Comparitionis sat amplus præfigendus, *d.t.12.§.3.* Et quidem ad minimùm 60. dierum *R.1654.* würde hierauff. *56.* quò Reo satis amplum sit spatium, se ad sui defensionem præparandi ac deliberandi, utrum cedere an contendere velit. *Terminus comparitionis ad minimum 60. dierū esse debet.*

29. Atque hi 60. dies hodiè in omnibus citationibus tam S. Q. quàm appellationum præfigi solent. Exceptio est, (1) in Citationibus ad reassum. (2) In Citationibus Mandatis S. C. annexis, in quibus utrisque duntaxat 30. dies ad comparendum præfiguntur. (3) Præmemorati 60. dies etiam abbreviantur, si cives Spirenses vel alii in locis Spiræ proximè vicinis in Camera litigant. Deinde observari & illud potest, si diversæ personæ citatæ & insinuatio non uno die facta sit, quòd tunc quoque diversis diebus citationes reproduci debeant, ne Citatio priùs insinuata per circumductionem Termini invalidetur, vel terminus posteriùs insinuatæ anticipetur. *Quod tamen tribus in casibus limitatur.*

30. V. Ut Citationi subnectatur locus, dies atque annus nostræ Salutis ac Regnorum Imperatoris, ubi & quando illa citatio decreta & expedita sit. *V. Ut Datum & locus citationi inseratur.*

31. VI. Cùm Cæsar se manu propria non subscribat, ejus loco ingrossista, qui citationem scripsit, subscribere solet hæc verba: *Ad mandatum Domini Electi Imperatoris proprium.* Posteà Præfectus Cancellariæ & Protonotarius, qui Citationem concepit, hanc revident, & nomine manuque propria subscribunt. Quô factô eandem tradunt famulo Cancellariæ ad sigillandum. *Add. tit. proximè praced. numer. ult.* Mortuo autem Imperatore quidem sub nomine Vicariorum Processus emanant, ast verba: *Ad mandatum Dominorum Vicariorum*: illis non subscribuntur, sed eos Præfectus Cancellariæ & Protonotarius duntaxat subscribunt. Loco sigilli Cæsarei verò istis Processibus Sigillum Vicariorum imprimitur. Obiter & hoc addi potest, quòd Protocolla istorum Processuum, qui sub Vicariis emanarunt, ad distinctionem aliorum Pomo Imperii à Cancellaria Camerali signari soleant. *VI. Ut citatio subscribatur, & subsigilletur.*

32. Circa Sigilli Cæsarei impressionem notandum, cùm citationes (*idem obtinet in reliquis Processibus,*) in Camera duplici modo ingrossentur, nim. uno quòd per expli- *Citationes aliique Processus*

In Camera duplici modo ingrossantur.

explicatum & patens bifolium scribantur, quòd vocant Patents-weise schreiben. Et tunc illud Sigillum dorso citationis imprimi assolet. Alterô, quòd in folio exarentur, & præmemoratum Sigillum calci citationis apponitur. Hoc nominant Libells-weise schreiben/ idque fit, si Narrata citationis adeò prolixa sint, ut in unâ pagina extensi bifolii scribi nequeant. Et hoc casu florenus Cameralis ultra ordinariam taxam dandus. *Nonnullas formulas Citationum ac Mandatorum tradidi in Supplicat. Camer. tit. 1. n. 7. & 8. tit. 3. num. 16. tit. 6. num. 16 tit. 8. num. 23. 38. 46. 47. 66. 81. 86. & 91. tit. 10. num. 11. tit. 11. num. 6. tit. 12. num. 3. tit. 13. num. 6. 23. & 29. Atque tit. 15. num.* 8.

Citatio in judicio Camerali expedita deinde Reo insinuanda.

33. Conceptioni citationis per sigillationem fine jam imposito, expedita citatio exequenda quoque est. Citationem verò exequi est nihil aliud quàm istam Reo tradere. Communiter vocant Citationem insinuare. Die Citation insinuiren/ die Ladung verkündigen.

Qua insinuatio fit vel per Nuncios Cameræ, vel per Notarios immatriculatos.

34. Hæc autem insinuatio citationis fit vel per nuntios Cameræ, vel per Notarios immatriculatos, *C. p. 1. t. 48. §. 11. & tit. 52. princ.* Nuntiorum tamen quàm Notariorum potior sit conditio & ex causa judici ac præfecto approbata, vel si Nunciorum nemo præsto est, Notarii demum admittantur, *d. t.* 48. §. 12.

Modus insinuandi Processus camerales à Nunciis observandus.

35. Nuncii Citationem aliosve Processus à Magistro acceptos (1) Principibus in loco domicilii Aulæve stato, coram si possint, in originali forma, aut si pluribus insinuatio facienda, copias tradant, authenticos videndos legendosque præbeant. Qui si absint, vel coram convenire sine mora nequeant, Cancellario, Aulæ præfecto aut Vicario, vel iis absentibus Officionalium præcipuis pari modo ibidem loci insinuent, *C p. 1. t. 51. pr.* Id si nec liceat, nec potiorum quisquam præstò sit, tum minorum Aulicorum cuipiam, vel ipsi denuò janitori exhibeant. Denique nemine recipiente portæ affigant, palamve ibi relinquant, nullo autem pacto secum reportent, *d. t.* 51. §. 1.

36. Si domicilium Principi non certum fixumque sed varium ac mutabile fuerit, ubi majore anni parte illud habere consueverit, insinuationes quô dictum est, modô faciant. Si aulæ sedem translatam esse alio compererint, eò rectà contendant, *d. t.* 51. §. 2. Extra ea loca Principibus sicubi reperiantur, insinuandi fas sit, Officialibus Conjunctisve non sit, *ibid.* §. 3.

37. (2 Ratione ac ordine consimili Prælatis, Abbatibus, præpositis & Abbatissis Processus denuntient, *d t.* 51. §. 5. & 6.

38. (3) Eadem erga Comites & Barones custodiantur, *d. t.* 51. §. 8.

39. (4) Consulibus Senatuique, si congregati offendantur, in ipso Senatu: Sin minus, Consulibus eorumve vicem gerentibus & Senatoribus aliquot advocatis Processus, ut dictum, insinuentur. Si facultas non sit, Consuli soli tradantur, coramve eo deponantur, relinquanturque, *d. t.* 51. §. 9. Extra oppidum hæc nec apud Consulem nec Senatorum partem, sed intra mœnia duntaxat fiant, *ibid.* §. 10.

40. (5) Eadem prorsus si quod Judicium res concernat, eodemque modo gerantur, *d. t.* 51. §. 12.

41. (6)

41. (6) Si de communitate vel universitate agatur, Consulibus primùm & Senatui Processus annuncientur, mox Curiæ, Ædive sacræ, aut in alio publico loco affigantur, *d.t.*51.§.14.

42. (7) Privatis in loco Domicilii quæsitis repertisque sub oculis, si fieri potest: Sin secus, domi uxori aliive domesticorum, adultiori tamen, non infanti intimentur, Dominoque sine mora transmitti jubeantur, *d.tit.*51.§.15. Nullo admittente in ædibus præsente familiarium quopiam destituantur, *d.tit.* 51.§. 16. Nuncii nemine fortassis conspicuo non intromissi adhibitis è vicinia duobus tribusve arbitris, ædibus Processus affigant. Si quis intus animadversus aperire nolit, illos in foribus fenestrisve deponant, *ibid.* §. 15.

43. (3) Edicta, Proscriptiones & Diplomata locis processu comprehensis Nunciove designatis suspensa proponant. Inexercitati exequendi rectam rationem ante abitum ediscant, *d.t.*51.§.19.

44. Ad quos Processus pertinebunt, singulos seorsim conveniant, nec uni alterive forte fortuna oblato consortium nomine tradant. In loco præsentes etiam atque etiam exquirant, nec temerè domi duntaxat executione perfunctoriè factâ digrediantur, *C.p.1.tit.50.lit.B & ibidemque §. ult.*

45. Executione Principi facta, Nuncii pro se ipsi Dicta, Responsa, Facta, sua nomina, annum, mensem, diem & locum executionis, Principisque prænomen Relationibus rectè inserant, simul an iste locus ordinarii domicilii sit, exprimant. Ut eadem hæc porro sive originali Processui, sive Copiæ vel Principi vel actori traditis inscribant, *C.p.1.t.*51.§.4.

46. Consulibus Senatuique insinuatis Processibus, executio similiter utrique parti ad amussim perscribatur: simulque nomen ac prænomen Consulis ac Senatorum ad eam rem advocatorum in specie nuncupetur, *d.t.*51.§.11. Eadem referendi inscribendique ratio in reliquis etiam servetur, *d.t.*51.§.7. 13.& 18.

47. Executiones factas evestigio ipsi conscribant, ac postea Magistro omnium primò tradant, *d.t.*51.*§.pen.* Nuncii suprà tradita non observantes, Executione Relationeque rejecta, præter pœnam Processus suis sumptibus ex integro citraque detrimentum partis, ni ultrò comparcatur, exequi tenentur, *ibid.§. ult. Præjudicia extant in Sent.Cam.n.*3. 112.190.252.387.& 915.

48. Porrò Processus, quibus certus comparendi dies non est insertus, *vid.preced.n.*26.& 27. intra annum ex Cancellaria redimi & insinuari debent, aliàs expirant, illorum tamen Rescriptum peti impetrarique potest, *C.p.*3.*t.* 12.§. 8. Hodie non rarò loco Rescripti novi Processus decernuntur. Sic in causa Schlitz contra Mansbach novum mandatum de Exequ S. C. 27. August. 1661. decretum est, *Supplic. Cam. tit.* 11.*n.* 27. Atque 23. Maji, 1660. in causa Wulff Juden zum Schuh in Franckfurt contra creditores nova citatio, *Supplic. Cam.tit.*18.*n.*30.

49. Processus appellationis intra quatuor menses à die interpositæ appellationis proximos, sub præjudicio desertionis insinuandi sunt, *R.* 1654.§. Zu dem End/68. Iis verò insinuatis, Appellatus non tenetur comparere: Comparente

autem illo, insinuatio validatur, *C. p. 3. tit. 34. §. 7.* Non-Comparens ad vid. se restitui citandus, *ibid.* § 8. Aliquando Appellans, si se ipse non coarctaverit, absque citatione brevi manu restitui potest, G. B. 27. *Januar.* 1657. §. 2. Processibus post fatalia vel terminum citationis à Nuncio reportatis inscribendus dies expeditionis, traditionis Nuncio factæ, hujusque reditus, *C. p. 3. t. 34. §. 9. Add. tit. proximè seq. n. 33. usque 38.*

Modus insinuandi Processus Cameræ à Notariis immatriculatis præscriptis. 50. Notarii immatriculati eodem quo nuncii modo Processus insinuent, de ea re Instrumentum publicum insertis tum Processibus tum executionis reique gestæ tota serie instar Relationis conficiant partibusque petentibus edant, *C. p. 1. t. 52. §. ult.* Deinde Notarii Processus insinuantes ubique in Imperio tuti inviolabilesque sint, *C. p. t. 63. §. 11.* Si verò violantur, Fiscalis Cæsareus contra violatorem citationem ad vid. se incidisse in pœnam deß Gleytbruchs, jurium & constitutionum Imperii impetrare & ad declarationem pœnæ agere solet. Hinc ad instantiam Fiscalis quidam 24. Maji 1661. in tres Marc. aur. pur. condemnatur, *Sent. Cam. n. 749.* Et alius 10. April. 1663. in pœnam decem Marc. aur. pur. declaratus est. *ibid. n. 925.*

Notarii quando Matriculæ à Camera recipiendi. 51. Hi Notarii verò Matricula Cameræ non recipiantur, nisi fidei ac industriæ testimonium à suo Magistratu cum manu simul & signeto ad Cameram miserint, vel reprobato ejusmodi Documento, aut eò planè deficiente à Camera de rigore examinati & probati sint, *C. p. 1. t. 52. pr. & §. 1.* Neque Camera Notarios sine discrimine matriculæ inscribi sinat, *d. t. 52. §. 2. Formulas Supplicandi pro Receptione in Matriculam Notariorum tibi suppeditavi in Supplic. Camer. tit. 18. n. 99. & 3. seqq. Add. Ortlepii Examen Notariorum immatriculatorum.*

Notarii sollicitando, procurando similibusque abstineant. 52. Denique Notarii, quibus ex officii ratione tanquam Notarii adhibiti fuere, in his à sollicitando, procurando similibusque abstineant, *d. t. 52. §. pen.* Et quidem sub Cæsarea Imperiique indignatione ac pœna quatuor Marc. aur. pur. *vigore Edicti Carol. V. quod impressum extat in C. d. t. 52.*

Citationis finis. 53. Finis Citationis est vocati comparitio, & ad defensionem suscipiendum præparatio, *Umm. Process. Judic. disp. 5. th. 13.*

Et Effectus. 54. Effectus multiplex & varius, inducit enim litis pendentiam, jurisdictionem delegati perpetuat, præscriptionem interrumpit, rem litigiosam facit, actionem perpetuat, *Umm. d. th. 13.*

TIT. LXVI.
DE
CONTUMACIA.

Processus Camer. actus tertius est accusatio contumaciæ. 1. Tertius Actus Processus Cameralis est accusatio contumaciæ. Finis enim Citationis est citati comparitio & defensio, *tit. proximè præced. num. ult.* Hinc si citatus in eo inobediens, illius contumacia accusanda venit. Sed cùm interdum etiam Actor à sua parte judici non obtemperet, & sic quoque contumaciam committat, de ea hic quoque agam,

2. Con-

2. Contumacia verò nihil aliud est quàm erga judicem commissa inobedientia, *Umm.Process.Judic.disp.6.th.1.* Nam quotiescunque judici non obtemperamus, neque quod ipse voluit, agimus, contumaciā admittere dicimur, *Umm.d.disp.6.n.2.*

Contumacia quid sit.

3. Contumacia vulgò dividitur in veram & præsumptam. Illa est, quoties constat vocatum citationis scientiam habere nec tamen, cùm venire potuit, comparet. Hæc est, quoties non constat, an citatus citationis emissæ ignarus absit nec ne *Umm.d.disp.6.n.3.* Sed quid si constet quidem citatum habere citationis scientiam, non constet verò utrum studio, an legitimè impeditus absit? Resp. cùm vera contumacia absque malitia non contrahatur atque hinc legitimè impeditus verus contumax reputari nequeat, *Umm.d.disp.6.n.5.* In dubio autem semper præsumptio delicti exclusiva debeat sumi, sequitur, quòd in hoc casu emanens præsumatur ex justa causa impeditus non comparere atque sic ille pro ficto contumace habendus sit, quare etiam probato impedimento in integrum restitui debeat, *Odd. de Restitut. in integr. quæst.8.n.11.* Expensas tamen refundere tenentur, *Odd. quæst.68.n.18. Add. infra n.82.*

Dividitur in veram & præsumptam.

4. Deinde contumacia est vel ejus, qui in judicio comparet, vel ejus qui non comparet, *C.p.3.t.50.& 51.in rubr.* Illa est, quando pars vel ipsa vel per Procuratorem in judicio est præsens & agenda non agit, vel in eo moram nectit, *d.t.50.pr.*

5. Agenda non agere dicitur, qui intra terminum præstitutum non agit. In non-agendo autem moram nectere, qui agendi facultatem habens, terminum non anticipat. Utroque casu non agens facultate agendi privatur, atque terminus pro purificato habetur, *per C.p.3.t.10.§.3.& 17.*

Deinde in contumaciam non agentis & in contumaciam non comparentis.

Agenda non agere quis dicatur.

6 Præterea existente ejusmodi contumacia præter pœnas juris communis (*de quibus vid.Umm disp.6.n.8. usq. 36.& remissive Gail.2.de PP.cap 5.n.2.*) pars adversa ad ulteriora admittitur, atque pars contumax in expensas & damna ea de causa perpessa condemnatur, atque si illa hæc juxta judicis moderamen refuserit, tum primùm ad ulteriora in eo statu, in quo causam invenit, admittitur, *d. princ.* Condemnatur aliquando quoque in pœnam aliquot marcarum argenti & in sumptus retardatæ litis. Sic 20. M ji, 1664. Reus ac Interveniens & utriusque Advocatus in pœnam 6, Marc. argenti à quovis solvendam & in sumptus retardatæ litis condemnati sunt, *Sent. Cam. num. 980.*

Pœna non agentium tum partium.

7. Si mora ex frivolis exceptionibus, culpa, negligentia aut imperitia Procuratorum orta notoriè appareat, hi ad refusionem illarum expensarum & damnorum abs detrimento partium per Judicem Cameræ compelluntur, *d.t.50. in fin.* Hodie insuper quoq; in pœnam arbitrariam Fisco Cæsareo solvendam condemnandi sunt. *R.1654.§.Mit n. unger.155.& 2.seqq.* Hactenus tamen in pœnam aliquot marcarum argenti in sacculum pauperum inferendam atque in sumptus retardatæ litis condemnari consueverunt, *vid.Sent.Cam.n.31.36.135.383.458.699.& 836.*

Tum Procuratorum.

8. Contumacia non-comparentis committitur, si Actor & Reus se judici non præsentant, diciturque contumacia in non comparendo. Hujus præcipua pœna à parte Actoris est, ut ipso in termino Citationis non comparente, dictus terminus circumducatur, uti hodie loquimur.

Contumacia non comparentis.

9. Quæ

Phrasis: Terminus circumducitur: origo.

9. Quæ locutio suam originem ex jure Justinianeo trahit, nam de eo jure, si Actor, qui Edictum peremptorium (*quod nos citationem peremptoriam nominamus*,) impetraverat, ipso die cognitionis (*id secundum jus Camerale est, in ipso termino citationis*) non comparebat, illud Edictum dicebatur circumduci, *l. 73. §. 1. de judic.* id est, *annullari, vel suis viribus evacuari.* Hinc Cameralistæ ac reliqui Practici terminum citationis (*non ipsam citationem, uti voluit Justinianus in alleg. §. 1.*) circumduci dicunt, quando in illo citatio non reproducitur, sed Actor illum labi sinit.

Circumductio termini quid sit.

10. Circumductio termini (*sc. Citationis*) igitur est nihil aliud quàm lapsus ejusdem termini enervationem citationis progenerans. Ubi notari potest, quod terminus citationis solus dicatur circumduci, si negligatur. reliqui verò termini cum sequentes neglecti dicantur purificari. *Add. infra t. 76. n. 18.*

In Camera terminus tres juridicis post ipsum proximis elapsis olim circumducebatur. Hodie sex Juridicis effluxis demum circumducitur.

11. De jure Justinianeo quidem nisi Actor in ipso termino comparebat, statim citatio circumducebatur, verùm id de Jure Camerali quadantenus mitigatum est, & sancitum, ut si Actor intra tres juridicas à termino citationis proximas compareret, atque ad instantiam Adversarii causas suæ absentiæ allegaret, admittendus sit, ac si in ipso termino comparuisset: sin autem nemo intra istas tres juridicas compararet, terminus pro circumducto haberetur, *O.C.p. 3. t. 12. §. ult.* Tres verò juridicæ faciunt septimanam seu octiduum, quia singula septimana tot Audientiæ olim celebrabantur, *dict. p. 3 tit. 1. princ.*

12. Cùm verò Anno 1570. constitutum, ut singulis diebus Audientiæ celebrarentur, *C. p. 3. t. 1. princ.* posteà etiam placuit, ut terminus demum post lapsas sex juridicas circumduceretur, *C. p. 3. t. 12. §. 21. & 23. ibique lit. C. in fin.* At licet hodie quavis hebdomade tantùm tribus diebus more antiquo Audientiæ rursus celebrentur, tamen terminus demum post tales 6. juridicas, id est, duas hebdomadas seu 14. dies haberi pro circumducto, & etiam tot juridicis post decretum proclama effluxis in contumaciam procedi consuevit.

Illa sex juridicæ sunt continuæ & non utiles.

13. Notandum verò, quòd utræque sex juridicæ, tam quæ concessæ ad salvandum terminum à circumductione, quàm quæ post decretum proclama expectandæ, donec in contumaciam procedi queat, sint continuæ & non utiles, *C. p. 3 tit. 51. princ.* Quod princ. etsi loquatur tantum de sex Juridicis post Proclamas expectandis, tamen quoniam in utrisque sex Juridicis eadem ratio militat, puto ex identitate rationis tradita in dict. princ. quoque ad sex Juridicas circa terminum à circumductione salvandum concessas extendi posse. Quare licet Actor sextâ Juridicâ comparere velit, ob defectum ordinis verò citationem reproducere nequeat, septimâ Juridicâ non audietur, sed terminus nihilominus pro circumducto habebitur.

Quæstio.

14. Suprà dixi, si Actor in termino non comparens, intra sex Juridicas compareat & ad instantiam rei suæ absentiæ causas alleget, quòd terminus pro circumducto non habendus, quæritur itaque, si vel nullas allegare possit, vel allegatæ non probentur, aut irrelevantes sint, anne terminus pro circumducto habendus?

Resp.

Resp. utique, modo Reus ut petat. Sin verò Reus etiam est contumax, Actor absque allegatione causarum absentiæ admittitur, *C.p.3.t.12.§.21. in fin.*

15. Eodem modo, seu Reus intra sex Juridicas compareat, & postea quod Actor intra easdem citationem non reproduxerit, terminum pro circumducto haberi petat, audiatur, *d. t.12. §.22.* Quod etiam procedit, etsi citatio non fuerit legitima, vel legitimè insinuata, *Scacc. de Judic. lib. 1. c.91. n.5.6. & 7.* Non verò Actor audiendus, licet justas causas absentiæ habeat, *Gail. 1. O.59. n.2.* Ex alleg. §.22. autem ab ejus contrario sensu sequitur, quòd si circumductio non petatur, in causa procedi queat.

Quid obtine[illegible] Reus intr[illegible] Actor v[illegible] post ela[illegible] [illegible] id cas comparens.

16. Quod tamen secus est, si neuter neque Actor neque Reus intra d. sex juridicas compareat; ubi terminus pro circumducto habendus, atque citatio periit, *d. t.12. §. pen.* Adeò ut Reus citationem postea reproducens proclama contra Actorem non obtinere nec adversus illum in contumaciam procedere queat.

Item quid [illegible], si neuter [illegible] [illegible] fluxas sex Juri[illegible] [illegible].

17. Sed quid si hoc casu Reus non exspectata nova citatione maturandæ causæ ergò in ea cum Actore procedere cupiat, an hoc fieri possit? Resp. Opinor, quòd sic, cùm hoc casu utraque pars in judicio præsens sit, & Reus ad judicium paratus accedat, quo casu citatione non opus est, *supra t.65. n.14.* Idem dicendum puto, si Reus non advertens circumductionem termini simpliciter compareat, postea vero illam animadvertens exceptionem circumducti Termini opponat. Cum enim hoc nimis serò fiat, Reum audiendum non esse statuo. *Vid. infra t.76. n.75. in fin.*

Sed post eas[illegible] [illegible] uterque

18. Circumductio autem non habet locum, (1.) si ob impedimentum ex culpa vel mora Nuncii processus tardiùs afferentis eorum reproductio intra præfixum terminum fieri nequeat. Nam quemadmodum parti nihil imputatur, quando impedimentum ex culpa judicis provenit, sic quoque nec impedimentum ex culpa Nuncii ortum parti nocere debet, quare nec hoc casu restitutione in integrum opus est, *Mynf.2. Obf.62.* Sin verò Notarius insinuans in Processuum insinuatione deliquerit, Pars non aliter restituitur, quàm si priùs doceat Notarium non esse solvendo. Cùm pars sibi imputare debeat, quod non diligentiorem Notarium elegerit.

Tres casus, in quibus circum[illegible] [illegible] termini, locum non habet.

19. (2.) Si fortè Actio est annalis, ut puta injuriarum, quo casu autem opus est restitutione, *Mynf.5. O.87. n.3.* Cujus ratio est, quia aliàs Actor totâ causâ caderet, cum propter annalem lapsum nova citatio impetrari non posset, & militat hic eadem ratio, quæ in causis appellationum subest, *vid. n. proximè seq.*

20. (3.) In causis appellationum, *C.p.3. t.12. §. pen.* idque propter præjudicium totius causæ, quia ob jam effluxa vel mox effluenda Fatalia introducendæ appellationis, appellatio jam deserta est debita, vel mox deserta reddetur, ideoque nova citatio obtineri nequeat. Atque hoc procedit quoad citationes prima vice impetratas. Secus enim est in citationibus ad reassum. in iisdem causis obtentis. Item in Mandatis Attentatorum Revocatoriis, Inhibitionibus, Compulsorialibus, Executorialibus, &c. *d. t.12. §. ult.*

21. Alterutrius verò partis contumacia de jure & stylo Camerali accusatur à

Contumacia non-compa-

 parte

ventis accusatur petendo Proclama.

parte obediente petendo Proclama, quod derivatum est à Græco verbo *προκαλεῖν*, id est, vocare, & ferè hisce petitur verbis: In Sachen ꝛc. reproducire ich außgangen und verkündte Ladung cum retroscripta Nuncii relatione, weil terminus gewesen will erscheinen vernehmen. Paulisper subsistens posteà subjicit: Weil Niemand erscheinet/ bitte Ruffen.

Quod proclama Judex decernit.

22. Hoc Proclama ad illam partis obedientis instantiam deinde Judex decernit hisce formalibus: In Sachen ꝛc. ist das Ruffen wider den Citirten erkant.

Et Pedellus facit.

23. Proclama sic decretum per Pedellum fieri debet. Fit autem non ipso die publicatæ sententiæ, sed die sequente vel ulteriori quamprimùm Pedellus sententiam ex libro sententiarum exscribendi facultatem nanciscitur.

In certo quodam loco.

24. Sententiam ita exscriptam in quodam certo loco versus Curiam Cameralem, qui vocatur auff dem Gang / recitat adjectis hisce verbis: Zum erstenmal/ zum andernmal/ zum drittenmal. Quæ verba Pedellus ideò adjicit, quia ejus proclamatio est instar citationis, omnis citatio autem in Camera debet esse peremptoria, quam efficit ista terna repetitio.

Proclama quid sit.

25. Proclama itaque definiri potest, quòd sit citatio partis contumacis ad instantiam partis obedientis à Judice decreta à Pedello facienda. Et videtur hoc proclama successisse in locum citationis olim à Præcone (*cujus officium Pedellus in Camera sustinet,*) viva voce faciendæ. Quanquam hujus proclamatis originis vestigia nec in O. C. neque in reliquis Imperii Constitutionibus extent.

Proclama in termino primo petendum. Vel minimùm intra 6. Juridicas, sub pœna circumductionis termini.

26. Hoc proclama autem statim in ipso termino, in quo Citatio reproducitur, est petendum, *d. t.* 12. §. 15. & 16. Quod etiam de jure communi obtinet. Nam ut contumax pro tali habeatur, necessariò ejus contumacia in primo termino est accusanda, aliàs citatio circum ducitur, atque pro nulla habetur, neque Judex super ea procedit, *Umm. d. disp. 6. n. 7.*

Proclama non conditionaliter, sed purè decernendum vel denegandum.

27. Sed cùm de jure communi ipso die citationis effluxo, nisi contumacia accusetur, citatio evanescat, *Umm. d. loc.* De jure Camerali verò adhuc per 6. Juridicas salva maneat, *d. t.* 12. §. 21. & 2. *seqq.* Qu. Si contumacia statim ipso die citationis effluxo non accusetur, an adhuc intra memoratas 6. Juridicas accusari possit? Puto quòd sic. *Adde Marant. Specul. Jur. Tit. de Contum. n. 1. & Tit. de Citat. n. 67.* Istis 6. Juridicis verò elapsis ob non petitum proclama, citatio circumducitur, *per rationem num. proximè præced. traditam.*

Reus in termino citationis dilationē ad proximam sub præjudicio proclamatis prohibetur.

28. Petitum proclama autem modo executio legitimè facta, è vestigio etiam intra 6. Juridicas decerni potest, *C. p.* 3. *t.* 12. § 19. Olim solebat decerni conditionaliter: Wofern sich niemand ad proximam legitimiren wird. Quem modum pronunciandi originem traxisse ex doctrina Abbatis *in C. sæpè. n.* 11. *de Appellat.* Quòd contumax per unum diem expectandus sit, putat Gylm. *voc. Contumacia.* §. *Contumax per unum.* Verùm ille modus pronunciandi antiquatus, ac sancitum, ut proclama purè vel decernatur vel denegetur, *d.* §. 19.

29. Deinde licet citatus in termino citationis compareat & ad proximam vel alias dilationes postulet, hoc ei non concedendum, sed ad instantiam partis proclama expectet, *d. t.* 12, §. 17.

30. De-

30. Denegatur vero Proclama, (1.) Si citatus non habeat legitimam personam standi in judicio, *Gylm. voc. Proclama.* §. *Contra filiumfam.* Item si citans, *Mynſ.* 4. *Obſ.* 65. *n.* 5. Nam utroque casu admittitur excusatio seu petitio, ut priùs cum Curatoribus aliove modo legitimetur, *Magenh. ad O. C. t.* 42. *verſ. Si autem Actor.* & *Mynſ. d. n.* 5. Hinc in causa Strentz contra Meurern & Consort. 6. Jul. 1655. Proclama contra citatos pupillos denegatum ac petens Procurator ad Ordin. Cam. remissus est, *Sent. Cam. num.* 89. Ut videl. istorum pupillorum tutores citati curaret, vel si tutores non haberent, citationem ad nominandum tutores vel sibi ex officio dati impetraret, *secundum tradit tit. proximè ſeq. n.* 45. 46. & 47. Idem obtinet, si citatus in Judicio Camerali stare non tenetur, v. gr. si citatus non sit litis consors aut etiam contra eum jurisdictio Cameræ non sit fundata. Quibus casibus quoque Rescriptum citationis denegatur. *Casus, quibus petitum proclama denegari solet.*

31. (2.) Si citatus moriatur antequam ei citatio insinuetur, insinuatione autem forsan ejus uxori aut liberis factâ, contra hos proclama denegatur, *Gylm. voc. Proclama* §. *ult.* Quod multò magis procedit, si citatio alicui ex reliquis Agnatis insinuata esset. Ratio, quia citatio non-nominato in ipsa, uti sunt uxor, liberi & agnati, insinuata istum non ligat neque adversus eundem in contumaciam procedi potest, *tit. proximè praced. n.* 17.

32. (3.) Cùm quidam Procurator Executoriales reproduceret, & nemine comparente peteret proclama, illud fuit denegatum atque significatum: Man soll sich sonst der Ordnung gebrauchen / id est, *juxta C. p.* 3. *t.* 57. §. 1. petere declarationem pœnæ & arctiores Executoriales, *Magenh. O.* 75. Sed quæ ratio, quare non prius Proclama decerni debuit? Ratio forsan fuit, quòd Procurator ex adverso in causa principali constitutus fuit, qui noluit comparere & respondere. Nam Procuratore apud Acta non existente vel legitimè comparente priùs Proclama petendum & procedendum uti in reliquis Mandatis S. C. *de quo ſuprà t.* 34. *nu.* 170. & *ſeqq.*

33. (4.) Si insinuatio legitimè non sit facta, *d.* §. 19. Intellige adversus citatum nec comparentem. *Prajudicia vide in Sent. Cam. nu.* 190. 252. 387. & 572. Nam si non-legitimè citatus comparet, insinuatio validatur, atque hic contra citantem emanentem proclama petere & obtinere potest. Sin verò intra sex Juridicas citans comparet, citatus non potest petere absolutionem à citatione, sed in causa principali procedere cogitur. Sed cùm, ut dixi, citatio invalida per comparitionem validetur, Rèi procurator meliùs facit, si priùs circumspectè consideret, an vitium in insinuatione processuum sit commissum, & eo invento emaneat, nam tunc Actor comparet aut demum post lapsum sex Juridic. & terminus circumducitur, citatioque evanescit, aut intra d. sex Juridic. hoc casu peritum proclama denegatur, hisce ferè verbis: In Sachen rc. ist das gebättene Ruffen auff fürbrachte Execution abgeschlagen.

34. (5.) Si citatio legitimè insinuata in Ordine incompetenti reproducatur. Hinc non solùm Proclama denegatum, sed etiam Procuratori ob reproductionem in Ordine incompetenti peractam pœna arbitraria irrogata fuit 19. Maji, 1659. in causa Holl contra die Landstände im Fürstenthumb Bremen und Verden. (6) Si reproducatur ante terminum comparationis, *Prajudicia tradidi in Sent. Cam. num.* 185. 285. 294. 359. & 544. (7.) Si sex Juridicis post terminum comparitionis effluxis demum reproducatur, *Prajudicium habes in Sent. Camer. n.*649. (8.) Proclama quoque denegatur, si Procurator citationem reproducens legitimo Mandato non fuit instructus, *vid. Sent. Camer. num.* 613. Plures casus usus suppeditabit.

Proclamatis ob citationē non legitimè insinuatam vel reproductam denegati effectus tum in causis Appellationum. Tum in causis S. Q.

35. Proclamatis ad propositam executionem vel reproductionem denegati effectus in causis appellationum est, quòd cùm hæ ob lapsum Fatale rursus insinuandæ & reproducendæ appellationis sint desertæ, appellans teneatur non judicialiter sed extrajudicialiter impetrare citationem ad vidend. se restitui in integrum, *Vid. Supplic. Cam. tit.* 15. *n.*47. *& omnes seqq.* Quòd si Nuncius citationem non legitimè insinuaverit, appellans sine ulla ambage statim in integrum restitui debet, *C.p.3.tit.* 34.§.8. Atque hanc citationem Nuncius suis sumptibus ex Cancellaria redimere & insinuare cogitur, *d.t.*34.§.10. *Prajudicia reperies in Sent. Cam. n.* 3. 252. 387. & 916. Idem obtinet in causis S. Q. *ibid.n.*112. & 190.

36. In causis verò S. Q. effectus est, quòd citatio sit circumducta, & novâ indigeatur. Ubi tamen distinguendum, nam aut Actio est perpetua & temporaria. Priori casu subdistinguendum, aut enim in citatione certus dies ad comparendum est præfixus, *vid. tit. proximè praced. n.* 26. Et quia tunc citatio planè extincta est, nova citatio impetrari debet: Aut dies à facta insinuatione computatur atque sic incertus est, & hoc casu cùm citatio tantùm pro circumducta habeatur, ejus Rescriptum petere licet, *C.p.*3.*tit.*12. §.8. Illud verò extrajudicialiter debet peti, *vid. Supplic. Cam. tit.* 11.*n.*22.51. & 52. *tit.*18.*n.*26.27.28.29. & 30. *Add. supra tit*, 65.*n.*48. & 49. *Formula Rescripti extat in alleg. tit.* 18. *n.* 31.

37. Sin autem actio sit temporaria, v. gr. annalis, &c. atque illud tempus tempore denegati proclamatis sit præterlapsum, cùm per hanc denegationem simul actio extincta sit, non Rescriptum, sed sicuti in causis appellationum, citatio ad vidend. se restitui est obtinenda.

38. Solent aliquando Procuratores citatorum Judicem Cameræ de vitio in executione commisso per Memoriale ad processus in Lectoria porrectum admonere & proclama urgere, si Actor illud forsan non urgeat.

Pro faciendo proclamate Pedello debetur fl. r. Cam. Imò etiam proclamate decreto,

39. Si proclama decernitur, pro illo faciendo pedello debetur florenus Cameral. seu 20. Baz. quem florenum primò solvere tenetur is, qui proclama urserit, contumax verò postea comparens illum refundere debet. Nam antequam iste florenus refusus est, contumax non auditur, *Magenb. ad O. C.p.*3.*t.*42.*vers. Quid ergo.* Et hoc vulgò dicitur contumaciam purgare, aliàs: Sich mit dem Pedellen und Ruffens haben abfinden.

40. Cùm verò quidam Procuratores post decretum proclama atque sententiam

tiam desuper publicatam statim, antequam pedellus proclama facere queat, quippe qui nomina contumacium ex codice sententiarum antè exscribere debet, in Ordine sententiarum exhibendo Procuratorium vel præstando cautionem ad agendum comparerent, atque eam ob causam, quòd proclama nondum factum, ad purgandam contumaciam se non obligatos putarent, quoniam verò ista comparitio nimis serò & re non amplius integra fiebat, quæ in primo termino fieri debuisset, & etiam posteà impunè ante publicationem sententiæ fieri potuisset, & proclamate semel decretô atque contumacia jam declarata citatus causam in eo statu, in quo illam invenit, assumere obligatus: uti & sententia rursus non cassanda, aut elusoria reddenda, quandoquidem ob non factam comparitionem judicium multis modis jam fatigatum, quocircà principaliter & non propter pedelli clamorem contumaciæ purgatio instituta, hinc procuratoribus sub severa pœna injunctum, ut licet decretum proclama nondum sit factum, tamen nihilominus contumaciam posthabitis omnibus exceptionibus purgarent, itaque non expectata adversarii admonitione vel etiam Judicis jussu, ultrò facere atque hoc factum esse judicialiter indicare, vel ad hoc faciendum statim se offerre deberent, *C.p.3.t.12.§.20. ibique allegat, texx.*

licet illud nondum factum fuerit.

41. Sin verò contumax in hoc Sententiarum ordine non statim comparet, in Ordine Novarum posteà comparere atque contumaciam purgare tenetur, G.B. *28. Januar.* 1657.§.3. Hodiè Procuratores, sive statim in ordine Sententiarum sivè posteà compareant, non solùm contumaciam sed insuper quoque per mandatam comparitionem vel non-comparitionem, originaliter aut in Copia à Lectoria vidimata exhibitam, se à suspicione, quòd hæc comparitio non ex proposito protrahendi causam tamdiu dilata sit, sub juramento Judicio Cameræ præstito purgare debent, aliàs tam contra delinquentes Procuratores, quam ipsorum Principales pro modo delicti severè secundum jura procedatur, G.B. 13. *Decembris* 1659.§.3. G.B 22. *Novembr.* 1661. *Adde Præjudicium extans in Sent. Cam. num.* 950.

Reus post factum Proclama non solum contumaciam purgare sed justas causas suæ comparitionis allegare tenetur.

42. Si contra Civitatem, communitatem aut Collegium proclama decretum, contumacia non uno floreno sed pro arbitrio Judicis purganda erat, G.B. 30. *Mart.* 1593.§.2. Verùm cùm duntaxat una executio processuum atque unum proclama factum, placuit ut hoc casu pro purganda contumacia tantummodò unus florenus solveretur, *Deput.* 1600.§. Wann aber.94.*C.p.1.t.61.princ.*

Proclama contra universitatem factum uno floreno redimatur.

43. Si pauper contumax posteà comparet, & juramentum paupertatis præstat, hunc florenum non solvit, *Magenh.O.*32. Sed Q. anne eo pedellus carere, an verò teneatur eundem solvere, qui proclama petiit? Pedellus eo carere debet, pauper verò si deinde victor existat, illum florenum solvere tenetur. Nam pedello æquè ac reliquis, quis gratis suam operam præstiterunt, sua merces debetur.

Pauper florenum Proclamatis non solvit.

44. Proclamate jam decreto pars obediens vigore ordinationis ad proximam (*sc. post effluxas 6. juridicas à die decreti proclamatis numerandas*,) vel minimum intra 6. menses ulteriùs procedere, aut causas relevantes quare non, sub comminatione de non amplius audiendo, sed pro qualitate causæ absolvendo reum à citatione

Proclamate decreto intra 6. menses proximos in causa ulteriùs procedendum.

tione allegare tenetur, *C.p.3.t.12.§.16.* Qui §. licet loquatur duntaxat de citante; tamen eundem quoque de citato intelligi debere puto, ut inter utrumque æqualitas servetur.

Processus in contumaciam pro diversitate citantium & citatorum quoque diversus est.

45. Cùm autem processus in contumaciam pro diversitate citantium & citatorum, quoque diversus sit, ad confusionem evitandam res distinctione est expedienda. Distinguendum verò est inter causas S.Q. & appellationum. Quoad illas subdistinguendum inter Actorem & Reum.

Reus post Proclam & elapsas 6. juridicas absolutionem à citatione petere potest.

46. Et quidem quod reum attinet, si hic adversus Actorem proclama impetravit, ille elapsis 6. Juridicis (quæ de diebus continuis & non utilibus intelligendæ,) absolutionem à citatione cum refusione expensarum & damnorum petere potest, quæ etiam per judicem Cameræ decernenda, *C.p.3.t.51.pr.* G.B. 22. *Novembr.* 1661. Intellige tamen ad instantiam Rei, non verò ex officio, *Gylm. voc. absolutio à citatione §. Actore in termino.*

Actore non Comparente Reus comparens citationem reproducere tenetur.

47. Sed cum in d. princ. non dicatur, quod Reus citationem sibi insinuatam reproducere teneatur, Qu. an illud facere debeat? Utique & quidem cum originaliter inscripta insinuatione Notarii vel Nuncii, quo ex ea Judici de præsentia termini citationis constare queat.

Differentia inter absolutionem ab instantia & absolutionem ab observatione Judicii.

48. Deinceps bene notandum, quod d. princ. verba: Von der Instantz/ dem Gerichts-Stande/ oder von der Ladung: pro eodem sumantur, *per O.C.* 1495. *art.* Von deß Klägers Ungehorsam. 17. De jure communi magnam esse differentiam inter absolutionem ab instantia & absolutionem ab observatione judicii, quia hoc posteriori remedio plenius Reis consulatur, tradunt, *Mynf.4. O.65.n.4. & Magenh. ad O.C. p.3.t.42.§.1. vers.* Zu deß Antworters. An hæc differentia juri communi congruat, subdubito. Interim videri possunt Dd. à Mynf. & Magenh d.loc allegat. *Adde Mind.de Mandat.c.20.n.15. usque 20. Carpz.part.1. constit.3, definit.16.*

Reus Actore non comparente vel absolutionem à citatione petere vel in causa principali procedere potest.

49. Deinde & hoc observari potest, cum præallegat. princ. loquatur de casu, ubi Reo libellus non est insinuatus, proinde in causa principali procedere nequeat, sed duntaxat absolutionem à citatione impetrare possit. Ast quia hodie semper libellus Reo est insinuandus, hæc necessitas hodie sublata, & alternativa via vel absolutionis à citatione vel procedendi in causa principali semper Reo patet, *vigore d.t.51.§.1.* Sin vero Reus malit procedere in causa principali eamque definitivè decidi quam absolutionem à citatione petere, ejus procurator illud quovis tempore judicialiter indicet ac verisimiliter probet, G.B. 22. *Novembr.* 1661. Et licet quando Appellans ad producendum libellum dilationem usque ad primum vel ulteriorem terminum impetravit, *per R.* 1654. §. Wofern aber. 66. Reo libellus non insinuatus sit, tamen ille in causa principali procedere potest, *prout traditur infrà n.72. & 2.seqq.*

Posteriori casu tamen libellum & documenta sibi insinuata quoque cum suis exce-

50. Sed Qu. an libellus cum suis documentis probatoriis Reo insinuatus ab eo quoque producendus? Resp. licet nec hoc in O.C. dispositum, tamen utique illum producere, adversusque eundemque suas Exceptiones opponere, & cùm hæ propter

propter contumaciam Actoris non-comparentis pro confessis haud accipiantur, ad earum probationem se admitti à judice efflagitare tenetur.

priusquam producere tenetur.

61. Porrò cum in d.t.51.& §.1.& 2. distinguatur inter litem non contestatam & litem contestatam, atque doceatur, quod priori casu in arbitrio Rei sit, utrum absolutionem à citatione, an verò in causa principali procedere mallet, posteriori autem casu, quando nim. Actor semel comparuit & litem contestatus est, posteà verò emanat, ad instantiam Rei Judex in causa principali, quod juris est, pronunciare debeat, nullâ factâ mentione, utrum Reus etiam hoc casu absolutionem à citatione petere possit, itaque dubitari posset, an hoc posteriori casu illam absolutionem petere prohibitum sit? Resp. Hanc prohibitionem quidem suadere videntur præcitat. §§.1. & 2. Alias enim frustranea eorum esset distinctio. Verumenimvero absolutio à citatione etiam posteriori casu postulari potest, atque decerni solet, *docente praxi.* Et præmemorata distinctio ibi tantum facta quoad proclama. Nam priori casu antequam in causa principali procedi possit, necessario proclama præmitti debet: posteriori casu absque proclamate in causa principali procedi potest, *Magenh. ad O.C. p.3.t.42. vers. Nam si illegitime & seq.*

Actore post L.C. contumace, Reus quoque absolutionem à citatione petere potest.

52. Expensas verò Actori contumaci, si victor existat, Reus obediens succumbens refundere non tenetur, *d.t.* 51. §.2. Imò Actor Victor Reo succumbenti suas expensas refundere debet, idque ob contumaciam, *l.13.§.2. C. de judic. ibique Gothofred. & Magenh. ad O.C. p.3.t.42.§.ult.* E contra eodem Jure Actor obediens & succumbens fruatur, *infra n.67. n.69.*

Contumax Actor victor præsenti Reo victo expensas refundere tenetur.

53. Obtento proclamate adversus Reum contumacem Actori olim tres viæ nimir. (1.) Ad pœnam Banni, (2.) Ad immissionem bonorum pro qualitate causæ ex primo decreto, & (3.) in causa principali procedendi patebant. Ex quibus Actor sibi commodissimam eligere poterat, electam verò Judex & Assessores Cameræ expeditam reddere tenebantur, *C.p.3.t.52. in pr.*

Actori contra Reum contumacem antiquitus tres viæ patebant.

54. Verùm cùm duæ viæ priores multa incommoda secum traherent, ne causa principalis cum maximo litigantium damno diu indecisa retardaretur, placuit illas abrogare, retentâ duntaxat tertiâ viâ procedendi in causa principali, *R.* 1654. §. Würde hierauff. 36. Cujus abrogationis tamen est exceptio in causis, in quibus ante Recessum Imperii de anno 1654. aliqua viarum abrogatarum est. Hinc in causa Quasten contra Abraham Marx Juden zu Altenaw ante d. Recessum petita Immissio ex primo Decreto in bona Appellati 6. Jul. 1655. decreta est, *Sent Cam. n.90.*

Ast hodie duabus viis abrogatis, una tantum via scilicet procedendi in causa principali patet.

55. Deinde quoque illius abrogationis est exceptio in Tutoribus & Curatoribus, nam quoad hos non in causa principali, sed vel ad Bannum vel ad præmemoratam immissionem in bona Tutorum & Curatorum procedi debet, *d. t.52.§.ult.* Ratio, quod citatorum tutorum vel curatorum culpam pupillis minimè nocere, sed jus ipsis competens salvum atque illæsum manere oporteat, *Deput.*1600.§. In dem F. fil. 95. Quomodo igitur procedendum, si tutores sint contumaces in non-agendo? R. Cum contra Pupillos in Causa principali procedi nequeat, etiam in hoc casu contra tutores vel ad Bannum vel ad immissionem bonorum procedendum est.

Contra tutores & curatores contumaces cum in causa principali procedi nequeat, ad Bannum vel immissionem ex primo Decreto procedendum.

56.

Una via ex his duabus electa repudiari & alia ingredi potest.

56. Ex his autem duabus viis Actor sibi commodiorem eligere potest, electam verò Judex Cameræ expeditam ipsi reddere tenetur, *d.t.* 52.*p.* Actori quoque electam viam repudiare & aliam ingredi licet, expensis verò in priùs electam viam factis à Reo postea comparente minimè refundendis, *d.t.* 52. §.*pen.* Ast qui habet duas vias, viam electam sequi tenetur, *Scacc. de Appell. quæst.* 17. *limit.* 9. *n.* 45. *v. Ratio.* Verum Resp. hanc regulam procedere, quando Reus est contumax, *dict. limit.* 9. *n.* 47.

Processus contra tutores contumaces ad immissionem bonorum.

57. Si itaque Actor adversus contumaces tutores ad immissionem bonorum ex primo decreto procedere cupiat, post lapsum 6. Juridicarum è decreto proclamate proximarum supplicationem pro immissione ex primo decreto cum distincta specificatione omnium bonorum, in quæ immitti desiderat, judicialiter exhibet, quæ immissio per sententiam judicialiter solet decerni Uti 12. Decembr. 1659. factum in causa Murchausen contra die Verordnete deß Wein-Ambts zu Hildesheim / *Sent. Cam. num.* 595. Quòd si Reus post non compareat, sed maneat contumax, nec contumaciam purget, causasque judicialiter deducat, cur non comparuerit & sese ad expensas Actori refundendas offerat, tunc supplicatione judicialiter oblata, immissio ex secundò decreto peti potest, *Magenb. O.* 54. *Plura elegantia de decreto primo & secundo vid. apud Umm. Processf. Judic. disp.* 6. *n.* 15. *usque* 33.

Item ad pœnam Banni.

58. Si Actor ad pœnam Banni procedere malit, adversus contumaces tutores post lapsum 6. Juridicarum à facto proclamate proximarum citationem ad vidend. & audiendum se ob commissam contumaciam declarari in pœnam Banni vel allegandum causas, quare hæc declaratio sic fieri non debeat, petere cogitur, *C.part.* 3. *t.* 52. §. 1. Hæc citatio autem oretenus & judicialilter peti debet, *ex Stylo.*

59. Quô factô si legitimè citati rursum contumaces, existant tunc secundâ vice proclama petendum, eoque decreto & lapsis 6. Juridicis petenda declaratio pœnæ Banni, inquè eam declarandi sunt, *d.t.* 52. §. 1. Quæ pœna Banni contumaci, cùm ejus cotumacia in Camera commissa respiciat contemptum Cæsaris, in terrorem aliorum meritò irrogatur, quia summum est delictum Majestatem Cæsaris obstinatè contemnere, *Gail.* 2. *de P.P. c.* 5. *n.* 2. & 13.

Processus contra Reum contumacem in causa principali.

60. Hac declaratione prævià, Actori ita declaratorum Bannitorum bona coram Judicio Camerali specificè nominandi, inque ea se immitti petendi potestas sit, in quæ etiam, *prout latiùs infrà t.* 77. *n.* 11. & *seqq. dicitur*, per Judicem Cameræ immittendus, *d.t.* 52. §. 2.

61. Processus in contumaciam in causa principali sequenti modo instituendus: Decreto jam proclamate & 6. Juridicis effluxis Actor petit, ut lis pro contestata accipiatur, & ipse ad ulteriora admittatur. Quô factô judex litem pro contestata accipit, Actoremque ad ulteriora admittit, *C.p.* 3. *t.* 52. §. 3. Ad ulteriora verò admittere hoc casu nihil aliud est, quàm Actorem ad probandum suum libellum admittere, seu Actori probationem sui libelli concedere. Reo enim cotumace in

non-

non-comparendo libellus Actoris nunquam pro confesso accipitur, *Gail.* 1. *O* 80. *n.* 2. Quod ideò est receptum, quia cùm judicium cum eo; qui nunquam comparuit, nondum sit inchoatum, utpote quòd à L. C. demum incipit, quoque libellus non potest in contumaciam pro confessato acceptari, *Gail. d. O.* 80. *n.* 3. Quapropter ab Actore probandus venit.

Reo contumaci in non-comparendo via Defensionalium non praecluditur.

62. Illi admissioni tamen non adjicitur comminatio respondendi ad libellum sub pœna confessatorum & præclusionis viæ producendi defensionales, quemadmodum fit Procuratore apud Acta existente, ideò Reus postmodum comparens ac contumaciam purgans, defensionales producere potest, *Gylm. voc. comminationes.* §. *Quando.* Quòd si Reus præsens contumax sit in non-respondendo ad libellum, libellus pro confessato accipitur, ac via Defensionalium præcluditur, *infra tit.* 76. *n.* 55.

Intellige usque ad conclusionem.

63. Ast non immeritò hic quæritur, quamdiu Reo istos defensionales producere liceat? Resp. eosdem usque ad conclusionem causæ produci posse notum est. Imò etiam post conclusionem, præviâ tamen hujus rescissione ex prægnantibus causis admissâ, nec aliter quàm cum refusione expensarum, *C. p.* 3. *t.* 55. §. 1.

Nam per definitivā sententiam praecluditur.

64. Sed major dubitatio in eo versatur, anne dictos defensionales post definitivam sententiam opponi atque hæc sententia retractari possit. v. g. Actor impetravit citationem ad vidend. exigi debitum, suum libellum per originalem obligationem probat, Judex secundum probata Reum contumacem in non-comparendo ad solutionem condemnat. Sententia condemnatoria Reo insinuatur, ut solvat. Reus cùm ei via defensionales producendi non sit præclusa, illorum loco producit pactum de non petendo in perpetuum, petit sententiam retractari, & se ab instituta actione absolvi, quæritur an audiendus? Resp. non puto, attamen illi aliâs in Camera usitatum remedium restitutionis in integrum non denegandum esse statuo.

Sigilla & manus pro recognitis in contumaciam non comparentis non acceptantur, sed probanda sunt.

65. Libellus verò si probatur per documenta, sciri oportet, illorum scripturam & sigilla non pro recognitis acceptari, sed ulteriùs probanda esse per comparationem literarum vel per duos testes, *Magenh. O.* 35. Quô peractô Actor concludit, & sententiam pro ipso ferre postulat.

Si libellus per testes probādus, commissio petitur.

66. Si Libellus per testes probandus venit, actor quosdam articulos probatoriales ex isto Libello extractos exhibet, atque commissionem petit, *pro infra t.* 73. *n.* 5. *tradetur.* Commissione peracta Rotulum producit petens, ut ejus Sigillum ex officio pro recognito accipiatur, Rotulus publicetur atque communicetur. Cui petito postquam judex detulit & copia Rotuli communicata est, Actor concludit ac secundum se pronuntiare petit.

Pars obediēs victa victori contumaci expensas refundere non tenetur.

67. Causâ submissâ judex secundum Acta & probata judicat ac definitivè pronuntiat. Et si contingat, ut pro Reo contumace sententia feratur, (*quia Actor suum Libellum forsan non probavit,*) Actor obediens & succumbens ab expensis & damnis liberabitur, *C. p.* 3. *t.* 52. §. 3. *in fin.* id est, expensas & damna Reo contumaci & victori refundere non tenetur, *per C. p.* 3. *t.* 51. §. *ult.* Hinc in causa Sültzer con-

contra Sölzer 20. Octobr. 1657. Reis contumacibus nullæ expensæ adjudicatæ sunt, *Sent. Cam. num.* 312.

Quare etiã pars obediens à futuris expensis absolvenda venit.

68. Sed instas Reus contumax ullas expensas fecisse dici nequit? Resp. Potest forsan redimere documentum sententiæ, vel in executionem faciendam vel alio modo impendere aliquid, quocircà Actor etiam ab his fortè futuris expensis absolvendus & decerni solet: Ist der Beklagte von angemaster Klage absolvirt, und der Kläger von Kosten und Schaden hiemit erledigt. *Magenh. ad O. C. part.* 3. *t.* 43. *in fin.*

Econtra pars contumax victor parti obedienti victæ semper expensas resarcire cogitur.

69. Imò non solùm Actor obediens & victus ab illis expensis absolvendus sed ei insuper expensas ab ipso factas contumax Reus Victor refundere cogitur, *ex identitate rationis suprà n.* 52. *traditorum de actore contumace Victore, & Reo obediente victo. Mecum sentit Umm. Processſ. Judic disp.* 6. *num.* 12. *in fin. Tamen in formula num. proximè praeced. tradita Reus contumax ad expensas Actori obedienti refundendas non fuit condemnatus.* Et pro Regula observari potest, quoties in causa principali proceditur, & contumax sive sit Actor sive Reus victor evadit, toties obedienti victo expensas refundere tenetur. In eas tamen ante sententiam definitivam non condemnandus, *d. t.* 52. §. 4. Quod intellige de casu, quando contumax ante definitivam sententiam non comparet, nam alioquin expensas & damna ob suam contumaciam Adversario causata priùs refundere tenetur & tunc demum in causa principali auditur, *infrà n.* 81. & 2. *seqq.*

Processus in contumaciam adversus contumacem appellantem.

70. In causis appellationum Appellante vel planè non comparente, vel postquam semel comparuit, ante vel post L. C. emanente, Appellato contra illum alterutrâ viarum, quemadmodum suprà n. 46. usque 53. de Actoris contumacia in prima instantia edoctum, uti permissum est, *C. p.* 3. *t.* 53. *princ.*

Appellatus etiam intra fatalia absolutionem à citatione petere potest.

71. Et siquidem Appellatus se à citatione absolvi petere cupit, in termino citationis aut post illum adhuc intra Fatalia insinuatam citationem reproducere, proclama petere, eoque decreto atque elapsis 6. Juridicis, absolutionem à citatione rogare potest, hôc consideratô, quòd appellans contra non-comparentem Appellatum etiam intra Fatalia in contumaciam procedere queat, ergo nec ille præ hoc ullam prærogativam habere debeat, *d. t.* 53. §. 1.

Appellatus deinde communi beneficio appellationis uti potest.

72. Insuper quoque Appellato, si communi beneficio uti velit, contra contumacem appellantem Libellum exhibere, atque super eo, prout de jure decet, procedere permissum sit, *d. t.* 53. § 2. Appellatus verò communi beneficio appellationis uti, seu appellationi adhærere dicitur, non solùm quando gravamina appellationis, nova deducenda vel meliùs probanda exhibet, & sententiam vel totam vel pro parte reformari petit, sed etiam quando Acta priora ad justificandam priorem sententiam reperit, hancque petit confirmari.

Modò formalia appellationis justificet.

73. In utroque tamen casu Formalia appellationis, quòd nim. illa ab appellante observata sint, ad fundandam jurisdictionem priùs justificare ac deinde (*scil. in priori casu*) suum Libellum, quemadmodum *num. proximè praeced.* dictum, & præterea Acta prioris instantiæ exhibere tenetur, *d. t.* 53. §. 3. Ubi Sigillum

gillum Actorum pro recognito accipitur, ipsa Acta verò in reliquis probatoriis ad probandum admittuntur, *Gylm. voc. Acta. §. Actorum sigilla.*

74. Posteriori autem casu quando nihil novi proponere habet, (*id est, quando Libellum non vult exhibere, sed solummodo Acta priora ad justificandam Sententiam priorem repetere eamque confirmari petere*,) in uno termino omnes terminos Complexos observandi, ac super Actis prioribus concludendi potestas sit, nisi judex contumacem usque ad proximam expectare aut aliud quippiam decernere velit, *d. t. 53. §. pen.* Sed super Actis prioribus concludere periculosum est, quia judex ex istis Actis possit contrariam sententiam ferre, unde melius est, ut Reus super desertione agat, *Magenh. ad O.C. p. 3. t. 44. in pr.*

Appellatum n. v. deducere volens statim in primo termino super Actis priorib. concludere

75. Sin verò Appellatus aliquid novi deducere vel probare (*hoc est, Libellum exhibere, uti ego intelligo*,) velit, ea observanda, quæ præced. n. 53. usque 61. de contumacia Rei tradita sunt, *d. t. 53. §. ult.* Intellige de eo casu, quando sc. in causa principali adversus Reus proceditur.

Appellatus nova deducere vel non probata probar. volens procedit adversus contumacem appellantem uti adversus Reum contumacem in prima instantia proceditur.

76. Ast quæritur, quæ sit ratio differentiæ, quare si Libellus exhibeatur, adversus contumacem appellantem procedi oporteat, quemadmodum contra contumacem Reum in prima instantia, cùm aliàs secundum tradita præced. nu. 70. contra eundem appellantem procedi oporteat, quemadmodum contra contumacem Actorem in prima instantia, ? Resp. Hæc est, quod priori casu appellatus Libellum exhibens fiat quoque Appellans, & eatenus primarius appellans fit appellatus, quare contra hunc tanquam Reum procedendum, posteriori casu Appellatus est & manet talis, cum sententiam pro se latam approbat, desideratque eam confirmari, quare contra appellantem contumacem tanquam Actorem procedere cogitur.

77. Deinde quæritur, quid obtineat, si tutores vel Curatores appellantes sint contumaces? Resp. Licet sententia contra pupillum in prima instantia jam sit lata, tamen non in causa principali adversus pupillum, sed vel ad Bannum vel ad immissionem ex primo decreto adversus illius tutoresprocedendum esse existimo. Nam si tutores sua gravamina exhiberent, non-deducta deducerent ac non-probata probarent, posset forsan sententia informari, quæ aliàs ob tutorum contumaciam & causam non debito modo pertractatam in maximum pupilli præjudicium confirmaretur. Hinc meritò proceditur adversus tutores vel curatores contumaces ad Bannum vel ad immissionem bonorum, cum illorum culpa pupillo nocere minimè debeat, *suprà n. 55.*

Contra contumaces tutores appellantes quomodo procedendum.

Contra contumacem appellatum, uti contra contumacem Reum procedendum.

78. Appellato autem contumace, Appellanti procedere licet, quemadmodum præced. n. 53. usque 61. de contumace Reo in prima instantia traditum, *C. p. 3. t. 54. princ.*

79. Appellans verò in causa principali procedens observari tenetur præced. n. 72. & seqq. tradita de appellato, *d. t. 54. §. 1.*

Appellans tamen formalia appellationis in primo termino justificare tenetur

80. Olim Appellans Formalia demum in termino post decretum proclama proximo justificare atque eo factum suo Libellum producere & desuper secundum præallegata tradita procedere debeat, *d. t. 54. §. ult.* Verùm hodiè Appellans

pellans in Contumaciam Appellati formalia ſtatim in primo termino juſtificare atque ſuum Libellum producere tenetur, *per* G. B. 13. *Decembris* 1659. §. 3.

Contumax comparens in eo ſtatu in quo causã invenit, ad ulteriora admittendus

81. Si Contumax ſive ſit Actor ſive Reus, poſt unum alterumve terminum compareat, in eo ſtatu, in quo cauſam & proceſſum ante finalem (*id eſt, definitivam,*) concluſionem invenit, ad ulteriora admittendus audiendusque, attamen ad jam habitos terminos nullus regreſſus ei concedendus, prætereà obedienti omnes expenſas ad damna propter ipſius contumaciam perpeſſa, prævio judiciali moderamine refundere tenetur, *C.p.3.t.55.pr.*

Contumax ob cauſas refuſionem expenſarum evitare poteſt

82. Quòd ſi contumax Cauſas, quare expenſas non teneatur, allegare velit, audiendus eſt. *Præjudicium habet Magenh. ad O. C. p.3.t.46.princ. Et caſum ſuppeditat Oddo de reſtitut. in integr. quæſt.68.num.18. verſ. Prætereà etiam.* Quòd verò expenſas in cauſa principali attinet, illæ reſervantur uſque ad finem litis, *per C. Cùm delicti. De Dol. & Contumac. Magenh. ad d. t.46.verſ. quod poſt.*

Contumax definitivam concluſionem reſcindi petens ſine prægnanti cauſa non admittendus.

83. Sin Contumax poſt finalem concluſionem veniat, eamque reſcindi poſtulet, ſine relevanti cauſa & tamen non aliter, quàm cùm refuſione Expenſarum & damnorum (*ſcil. ob ipſius contumaciam perpeſſorum, præced. n.* 81.) admitti debet, *d. t.* 55. §. 1.

Quid obtineat, ſi quis ob contumaciam in Bannum ſit declaratus.

84. Si quis ob contumaciam in Bannum declaratus ob ejuſmodi contumaciam cum adverſario tranſigere paratus ſit, non tamen cum eo convenire queat, quomodo hæc contumacia purganda, judicis moderatio & cognitio erit, *d. t.* 55. §. 2.

85. Et ſi contumax per præviam ejusmodi cognitionem injunctum præſtiterit, à Banno abſolvatur, atque occaſione Banni ablata in pretio, in quo iſto tempore (*reſtitutionis, non verò oblationis, uti ego intelligo.*) inveniuntur, exceptis tamen fructibus perceptis, reſtituantur, *d.t.*55.*§.pen.*

86. Fiſcali Cæſareo autem nihil ſolvere teneatur, niſi huic quoque in aliquam pœnam condemnatus ſit, de qua cum illo tranſigat, *d.t.*55. *§.ult.*

87. Quòd ſi Actor Contumax ſit in exhibenda deſignatione expenſarum atque damnorum contumaciæ Bannito per decretum injungi ſolet, ut ſi daret fidejuſſores nec non ſeſe cum Fiſco concordet, quòd ſcil. tantum exſolvere velit, quantum Cameta per ſententiam definiret & declararet. Quo facto Bannitus utique abſolvi nec ejus abſolutioni mora Actoris impedimento eſſe debet, *Magenh. ad O. C.p.* 2.*t.*18.

TIT. LXVII.

DE COMPARITIONE PARTIUM.

Proceſſus Camer. actus quartus eſt Comparitio partium.

1. PRoceſſus Cameralis actus quartus eſt partium Comparitio, quæ eſt illarum legitima in judicio præſentatio. Dixi *partium* quia non ſolummodo pars ad judicem vocata ipſi ſe præſentare, ſed etiam pars citatrix ultrò in judicio adeſſe tenetur,

netur, aliàs æquè ac pars citata contumaciæ accusatur, *prout titulo proximè præcedenti latè demonstratum.*

Comparere potest qui legitimam personam standi in judicio habet.

2. Legitimè autem se Judici præsentare dicitur, qui in judicio legitimam personam standi habens ipse ibidem comparet, vel qui Procuratorem constituendi facultatem habens suo nomine illum eodem mittit. Legitimam personam standi in judicio dicuntur habere, qui agere & conveniri non prohibentur, *de quibus vid. Umm. Process. Judic. disp. 1. thes. 4. & 5.* Procuratorem constituendi facultatem dicuntur habere, qui non prohibentur. *Hos recenset Umm. disp. 3. thes. 3.*

Alieno nomine comparens de mandato Domini docere tenetur.

3. Constitutus verò Procurator inprimis de facta constitutione & Mandato Domini in judicio docere debet, aliàs tanquam falsus Procurator non admittitur neque auditur. Absque Mandato tamen admittitur, si Domino sit conjunctus aut socius aut alia causa concurrat & caveat, de rato, *Umm. disp. 3. thes. 6.* Quatenus Maritus pro Uxore absque Mandato & Cautione de rato agere possit, per distinctiones edocent *Gail. 1. O. 133. & Mynf. 3. O. 53.*

Quod se ad Acta seu causam legitimare vocatur.

4. Procurator autem quando de facta constitutione & Mandato Domini Judici sufficienter docet, vulgò vocatur, se legitimare ad Acta seu ad causam. Legitimatio Procuratorum igitur est ipsorum alieno nomine comparentium in judicio ad agendum sufficiens habilitatio. Dividiturque in veram & quasi-legitimationem, *Arg. C. p. 3. t. 14. §. 8. De hac agetur infra n. 57.*

Legitimatio vera. Item Procuratorium sufficiens quid dicatur.

5. Vera legitimatio est, quando Procurator sufficiens Mandatum ad agendum nomine sui Domini in judicio exhibet. Sufficiens Mandatum verò dicitur, cui clausulæ substantiales, quæ in judicio Camerali requiruntur, insertæ sunt, *C. p. 1. t. 23. §. 11.* Illud Mandatum, quòd non rarò *Mandatum Procuratorium*, item simpliciter *Procuratorium* nominatur, est vel generale vel speciale. *De hoc tractabo infrà n. 80. & seqq.*

Generale Procuratorium quid dicatur.

6. Generale Mandatum, (General-oder gemeiner Gewalt / gemeine Vollmacht) dicitur, quòd ad totam causam in judicio peragendam conceptum est, *cujus formulam vide C. p. 3. tit. 14. in fin.*

Generale Procuratorium debet continere nomen constituentis.

7. Clausulæ Substantiales huic Mandato inserendæ sunt, I. ut Procuratorium contineat nomen constituentis, *Mynf. 4. O. 99.* Et quidem in specie omnium, si plures constituant, nam Procuratorium suo & consortum nomine datum insufficiens est, *Magenb. O. 43.*

Exceptio est in Procuratorio alicujus universitatis.

8. In Procuratorio autem alicujus communitatis singulorum nomina exprimere necesse non est, quod intellige, si istud Procuratorium sonet in nomina collectiva certam juris determinationem habentia, qualia sunt, Capitulum, Communitas, Civitas, Collegium, Conventus, & similia. Item si Procuratorium conceptum sit per tale nomen singulare, quod æquipolleat nomini collectivo, ut si dicatur, omnes Canonici talis Ecclesiæ, omnes Cives tali oppidi. Secus tamen est, si Procuratorium compositum sit per nomina singularia corpora designantia, utpote Canonici talis Ecclesiæ, Cives talis municipii. Hoc enim posteriori casu nomina singulorum exprimenda sunt, ea ratione, quia ejusmodi ferme de duobus tantùm posset verificari, *Mynf. 3. O. 18. & 1. O. 76.*

Praejudicium quoddam.

9. Volupe eſt & hoc addere, cum aliquando ſolus Prior domûs Carthuſiæ in Grunaw / non verò ſimul Capitulum vel alii Monachi conſtituerent, Procuratorem, quod illud Mandatum ſufficiens eſſe ex Guid. Papæ Conſil. 139. 15. Nov. 1563. concluſum ſit, *ita annotante Ante-Maril. O.26.*

Nemo nec conjuncta persona quidem Procuratorem alterius nomine constituere potest absque ratificatione Principalis.

10. Quivis vero pro ſe ipſo & ſuo nomine Procuratorem conſtituere debet, nec poteſt alius, etiamſi ſit conjuncta perſona alterius nomine absque ratificatione Principalis Procuratorem conſtituere, *C.p.1.t.31.§.6.* Conjunctæ verò perſonæ ſunt parentes, liberi, fratres, ſorores, conjuges atque affines, *Umm.Proceſſ. Judic. diſp.3.n.33.*

II. Procuratorium quoque in haeredes sit conceptum. Quod olim secus fuit.

11. II. Ut non ſolummodo in Principalem, ſed etiam in illius hæredes conceptum ſit, *R.1654.§.* Damit auch. *99.* Et hæc clauſula maximè utilis & neceſſaria, quò evitentur frequentes citationes ad reaſſummendum, indeque exortæ retardationes proceſſuum, *allegat. §.99.*

12. Olim enim cùm procuratoria duntaxat in ipſum Principalem concipi ſolerent, eo mortuo hæredes ſponte comparere nolentes ad reaſſumendã litem citandi erant. Cùm vero hodiè etiam in hæredes concipiantur, iſta citatione exceptis paucis caſibus, *quos vide infra n.71.* non indigetur, quia Procurator poſtquam procuratorium in judicio exhibuit, quoad hoc etiam Dominus litis factus eſt, proinde in cauſa uſque ad concluſionem procedere tenetur, ac ſententia tam definitiva quàm interlocutoria in ipſius perſonam, ſi hæredum nomina nondum indicata ſint, concipienda ac pronuncianda, *d. §.99.*

Mortuo Principale intra 3. menses haeredum nomina in Cameral. indicanda sunt. Et quidem in ordine Novarum.

13. Procurator autem intra tres menſes vel etiam iſto tempore non expectato, quamprimum de morte ſui Principalis certior factus, illam mortem ac hæredum nomina in Cancellaria indicet atque exhibeat, *d. §.99. in fin.* Alias arbitrariè punitur ac ſententia in ipſum concipitur ac pronunciatur, *uti factum 13. April. 1660. in cauſa* Fiſchers *conta* Schultzen Wittib *Appellationis, Sent. Cam. n.635.*

14. Attamen nomina hæredum non in Cancellaria, *prout in d.§.99. diſpoſitum,* exhibentur, ſed generale procuratorium principaliter in ipſos ac ſecundario in ſuos hæredes conceptum, judicialiter in Ordine Novarum produci ſolet, adjectâ memoratione mortis defuncti prioris Principalis.

Haeredes non magis quam ipse Principalis Procuratorem repudiare possunt.

15. Sed quæritur anne hæredes procuratorem pro ſuo lubitu repudiare ac alium eligere queant? R. Id non magis quam ipſe defunctus principalis facere poſſunt, quia illi hujus Factum præſtare tenentur. Quando autem Principalis Procuratorem repudiare poſſit, tradit Umm. *diſp.3.n.43.* & 44.

Quid obtineat si haeres Procuratorem novo Procuratorio instruere nolunt.

16. Sed quid ſi Procurator novum Procuratorium ab hæredibus intra prædictos tres menſes nanciſci nequeat? Reſp. Ad evitandam pœnam, qua alioquin plectendus veniret illud judicialiter indicare, atque vel verus procuratorium revocare vel adverſario, ut ille ordinatione utatur, concedere tenetur. Tunc ſi Adverſarius in revocationem conſentit, citationem ad reaſſumendum impetrare tenetur, ſin conſentire in illam nolit, poteſt adverſus Procuratorem, qui vigore veteris Procuratorii adhuc Dominus litis eſt, in cauſa procedere, in quem & eandem ob cauſam poſtea Judex ſententiam ferre debet, quia morte Principalis Procura-

curatorium (etiamsi illud in hæredes non esset expressè conceptum, quod tamen hodie necessariò fieri debet,) non extinguitur, *Mynſ.2.O.84.Umm.disp.3.n.46.*

Ubi hæredes non adsunt, Procuratorium quomodo concipiendum.

17. Porrò quod attinet Civitatum, Collegiorum, Capitulorum, Cœnobiorum ac reliquarum Communitatum Procuratoria in his loco verborum: für mich und meine Erben/ si sc. unus constituens est, atque si plures: für uns und unsere Erben Substituuntur verba: für uns und unsere Nachkommen oder Nachfolgere. In Procuratoriis verò Tutorum aut Curatorum surrogantur verba: in Vormundschafft Namen.

III. Contineat nomen Procuratoris.

18. III. Ut contineat nomen Procuratoris, *Mynſ.d.O.99.* Quæ clausula maximè necessaria est, quoniam aliàs certò sciri haud posset, utrum Procuratorium exhibens sit ille, quem talem Principalis constituere voluit.

IV. Nomen substituti, sitque in hujus personâ conceptum.

19. IV. Ut conceptum sit in substitutum ejusque nomen itidem contineat, *R.* 1654. §. Als auch weiter. 100. Olim erat in libera voluntate litigantium, utrum constituto Procuratori alium substituere vellent, *C.p.1.tit.31.§.1.* Sed hodie est necessitatis aliquem substituere, *vigore alleg.* §. 100.

Ratio, ut evitentur frequētes citationes ad reassum.

20. Atque & hoc ideò sancitum, ut frequentes citationes ad reassumendum præcaverentur, hic enim Substitutus primario Procuratore ante finem litis mortuo seu aliàs suum Statum mutante sine ulteriori constitutione processum continuare tenetur, *prealleg.* §. 100.

Primario Procuratore decedente, Principali liberū est substitutum repudiare.

21. Principali verò liberum est, utrum Substitutum, an alium pro primario Procuratore, longissimum tamen intra duos menses à die notificatæ mortis vel mutationis proximos, constituere malit, interim verò Substitutus Processum continuet ac Judex in eum sententiam ferat. Pars quoque ipsi pro eo labore condignam mercedem exsolvat, *alleg.* §. 100. Hæc substitutio autem Substituto est significanda, quò de ejus consensu constare queat, nam si illa ei non significetur, iste nec decessum primarii Procuratoris Principali notificare, neque Processum continuare obligatus est.

Substitutus pro libitu suâ substitutionem revocare potest.

22. Sed quæritur, si Substitutus in substitutionem semel consenserit, an posteà primario Procuratore adhuc penes Acta præsente invito Principale substitutionem deserere, aut parti adversæ procurando inservire queat? Affirmatur, quoniam re adhuc integra à Mandato tam Mandanti quàm Mandatario discedere licet, *per* §. 10. *J. de Mandat.* Quamdiu verò primarius Procurator penes Acta existit, quoad Substitutum res integra est, quandoquidem hic in casum primarii Procuratoris decedentis constitutus est, *d.* §. 100. *ibi:* Und allein dahin biß sich der Fall begibt. Deinde Substitutus hic primario Procuratore apud Acta adhuc existente, Expectativam (*expectatorium*, Wartgeld/) seu aliud quippiam accipere seriò est prohibitus, *d.t.31.§.1. in fin.* Jam verò iniquum esset, si Substituto etiam parti adversæ, à qua annum salarium haberet, inservire esset prohibitum, imò si substitutionem pro lubitu deserere non liceret, vix ullus Procurator se substitui sineret. Principalis verò, si Substitutus est eruditus ac diligens, cautè agit, si ei quoque Salarium constituat, hoc casu minus causæ habebit ad partem diversam transeundi.

23. Quam-

Subſtitutum intra 2. menſes retinere vel mutare; aut ſit primarius Procurator.

23. Quamvis, *quemadmodum praced. nu. 21. oſtendi*, Principali liberum ſit Subſtitutum intra duos menſ. à die notificati deceſſus Procuratoris primarii proximos, vel retinere vel mutare, tamen iſtis duobus menſibus elapſis, Subſtitutus ipſo jure fit primarius Procurator ac Dominus litis, quare tunc non magis quàm primarius mutari poteſt.

Subſtituto mortuo alius ſubſtituendus.

24. Subſtituto autem primario Procuratore apud Acta ſuperſtite ſuum diem obeunti aut Statum mutanti Principales de eo maturè certiorati alium ſine mora ſubſtituant, *d. §. 100. in fin.* Quo caſu etiam novo Procuratorio opus, nec licet prioris ſubſtituti nomine in veteri procuratorio deleto nomen poſterioris ſubſtituti aſcribere. Nam ob hoc quendam Procuratorem aliquando punitum eſſe memini. Poſſunt etiam plures ſubordinatim tamen in uno procuratorio ſubſtitui, *d. t. 31. §. 1. verb.* Den dritten.

V. Ut in eo exprimatur Judicium.

25. V. Ut in illo Mandato exprimatur Judicium, in quo Procurator ejusve Subſtitutus nomine Conſtituentis comparere & agere teneatur, *argum. Formula Mandati C. p. 3. t. 14. in fin. impreſſi, verb.* An dem hochlöblichen Käyſerl. Kammergericht zu Speyr. *Umm. Proceſſ. Judic. diſp. 3. n. 38. verſ. Uſitate tamen. Vant. de Nullit. t. Ex defect. Mandat. n. 99. & 102.*

VI. Conceptum ſit ad omnes cauſas in judicio Cam. jam pendentes & in futurum penſuras. Olim ſufficiebat Procuratorium ad unam aliquam cauſam conceptum.

26. VI. Ut conceptum ſit non ad unam cauſam, multò minus ad iſtius cauſæ unum Actum, ſed ad omnes cauſas in judicio Camerali pendentes, atque in futurum penſuras, *R. 1654. §.* Und demnach. 101.

27. Antiquitus quidem illud Mandatum pro ſufficienti habebatur, quod ad unam totam cauſam eſſet conceptum, *C. p. 3. t. 14. pr.* quod etiam generale *in C. p. 1. t. 35. §. 7. cum 3. ſeqq. & paſſim* vocatur, quatenus nimirum ei, quod non ad totam aliquam cauſam, ſed duntaxat ad unum actum conceptum eſt, opponitur. Verùm hodiè ſimiliter ad evitandas frequentes citationes ad reaſſum. ejuſmodi procuratorium pro ſufficienti non habetur, ſed quæritur, ut non ſolum ad unam ſed ad omnes cauſas activas & paſſivas, tam præſentes quàm futuras conceptum ſit, *alleg. §. 101.* Atque hoc vocatur procuratorium generale, illud verò, quod ad unam cauſam conceptum eſt, ſpeciale appellatur. Quo reſpectu iſtud, quod ad unum actum conceptum eſt, ſpecialius vocatur, *in d. §. 101.*

Quod hodiè non niſi in uno caſu procedit.

28. Unico tamen caſu adhuc licet ſpeciale Procuratorium ad unam cauſam conceptum exhibere, ſi nimirum quis ſubſtituto iſtam cauſam ſpecialiter committere velit. Hoc tamen caſu nihilominus ſimul generale procuratorium eſt exhibendum, *d. §. 101.* Idque ideò quò Principale aut ejus ſubſtituto mortuo, aut ſuum Statum mutante, primarius Procurator vigore iſtius generalis procuratorii proceſſum continuare queat, nam illi ſpeciali procuratorio nec hæredes neque ſubſtitutus inſeruntur.

Non in una ſed in diverſis cauſis plures primarios Procuratores conſtituere licet.

29. Alii vero Procuratori, qui non eſt ſubſtitutus, certa quædam cauſa ſpecialiter committi nequit, per generale Procuratorium fieri illud poteſt, quandoquidem uni litiganti plures cauſas habenti in ſingulis cauſis diverſum Procuratorem atque Subſtitutum conſtituere licet. Hoc caſu olim quis duos Procuratores generali procuratorio inſtructos in diverſis cauſis habebat, uno mortuo citatione

tatione ad reassumendum non erat opus, quia superstes ad instantiam partis adversæ, copiam illius signatam ad istam causam, in qua constitutus Procurator mortuus erat, apponere tenebatur. Nam propter superstitis Procuratoris generale Procuratorium pars adhuc censetur præsens, *Ruland. de Commiss. lib. 2. cap. 5. num. 6. Et Gylm. voc. Procuratores.* §. Wann ein Partey ꝛc. Quod adhuc hodie locum habere potest in casibus infra n. 71. & seqq. recensitis, ubi citatione ad reassumendum adhuc opus est.

30. Licet etiam pluribus consortibus in una eademque causa, ut quivis suum Procuratorem separatim constituat, unus verò in una causa duntaxat unum Procuratorem & Substitutum constituere potest, *C. p. 1. tit. 31. pr. & §. 1.*

31. Plures consortes plerumque tamen unum Procuratorem constituere solent. Hoc casu uno ex consortibus mortuo, olim ejus hæredes ad reassumendum citandi erant, *Gylm. voc. Procuratores.* §. *Si duo Rei.* Ex quo sequitur, (1. quòd etiam hodie citandi sint in casibus, in quibus citatione ad reassumendum adhuc opus, *de quibus infra n. 71. & seqq* (2.) quòd in reliquis casibus istorum hæredum nomine novum Procuratorium producendum sit.

32. VII. Ut in specie punctum executionis activè & passivè comprehendat, *C. p. 3. t. 14. pr.*

33. VIII. Ut ei inseratur generalis clausula nimirum hæc: Auch alles anders thun und lassen soll/ was ich oder nach meinem Tod meine Erben selbsten zugegen jederzeit handlen/ thun und lassen sollen/ konten oder möchten. Ordn. der Notarien. 1512 §. In den Gewalthabungen. 40. *in fin.* Hæc clausula omnia includit, quæ expressis paria sunt, *Mynf. 4. O. 99.*

34. IX. Ut ei itidem inseratur clausula substituendi, *alleg. §. 40. in fin.*

35. X. Clausula de rato habendo, *d. §. 40. in fin. Mynf. d. O. 99.*

36. XI. Clausula de sublevando Procuratorem cunctis oneribus juris, præsertim satisdationibus de judicio sisti & judicatum solvi ac planè indemnem præstando, *d. §. 40 in fin.* Ubi & hoc notari potest, quòd Procuratorium, cui hæc clausula inserta, illum effectum habeat, ut lite nondum contestata morte Principalis non extinguatur, quod aliàs regulariter secus est, *Mynf. 2. O. 84. Umm. disp. 3. n. 46.* Quare quamprimum Procurator illud accipit, Dominus litis fit, nec à Principali revocari potest, etiamsi nondum in judicio sit exhibitum.

37. XII. Clausula sub hypotheca omnium bonorum suorum ac hæredibus relinquendorum, *d. §. 40. in fin. junct. formulâ in fin. C. p. 3. t. 14. pag. 226. ad impressâ & Magenb. O. 92.*

38. Tutores verò & Curatores non cavent sub hypotheca suorum suisque hæredibus relinquendorum bonorum, sed sub hyotheca bonorum pupillorum: bey Verpfändung ihrer Vormundskinder Haab und Güter. Qui verò Civitatum, Collegiorum, Cœnobiorum ac aliarum Communitatum nomine procuratoria edunt, sub illorum bonis cavent. Hinc Consules ac Senatus civitatum cavent: Bey Verpfändung unser und gemeiner Stadt N. Haab und Güter. Alii ita: Bey Verpfändung unser gemeiner Stadt N. Haab und Güter. Episco-

Quorum uno mortuo in una causa hic Procurator in alia causa constitutus vigore generalis procuratorii olim continuare tenebatur.

Plures consortes in una causa diversos procuratores constituere possunt.

Si unus Procurator à pluribus in una causa constitutus, & horum unus moriatur, quoad ejus hæredes opus est novo procuratorio vel citatione ad reassum.

VII. Continuat punctum Executionis.

VIII. Ei inseratur generalis clausula.

IX. Eidemque inseratur

clauſula ſubſtituendi. X. Clauſula de rato habenda. XI. Clauſula de ſublevando Procuratorem cunctis oneribus juris. XII. Clauſula ſub hypotheca omnium bonorum.

ſcopus Bambergenſis in cauſa Straulauiſcher Erben contra Genten Appellationis cavit: Bey habhaffter Verpfändung deß Stiffts Haab und Güter. Die Schultheiſſen / Gerichtsverordnete Dorffmeiſter und gantze Gemeinde der Dorffer Gemsheim/ Hartbauſen / Harhofen und Oudenhofen Speyriſchen Biſchthumbs Marientrauter Ampts in cauſa Stadt Speyer contra Ganerben zu Haßloch & conſort. Citat. edictal. 3. Novemb. 1580. caverunt: Bey Verpfändung unſerer gemeiner und ſonderer beweg- und unbeweglicher jetziger und künfftiger Haab und Güter. Item der Fauth/ Schultheiß / Hubner / Schützen und gemeine ſammtliche Ganerben zu Haßloch/ Böhel / Gummersheim/ und Freyſprach in eadem cauſa 16. Aug. 1605. caverunt: Bey habhaffter Verpfändung unſerer Gemeinden Haab und Güter. Item die ſämmtliche Ganerben zu Haßloch und Gummersheim in eadem cauſa 26. Maji 1607. caverunt: Bey habhaffter Verpfändung unſerer gemeiner und ſonderer Haab und Güter.

Tutores, curatores & univerſitates quomodo caveant. Procuratorium generale præmemoratas XII. clauſulas inſertas habens, pro ſufficiente habetur.

39. Atque has præmemoratas clauſulas neceſſariò cuivis generali Procuratorio inſeri oportet, plures quidem clauſulæ etiam ejus Formulæ, *quam vide dict. pag.* 226. inſertæ reperiuntur. Verùm illæ partim ſub generali clauſula comprehenduntur, partim ſpeciale Mandatum requirunt, ideo iis licèt omiſſis, Mandatum tamen nihilominus ſufficiens habetur, nec à Judice ſcrupuloſè diſputandum, ſed quantum licet, interpretatione juvandum eſt, *C. p.* 1. *t.* 23. §. 11. Procuratores verò Procuratoriũ, quamprimum illud accipiunt, confeſtim bene conſiderent atque de inventis defectibus Partes admoneant aliud ſufficiens repoſcentes, *C. p.* 3. *tit.* 14. §. 1. Procuratores ex adverſo quoque exhibitum Procuratorium probè perluſtrent deprehenſiſque defectibus in ſpecie contradicant, *d. tit.* 14. §. 2.

Procurator à tutore conſtitutus præter Procuratorium quoque tutorium exhibere tenetur. Loco tutorii ſufficit exhibere aliquod

40. Procurator à tutore (*idem dic de curatore,*) conſtitutus præter præmemoratum generale Procuratorium ſimul quoque tutorium producere debet, quò Judici & parti adverſæ conſtare poſſit, illum eſſe tutorem legitimè conſtitutum. Nec creditur nudæ aſſertioni Tutoris, ſi in Procuratorio dicat: *Ego N. Tutor talem Procuratorem conſtituo.* Nam aliàs geſta per ejuſmodi Procuratorem tanquam falſum non valerent, *Gail.* 2. *O.* 107. *n.* 1. Et ſententia contra tutorem minùs legitimè conſtitutum ipſo jure nulla eſſet, nec pupillo præjudicaret, *Gail. d. Obſ.* 107. *n.* 2. Quia judicium cum ſolo pupillo abſque legitimo tutore agitatum ipſo jure nullum eſt, *ibid. n.* 3.

41. Atque hæc procedunt in legitimis, item datis & confirmatis tutoribus, *Gail.* 2. *O.* 107. *n.* 4. Idque in illis, qui ſolennia fecerunt, cum reliquis enim agitatum judicium ipſo jure nullum eſt, *Mynſ.* 2. *O.* 37. Quòd ſi teſtamentarii tutores dati ſint, tunc ſufficit loco tutorii exhibere copiam collationatam teſtamenti, vel aliud legitimum documentum, ex quo judici conſtare poſſit, conſtituentes Procuratorem eſſe teſtamentarios: nam ſola & nuda allegatio, quòd videlicet teſtamentarii tutores ſint, non ſufficit. Et ideo per interlocutoriam injungitur conſtituentibus, ut doceant ſe eſſe teſtamentarios, *Gail. d. O.* 107. *n.* 5.

42. Porrò ſi tutores in Camera dati aut confirmati ſunt, tunc non requiritur tuto-

tutorium, quia jam notum est judici, constituentes Procuratorem esse legitimos tutores, *Gail. d. n.* 5. Solent verò hoc casu Procuratores duntaxat diem, quo quis tutor in Camera constitutus fuerit, significare hisce verbis: In Sachen 2c. repetire in wegen deß N. N. Vormünders die Verordnung Tutoris &c. an diesem Käyserl. Kammergericht geschehen/ *Magenh. O.* 34. Sententiam ordinatoriam & confirmatoriam Tutorum cum formula Juramenti habes in Sent. Cam. *num.* 52. 93. *&* 94. Quòd si tutores in Camera confirmati fortè pro pupillis alibi & in aliis judiciis extra Cameram litigaturi aut aliàs tutoriis indigent, hæc illis ex Camera dantur, *Magenh. d. Obs.* 34. Si infans vel pupillus nullum tutorem habet, ejus Agnati citandi sunt, ut veniant defensuri infantem seu pupillum vel ei dari tutorem curent, *Gail. 2. Obs.* 107. *n.* 7. *Mynf.* 2. *Obs.* 35. *De Minore vide infrà n.* 45.

Documentum, per quod probari possit constituentem esse tutorem.

Si Tutores à Camera confirmati loco tutorii allegatur ibidem facta confirmatio.

43. Singulariter hîc notandum, licet pupillus cum authoritate Tutoris ante L. C. Procuratorem constituere possit, quòd tamen tutor solus illud non possit, & si faciat, quòd constitutio non valeat, & judicium cum illo agitatum sit nullum, ratio, quia tutor non potest facere Procuratorem ante L. C. in causa pupilli, sed debet constituere Actorem, in quo Actore decretum Judicis requiritur, *Mynf.* 2. *O.* 38. & sic in Camera quotidiè observari testis est Gail. *d. O.* 107. *n.* 6.

Tutor ante L. C. propriè Procuratorem sed duntaxat Actorem constituere potest.

44. Actor verò hîc dicitur, quem tutor ad agendum quasi Procuratorem authore Prætore constituit, *l. unic. C. de act. à tut. vel curat. l.* 6. *quand. ex fact. l.* 10. *C. de Appellat.* Proinde Curator ad totius patrimonii, actor ad litium duntaxat administrationem instituitur. Ille à Magistratu deligitur, hic à tutore proditur, à Magistratu confirmatur. Tutor sibi adjuncti Curatoris periculum non præstat, actoris verò præstat, §. *ult. Instit. de Curat.* Procuratorem verò à tutore constitutum inde Actorem dici nonnulli putant, quòd iste Procurator quasi Tutoris personam agat, sicut Actores Comœdiarum dicimus, *Calvin. Lexic. Jurid. voc. Actor.*

Procurator à tutore constitutus quare ille dicatur Actor.

45. Porrò quoniam minor conventus non habet legitimam personam standi in judicio, proinde si tutorem vel curatorem nullum habeat, curator ad litem (ein kriegischer Vormund) ei dandus, qui ipsius nomine judicium exerceat, *Gail.* 2. *O.* 108. *n.* 1. Ante verò Juramentum curatelæ præstare tenetur, *vid. Sent. Cam. n.* 264. 799. *& in Mantiss. n.* 23. Et hunc Curatorem ipsemet minor nominare eumque sibi dari à Judice postulare debet, *Gail. d. O.* 108. *n.* 2. Quòd si minor de industria & in fraudem Actoris sibi curatorem dari non petat, Judex ad instantiam Actoris minori mandare potest, ut intra certum terminum compareat nominaturus curatorem ad litem, quo non comparente nec curatorem nominante, Judex ex officio Curatorem ad litem dabit, ne ex mora & contumacia judicium magno Actoris incommodo diu in suspenso maneat, *Gail. d. O.* 108. *n.* 3. *Formulam supplicandi pro citatione ad nominandum curatorem ad litem vel vidend. sibi dari ex officio reperire potes in Supplic. Cam. tit.* 14. *n.* 27. *&* 28. Hæc citatio aliquando etiam judicialiter decernitur, *vid. Sent. Cam.* 39.

Minori convento tutorem vel curatorem non habenti Curator ad litem dandus.

46. Huic non obstat, quòd minori non aliter tutor à Judice dandus, nisi ipse minor id petat, *l.* 3. §. 2. *de tutel.* Quia hoc intelligi debet in speciali casu, de quo allegatus §. loquitur, nimir. quando pupillus litem cum suo tutore habet. Cæterum

Non obstat l. 3. §. 2. *de Tutel.*

si cum alio extraneo litem habeat, procedunt ea, quæ num. proximè præced. tradita sunt, *Gail. d. loc.* & *Mynſ.* 2. *O.* 31.

Curatores ad litem in Camera extrajudicialiter deputantur.

47. Si ejusmodi Curatores in Camera à minore petantur, decernuntur judicialiter & extrajudicialiter per sententiam vel decretum Judicis, & deputantur plerumque Procuratores judicii Cameræ in supplica nominati, *Gail.* 2. *O.* 108. *n.* 4. Curator enim ad litem debet esse præsens & dari præsenti. Procurator verò curator ad litem deputatus Juramentum curatelæ præstare cogitur, *vid. Sent. Cam. num.* 462. & *in Mantiss. n.* 86. Deinde licet regulariter Curator non detur invitus, possit tamen ex justa causa cogi. Nominati quoque Procuratores Cameræ si curatelam ex legitima causa suscipere nolint, omninò audiendi sunt, *Gail. ibid. n.* 5. De infante & pupillo tutorem non habentibus vide suprà *n.* 42. *in fin.*

Procuratorium generale etiam ad causas fiscales sponte exhibendum.

48. Sed ut regrediar, unde digressus eram, ejusmodi procuratorium generale non solùm ad causas privatorum, sed etiam ad causas fiscales Procuratores spontè sub pœna arbitraria judicialiter promant, *C. p.* 1. *t.* 33. §. 9.

Copia signata generalis Procuratorii quid sit?

49. Ast cùm, *uti præced. n.* 25. *perdocui*, Procuratorium hodiè non ad unam sed ad omnes causas conceptum esse, in quavis verò causa separatim exhiberi debeat, magnam verò incommoditatem haberet semper Originale exhibere, ideò sancitum, ut originali semel in una causa exhibito, in reliquis consona copia exhiberetur, inque ejus Rubro signaretur causa, in qua Originale esset exhibitum, *C. p.* 1. *tit.* 33. §. 2. & *p.* 3. *tit.* 14. §. 3. *ibique lit. B.* Adjecto Anno & die exhibitionis. *Ex stylo.*

50. Quod fieri solet hisce ferè verbis: *Hujus originale* ist einkommen in Sachen *A. contra B. citat..... April. Anno* 1664. Atque hæc signatio vocari solet *signatura*, *Gylm. voc. Mandata procuratoria. princ.* Ista copia verò copia gemeinhabenden Gewalts cum signatura: item copia signata (signirte Copey) gemeinhabenden Gewalts: vulgò nominatur.

Hæc copia signata olim vidimari debebat, quod hodie secus est.

51. Hæc Copia à Protonotariis vel Lectoribus olim cum Originali collationanda atque vidimanda erat, *allegat. text.* Ast cùm hodie certa formula generalis procuratorii sit conscripta, quam typis excusam habent cuncti Procuratores, illa collationatio ac vidimatio in desuetudinem abiit.

Hanc copiam priori Procuratore officio abeunte ad omnes causas sui Domini successor ad instantiam adversarii ponere tenetur.

52. Deinde quanquam Procuratore plurium litium ad unum Dominum spectantium officio abeunte, successor non solùm ad unam sed ad omnes causas ipsius Domini se quàm celerrimè legitimare teneatur, *C. p.* 1 *t.* 33. §. *ult.* & quidem non expectata admonitione Adversarii vel Judicis jussu sub pœna Ordinationis, G. B. 30. *Mart.* 1593. §. *fin.* Sæpe verò id non sequatur, quapropter hodie si quis Originali generalis Procuratorii in una causa exhibito copiam signatam ad reliquas causas producere detrectet, Procurator ex adverso ejusmodi detrectantem ad illius productionem interpellat hisce fermè verbis: In Sachen *A. contra B.* weil Herr Gegen-Anwalt von berührten *B.* gemeinhabenden Gewalt bey Handen / als wil vernehmen / ob er denselbigen oder dessen signirte Copey auch zu dieser Sachen zu legen gemeynt / sonsten bitt Ihn per sententiam gnädigst dazu anzuhalten.

53. Si

53. Si ulteriùs tergiversatur, Judex illum punit & exhibitionem procuratorii injungens sequenti modo interloqui solet: Ju Sachen A. contra B. ist der Bescheid / das *Dr. N.* in heutiger oder nechstfolgender Audientz seinen gemein habenden Gewalt bey Straff nach Ermäßigung / auch zu dieser Sachen legen soll / und umb willen er solches unterlassen / ist gegen Ihm die Straff der Ordnung hiemit vorbehalten.

Alias à Judice punitur.

54. Quòd si adhuc ulteriorem moram nectit, iterum punitur, atque adversus illum tanquam Dominum litis in contumaciam non-agentis in causa proceditur.

Si punitus ulterius tergiversatur, adversus ipsum in causa principali proceditur.

55. Sin verò Procurator exhibitionem Procuratorii ipsi disertè à partibus interdictam esse demonstrare possit, quod ipsi licet, *per C.p.1.t.33.§.8.* hanc pœnam arbitrariam evitare potest. Atque si hoc ante interlocutum Judicis demonstrat, pœnam ordinarionis quoque effugit, utroque tamen casu nihilominus adversus illum tanquam Dominum litis in contumaciam non-agentis in ista causa proceditur. Quòd si quis plures habeat primarios procuratores, tunc procurator Adversarii pro suo libitu unum ex illis ad se legitimandum interpellare potest.

Licet à suo Domino exhibitio procuratorii ipsi sit interdicta.

56. Atque hæc procedunt in causis jam pendentibus, secus verò est (1.) In nova causa jam primùm introducenda, nam si in ea Procurator Rei aliàs generali procuratorio instructus comparere & se legitimare nolit, ad se legitimandum compelli nequit. Sed adversus ipsum principalem petendum proclama ac in contumaciam procedendum, *prout demonstratum praced. t. 66. n. 53. usque* 70. (2) Si interveniens moriatur, tunc enim non injungitur hæredi, ut se legitimet, nec expectatur, donec idfaciat, sed pronuntiatur in causa, etiamsi interlocutoriè id fiat, ubi maximè legitimatione opus est, quia Judex ex officio neminem tenetur admonere sui privati commodi, & hæres sibi imputet, quòd se non legitimaverit, *Gylm. voc. interventio.* Obiter & illud hîc moneri potest, quòd si Interveniens contra Reum contumacem Proclama petat, illud ipsi denegetur, sed admoneri soleat, ut quoque Reum citari curet, uti 25. Octobr. 1659. pronuntiatum in causa Fiscalis contra Landsberg / *Sent. Cam. num.* 582.

In nova causa Procurator in aliis causis generali procuratorio instructus ad se legitimandum cogi nequit. Item nec hæres intervenientis.

57. Quasi legitimatio dicitur, quando Procurator alterius nomine agere volens, qui sufficiens procuratorium statim ad manus non habet, cavet de eo intra certum tempus inferendo.

Quasi legitimatio est cautio de Procuratorio producendo.

58. Quæ cautio tamen in quibusdam casibus duntaxat licita, & quidem (1.) Si Procurator supplicet pro nobis processibus impetrandis, tunc potest in supplicatione præfato modo cavere, *C.p.1.t.34.§.2.* Solet verò hæc cautio fieri in annectendo hæc verba: *Cavens de rato & Mandato, sc. in termino reproductionis importando.* Quod posteà in d. termino in causis S. Q. sub præjudicio circumductionis termini, in causis appellationum sub præjudicio absolutionis à citatione importare tenetur, *uti infra t. 76. n. 42. & 63. ostendetur.*

Quæ cautio tamen duntaxat in tribus casibus licita.

59. (2.) Reus in primo termino procuratorium producere non potens, de illo intra 1. 2. 3. vel 4. menses producendo quoque adhuc hodiè cavere potest, G. B. 1[illegible] *Decembris* 1659. §. 2.

60. (3.)

60. (3.) Si à Principale forsan in sufficiens procuratorium transmissum, tunc de sufficienti intra certum tempus producendo cavere licet, *C. p 3 t.14. §. 1.& 3. junct.p.1.t.33. princ.* Idem procedit, si Procurator à tutore constitutus sufficiens procuratorium quidem, non tamen tutorium simul producat. Cùm enim in hoc casu tutorium sit pars procuratorii, *Magenb. O. 67.* Procuratorium eâ parte deficiente sufficiens esse dici nequit.

Nullus Procuratorum absque sufficienti Procuratorio aut prastita cautione in judicio quicquam agat.

61. Et absque præmemorato sufficienti Procuratorio, seu eo deficiente minimùm absque legitima cautione nemo procuratorum in Judicio Camerali sub pœna condigna quicquam agat, *C.p.1.t.33. princ.* Quicquid autem agit, id omne tanquam ab illegitimo Procuratore actum rejicitur. Quod etiam fit, si intra tempus præstitæ cautionis Procurator Procuratorium non producat, & extra illud tempus quicquam agat. Cautio autem ejusmodi duntaxat in præparatoriis judiciorum usque ad L. C. admittatur, *d. t.33. §.1.* Imò Procuratorium exhibendum est antequam in Declinatoriis vel Dilatoriis submittatur, *C. p. 3. t. 29. §. pen.*

Cautio præmemorata quando non admittenda.

62. Attamen in quibus causis periculum damni irreparabilis vel annulationis sententiæ adest, illa cautio non admittenda, sed statim in contumaciam procedendum, vel minimùm brevis terminus, consideratâ tamen distantiâ loci, ubi litigantes habitant, ad veram legitimationem sub comminatione proclamantis præfigendus, *d. t. 14. §. 8.*

Duabus causis inter easdem partes eâdem horâ introductis unica cautio sufficit.

63. Hic notatu non indignum, cùm interdum accidat, ut eâdem horâ causæ inter easdem partes duæ à procuratoribus in judicio introducantur & in neutra habeant Procuratorium, dum si cavent, quòd sufficiat in prima causa legitimè cavere, nempe tacto sceptro judicis, nec opus sit, ut cautionem realiter iterando incontinenti præstent, sed satis sit, ut se referant ad priorem præstitam cautionem, *Magenh. O. 52.*

Præstitâ cautione Procuratorium cum aliis agendis produci debet.

64. Deinceps observandum, quòd procuratorium intra præstitæ cautionis tempus unà cum aliis agendis absque peculiari Recessu exhiberi debeat, si intra illud tempus aliud nihil sit agendum, solum per peculiarem Recessum proferatur, *C.p.3.t.14.§.pen. & ult.* Quæ tamen sola procuratorii productio fieri debet cum tali appendice vel similibus: Will mich ferner in Zeit der Ordnung oder termino Legali vernehmen lassen. Item / will mir in meiner Ordnung Anruffens hiemit vorbehalten haben Nam omissâ tali clausulâ procurator punitur, *Magenh. ad O. C part. 3. t. 12. §. pen.*

Et quidem intra collectum tempus sub pœna arbitraria.

65. Sæpe dictum procuratorium verò intra collectum tempus sub pœna arbitraria exhiberi oportet, *d. t.33. §. 2.* Si Procuratores de oblato tempore ad legitimandum non conveniant, sed desuper submittant, id tempus à die oblatæ cautionis currat, atque is, qui cautionem obtulit, non minùs ac si realiter illam præstitisset, intra oblatum tempus se legitimet, *d. t.14. §. 6.* Aliàs etiam arbitrariè puniatur, *præalleg. §. 2.* Atque in contumaciam quamprimùm procedatur, *d.t.14. §. 7.*

Atque insuper negli-

66. Si negligentia Procuratorum appareat, illi insuper expensas & damna moræ

moræ atque retardatæ litis, si petantur, de suo exsolvant, neq; absque permissu judicis ad procedendum in causa principali admittantur, *d. t.* 33. §. 3.

67. Si quis ante conclusionem causæ planè nullum procuratorium producat, non solùm in expensas moræ & retardatæ litis, *prout num proximè præced. dictum*, sed etiam in omnia damna judicio & partibus inde orta condemnandus, vel si nulla damna petita à Judicio Camerali ex officio condignâ pœnâ afficiendus, *d. t.* 33. §. 4. Atque hæc etiam procedunt, licet in aliquo puncto interlocutoriè submissum sit, *Mag. O.* 67. Deinde si quidem procuratorium, non verò tutorium seu curatorium productum, idem fit, quia utrumque pars procuratorii censetur, *Magenb. d. loc.*

68. Si quis verò in causa pendente ultrò sine citatione reassumendum compareat & caveat, Tempus verò collectum frustrà labi sinat, ita ut tempore lapso demum citatio ad reassum. impetrari debeat, ille severiùs quàm aliàs puniatur. *d. t.* 33. §. 5. Intra petitum tempus petita prorogatio, modò probabiliter doceat sese legitimare interea non potuisse, concedenda. Cæteroquin & hujus protelationis ergò ex arbitrio mulctandus, *d. t.* 33. §. 6.

69. Porrò quamvis, ut suprà passim demonstravi, hodiè frequentia citationum ad reassumendum mitigata sit, tamen sunt nonnulli casus, quibus adhuc impræsentiarum illa citatio necessariò petenda, quos mox recensebo.

70. Citatio autem ad reassumendum (*sc. processum seu causam*) est actus, quô ad causam ab antecessore apud Acta præstò adesse desinente derelictam continuandam successor invitatur. Hæc citatio judicialiter petenda, *præced. tit.* 61. *num.* 30. Potest etiam extrajudicialiter peti. *Vide Formulas supplicandi in Supplic. Cam. tit.* 18. *num.* 32. *usque* 37.

71. Casus, quibus citatione ad reassumendum adhuc hodiè opus est, sunt (1.) Si Principalis mortui Successor sit singularis. Exemplum sit in mortuo tutore vel curatore.

72. (2.) Siquidem instantia periit, v. g. Si citatio ad videndum se declarari in pœnam fractæ pacis sit emanata, tunc si causâ pendente pacifragus moriatur, instantia quoad pœnam Banni perit, & citatio ad reassumendum impetranda sub pœna pecuniaria, *prout præced. t.* 29. *num.* 63. *usque* 74. *latè demonstravi.* Hanc tamen citationem extrajudicialiter peti oportet, *C. p.* 1. *tit.* 12. §. 2. & *suprà tit.* 64. *num.* 72.

72. (3.) Si in causis ante hunc Recessum introductis. Procuratorio secundum tenorem Recessus Imperii de Anno 654. in hæredes concepto ac substitutionem continente nondum prolato, illæ causæ per mortem utriusque aut alterutrius partis vel procuratoris desertæ, sive ante, sive post illum Recessum jam factæ sint, vel etiam in posterum fiant. Nam ille, cujus vetus Procuratorium jam antea in Camera acceptatum, non tenetur novum producere, *arg. R.* 1654. Als auch weiter 100. *verb.* sollen künfftig. Antequam adversa pars id efflagitet, aut Judex ex officio novi procuratorii productionem injungat, *Stylo ita dictante.*

74. (4.) Si in causis tam antiquis quàm novis, id est, tam ante quàm post dictum

[Margin notes:] ... gens Procurator in expensa moræ & litis retardatæ condemnetur. Et si ante conclusionem nullum Procuratorium producat, pro tertio omnia damna et ... refund... Severius autem punitur, qui in causa pendente absq; citatione ad reassum. comparens, postea tamen procuratorium non producit. In nonnullis casibus adhuc hodie opus est citatione ad reassum. Citatio ad reassum. quid sit. Quinque casus in quibus citatione ad reassum. adhuc hodie indigetur.

ctum Receſſum introductis vel inpoſterum introducendis præſtitâ cautione de procuratorio importando procurator priùs quàm procuratorio ſubſtitutum inſerat, mortem obeat.

75. Sin verò Principalis poſt præſtitam cautionem, antè tamen quàm procuratorium ſubſcribat, moriatur, procurator abſque citatione ad reaſſumend. obligatus eſt inferre procuratorium à demortui hæredibus, nam cavens hoc pollicetur, quòd velit importare procuratorium juxta noviſſimam formulam conceptum, quod ambitu ſuo non minùs hæredes quàm Principalem complectitur, *Roding. lib. 3. tit. 4. pag. 499. in fin.*

76. (5.) Si Procuratore vel ejus Subſtituto defuncto, ſuperſtes Procurator vel Subſtitutus quoque antequam novus Procurator aut Subſtitutus conſtituatur, vitâ fungatur aut cauſa ſe abdicet, ſeu à procuratura removeatur, vel denique recenſiti caſus obtingant ſimul utrique tam Procuratori quàm ejus Subſtituto, antequam alius conſtituatur. Plures caſus quotidiana praxis manifeſtabit.

Si citatione ad reaſſum. indigeatur, illa maturè impetretur.

77. Quotiescunque autem citatione ad reaſſumendum opus, Procuratores illam maturè impetrent, non expectato Judicis decreto, *C. p. 3. t. 14. §. 9.* Et mortuo Principali etiam enarrent jus, quo præſentes Principales in lite ſuccedant, idque dictæ citationi inſeri curent, G. B. 13. *Decembris* 1659. *§. 3. in fine.* Eam reproducentes eidem juſtam Rubricam affigant, ne aliàs ejusmodi cauſæ pro novis Repertorio à Cancellaria & Lectoria inſcribantur, *d. t.* 14. *§.* 10. Quòd ſi Succeſſor abſque citatione ad reaſſum. ſe ad Acta legitimet, ei quoque injungi ſolet, ut doceat, quo titulo ille in lite ſuccedat, *vid. Sent. Cam. n.* 845. & 849. *Add. ibid. n.* 812.

Quando ſententia abſque citatione ad reaſſum. ferri poſſit.

78. Alterutra parte ſeu Procuratore poſt concluſionem cauſæ mortem obeuntibus etiam ſine citatione ad reaſſum. cauſam vel audiendum ſententiam, ſententia in ſuperſtitem ſive dominum ſive procuratorem concipiatur. In puncto executionis tamen ipſæ partes earumve hæredes citentur, contra emanentes in contumaciam procedatur, idque obtineat, ſi definitivè ſit concluſum, nam cæteris omnibus caſibus nominata citatio ad reaſſumendum præcedat, *d. t.* 14. *§.* 11. Idem jus quoque ſit, ſi definitivè ſubmiſſum neutrius partis Procuratore apud Acta exiſtente, *d. t.* 14. *§.* 12.

Et quando non.

79. Domino ſimul cum ſuo Procuratore ante ſeu illo etiam poſt litis conteſtationem defunctis & ſic nullo Principali ſeu Domino litis apud Acta exiſtente alter Procurator ulteriùs procedere volens ante omnia citationem ad reaſſumendum poſtulet, implorationibus ſubmiſſionibusque illegitimis ſub pœna arbitraria temperet, *d. t.* 14 *§.* 13. *ibique lit. F.*

Speciale procuratorium quid ſit, & in quibus caſibus illud neceſſariò requiratur.

80. Speciale procuratorium dicitur, quod ad quosdam Actus præſtandos ſingulariter requiritur. Sunt enim quidam Actus, qui vigore generalis clauſulæ præced. n. 33. adductæ procuratorio generali inſeri ſolitæ, à Procuratore perfici nequeunt, ſed ad eos juxta diſpoſitionem juris ſpeciale procuratorium requiritur, qualis actus eſt (1.) præſtatio cujuscunque juramenti. Nam in omni juramento ſpeciale Procuratorium requiritur, *Mynſ.* 1. *O.* 70. Hinc habens procuratorium ad

ad præstandum juramentum calumniæ, non potest præstare juramentum veritatis seu jurare de veritate dicenda, quare in isto procuratorio qualitas juramenti necessariò in specie est exprimenda, *Mynſ. d. loc.*

81. (2.) Petitio restitutionis in integrum, si scil. hæc non incidenter sed principaliter petatur, *Mynſ.* 2. *O.* 26. Ubi addit, quòd Tutores, Curatores, Oeconomi, Prælati, ac cæteri Administrationem alieni patrimonii habentes d. restitutionem absque speciali mandato petere, ut & juramentum calumniæ præstare queant. Quod notatu haud indignum. Plures casus, quibus speciali procuratorio opus, vide remissivè apud Umm. *diſp.* 3. *n.* 38.

82. Deinde si generali Procuratorio clausula de isto actu, qui aliàs speciale procuratorium requirit, perficiendo sit inserta, non opus est, ut separatim speciale procuratorium exhibeatur, *per* G. B. 20. *Junii* 1580. *in fin.* & *R.* 1654. §. Und demnach. 101. Verùm quamvis clausula de præstando juramento calumniæ, malitiæ, tertiæ dilationis ejusdemque prorogationis suprà dictæ formulæ generalis procuratorii inserta sit, tamen speciale Mandatum ad ista juramenta præstanda hodie exhibendum fuisse ex præjudiciis observavi.

83. Denique notandum, si à Judæo juramentum sit præstandum, quòd illud à Christiano Procuratore præstari non possit, sed illud vel ipse Judæus, vel ejus nomine alius Judæus speciali mandato ad id instructus præstare debeat. Hinc in causa Pina contra Schwartzen/ 19. Febr. 1658. Procuratoria ad jurandum à Judæis in Procuratorem concepta rejecta sunt, *Sent. Cam. n.* 368. Ob eandem rationem etiam loco clausulæ generali procuratorio insertæ: *juramentum veritatis* &c. In Judæorum generali procuratorio substitui solet hæc clausula: Auch einem jeden andern ziemblichen in Rechten zugelassenen Eyd/ etiamsi litis decisorium fuerit, so durch Urtheil aufferlegt würde / Wir und unsere Erben alsdann selber in Person oder durch einen andern hierzu specialiter bevollmächtigten Juden schweren oder thun lassen wollen. *Magenb. O.* 16. *Add. suprà tit.* 48. *n.* 60.

Juramentum Judæi non à Christiano sed à Judæo præstari debet

TIT. LXVIII.

DE LIBELLO.

1. PRocessus Cameralis Actus quintus est Libelli oblatio. Si enim Reus citatus non est contumax, sed vocatus comparet, ipsi Libellus est offerendus, ut actione inde cognitâ secum possit consultare, utrum cedere an contendere malit, *Umm. Proceſſ. Judic. diſp.* 6. *th.* 8.

Processus Cam. actus quintus est libelli oblatio.

2. Nam Libellus est nihil aliud quàm commoda conceptio speciem futuræ litis demonstrans, *l.* 3. *C. de Edend. Umm. d. theſ.* 8. Dividuntur in verbalem & scriptum, *C. p.* 3. *t.* 13. §. 1. 2. & 3.

Libellus est,

3. Libellus verbalis est, si Actor Narrata citationis seu Acta priora loco Libelli vivâ voce repetit, *vigore alleg.* §. 1. *Add. Umm. diſp.* 6. *n.* 39. Quæ repetitio nihilo-

Vel verbalis.

hilominus etiam in scriptis fieri potest, *pracit.* §. 2. Utroque casu tamen annexâ brevi petitione seu conclusione, *d.* §. 1, & 2. Nimirum ut Judex Reum condemnet, *arg. R.* 1654. §. Diesem nechst. 34. Antehac solummodò in causis S. Q. in quibus L. C. non indigebatur, Narrata citationis loco libelli repeti poterant, G. B. 13. *Decembr.* 1593. *princ.* Verùm hodie hæc repetitio etiam licita in iis causis, in quibus L. C. requiritur, *arg. d.* §. 34. *qui indistinctè loquitur.*

Vel scriptus. Hic olim subdistinguebatur in summarium & articulatum.

4. Libellus scriptus dicitur, quô actio in scriptis exhibetur. Hic de Jure communi & Jure Camerali antiquo subdistinguitur in summarium, *de quo infrà n.* 21. & articulatum.

Libellus articulatus quid sit, & quare ita dictus.

5. Libellus articulatus est, in quo actio, *id est, Merita causæ* per articulos, *id est, in capitula seu membra distincta* proponitur. Nam articulus ab artu, *id est,* membro derivatus communi loquendi more appellatur quasi membrum alicujus Facti diminutissimum, videlicet cùm singulæ orationis sententiæ intervallis quibusdam distinguuntur, *Calvin. Lexic. Juridic. voc. Articulatus Libellus.*

Hodie in Camera articulandi modus in universum abrogatus est.

6. Non verò solus Actor suam intentionem, sed etiam Reus suam defensionem per articulos olim proponere debebat, *C. p.* 3. *t.* 49. §. 7. Quem modum articulandi jus Justinianeum ignoravit, sed is per Glossam & Dd. est introductus. Ast cùm partes earumque Advocati malitiosa libidine litigandi, litesque protrahendi imbuti præmemorato articulandi modo nimium abuterentur, in Comitiis Anno 1654. celebratis universis Imperii Statibus placuit illum abrogare, *R.* 1654. §. Diesem nechst. 34. §. Es sollen auch. 37. §. Zur Beförderung. 64. & §. Zu vermahliger. 96. Licet adhuc in quorundam prædictorum Statuum Judiciis contra hìc allegat. texx. ille articulandi modus observetur, *Vid. suprà t.* 1. *n.* 14. & *seqq.* Tamen si libelli articulati in Camera exhibentur, rejici solent, *vid. Sent. Cam. n.* 128. 141. 145. 155. & 228.

Hujus abrogationis rationes.

7. Abrogatio ea autem facta I. Quia Factum per simplicem aliquam narrationem æquè clarè quàm per articulos potest proponi. II. Quoniam Processus per articulatos libellos potiùs impeditur. Nam (1.) post libellum exhibitum primùm de responsione Rei agendum, quia finis articulati libelli est relevatio ab onere probandi, ubi reus excipit, Articulos esse ex se non-juris, vagos, dubios, impertinentes, captiosos, Facti alieni, illativos, irresponsales, &c. Actor è contra negat, Reus excipit, Actor replicat, requiritur interlocutoria. Deinde responsiones ipsæ si articulanti videntur insufficientes, nimis generales, conditionatæ aut vitiis affectæ, ille excipit, iterum requiritur interlocutoria. Denique ad impositionem juramentorum dandorum & respondendorum requiruntur termini & interlocutiones. (2.) Idem processus in persona Rei quoad defensionales & elisivos obtinet. Dantur interdum (3.) ab Actore additionales atque superadditionales & (4.) A Reo elisivi, & superelisivi, hinc requiruntur peculiares termini, interlocutoriæ, juramenta & procuratorum ordo. III. Quia probatio impeditur, cùm singula classis articulorum peculiarem requirat probationem. Hinc disputationes super commissariorum reprobatione vel admissione, imò & ipsa probatione, inde confusio ac multitudo probationum. IV. Quia simplex narratio Facti non ita sum-

ſumptuoſa. V. Quoniam articulatus libellus quasvis tergiverſationes admittit. *Add. Webn. Practic. Obſerv voc.* Juſtiz Weſen.

8. Atque hæ ſunt rationes, ob quas prolixum ac perniciofum articulandi modum abrogatum eſſe in quibuſdam Manuſcriptis legi. Attamen cùm maturatio probationum ab articulis & ad hos mediante juramento dandorum & reſpondendorum datis reſponſionibus dependeat, complacuit, ut liberum ſit tum Actori ex ſuo ſummario libello, tum Reo ex ſuis Exceptionibus quosdam articulos Merita cauſæ concernentes ſine ſuperfluitate tamen & prolixitate extractos producere, ac deſuper Adverſarii reſponſiones poſtulare, poſthabitâ fruſtraneâ diſputatione ſuper reſponſionibus, ſed nihilominus ſalvo judicis arbitrio ulteriorem reſponſionem ad unum alterumve aut etiam omnes articulos in quacunque parte judicii repoſcendi. *R.* 1654. §. Dieweil aber auch. 41. & §. Zu welchem End. 49.

Quosdam tamen articulos ex ſummario libello & ex Exceptionibus extrahere ac deſuper Adverſarii reſponſiones poſtulare licet.

9. Diſputationes verò ſuper reſponſionibus, utrum ſint ſufficientes ac juri conſentaneæ nec ne, idcirco prohibitæ ſunt, quia duntaxat cauſam retardant, *vide C. p.* 3. *t.* 18. *princ.* §. 1. & 2. Ac deinde quoque nullam utilitatem habent, quia judex, cui aliàs incumbit, ubi illum moverit æquitas, à litigantibus in quacunque parte judicii veritatem inquirere, *per l. pen. de interrogat. ibique Gotofréd.* per ſe videbit, utrum ſufficienter ac debito modo reſponſum ſit nec ne, ac ubi arbitrabitur ad unum vel alterum articulum non ita reſponſum eſſe, ulteriores reſponſiones poſcet.

Super illis reſponſionibus verò diſputare planè prohibitum.

10. Sed cùm in alleg. §. 41. & 49. ſancitum, ut hi articuli abſque conceſſione peculiarium terminorum (ohne Verſtattung ſonderer terminen) ſint exhibendi, non immeritò dubitatur, quomodo hoc fieri poſſit. Puto ſic poſſe fieri, ut Actor ſuum Libellum cum Supplicatione exhibens, ſimul articulos ex dicto Libello extractos Reoque inſinuatos producere, ac poſtea Reus ſuas Exceptiones porrigens ſimul ad dictos articulos reſpondere teneatur, *Add. C. p.* 3. *t.* 9. §. 2. & 3. Et ſi Reus etiam tales articulos ex ſuis exceptionibus excerptos producere velit, quòd illos ſimul cum iſtis exceptionibus exhibere, atque Actor poſtea replicans ad eosdem reſpondere debeat.

Præmemorati articuli verò ſimul cum libello & exceptionibus exhiberi debent.

11. Porrò quæritur, in quibus hic novus modus articulandi à veteri differat? Reſp. Differt primò in eo, quòd non adeò prolixus ſit. Deinde quòd in hoc novo articulandi modo non adjiciatur concluſio ſeu petitio Actoris vel Rei, quare duntaxat in eodem nudæ poſitiones. *de quibus infrà n.* 13. & *tit.* 73. *n.* 3. conſcribuntur. Sciendum verò, quòd hunc novum articulandi modum praxis nondum receperit.

Differentia inter hos articulos & veterem articulandi modum.

12. Præterea quanquam omnium articulorum ſpecies præter articulos poſitionales & probatoriales hodie non amplius in uſu ſed abrogatæ ſint, *per allegat. texx. præced. n.* 6. attamen cùm tam in O.C. & apud rerum Cameralium Scriptores quàm alios juris communis Dd. variorum articulorum mentio fiat, utpote poſitionalium, probatorialium, defenſionalium, peremptorialium, cauſalium, eliſivorum, reeliſivorum, ſupereliſivorum, additionalium, ſuperadditionalium, exceptionalium, replicatoriorum, declaratorialium, &c. qui non adeò accu-

Hodie omnium articulorum ſpecies præter poſitionales & probatoriales in Camera abrogatæ ſunt.

accuratè ubique describuntur ac distinguuntur, ideò ad eorum explicationem & differentiam rectè percipiendam pauca hic adjicere necessarium duxi.

Qui articuli dicantur Positionales.

13. Dicuntur verò positionales (*qui aliquando etiam simpliciter* vocantur *articuli*, nonnunquam quoque *positiones* appellantur) illi articuli, quos Actor in suo libello articulato ad veritatem à Reo mediante Cathegoricâ responsione eliciendam proponit.

Probatoriales.

14. Probatoriales sunt, quos vel Actor ex istis positionalibus à Reo vel Reus ex suis Defensionalibus ab Actore per responsionem negatis extractos vel etiam aliàs quovis modo ad probandum per documenta vel testes producit, ac simul commissionem petit.

Defensionales.

15. Defensionales sunt, quibus Reus suam defensionem *id est suas Exceptiones peremptorias Merita causæ principalis concernentes* proponit. Nam licet verbum *defensio* aliquando latè sumatur pro quavis exceptione, sive sit dilatoria, sive peremptoria, *l.56.de cond.indeb.l.4.9.& 11.C.de except.* tamen in praxi articuli defensionales dilatoriis exceptionibus semper opponuntur, *vid. C.p.3.t.19.30.31.& 32.*

Peremptoriales.

16. Deinde quamvis secundum Dd. accuratè loquendo adhuc aliqua sit differentia inter defensionales & peremptoriales. Nam dicunt Defensionales propriè dici, quando Reus ad sui defensionem allegat, actori nullam actionem competere, vel eam ipso jure esse sublatam, qualis est exceptio solutionis, compensationis, Novationis, Delegationis, acceptilationis, cessionis, &c. Cùm enim hîc nulla adsit Actio, nec exceptio, quæ actionis exclusio est, adesse potest. Quatenus verò hæ defensiones Reum defendunt, & per consequens Agentem repellunt, ejusque intentionem excludunt, largo modo dici possunt Exceptiones, *Gloss. in C.1.verb. Defensionis. De L.C.in 6.Specul. in Rubric.de Except.* §.1.*n.*4. Hinc enim usu obtinuit, ut hæ defensiones vocentur Exceptiones Intentionis, seu Facti. Exceptiones peremptorias verò prælaudati Dd. volunt esse eas, quæ actionem propositam perimunt, ita tamen ut non ipso jure eam tollant, sed demum ope Exceptionis elidant, *Gloss. in d.cap.1.verb. peremptoria.*

Elisivi Reelisivi Superelisivi.

17. Hinc illas congruentiùs vocari Elisorias arbitratur Specul. *d.*§.1.*n.*1.*Add. l.17.§.2.de Pact.* Quam eandem ob causam Practici Articulos peremptoriales sæpè Elisivos indigitant nec rarò Defensionales, Peremptoriales & Elisivos pro iisdem sumunt. Si Reus hisce Elisivis semel exhibitis alios articulos posteà adjungat, vocantur super-elisivi seu additionales Elisivorum. Articuli, qui Elisivis ab Actore opponuntur, appellari solent Reelisivi.

Exceptionales Replicatorii.

18 Exceptionales dicuntur Exceptiones articulatim propositæ, sive istæ Exceptiones sint dilatoriæ sive peremptoriæ, *C.p.3.t.27.in fin.t.29.pr.& tit.31.* Qui hisce Exceptionalibus opponuntur, vocantur Replicatorii, *vid. d.p.3.t.29.§.1.& 2.t.32.§.1.& 2.*

Declaratoriales, Additionales.

19. Declaratoriales (*declaratorii, declarativi,*) sunt quibus articuli antè à propositi meliùs explicantur. Hi aliquando etiam vocantur Additionales. Verùm Additionales propriè sunt, qui prioribus de novo adduntur, cujuscunque sint generis

neris illi priores, qui verò his additionalibus adhuc superadduntur, appellantur Superadditionales, item Additionales additionalium. *Superadditionales.*

20. Denique causales articuli sunt causæ à Reo in Processibus Mandatorum C, C. & pignorationis articulatim propositæ, quare ille iis Mandatis parere non teneatur, vel quare pignoraverit. Quos illis causalibus Actor opponit, modò solent vocari Replicatorii, modò Elisivi, modò Defensionales. Et tantùm de Articulis. *Causales.*

21. Libellus Summarius (*qui hodie in Camera solus usurpatur,*) est, qui actionem seu Merita causæ summatim, *id est, breviter & omnibus quasi simul comprehensis* continet. Dividitur in Libellum summarium strictè dictum & punctatum, *arg. R.* 1654. §. Diesem nechst. 34. *Libellus summarius hodie in Camera solus in usu est.*

22. Libellus summarius strictè dictus vocatur, qui quasi continua oratione actionem absolvit. Unde non immeritò Libellum continuum ipsum dixeris. *Add. Umm. Processf. Judic. disp.* 6. *n.* 40. Libellus punctatus est, in quo actio per certa puncta distinctim proponitur, nimirum hisce verbis: zum ersten/ zum andern/ zum drutten/ ꝛc. Similibusque verbis æquipollentibus. *Dividitur in Libellum summarium strictè dictum & punctatū.*

23. Uterque Libellus nonnunquam citationi inseritur, adjecta hac clausula, quòd Actor Narrata citationis seu Acta priora loco Libelli in termino primo sit repetiturus Quæ repetitio tamen magis est Libellus verbalis, *prout suprà num.* 3. *dixi.* Nonnunquam verò, præsertim quando causæ prolixitas & magnitudo id exposcit, separatus exhibetur. *Uterque nonnunquam citationi inseritur, nonnunquam ei separatus apponitur.*

24. Libellum edere debent omnes, qui aliquam litis disceptationem suscipiunt, & quidem tam Judici quàm Reo, nam utrique species futuræ litis demonstranda & agentis desiderium exponendum. Atque hoc olim fieri debebat in primo termino, *C. p.* 3. *t.* 13. *princ.* Idque sub præjudicio absolutionis à citatione cum refusione expensarum, *d. t.* 13. §. *pen.* modò Reus in judicio comparebat, *d. t.* 13. §. *ult.* Nam Reo non comparente in Actoris arbitrio erat, utrum in causa principali, an verò ad Bannum seu immissionem ex primo Decreto procedere mallet, *C. p.* 3. *t.* 52. *princ.* Quibus duobus posterioribus causis Libello non indigebatur, ideo Actor frustranea Libellatione non erat gravandus. *Actor Judici & reo Libellum edere tenetur.*

25. Cùm autem hodie Reo non comparente Actor in causa principali procedere teneatur, *supra tit.* 66. §. 54. Etiam necessariò in primo termino Libellus exhibendus sub præjudicio absolutionis à citatione, *d. t.* 13. §. *pen.* Quæ absolutio etiam ex officio, altera parte absente nec petente, decerni debet, *Gylm. voc. Absolutio à citatione.* §. *Libello.* Atque si altera pars præsens sit, refusis etiam expensis, *Gylm. ibid. in princ.* Exceptio tamen erit in Tutore & Curatore non comparente, quia contra illum non comparentem in causa principali procedere nequit, *d. t.* 66. *n.* 55. Quapropter nec Libellus est necessarius, sed ejus productio absque ullo præjudicio omitti potest. *Et quibus in primo termino.*

26. Hodie in Camera ita observatur, ut Actor statim cum Supplicatione pro processibus nisi indicet, se Narrata loco libelli esse repetiturum, Judici Libellum sub pœna denegationis petitorum processuum offerre, & postea eundem Reo simul *Imò hodie Libellus cum Supplica Jus*

Diei officii & Reo etiam Procuratori simul insinuari debet.

mul cum impetratis Processibus sub pœna præclusionis viæ procedendi in contumaciam adversus Reum non comparentem insinuari curare debeat, *R.* 1654. §. Diesem nechst. 34. Deinde in primo termino Libellus, cùm is Reo jam antea insinuatus, soli judici, qui Libellum antea oblatum cum decretis processibus restituerat, iterum offertur.

In quibus causis non opus sit Libello.

27. Portò quamvis in quacumque causa regulariter Libello opus est, *Umm. d. disp. 6. thes.* 10. Hoc tamen in quibusdam limitatur, & quidem libellus non requiritur, (1.) In omnibus causis Mandatorum tam C. quàm S. C. *C. part.* 3 *t.* 42. §. *ult.* (2.) In causis restitutionis in integrum adversus lapsum fatalium, *Gal.* 1. *O.* 143. *n. pen.* Si tamen adversus latam sententiam hæc restitutio petatur, Libellus exhibendus est, *ibid. n. ult.* (3.) In causa L. Diffamari, *Gail.* 1. *O.* 12, *n.* 2 (4) In causis momentaneæ possessionis, *Gail.* 1. *O.* 6. *princ.* (5.) In citatione ad videndum se exonerari, *Gail.* 1. *O.* 46. *n.* 5. Adhuc alias 14. causas, in quibus Libello non est opus, recenset Umm. *disp.* 6. *n.* 14.

Libellus non est necessarius quoties aliquid nobili officio judicis expeditur.

28. Imò quotiescunque aliquid non jure actionis sed officio Judicis expeditur, Libellus non est necessarius, *Omm. disp.* 23. *n.* 19. & *Gail.* 1. *O.* 146. *n.* 4. & 5. Ubi putat illud officium esse mercenarium, Ast cum officium judicis mercenarium dicatur, quod actioni inservit, *supra tit.* 27. *n.* 175. illud esse nobile rectiùs statuit Mind. *de mandat. cap.* 58. *in fin.* Quibus casibus verò judex nobile officium exerceat, vide remissivè apud Umm. *d. disp.* 23 *n.* 18.

Differentia inter summariam Libellum & summariam petitionem.

29. In hisce causis verò intentio Actoris judici proponenda, vocatur Summaria petitio ac Libello opponitur, *Gail.* 1. *O.* 49. *n.* 5. & *O* 146. *n.* 4 & 5. Hæc petitio ut plurimum citationi inseritur, atque Narrata citationis in primo termino non loco Libelli, sed loco summariæ petitionis repetuntur, *Gail. d. O.* 46. *n.* 5. Neque lis super eodem contestatur, *Gail.* 1. *O.* 12. *n.* 2 Quia regulariter ubi Libellus non requiritur, ubi nec L. C. opus est, *Gail. d. O.* 46. *n.* 6.

Forma Libelli consistit in eo.

30. Forma Libelli consistit in eo, ut I. ponatur ejus Exordium. II. narretur Factum III. jus ad Factum narratum applicetur. IV annectatur apta conclusio seu petitio. V. Subscriptio subnectatur.

I. Ut exordium Libelli honorificam compellationem Judicis, nomen cognomenque Actoris & Reorum includat.

31. I. Exordium Libelli contineat honorificam compellationem Judicis Cameræ, nomen cognomenque Actoris & Rei, prout suprà *t.* 64. *n.* 7. *usque* 12. de exordio Supplicationis perdocui. Nam utriusque sc. tam Libelli quàm Supplicationis Exordium per omnia coincidit.

II. Ut Factum in Libello commodè narretur. Quod fit (1.) si illud cum suis qualitatibus enarretur.

36. II. Factum, super quo actio instituta in Libello commode narrari debet. Quod fit, (1.) si factum non nudum sed etiam ejus circumstantiæ ac qualitates enumerentur, cùm minima circumstantia vel diversa qualitas totam facti speciem variet, ac diversum factum progeneret, atque ita non hoc sed diversum factum esse censetur. Quocirca his omissis nec jus rectè applicari, neque petitio congrua subnecti potest. Ideò Actor optimè facit, si præcipuas facti circumstantias, quæ ex personis, rebus, loco, tempore, &c. desumendæ sunt, recenseat. Nam si ex contractu agitur, enarret, qualis sit, qui contraxit, an furiosus, & rem, quæ deberi dicitur, diligenter exprimat quoad materiam, quantitatem & colorem.

Ubi

Ubi verò in rem agitur, res proprio nomine, si quod habet nuncupet, aut certè describat, ut constare possit, de qua Actor sentiat. Et hæc in Actionibus specialibus omninò sunt observanda, nam universales rerum petitarum specificam descriptionem non requirunt, *Umm. disp. 6. n.* 53. Deinde in Actione reali exprimenda venit ejus causa proxima, videlicet dominum vel quasi, in personali causam remotam, ex quo nimirum contractu Reus debeat, exprimere sufficit, *Umm. d. n.* 53. *Gail.* 1. *O.* 61. *n.* 4. *usque* 9.

33. (2.) Si narratio Facti sit brevis, R. 1654. §. Diesem nechst. 54. *verb.* kurtz und *nervosè.* necessaria tamen continens, nulla superflua habens, *Umm. d. n.* 53. Jura enim prolixitatem respuunt. *l.* 39. §. 1. *C. de Appellat.* (2.) Si narratio facti sit brevis.

34. (3.) Si narratio Facti sit dilucida, *d.* §. 34. *verb.* Jedoch deutlich und *distinctè,* fiat. quò Reus exinde cognoscere, utrum cedere an contendere debeat, & Judex videre possit, qua de re sit futura controversia. Dilucida autem erit, si ordo rerum & rei gestæ conservetur, si verbis perspicuis negotium proponatur, si nulla denique impertinentia admisceantur, *Umm. d. n* 53. (3.) Si eadem sit dilucida.

35. (4.) Si narratio Facti sit veritati consentanea & probabilis, *Umm. d. n.* 53. Utrum verò Actor proprii commodi ergò ad majorem maturationem causæ Narrata Libelli statim in impetratione processuum, vel etiam in primo termino, vel demum post datas responsiones Rei per documenta aliove modo probare velit, id ipsius liberæ voluntati relictum est. *R.* 1654. §. Beuebeu bleibt. 35. Idque ideò ne commodum, quòd aliàs ex Rei responsionibus habere ac sua probatoria (*ne superfluis probationibus oneraretur,*) dirigere posset, ei adimeretur nec Reo ex hisce Probatoriis suas Exceptiones ac Responsiones dolosè ac captiosè formandi occasio præberetur. Et (4.) veritati consentanea.

36. (III.) Ad Factum præmisso modo commodè narratum porrò jus applicandum venit. Quam applicationem Medium concludendi seu causam petendi Dd. nominant. Nonnulli in Libello priori loco Factum narrandum, & posteriori loco Medium concludendi collocandum volunt, alii contra sentiunt, de quibus vid. Umm. disp. 6. n. 56. Qui tamen putat melius esse, ut à Facti Narratione Libelli initium fiat. Cum quo & ego sentio, per rationes à me adductas suprà tit. 64. n. 46. Utrumque tamen in Camera observatur. III. Ut ad factum narratum jus applicetur. Quæ applicatio vocatur causa petendi seu medium concludendi.

37. Sive autem, priori sive posteriori loco Medium concludendi collocandum cupias, inter id non adeò multum interest, modò scias illud necessario libello inseri oportere, *Gail.* 1. *O.* 61. *n.* 2. Quò Judex inde animadvertere possit, an Actori actio competat, & Reus utrum cedere an contendere velit, certior reddatur. Nomen actionis verò in Libello exprimere non est necesse, quoniam ex causa petendi seu medio concludendi qualitas intentatæ actionis colligitur & demonstratur, *Gail. ibid. n.* 8. In actione autem reali causa proxima exprimenda, in personali remotam exprimere sufficit, *præced. n.* 32. Hoc eidem tamen libello necessario inseri oportet.

38. IV. Conclusio præmissis est annectenda, quæ petitionem seu desiderium Actoris complectitur, *Add præced. t.* 64. *n.* 50. Hac petitione omninò opus est, IV. Ut conclusio petitionem

quo-

Actoris continenti annectatur. quoniam Judex suum officium nisi postulantibus impartiri debet, *Umm. d. disp.6. n.* 54. Ubi novem casus recenset, in quibus conclusio Libelli omitti potest.

Quæ conclusio apta esse debet. 39. Conclusio autem hæc seu petitio pro diversa actione diversimodè concipienda, Libellans verò inprimis curare debet, ut illa aptè concipiatur, quoniam in eadem tota Libelli vis & pondus maximè ac substantialiter consistit, *Gail. d. O.* 61. *n.* 13. *Umm. d. n.* 54. Usque adeò ut in Libello non attendatur, quid, quale & quantum narretur, sed quantum ex Narratis concludatur, quæ conclusio Libelli restringit Narrata ad ea, quæ expresse in conclusione dicuntur, *Gail. d. O.*61. *n.* 15. Quare Judex magis ad conclusionem quàm ad Narrata Libelli attendere debet, *Umm. d. n.* 54.

Si ex conclusione non appareat, quæ nam actio sit intentata, actori utilissimam Judex eligere tenetur. 40. Quòd si conclusio obscura, & incertum, quæ actio intentata sit, Judex ex deductis eam eligere debet, quæ actori omnium utilissima est, *Gail,* 1. *O.* 61. *n.* 9. Nam in dubio intelligitur intentatum illud remedium & actio, quæ meliùs Facto potest applicari, *Gail. ibid. n.* 10. Et aliàs Libellus ambiguus in favorem actoris interpretatione juvandus & quoad fieri possit, sustinendus, *ibid. num.*16. Quod tamen procedit, si illa ambiguitas in jure & non in facto consistat, nam tunc expressa declaratione Libellantis opus est, *Gail.* 1. *O.* 66. *n.* 9.

Si Libellus planè ineptus, quid obtineat in causis appellationum. 41. Sin autem Libellus planè & evidenter ineptus sit, ita ut nulla interpretatione adjuvari queat, tunc Judex Reum ab observatione Judicii absolvere & Actorem in expensas condemnare debet, reservato ei tamen jure agendi ex alia causa apta, *Gail.* 1. *O.* 67 *n.* 1. Nam sententia super inepto Libello lata ipso jure, etiam parte non opponente nulla est, quoniam sententia Libello conformis esse debet, *Gail.* 1. *O.* 66. *n.* 1. Idque in causis appellationum indistinctè procedit, si Judex inferior non attentâ Libelli ineptitudine pronunciavit, *d. Obs.* 67. *n. pen. & ult.*

Et in causis S. Q. 42. In Causis verò S. Q. potest etiam Judex, si velit, rejecto Libello inepto, actori injungere, ut alium Libellum clarum & concludentem exhibeat, quo casu non necesse est Reum ab observatione judicii absolvere, *d. n. ult.* Absolutione autem ab observatione judicii ob ineptitudinem Libelli factâ, pereunt omnia Acta ordinaria judicii, etiam quoad effectus juris, qui aliàs non perirent, puta quoad interrumpendam præscriptionem, secus est in Actis probatoriis, *Gail. ibid. n.* 3.

Libellus ineptus quis dicatur. 43. Libellus verò regulariter ineptus dicitur, quando ex eo non concluditur jus agendi, seu quando ex eo constat Actori actionem non competere, sive nata fuerit & extincta, sive nunquam nata fuerit, sed nasci speretur, ut quando obligatio est conditionalis, *Gail.* 1. *O.* 66. *n.* 14. Quòd si Libellus partim aptus & concludens, partim ineptus sit, propter ineptitudinem partis in totum non vitiabitur, quoniam utile per inutile vitiari haud debet, *ibid. n.* 10.

Ineptitudo Libelli quomodo æstimanda. 44. Deinde prædicta accipienda sunt de ineptitudine Libelli, quæ expresse apparet, non de ea, quæ tacitè & per subinauditos intellectus ac subtilitates juris deprehenditur, *Gail.* 1. *O.* 66. *n.* 15. Quare quando Dd. dicunt judicem Libellum ineptum dentibus lacerare debere, *Gail. ibid. n.* 4. id intelligi debet, si de ineptitudine Libelli appareat, nam licet aliàs sit ineptus, tamen Judex eum ex officio rejicere aut lacerare non debet, *ibid. n.* 9.

45. Porrò

45. Porrò quatenus Libellus alternativus, generalis seu incertus, obscurus, & in quo plus minusve debito petitum admittendus, tradit Umm. *Process. Judic. disp. 6, th.* 15.

Quatenus Libellus alternativus, generalis, obscurus, &c. admittendus

46 Quando & in quibus casibus Libellum emendare ac mutare liceat, docet idem Umm. *d. disp. 6. n.* 16.

Quatenus Libellum emendare liceat.

47. Interdum etiam plures actiones in uno Libello accumulare permissum, de quo vide eundem Umm. *disp. 6. thes.* 13. & 14.

Quando in uno Libello plures actiones cumulari possint.

48. Præterea Libello solennes clausulæ inseri consuevêre, & quidem nonnullæ post illius exordium, aliæ verò post Facti narrationem, aliæ denique post conclusionem.

Clausulæ Libello inseri solitæ, eis superius tur.

49. Clausulæ Libello post ejus exordium inseri solitæ sunt (1.) Quâ libellans sibi quasi intacta reservat omnia privilegia, inprimis de non astringendo se ad ulteriora probanda quàm quæ ad causæ victoriam faciunt. (2.) Quâ ostendit se Libellum concepisse non in modum solennis Libelli sed qualiscunque petitionis. (3) Quâ Libellans protestatur, se nihil convitii & injuriæ causa sed omnia secundùm jus & rei veritatem dicturum. Verùm enim verò harum clausularum nullam in Libello alicujus momenti esse rectè docet Umm. *disp.* 6. *n.* 57.

Vel post Libelli exordium.

50. Libello post Facti narrationem inseri consuevêre hæ clausulæ (1) Quâ Actor ostendit, se hactenus amicè Reum interpellâsse, & nihil præter spem obtinuisse. (2.) Quâ Actor se liberat à pœna plus petitionis. Sed & harum clausularum in Libello vix aliquem effectum esse, non minùs rectè statuit Umm. *d. disp.* 6. *n.* 58.

Vel post facti narrationem.

51. Post conclusionem clausulæ Libello inseri solitæ plures sunt & apud Dd. reperiuntur. Qualis est (1.) quâ Actor petit rem cum suis pertinentiis vel cum accessoriis suis & impensis. Atque etiam hanc clausulam non esse necessariam verius est. Quia re petitâ judex Reum quoque in fructuum, usurarum & interesse restitutionem condemnare tenetur. Licet quod expensas in litem factas attinet, in has nisi postulatas judex Reum condemnare non teneatur, quamvis si velit, utique possit, Umm *d. disp. 6. n.* 59.

Vel deniq; post Libelli conclusionem. Qualis est (1.) Quâ res cum suis accessoriis & impensis petitur.

52. (2.) Clausula, quâ Actor petit Reum judicis sententiâ condemnari & legitimis remediis compelli. Hujus clausulæ prius membrum omninò necessarium est, quia Judex Reum regulariter non condemnat, nisi ad instantiam Actoris. De posteriori membro opiniones Dd. diversæ sunt, nam quidam putant quasi omisso hoc membro sententiæ executio subsequi non possit. Alii opinantur judicem suam sententiam adhuc exequi debere, licèt maximè id nominatim in Libello petitum non fuerit. Quam opinionem prævalere putat Umm. *praalleg. num.* 59.

(2.) Quâ petitur Reum condemnari.

53. (3.) Clausula, quâ Actor causæ cognitionem petit, omni meliori juris & Styli in judicio usitati forma, quâ fieri potest, solet atque debet. Cujus clausulæ, quam vulgò *Salutarem* nominant, tanta est efficacia, ut ejus virtute omnis actio, omneque remedium competens & resultans ex Narratis in judicium deductum esse videatur, *Gail.* 1. *O.* 61. *n.* 11. Atque ut Judex in judicando rei veritatem, quæ ex

(3.) Est clausula vulgò salutaris nominata. Quæ magna sit efficacia.

ex Actis constet, non petitionem Actoris respicere debeat, *Umm. prac. n.* 59. Quod adeò procedit, ut si Actor 10. ex mutuo petierit, & postea illa ex empto deberi probet, jure egisse videatur, *d. n.* 59. Et intentans possessorium possit etiam in petitorio obtinere, *Gail. d. O.* 61. *n.* 12. Unde hanc salutarem clausulam Dd. herbæ betonicæ assimulare consueverunt, eò quod omnia vitia Libelli sanet, *Gail. ibid. Add. suprà tit.* 64. *n.* 51. Formulas hujus Clausulæ habes in Supplic. Cam. *tit.* 1. *n.* 2. *tit.* 3. *n.* 1. *tit.* 6. *n.* 1. *tit.* 7. *n.* 1. & *tit.* 10. *n.* 1.

Quare etiam si Libellus separatus non reproducitur Recessui Reproductionis annecti debet

54. Atque in Camera virtute præmemoratæ clausulæ sæpè etiam super non expressè petitis pronuntiatum fuisse attestatur Gail. *praalleg. n.* 11. Quare hic specialiter observari oportet, cùm illa clausula, licet forsan Supplicationi, cui ut plurimùm hodie Libellus inseritur, *vid. suprà tit.* 64. *n.* 52. sit adjecta, citationi, in quam Libellus postea transcribitur, non simul transcribatur, quòd Procurator ejusmodi citationem eique insertum Libellum reproducens suo Recessui eandem clausulam adjicere debeat, nam aliàs, modò illa clausula prædicta virtute polleat, suo Domino non parum præjudicaret. Eadem clausula verò in Supplicationibus pro impetrandis Processibus nullam utilitatem habet, *d tit.* 64. *n.* 51.

(4.) Quâ imploratur nobile officium judicis.

55. (4.) Clausula, quâ Actor nobile officium Judicis implorat. Hæc clausula quoque indigetur, quia Judex suum officium non impartitur nisi imploratus, *Umm. praalleg. n.* 59.

(5.) Quâ Actor petit sibi justitiam administrari.

56. (5.) Clausula, quâ Actor petit sibi jus & justitiam super omnibus & singulis administrari. Hanc clausulam in Libelli substantialibus parum operari, saltem in qualitatibus & quantitatibus non necessariis ejus aliquem usum esse docet Umm. *sæpè alleg. n.* 59.

(6.) Quâ Actor correctionem libelli sibi reservat.

57. (6.) Clausula, quâ Actor sibi reservat salvum jus Libellum corrigendi, minuendi, addendi. Verùm nec hanc clausulam ultra jus commune quicquam operari ex Dd. notavit Umm. *d. n.* 59. *in fin.*

V. Ut Libellus ab Advocato causæ & Procuratore subscribatur.

58. V. Ad formam Libelli quoque referri potest istius subscriptio. Libellus verò subscribendus est tam ab Advocato causæ quàm à Procuratore, *quemadmodum de subscriptione Supplicationum tradidi suprà tit.* 64. *n.* 56. & 60.

Libelli finis & effectus.

59. Finis Libelli est, ut Judici & Reo speciem futuræ litis demonstret, *Umm. disp.* 6. *thes.* 17. Ob quam rationem Libellus passim fundamentum judicii nuncupatur, *Umm. d. disp.* 6. *n.* 81.

60. Effectus Libelli est varius, rem enim litigiosam facit, præscriptionem interrumpit, actionem annalem perpetuat, moram inducit & denique facit, ut quæ Actor in Libello posuit, pro Confessis habeantur, *Umm. disp.* 6. *th.* 7.

TIT. LXIX.

DE EXCEPTIONIBUS.

Processus Cameralis

1. PRocessus Cameralis actus sextus est Exceptionum oppositio. Nam cùm non semper utile sit Reo confestim ad oblatum Libellum respondere, sed is re-

is re deliberatâ priùs nonnunquam vel contra Judicem vel etiam contra Actorem, vel denique contra ipsum Libellum excipere soleat, de ejusmodi Exceptionibus jam quoque videndum. *Actus sextus est exceptionum oppositio.*

2. Exceptio dicta à verbo *Excipere*, quod alioquin diversarum est significationum, quas apud Lexicographos videre licet, hic denotat contra Adversarii intentionem se defendere, metaphorâ desumptâ à militantibus, qui suo clypeo tela hostis à se avertentes, illa excipere dicuntur. Eodem sensu moderno tempore Gladiatores excipere (Außnehmen) appellitant, quando alter digladiantium alterius ictus à se avertit, wann er den Hub oder Stoß außnimmt. Hinc nomen *Exceptio* Germanicè commodiùs ein Außnahm / quam ut nonnulli vertunt ein Außzug appellari potest. Non rarò etiam ein Einrede nuncupatur. *Nominis Exceptio Etymologia.*

3. Nomen *Exceptio* autem quatenus denotat defensionem Rei accipitur (1.) latè pro omnibus omninò defensionibus, quibus adversarii intentionem elidimus, §. 1. *de Except. & l. antepen. eod.* In quo significatu etiam replicatio dicitur Exceptio *in l. 2. & l. 22. §. fin. de Except.* Deinde quoque complectitur Exceptionem, quam Facti seu intentionis Dd. vocant, & verè exceptio non est, sed propriè defensio nominanda venit, *Adde praced. tit. 68. n. 16.* (2.) Strictè, quatenus comprehendit quoque exceptionem, quæ nec institutam actionem, neque oppositam Exceptionem elidit, sed ad removendum judicem & litigantem intenditur, *l. 6. de N O. N. l. ult. C. de Except.* Qualis est exceptio fori declinatoria & aliæ, quas infrà *n. 6. & 7.* enumeraturus sum. (3.) Strictissimè pro sola actionis exclusione, *l. 1. de Except.* *Ejusdem Homonymia.*

4. Exceptio latè sumpta est jus, quod judicium excludit. Dixi *Exceptionem esse jus* eo modo, quo actio jus dicitur. Deinde dixi, *quod judicium excludit*, quia non omnis exceptio actionem excludit, sed earum nonnullæ judicem litigantemque removent, uti est exceptio declinatoria fori, falsi Procuratoris, &c. *Exceptionis definitio.*

5. Omnis Exceptio respectu materiæ versatur vel circa processum vel circa Actionem institutam. Illa respicit aut judicem aut litigantes. *Et divisio respectu materiæ.*

6. Quæ propter judicem opponuntur, partim ex ipsius persona proveniunt, ut Exceptio fori incompetentis, (*vulgò fori declinatoria nuncupata,*) præventionis, (*seu litis pendentiæ*) suspicionis & inhabilitatis: partim ipsius Judicis occasione oriuntur. Quò referri debet Exceptio loci non tuti, loci inhonesti, termini angusti & feriarum. *De quibus vide plura apud Umm. disp. 8. n. 7. usque 15.* *Exceptiones, quæ contra Judicem.*

7. Exceptiones, quæ litigantes concernunt, aliæ ex principalibus, aliæ ex accessoriis descendunt personis. A principalibus proveniunt, vel occasione Actoris tantùm, ut Exceptio non impetratæ veniæ & causæ connexæ non dividendæ: Vel Rei tantùm: ut Exceptio revocandi domum: vel demum utriusque. Quò spectat Exceptio justi impedimenti, contumaciæ, cautionis, inhabilitatis. A personis accessoriis oritur Exceptio Procuratoria & si quæ similes. *Quas omnes ulteriùs enucleavit Umm. d. n. 15. usque 23.* *Et quæ contra litigantes opponi possunt.*

8. Exceptiones circa institutam actionem versantes concernunt vel ipsius actionis Merita, vel modum actionis proponendæ. *Exceptiones circa institutam actionem versantes,*

Exceptiones merita causæ concernentes. Sunt vel temporales

9. Exceptiones Merita actionis attingentes, hanc vel ad tempus vel in perpetuum excludunt. Quocirca illæ temporales, hæ perpetuæ nominantur, *Umm. disp. 8. th. 4. n. 23.*

10. Temporales sunt Exceptio Spolii, pacti conventi temporalis, moratoria, plus petitionis, excussionis *seu ordinis*, divisionis, cedendarum actionum & competentiæ. *Has latiùs prosequitur Umm. d. disp. 8. n. 24. usque 32.*

Vel perpetuæ.

11. Exceptiones perpetuæ aliæ cum ipso negotio gesto prodeunt, aliæ demum post illud nascuntur, *Umm. d. disp. 8. th. 5.*

Hæ vel cum ipso negotio prodeunt

12. Quæ ab initio cum ipso negotio processerunt, aliæ rursus ex sola re: aliæ ex personis, quibus tribuuntur, descendunt. Illius generis sunt Exceptio doli, metus erroris, non-numeratæ pecuniæ, non-numeratæ dotis & dominii. Hujus autem Exceptio SCti Macedoniani, SCti Vellejani & Minorennitatis, *Umm. prælleg. th. 5. Ubi in 33. usque 41. has Exceptiones uberius elucidat.*

Vel post illud nascuntur.

13. Post negotium gestum oritur Exceptio pacti de non petendo in perpetuum, rei judicatæ, jurisjurandi, transactionis, præscriptionis, rei venditæ. Quibus etiam Exceptio rei litigiosæ ascribi potest, *Umm. d. disp. 8. th. 5.*

Exceptiones modum actionis instituendæ concernentes.

14. Exceptiones modum actionis instituendæ concernentes sunt, quando excipitur actionem decenti modo non esse propositam, sed eam in melius reformari oportere. Huc spectat Exceptio sub- & obreptionis, præjudicii, ineptæ cumulationis, Libelli alternativi, generalis, obscuri, &c. *Umm. d. disp. 8. th. 7. ibique n. 48. usque 52.*

Respectu subjecti Exceptio est vel personalis, vel realis.

15. Præterea omnis Exceptio respectu Subjecti est vel personalis vel realis, quatenus nimirum vel certis personis, vel generaliter omnibus conventis prodest: ac vicissim vel contra certos vel contra omnes Actores potest opponi. *De iis vide Umm. disp. 8. th. 8. ibique n. 52. cum 2. seqq.*

Respectu formæ Exceptio est vel generalis vel specialis.

16. Insuper omnis Exceptio ratione formæ est vel generalis vel specialis, *per C. p. 3. tit. 17. pr. & t. 31. in fin.* Specialis exceptio dicitur, quando quis ad quemvis ab adversario propositorum punctum in specie respondet, eique singulatim contradicit. Generalis Exceptio (gemeine Einred) appellatur, quando quis ad proposita adversarii cumulativè respondet, generaliter negando, omnia ex adverso proposita. Er geschehet nichts; sey alles nicht wahr.

Generali Exceptione quando utuntur Advocati.

17. Generali hac Exceptione vulgò utuntur Advocati, cùm respondent Adversariis, hoc intendentes quòd illa omnia, quibus forsan singulatim non responderint, per illam Exceptionem rejecta velint. Adhibent verò hasce fermè formulas: Wider die vermeynte Klage sage anfänglich generalia juris & facti. Item, dem übrigen will per generalia juris & facti widersprochen haben: Item, sage wider übriges gemeine Einrede.

Et quando Procuratores.

18. Eadem generali Exceptione etiam utuntur Procuratores Cameræ, quando nimirum nihil amplius deducere habent, sed concludere tenentur, *C. p. 3. t. 26. §. 6. vers.* In Sachen *N. contra N.* sage ich wider deß Gegentheils Handlung gemeine Einred. Deinde eadem Exceptione utuntur, si existimant contenta in scriptis ab Adversario exhibitis non tantæ esse relevantiæ, ut specialem refutationem

nem mereantur, vel si in eisdem nihil novi contineatur, sed contenta jam ante hac sint refutata. Nam tunc dicunt: Sage *generalia contra*, vel breviùs & per Ellipsin: *generalia contra*. Atque hinc sæpè dicta generalis Exceptio communiter vocari consuevit, *Generalia contra*.

19. Per ista autem verba semper oretenus concluditur, *O. C. Ratisbon.* 1507. *Art.* Wie man Copeyen. *6. princ.* & *C. p. 3. t. 39. §. 1.* & *verb.* Dagegen mit gemeiner Einred mündlich beschliessen. Nam quoties audiuntur verba: Sage *generalia contra*, und *reperire* mein Einwringen / toties in illo puncto concluditur, *teste Thilm. pentecost. 6. O. 39.* & *pentecost. 7. O. 12.* Per verba: Sage alia contra: semper oretenus concluditur.

20. Ad hanc verò oralem conclusionem, adversarii exhibitis scriptis non sat ponderatis, an speciali refutatione indigeant, procuratores non descendant, ne Judex posteà ad meliorem informationem specialem responsionem cum retardatione causæ injungere teneatur, *C. p. 3. t. 31. in fin.* Unâ parte verò sic concludente, altera quoque in continenti oraliter concludat, *d. p. 3. t. 26. §. 8.* Quæ oralis conclusio absque sufficienti consideratione scriptorum ex adverso exhibitorum fieri non debet.

21. Denique ratione effectus omnis exceptio dividitur in dilatoriam ac peremptoriam, *C. p. 3. t. 27.* & *30.* Illa est, quæ ad tempus: Hæc, quæ in perpetuum judicium excludit. Illa sic dicta, quia judicium duntaxat differt seu suspendit: Hæc, quia judicium planè perimit & tollit. Ratione effectus exceptio est vel, dilatoria, vel peremptoria, vel anomala.

22. Nonnulli tertiam speciem videl. Exceptiones anomalas addunt, quæ neque naturam peremptoriarum nec dilatoriarum sequuntur, sed singulari quodam jure tam ante, quàm post L. C. possunt opponi, ut est exceptio divisionis, falsi procuratoris, inepti libelli, & quæcunque ostendit judicium esse nullius momenti, *Rosbach. prax. Civil. t. 43. n. 1.* Verùm hanc tertiam speciem quidam, *quos allegat Umm. disp. 8. n. 58.* non agnoscunt.

23. Dilatoria Exceptio (Verzügliche Einred) subdistinguitur in fori declinatoriam & dilatoriam strictè dictam, *C. p. 3. t. 15. §. pen. 5. 1654. §.* Und hat der Be-klagt 40. Illa est, qua quis jurisdictione Judicis citantis se eximit. Hæc est, quando quis Judicem tanquam competentem agnoscens Judicium alio modo differt. Dilatoria est vel fori declinatoria vel dilatoria strictè dicta.

24. Peremptoria Exceptio (Zerstörliche Einred) subdividitur in peremptoriam Facti & peremptoriam juris. Peremptoria Facti est, qua actoris, cui nulla de jure actio competit, intentio de Facto excluditur. Unde etiam exceptio intentionis nuncupatur, *Rosbach. prax. Civil. tit. 41. n. 2.* Ejusmodi autem Exceptiones sunt Exceptio rei Judicatæ, transactionis præscriptionis, jurisjurandi, (*sc. judicialis* & *necessarii*,) solutionis, acceptilationis, confessionis in judicio factæ, pretii non soluti & collationis, *Rosbach. d. t. 41. n. 14. usque ad fin.* Peremptoria subdividitur in peremptoriam facti.

25. Exceptio peremptoria juris est, quâ actio de jure competens eliditur. Ejusmodi est Exceptio quod metus causâ, doli mali, erroris, non-numeratæ pecuniæ, pacti de non petendo in perpetuum, jurisjurandi, *sc. voluntarii*,) & rei judicatæ competens Reo sententiâ Judicis absoluto contra Actorem de novo agere intendentem, *Rosbach. prax. Civil. t. 42. per tot.* Et peremptoriam Juris.

26. Forma excipiendi in eo consistit, quod omnis exceptio sit allegenda & proponenda, *Umm. disp. 8. th. 9.* Nam Judex Exceptionem ex officio attendere non Forma Excipiendi.

tenetur, quamvis maximè de illa ex Actis constet. Ratio, quòd licet acta notorium inducant, id tamen ad minimùm allegandum sit. Inò Exceptiones debitâ formâ & judicialiter exhiberi debent, alioquin pars Actorum non fiunt, neque judex vel potest vel debet eas attendere vel super iis pronunciare, *Umm. d.disp.*8. *num.* 55.

Exceptiones dilatoriæ ante L. C. opponi debent.

27. Tempus Exceptiones proponendi quod attinet, distinguendum inter dilatorias & peremptorias. Illæ (*sub quibus comprehendo quoque fori declinatorias,*) regulariter ante L. C. opponendæ sunt, adeò quidem ut si contrà fiat, eæ nequidem in secunda instantia nullibive alibi proponi queant, *Umm. disp.* 8. *n.* 56. *Ubi tamen hujus regulæ* 11. *Limitationes adducit.*

Peremptoriæ post L. C. opponendæ sunt.

28 Peremptoriæ Exceptiones demum post L.C. opponi debent *Cp.*3.*t.*15.*§. pen. in fin. & t.* 30. *princ.* Non tamen prohibitum est eas ante L. C. opponere. Quare easdem tam ante quam post L.C. posse opponi generaliter rectè concludit. Umm. *disp.* 8.*n.* 57.

Ante L. C. oppositæ litis ingressum impediunt.

29. Oppositæ verò ante L. C. hunc effectum sortiuntur, ut litis ingressum impediant, *id est*, ut Reus litem contestari non teneatur. Quare Umm.*alleg. loc.* pro regula ponit, toties reum propter oppositam Exceptionem litem contestari non teneri, quoties exceptio (*sive illa sit juris sive facti*) talis est, ut probata Actoris actionem institutam enervet, adeoque efficiat, ut Reus conventus ab instituta actione absolvendus sit.

Modò incontinenti probentur.

30. Quæ regula tamen ut procedat, requiritur, (1.) ut Reus in continenti allegatam exceptionem probet. Nam si altiorem indaginem requirat, litis ingressum non impedit, sed Judex eam post L.C. rejicit ejusdemque oppositionem ad merita causæ Reo reservat. (2.) Ut ejusmodi allegata Exceptio ad processum & non ad merita causæ opponatur, *Umm. præcitat. n.* 57.

Id ue indistinctè sive contra Processum sive contra merita causæ sint opposita Deinde sive sint peremptoriæ facti sive peremptoriæ juris.

31. Quod posterius requisitum tamen non admittit Coler. *de cap. venerabilis de except. n.* 55. Sed putat Reum cum sua Exceptione, sive hæc contra Processum sive contra merita causæ sit opposita, ante L. C indistinctè esse audiendum, modò illa exceptio incontinenti probetur, *test. Umm. d. n.* 57. *in fin.*

32. Atque hæc Coleri opinio quoad peremptorias Exceptiones facti Dd. communiter est probata, *attestante eod. Umm. d. loc.* Ubi ex Jasone tradit omnem Exceptionem impedire L.C. per quam apparet actionem ipso jure sublatam, aut delictum commissum impunibile esse. Sed cùm Actio per Exceptionem juris ante L.C. oppositam & in continenti probatam jam elisa & sublata, atque sic ratione effectus idem sit, ac si ipso jure non competiisset, nullam rationem video, quare cum Colero non statuerem, illam communem Dd. doctrinam de peremptoriis Exceptionibus facti quoque in peremptoriis exceptionibus juris obtinere posse.

Limitatio quoad probationem incontinenti faciendam est in exceptionibus privilegiatis.

33. Solas Exceptiones rei judicatæ, jurisjurandi & transactionis, licet maximè de earum veritate in continenti non appareat, nihilominus litis ingressum impedire putat Colerus *ad d.cap. venerabilis. n.*71. Et hoc textui *C.*1.*d.L.C.in* 6. amicum videri, & insuper etiam rationem habere, quòd faciliùs doceri de iis possit, quàm de reliquis aliis, propterea quòd res judicata, juramenti decisorii præstatio & trans-

transactio habita vulgò ad Acta referri soleat & inde absque novo circuitu exceptionibus prætensis fides fieri possit, statuit Umm. *d. n.* 57. Quamobrem etiam hæ tres exceptiones à Dd. communiter privilegiatæ appellari consueverunt.

34. Exceptiones peremptoriæ autem in continenti probari dicuntur, si de iis vel ex Actis vel instrumentis fide dignis, vel ipsa rei notorietate constare possit, *Umm. d. n.* 57. Ubi etiam hoc admittit, si per testes præsentes statim exceptiones illæ probari queant. Nam aliàs Reum non audiendum esse, sed litem contestari teneri opinatur.

Exceptiones in continenti probari quando dicantur.

35. Deinde Exceptiones peremptoriæ contra Processum opponi dicuntur, si Reus dicat: *Dn. Judex, non potestis procedere, quia habeo talem exceptionem &c.* Ad Merita verò causæ, si Reus ita excipiat: *Ego nihil debeo, quia habeo exceptionem &c.* In dubio autem exceptionem ad Merita causæ oppositam videri ex Dd. docet Umm. *sæpe alleg. n.* 57.

Exceptiones quando contra Processum & quando contra Merita causæ opponi dicantur.

36. Denique observandum, quando peremptoriæ Exceptiones ante L. C. contra Processum opponuntur, quod dicantur opponi in vim dilatoriarum. *Add. C. p.* 3. *t.* 27. *pr.* Quia instar dilatoriarum ante L. C. opponuntur ad hoc, ut litis ingressum præcludant, quemadmodum dilatoriæ tam diu litis ingressum impediunt, donec à Judice rejiciantur.

Peremptoriæ Exceptiones in vim Dilatoriarum opponi quando.

37. Effectus igitur Exceptionum peremptoriarum in vim dilatoriarum propositarum est, quòd litis ingressum harum instar differant. Atque eatenus vim dilatoriarum obtinere dicuntur, quatenus ratione modi & temporis instar dilatoriarum ante L. C. opponuntur. Nam quoad cætera suam vim retinent, ac totum negotium perimunt, quemadmodum de peremptoriis facti expressè docet Rosbach. *prax. civil. t.* 41. *n.* 6 Ast idem de peremptoriis juris omninò dicendum puto, *per tradita præced. n.* 32.

Earundem effectus.

38. Anomalæ seu mixtæ Exceptiones, quas Dd. nonnulli faciunt tàm antè quàm post L.C. Opponi possunt & debent, *vid. præcede n.* 22. Quales ex dilatoriis sunt exceptio feriarum, justi impedimenti, contumaciæ, loci non tuti, inhonesti. termini angusti, &c. Quia hæ Exceptiones descendunt ex ejusmodi causa, quæ simul & ante post L. C. existere potest ac solet, ut meritò etiam utroque tempore earum ratio haberi possit atque debeat, *Umm. disp.* 8. *n.* 58. Ex peremptoriis sunt exceptio non numeratæ pecuniæ, non numeratæ dotis, divisionis seu Epistolæ D. Hadriani, excommunicationis, &c. *Umm. d. n.* 58.

An malæ Exceptiones ante & post L. C. opponi possunt.

39. Porrò quamquam Exceptiones post sententiam latam oppositæ regulariter ulteriùs non attendantur, licet maximè sint peremptoriæ, tamen omnes illæ Exceptiones cujuscunque etiam generis fuerint, sententiæ opponi possunt, quæ judicium retrò nullum reddunt, & sententiam non valuisse ostendunt, adeò ut etiam contra tres conformes sententias opponi queant, *Umm. disp.* 8. *n.* 59. Ubi præterea nonnullas alias Exceptiones, quæ etiam sententiæ & executioni opponi possunt, recenset.

Quænam exceptiones post sententiam & executioni opponi queant.

40. Quod dixi Exceptiones post latam sententiam oppositas ulteriùs non attendi, id quoad dilatorias indistinctè verum est, adeò ut ne quidem in secunda instantia

Et quæ non.

stantia

ſtantia opponi queant, niſi vel per ignorantiam non fuerint propoſitæ, vel ſaltem non probatæ, peremptorias tamen omiſſas, ſi appelletur, aut reſtitutio petatur adhuc opponere licet, *Umm. d. n.* 59.

Ad exceptiones proponendas de jure civili & canonico Judex certũ terminum aſſignare poteſt.

41. Deinceps Judex certum terminum ad Exceptiones proponendas aſſignare poteſt, *Umm. diſp. 8. th. 9.* Qui terminus eſt peremptorius, etiamſi non ſit per verbum *peremptoriè* aſſignatus. Quocirca Reus intra illum terminum ſuas Exceptiones allegare cogitur, aliàs cum illis non audietur. Si tamen unam opponat & reliquarum oppoſitionem ſibi reſervet, eas poſt aſſignatum terminum opponere poteſt, modò has in ſpecie exprimat. Atque hæc tam de jure civili quàm Canonico obtinent, *Umm. diſp. 8. n.* 60.

De Jure Camerali dilatoriæ omnes in primo termino producendæ.

42. De Jure Camerali antiquo poſt libellum in primo termino exhibitum, Reus ſuas Exceptiones declinatorias, dilatorias & peremptorias in vim dilatoriarum proponendas in ſecundo termino cum adjuncta eventuali L. C. omnes ſimul ſub præjudicio præcluſionis opponere tenebatur, idque tam in cauſis S. Q. quàm appellationum, *C. p. 3. t. 15. §. 6. & ſeqq. junct. t. 27. eod.* Aſt de Jure Camerali noviſſimo ſub præmorato præjudicio id fieri debet in primo termino, *R.* 1594. §. Setzen demnach. 63. *& ſeq. junct. R.* 1654. §. Es ſollen. 37. §. Wäre es dann. 38. *verſ.* Nichts deſto weniger §. Und hätte der Beklagte. 40. *& §.* Würde aber. 69. In quibus textibus ipſa lex iſtum terminum illas exceptiones opponendi præſcribit, quem poſtea Judex Reum citans in citatione ad certum diem aſtringit.

Ad dilatorias quoque pertinet exceptio non devolutionis & deſertionis.

43. Ad dilatorias Exceptiones etiam ſpectant Exceptio non-devolutionis & deſertionis, quæ itidem in primo termino ſub eodem præjudicio opponi debent, *R.* 1654. §. Würde aber. 69. *& ſeq.* Eſt autem Exceptio non-devolutionis, quando Appellatus dicit, ſummam gravaminis non eſſe appellabilem. Quæ autem ſumma ſit appellabilis, oſtenſum ſuprà *t. 46. n. 7. & multis ſeqq.* Exceptio deſertionis nominatur, quando Appellatus dicit, Formalia Appellationis non eſſe obſervata, ac propterea cenſeri appellantem ſuam appellationem deſeruiſſe, *Add. ſuprà t.* 48.

Exceptiones dilatoriæ ſummariè & in ſcriptis proponẽdæ.

44. Exceptiones verò tam non-devolutionis & deſertionis quàm reliquæ dilatoriæ antiquitùs articulatim in ſcriptis proponendæ erant, *C. p. 3. t. 27. §. 1. & tit. 38. princ.* Replicæ contra illas vel articulatim vel ſummariè proponi poterant, *C. p. 3. t.* 28. Duplicæ autem tantùm ſummariè conceptæ exhibeantur, *arg. C. p. 3. t. 29. §. 1. & 2.* Hodie omnes tam Exceptiones quàm replicæ ſemper ſummariè conceptæ exhiberi debent, *ſecundùm tradita præced. t. 63. n.* 22. In Scriptis tamen, *alleg.* §. 1. In cauſis Appellationum verò illas exceptiones etiam oraliter, modò paucis in ſpecie fieri queat, & illæ notoriæ ſint, aut ſe ad Acta vel Inſtrumenta referant, opponere licet, *d. t.* 38. §. 1.

Ad dilatorias etiam ſpectant Exceptiones, quæ contra libellum tanquam ineptum opponantur.

45. Deinde ad Exceptiones dilatorias pertinent quoque Exceptiones, quæ contra libellum opponuntur, quòd nimirum is ſit ineptus, generalis, obſcurus, alternativus, captioſus, non concludens, &c. Aliàs nominantur Exceptiones contra poſitionales, *C. p. 3. t. 38. lit. A.* plerumque vocantur Exceptiones contra articulos, *C. p. 3. t. 16. & 17.* Atque in cauſis Appellationum, Exceptiones contra gravamina, *d. t. 38. §. 4. & R.* 1654. §. Wann auch. 70. *verb.* Außzüge gegen ſol-

che *Gravamina.* Atque hæ Exceptiones olim etiam in secundo termino producendæ erant, *R.* 1570. §. Demnach sollen. 89. *&* 5. *seqq.* Hodie illæ Exceptiones cum reliquis dilatoriis sub præjudicio præclusionis in primo termino proponi debent, *per d.* §. 70. *& text. num. præced. allegatos.*

46. Ast cum in d. t. 16. & seq. item t. 38. §. 4. & seq. eod. Item in alleg. §. Demnach setzen. 89. & 5. seqq. solummodò tradatur, quòd ejusmodi exceptiones contra articulos seu libellum articulatum vel gravamina articulata opponi possint, an verò etiam contra libellum summarium itidem queant, nihil in illis texx. aut ullibi in constitutionibus Imperii quicquam dispositum reperiatur, videtur illas Exceptiones contra libellum summarium opponere de Jure Camerali non licuisse, præsertim quia in R. 1570. §. Da aber. 93. & C. p. 3. t. 38. §. 5. expressè ab agendis contra libellum summarium de gravaminibus articulatis in §§. Utrobique præced. disposita (*nim. Exceptio contra d. gravamina & ad illa responsio*) excipiuntur. Verùm enim verò quanquam neque in O. C. neque in alia constitutione Imperii dispositum reperiatur, quòd contra summarium libellum sæpè memoratæ Exceptiones opponi possint, tamen etiam id nullibi in iis quoque prohibitum reperitur, quare in hoc casu jus commune, de quo licet contra summarium libellum ejusmodi Exceptiones opponere, sequendum, *C. p. 3. t. ult. princ.* *Dubitatio*

47. Non obstat, quòd disposita de gravamihibus articulatis ab agendis contra libellum summarium expressè sint excepta, quia hoc de necessitate, non verò de libero placito, quòd nim. si Reus sæpissimè memoratas Exceptiones opponere velit, ipsi illud non sit prohibitum, intelligendum autumo. Quod verò neque in Ordinat. Camerali neque alibi in Constitutionibus Imperii quicquam de summario libello in casu hoc dispositum inveniatur, inde factum opinor, quoniam tempore Ordinationis Camer. videl. Anno 1555. semper, etiam tum quando summarius Libellus ante L. C. exhibitus erat, nihilominus tamen necessariò post L. C. articulatus debuit produci, uti id satis manifestè ostendit O. C. *p.* 3. *t.* 12. §. Zum andern. 7. *& t.* 13. §. *pen.* Quæ necessitas articulandi quidem Anno 1570. sublata, ita ut in arbitrio Actoris utrum super libello summario an articulato procedere velit, *R.* 1570. §. Demnach soll. 89. *&* 4. *seqq.* *Resolutio.*

48. Ast dicis, hodie libellus statim cum supplicatione pro Processibus est exhibendus, & informiter conceptus sit, illum Judex rejicit, nec antè decernit processus quàm si libellus formiter conceptus exhibeatur, ut ita Reus ejusmodi Exceptiones postea opponere posse non videatur. Verùm Resp. quanquam Judex Processus decernens libellum, an legitimè conceptus sit, examinet, tamen eo non obstante, Reus dictas Exceptiones nihilominus opponere potest. *Objectio.*

49. Atque hæ Exceptiones etiam hodie contra articulos illos, quos Actori ex libello summario extrahere licet, *vid. præced. t.* 68. *n.* 8. opponi possunt, idque vel purè vel eventualiter, prout lis vel purè vel eventualiter, contestata est, *C. p.* 3. *t.* 38. §. 4. *& R.* 1654. §. Wann auch. 70. *Add. infrà t.* 71. *n.* 12. Contra istos articulos (*idem dic de summario libello,*) non sine relevanti ac gravi causa excipiatur, atque si ex præfata causa excipiendum sit, illud non oraliter per generalia-contra sed *In puncto Exceptionum ultra Replicas non proceditur.*

in scriptis adjectâ distinctâ illius causæ specificatione sub consuetis pœnis fiat, *C. p. 3. tit. 17. princ.* Adversus has Exceptiones Actori vel oraliter vel in scriptis replicare liceat, post exhibitas replicas nulla scripta ampliùs admittantur, sed utraque pars in hoc puncto concludat, *d. tit. 17. §. fin.*

Exceptionum peremptoriarum varia nomina.

50. Devenio jam ad Exceptiones peremptorias, sed cum illis varia nomina in Constitutionibus Imperii hinc inde indantur, hæc antequam ostendam, in quo termino illæ opponendæ, paucis explicare necessarium visum fuit. Appellantur autem hæ Exceptiones (1.) Peremptoriæ, *C.p. 3. tit. 19. §. pen. atque tit. 30. Rubr. & passim.* (2.) Peremptoriales, *C.p. 3. tit. 15. §. 7. tit. 16. t. 19. §. 1. & passim.* Subintellige, *Articuli*, nam illæ Exceptiones peremptoriæ olim necessariò articulatim proponendæ erant, *C.p. 3. t. 30. princ.* (3.) Elisivi, (4.) defensionales, *d. t. 16. Add. supra tit. 69. n. 16. & 17.* (5.) Eventualia, Eventual-Handlung / *C. p. 3. t. 38. §. 8. 9. & 10. R. 1654* §. Und hat der Beklagte 40. (6.) Responsio ad libellum, *C. p. 3. tit. 30. pr. t. 35. pr. & §. 4. verb.* Auff die Klage antworten. *R. 1654.* §. Hätte dann. 39. *verb.* auff den *Libellum* antworten.

Respondere Libello duplici modo sumitur.

51. Attendendum tamen quod phrasis *Respondere libello* duplici modo accipiatur, (1.) latè, quatenus tam responsiones ad articulatum libellum s. ad articulos quam defensionales complectitur, *C.p. 3. t. 35. pr. & §. 4. tit. 38. §. 8. verb.* auff *Libellum* zu verfahren. *& ibid. §. seq. verb. in causa principali* auff *Libellum eventualiter* handlen. *R. 1654.* §. Wann nun. 45. *verb.* auff deß Klägers Libell oder Klage *excipiendo* und mit seiner Gegenhandlung verfahren (2.) Strictè quatenus exclusis defensionibus seu peremptoriis exceptionibus solas responsiones complectitur, *C.p. 3. t. 15. §. 7. tit. 16. tit. 18. per tot. R. 1654.* §. Im fall 46. ubi verba Antwort und Gegenhandlung / (*id est, responsio & defensionales*, sibi invicem opponuntur.

Responsio ad libellum quomodo hodie facienda.

52. Hodie priori modo sumitur. Hæc responsio autem abrogato antiquo modo respondendi ad Libellum articulatum atque insuper cassatis articulis defensionalibus seu peremptorialibus sic concipienda, ut Reus Libello respondens breviter, nervosè, dilucidè, distinctè ac clarè, an & in quo Factum aliter, quàm ab Actore narratum, ac quomodo verè comparatum sit, specificè & ad quemlibet punctum cum omnibus circumstantiis ostendat, *R. 1654.* §. Es sollen auch 37.

Responsio ad libellum fit vel negando narrata libelli vel confitendo.

53. Quapropter hæc responsio dupliciter fit, (1.) Negando Narrata libelli actoris, *R. 1654.* §. Dahero und wann. 47. *verb.* Dasjenige was der Kläger klagweis fürgebracht / etc. vom Beklagten in seinen Exceptionibus und hauptsachlicher Gegenhandlung nicht gestanden / sondern negirt worden. (2.) Confitendo dicta Narrata, idque vel simpliciter vel cum additamento. Prior confessio solet vocari *simplex*: posterior *qualificata.*

Confessio illa est vel simplex,

54. Est autem confessio simplex, quando Reus intentionem Actoris esse veram nudè absq; ulla adjectione assèverat. Quæ confessio cùm sit probatio probata, plenissima ac certissima, *Umm. Process. Judic. disput. 13 n. 53* ac ulteriori probatione non indiget, nihil superest, quàm ut Judex confessum, qui jam pro judicato habetur, *l. 3 de confess.* condemnet, *per l. 5. & 8. eod. Plura de hac confessione vid. apud. Umm. d. disp. 13. n. 35. usque 62.*

55. Con-

55. Confessio qualificata est, quando Reus quidem Factum narratum confitetur, sed tamen adjicit, hujus facti quasdam qualitates seu circumstantias à Reo silentio esse præteritas, & propterea ob omissam qualitatem seu circumstantiam Facti, aliud sit Factum, quàm quod in Libello propositum, & per consequens inepta actio censeatur instituta, *C.p* 2.*t*.10.§.14. Cùm minima circumstantia totum Factum variet. Hinc licet Factum non simpliciter neget, tamen hoc fit per indirectum, dum ostendit Factum aliter quàm ab Actore est narratum, comparatum esse. *Vel qualificata.*

56. Quæ qualificata confessio ac omnia reliqua, quæ Reus ad sui defensionem hodie proponit, succedunt in locum defensionalium antiquitus usurpatorum. *De quibus vid. C p.*3. *tit.*19.*&* 30.*cum duob, seqq.* Simplex autem negatio & affirmatio Facti in libello propositi obtinent vices responsionum olim ad libellum articulatum dari solitarum. *De quibus vid.C.p.*3.*t.*18. Et quanquam olim responsiones ad libellum præmittebantur, atque iis subnectebantur defensionales, tamen hodie responsiones reliquis, quæ reus ad sui defensionem proponit, intermiscentur, ac utraque prout series Narratorum libelli fert, promiscuè ponuntur, Vocantur: Antwort und Gegenhandlung. Item, Antwort und Gegennohtdurft. Antwort und hauptsächliche Handlung. *R.* 1654. §. Im fall. 46. Scriptum hanc responsionem continens intitulatur Exception, Exceptiones, Exception-Schrifft/ etc. *Vid. R.*1654.§ Dahero und wann. 47. *&* 2.*seqq.* *Quæ hodie in locum responsionum libelli & Defensionalium successerint.*

57. Deinceps hæc responsio, seu quod in idem recidit, suprà memoratæ Exceptiones peremptoriæ nominantur Eventualia, quatenus dilatoriis exceptionibus in eventum rejectionis harum ob suam irrelevantiam eo fine annectuntur, ut Judex rejectis dilatoriis in illis exceptionibus peremptoriis, *id est, ut aliàs loquimur, in causa principali* statim quoque pronunciare, & lis eò celeriùs finiri possit. Quòd si dilatoriæ sunt relevantes, annexio peremptoriarum in præmemoratum eventum facta Reo nocere minimè debet, *prealleg.* §. 40. Hæc eventualium annexio introducta per R. 1570. §. Demnach setzen. 89. *&* 4.*seqq.* *Eventualia quid sint.*

58. Sed ut revertar, unde digressus eram, nunc videndum, in quo termino Exceptiones peremptoriæ opponi debeant. Et quidem circa illarum oppositionem antiquitùs hæc distinctio obtinebat, nam in causis appellationum, sive Reus habebat exceptiones dilatorias sive non, indistinctè suas peremptorias in secundo termino quoque, sed tamen priori casu eventualiter, posteriori autem purè proponere cogabatur, *C.p.* 3. *tit.*15.§.7.*&* 9. *Item tit.*38.§.4.*&* 5.In causis verò S. Q. Reus aut habebat Exceptiones fori declinatorias, dilatorias, aliasve litis ingressum impedientes aut non habebat. Posteriori casu itidem Exceptiones peremptoriæ in secundo termino purè opponi debebant, *prealleg.* § 7. *& seq. R.* 1570. §. Demnach setzen. 89. *& seq. junct, R.* 1594. §. Setzen demnach. 63. Priori autem casu ante dilatoriarum exceptionum discussionem exceptiones peremptorias opponere Reus non tenebitur, *texx. alleg.* Rationes hujus distinctionis traduntur in *R.* 1594.§. So viel dann. 59. *& seqq.* *Exceptiones peremptoriæ olim in causis appellationum indistinctè in secundo termino. In causis verò S. Q. officienti[?] dilatoriis in secundo termino proponi debebant. Aliàs demum in quinto termino proponebantur.*

59. Cùm igitur hoc posteriori casu peremptorias exceptiones demum post disceptationem dilatoriarum proponi oporteat, atque in puncto harum dilatoriarum

Cui tamen hic allegati texx. obstant.

riarum in secundo termino oppositarum Actor in sequenti termino, qui tunc tertius erit, replicare & Reus in quarto termino duplicare debeat, *per praalleg.* §. 63. *junct. C. p.* 3. *t.* 28. & 29. Exceptiones peremptoriæ demum in quinto termino proponendæ veniunt.

Hodie Exceptiones peremptoria in causis Appellationum indistincte in causis S.Q. verò deficientibus declinatoriis in primo termino proponi debent.

60. At his obstat C. p. 3. t. 16. t. 18. pr. & t. 30. pr. ubi dicitur, peremptorias exceptiones in termino tertio esse proponendas. Quod sine dubio de hoc posteriori casu intelligendum. Ad hanc repugnantiam dissolvendam dicendum puto, compilatores in allegatis locis aut errorem in computatione terminorum commisisse, aut productioni Replicarum & Duplicarum in puncto dilatoriarum nullum terminum voluisse assignare. Sed cùm posterioris contrarium appareat ex alleg. t. 28. & 29. priùs veritati magis congruum videtur.

61. Hodie circa præmemoratas peremptorias Exceptiones ita distinguitur, nam illæ in causis Appellationum indistinctè in primo termino, & quidem si Reus habet Exceptiones non-devolutionis, desertionis, aliasve dilatorias, eventualiter: Si illas non habeat, purè sub præjudicio præclusionis proponi debent, *R.* 1654. §. Würde aber. 69. & *seq. junct. Recess.* 1594. §. *Appellation*-Sachen. 64. Idem jus constitutum in causis S.Q. si Reus non declinatorias, sed tantùm dilatorias seu harum nullas habeat, *R.* 1654. §. Und hat der Beklagte. 40.

Existentibus Declinatoriis, liberum est peremptorias opponere vel omittere. Declinatoriis tamen dilatoria sub præjudicio præclusionis annecti debent.

62. Quòd si Reus fori declinatorias habeat, tunc ejus libero arbitrio relictum, utrum cum istis declinatoriis suas peremptorias proponere, an verò eas post discussionem declinatoriarum reservare velit, *praalleg.* §. 40. Cujus §. verba variè sunt transposita, adeò ut inde vix illorum verus sensus erui possit, qui tamen plenior fit, si post verba: *pro arbitrio judicis* &c. ita legatur: pro arbitrio judicis veren ungeachtet/ (mit Vorbehalt was nechst oben von den declinatorien erwehnet/ zumahlen über die declinatorien/ wann sie einkommen/ vörderst gesprochen/ und der Beklagte in solchem Fall vor Erörterung deß puncti Competentiæ Fori sich in der Haubtsach einzulassen nicht verbunden/) auch mit seiner eventual haubtsachlichen Handlung zu verfahren / so ihm doch / wann die Exceptiones erheblich befunden werden solten / gantz unnachtheilig seyn: Hingegen wann die Ohnerheblichkeit &c.

63. Nihilominus tamen cum illis declinatoriis solis oppositis dilatoriæ, si quas Reus habet, sub præjudicio præclusionis proponi debent, *R.* 1594. §. Setzen demnach. 63. & seq. In neutris tamen Exceptionibus causam principalem, *id est, Exceptiones peremptorias*, frustraneè disputari oportet, sed duntaxat ad deductionem istarum necessaria proponenda sunt, *C. p.* 3. *t.* 29. §. 3.

Ratio differentia, quare peremptoria dilatoriis necessariò sub præjudicio præclusionis, non verò declinatoriis annectenda sunt.

64. Sed quæritur, quænam sit ratio differentiæ, quare declinatoriis, oppositis peremptoriæ exceptiones pro arbitrio Rei omitti possint, ast deficientibus Declinatoriis illæ peremptoriæ cum dilatoriis sub præjudicio præclusionis simul sint producendæ? &c. Ratio quoad Declinatorias, si oppositæ sunt, in R. 1594. §. Judem eod. 61. tradita est hæc, quòd cùm ante disceptationem puncti declinatoriarū adhuc dubium, utrum ille Judex sit competens nec ne, coram incompetenti autē Judice statim proponere causam principalem, ac ita reum non solùm inutilibus ac

magnis

magnis sumptibus onerare, sed etiam Adversario sua jura ac titulum possessionis, sæpe cum periculo suæ defensionis amittendæ manifestare cogere iniquissimum sit, ideò Eventualium annexio possit omitti. In dilatoriis verò non ampliùs de competentia fori disceptatur, sed tantùm litis ingressus ac causa principalis ad tempus differtur, ast quoniam ea coram eodem Judice pertractanda, ob modicum verò tempus illam differre atque postea separatim proponere parùm utile visum fuit, ideò sancitum, ut dilatoriis peremptoriæ statim annecterentur.

Dilatoriæ tamen ob non annexas peremptorias rejici haud debent.

65. Si tamen dilatoriæ solæ oppositæ, ob omissam annexionem Eventualium non sunt rejiciendæ, sed cuique liberum relictum, prout suis Dilatoriis confidit, utrum illis Eventualia annectere, an hoc suo periculo omittere velit, attamen dilatoriis irrelevantibus inventis consuetum præjudicium suum effectum sortiatur, *C. p. 3. t. 38. §. 10.* id est, in contumaciam non-agentis via proponendi Exceptiones peremptorias sit præclusa atque lis pro contestata ac Libellus pro confessato accipiatur, *infra tit. 76. n. 55.* Atque si dilatoriarum irrelevantia tanta reperta, ut illæ solummodò ad protelationem causæ propositæ, Reus insuper in aliquot Marcas argenti seu auri pro arbitrio Judicis condemnetur, *prealleg. §. 40.*

Frivolis declinatoriis solis oppositis Reus arbitrariè puniendus.

66. Sed quid si declinatoriæ absque annexione Eventualium oppositæ prædicto modo irrelevantes sint, anne illa pœna pecuniaria Reus quoque puniendus? Resp. Licet. §. 40. Versic. Hingegen wann die x. tantùm loquatur de dilatoriis, ille verò §. strictè sit interpretandus, puto tamen, cùm hæc pœna ob solam retardationem causæ principalis imponatur, nec minus in declinatoriis quàm dilatoriis duntaxat oppositis illa causa retardetur, etiam nec minus in illis quàm in his dictam pœnam infligendam esse.

Exceptiones peremptoriæ summariè in scriptis & quidem omnes simul in primo termino opponendæ sunt.

67. Porrò Exceptiones peremptoriæ in scriptis exhiberi debent, olim articulatim, *C. p. 3. tit. 30. pr.* impræsentiarum summariè, *praced. n. 52.* & quidem omnes in primo termino simul sub via præclusionis, *C. p. 3. t. 19. princ. junct. praced. n. 61.* Si tamen aliæ postea de novo acciderint seu ad notitiam Rei pervenerint, ac Reus illud juramento affirmet, illas etiam post primum terminum opponere licebit, *d. t. 30. §. ult.*

In puncto Dilatoriarum & peremptoriarum simultaneè procedendum.

68. Deinde Eventualia semper simul cum exceptionibus dilatoriis sunt producenda nec illorum separata productio admitti, sed in utrisque simultaneè procedi debet, *C. p. 3. tit. 38. §. 8.* Nisi Exceptiones dilatoriæ ante Libellum essent exhibitæ, ubi in puncto earum Exceptionum & Eventualium seu Libelli separatim procedere licet, *d. tit. 38. §. 9.* Quæ limitatio adhuc hodie locum habet in tribus casibus num. proximè seq. enumeratis.

Tres casus, in quibus non opus est annexione Eventualium.

69. Eas peremptorias Exceptiones tamen dilatoriis in eventum statim in primo termino annectere non est necesse, (1.) si Reus in causis S. Q. quoad harum productionem termini prorogationem *vigore R. 1654. §. War es dann 38.* impetraverit. (2.) Si appellans non simul Libellum cum Processibus appellationis appellato insinuari curaverit, sed ad illum exhibendum dilationem *vigore R. 1654. §. Wofern aber. 66.* obtinuerit. (3.) Si quis privilegio de non appellando gaudens sese interponat. Nam hic ante omnia punctus devolutionis de-

 ciden-

cidendus, nec interim Partes Eventualibus sunt onerandæ, *C. p. 3. t. 38. §. 11.* Att hodie non obstante hac interpositione Eventualia simul cum Dilatoriis sub via Præclusionis proponi debent, *Stylo ita dictante.*

Hactenus tradita de Eventualibus intelligenda sunt de casu, ubi Reus est contumax in non-agendo.

70. Denique observandum, quòd hactenus tradita de Eventualibus & simultaneo Processu duntaxat intelligenda de eo casu, ubi citatus in judicio & præsens & contumax in non-agendo existit, nam si est contumax in non-comparendo, sola lite pro contestata acceptata Actor ad ulteriora admittitur, Reus verò post L. C. comparens purgata contumacia ad Exceptiones peremptorias (non verò dilatorias, utpote quæ ante L. C. opponendæ erant,) opponendas admittitur, *C. p. 3. tit. 38. §. 12. Add. præced. tit. 66. n. 61. & seqq.*

Exceptiones oppositæ probandæ sunt à Reo.

71. Porrò oppositæ Exceptiones probari debent, alioquin nihil operantur, sed omninò frustrà opponuntur. Probandæ verò sunt à Reo, quia hic in illis actoris vices sustinet ac propterea suam intentionem quoque probare cogitur, *l. 3. de Except. l. 19. de probat.*

Et quidē Declinatoria indistinctè ante L. C. Dilatoria verò processui opposita similiter ante; meritis causæ verò opposita post L. C.

72. Deinceps oppositæ Exceptiones etiam intra certum tempus probandæ sunt, & quidem declinatoriæ ante L. C. Quod attinet dilatorias, distinguendum, nam hæ aut ipsi Processui, aut Meritis causæ opponuntur. Priori casu quoque ante L. C. probari debent. Posteriori casu quidem ante L. C. proponendas, sed post eam demum probandas esse communis Dd. cohors docet, *teste Umm. disp. 8. n. 62.* Quia hoc casu ejusmodi Exceptiones sunt actionum temporales exclusiones, ut propterea non nisi priùs probaris actionibus, probandæ sint, adinstar exceptionum peremptoriarum, quæ demum post actionem probatam & L. C. probantur. Sin verò illæ exceptiones peremptoriæ sint notoriæ, aut in continenti probari queant, illarum probationem etiam ante L. C. admittendam esse Dd. existimare attestatur *Umm. d. n. 62.*

Quæ distinctio etiam circa peremptorias observari debet.

73. Similiter peremptoriæ exceptiones ad excludendam L. C. & ipsum Processum propositæ, statim probari debent. Aliàs si altiorem indaginem requirant, illarum oppositio & probatio post L. C. ad merita causæ Reo reservatur, *Gylm. voc. sententia interlocutoria. §. Interlocutoria talis.* Quòd si meritis causæ opponantur, eas statim quamprimùm oppositæ, Reo, si velit & possit, probare licet. Nam cæteroquin illarum probatio demum post probatam Actoris intentionem à Reo exposcitur, *Umm. disp. 8. n. 64.* Quoniam aliàs Actore non probante Reus absolvendus, *l. 4. C. de Edendo.* Ideo ante Actoris probationem Reus ad probationem suarum exceptionum frustrà & iniquè non adigendus.

Exceptiones, quæ institutæ actioni contradictoriè opponuntur, ante publicationem atte-

74. Singulariter verò hìc notandum, quotiescunque Rei exceptio actioni institutæ est directò contraria, *id est, contradictoria*, toties Reum suam exceptionem probare teneri, priusquam attestationes ab Actore productæ publicentur, *per C. p. 3. t. 19. pr. Clem. ult. de testib. Add. omninò Mynf. 1. O. 41.* Ratio, quia nisi Reus testes suos ante publicationem illarum attestationum examinari curet, ipsos subornare videatur, *Umm. d. n. 64.* Hinc cùm quidam Appellatus attestationibus in Camera jam publicatis articulos exhiberet, eosque ad probandum admitti peteret, pronunciatum fuit 13. Septembris 1504. Si Appellati Procurator juraret

in

in causam & sui Principalis animam, se non didicisse testificata Appellantis, quòd tunc articuli admissi esse deberent, *teste Ante-Maril. O.* 88. *Attestationum ab Actore productarum probanda.*

75. Ubi autem Exceptio Rei intentioni Actoris non contraria, sed ab hac diversa est, ita ut utraque simul vera esse possit, illa exceptio etiam post didicita Actoris testificata demum probari potest, quia hic omnis subornationis metus cessat, *Umm. d. n.* 64. Quemadmodum quoque, si Exceptio per Instrumenta aut confessionem probari intenderetur, ejusmodi probatio indistinctè post publicatas attestationes fieri poterit, *Schvv. 1. de Processſ. cap.* 54. *n.* 6. *Reliqua etiam post illam publicationem probari posse sunt.*

76. Proprium exceptionum est, (1.) Quòd omnes sint perpetuæ, *Umm. disp.* 8. *th.* 11. Quia non est in potestate Rei, ut hoc vel illo tempore conveniatur, quare ei meritò exceptionem opponere liceat, quocunque tempore conveniatur, *Umm. disp.* 8. *n.* 66. *Ubi nonnullas limitationes addit.* (2.) Quòd numero plures etiam contrariæ allegari possint, *Umm. d. th.* 11. Saltem si exceptiones invicem essent directò contrariæ, *id est, vera contradictoria,* ita ut earum altera necessariò sit falsa, utraque allegari nequit, *Umm. d. disp.* 8. *n.* 67. *Exceptionum proprium.*

77. Exceptionum finis in genere est Rei defensio. In specie autem judicii vel ad tempus vel in totum exclusio, *Umm. d. th.* 11. *Exceptionum Finis*

78. Exceptionum effectus varius est, veluti quòd inducant L. C. quòd exceptio doli ex stricto judicium bonæ fidei reddat, quòd excipiens adversarii intententionem fateri videatur, *Umm. d. th.* 11. *ibique n.* 72. *Et Effectus.*

79. Contraria exceptioni est replicatio, quæ dicitur exceptionis exclusio, *in l.* 2. §. 1. *de Except.* Nam sicuti exceptio actionem, ita replicatio exceptionem excludit. Hinc Paulus in l. 22. §. fin. de Except. ait: *Replicatio est contraria exceptio, quasi exceptionis exceptio.* Denique quemadmodum exceptio replicationem, sic rursus duplicatio replicationem excludit, *Umm. disp.* 8. *n. ult.* Ultra Duplicas verò hodie in Camera regulariter non proceditur, *Add. suprà tit.* 63. *n.* 19. *Exceptioni contraria est Replicatio. Replicationi verò rursus duplicatio.*

TIT. LXX.
DE
CAUTIONIBUS.

1. Cum sæpè contingat, ut in principio judicii cautionis præstatio in modum exceptionis exigatur, ideo absolutis exceptionibus de illa quædam hic adducere atque eandem Processus Cameralis actum septimum facere, non abs re erit. Cautio tamen non præstanda, nisi exacta fuerit. Nam vel tacito vel expresso partium consensu omitti potest, atque sic non est de substantia judicii. *Processus Cameralis actus septimus est Cautionis præstatio.*

2. Cautio autem est actus, quo aliquem de iis, quæ occasione judicii dubium vocantur, securum reddimus. Ejus species sunt satisdatio, pignoris constitutio & promissio, eaque vel juratoria vel nuda, *Umm. d. disp.* 9. *th.* 1. *Cautionis definitio & divisio.*

3. Personæ, quæ cautionem in judicio præstare tenentur, sunt vel principales vel accessoriæ. Principales sunt Judex, Actor & Reus. *Quinam cautionem hanc præstare tenentur.*

4. Judex de rectè judicando juramento cavet, ne si contra faciat actioni malè

cidendus, nec interim Partes Eventualibus sunt onerandæ, *C. p. 3. t. 38. §. 11.* Ast hodie non obstante hac interpositione Eventualia simul cum Dilatoriis sub via Præclusionis proponi debent, *Stylo ita dictante.*

Hactenus tradita de Eventualibus intelligenda sunt de casu, ubi Reus est contumax in non-agendo.

70. Denique observandum, quòd hactenus tradita de Eventualibus & simultaneo Processu duntaxat intelligenda de eo casu, ubi citatus in judicio & præsens & contumax in non-agendo existit, nam si est contumax in non-comparendo, sola lite pro contestata acceptata Actor ad ulteriora admittitur, Reus verò post L. C. comparens purgata contumacia ad Exceptiones peremptorias (non verò dilatorias, utpote quæ ante L. C. opponendæ erant,) opponendas admittitur, *C. p. 3. tit. 38. §. 12. Add. praced. tit. 66. n. 61. & seqq.*

Exceptiones oppositæ probandæ sunt à Reo.

71. Porrò oppositæ Exceptiones probari debent, alioquin nihil operantur, sed omninò frustrà opponuntur. Probandæ verò sunt à Reo, quia hic in illis actoris vices sustinet ac propterea suam intentionem quoque probare cogitur, *l. 3. de Except. l. 19. de probat.*

Et quidē Declinatoriæ indistinctè ante L. C. Dilatoriæ verò processui oppositæ similiter ante: meritis causæ verò oppositæ post L. C.

72. Deinceps oppositæ Exceptiones etiam intra certum tempus probandæ sunt, & quidem declinatoriæ ante L. C. Quod attinet dilatorias, distinguendum, nam hæ aut ipsi Processui, aut Meritis causæ opponuntur. Priori casu quoque ante L. C. probari debent. Posteriori casu quidem ante L. C. proponendas, sed post eam demum probandas esse communis Dd. cohors docet, *teste Umm. disp. 8. n. 62.* Quia hoc casu ejusmodi Exceptiones sunt actionum temporales exclusiones, ut propterea non nisi priùs probatis actionibus, probandæ sint, adinstar exceptionum peremptoriarum, quæ demum post actionem probatam & L. C. probantur. Sin verò illæ exceptiones peremptoriæ sint notoriæ, aut in continenti probari queant, illarum probationem etiam ante L. C. admittendam esse Dd. existimare attestatur *Umm. d. n. 62.*

Quæ distinctio etiam circa peremptorias observari debet.

73. Similiter peremptoriæ exceptiones ad excludendam L. C. & ipsum Processum propositæ, statim probari debent. Aliàs si altiorem indaginem requirant, illarum oppositio & probatio post L. C. ad merita causæ Reo reservatur, *Gylm. voc. sententia interlocutoria. §. Interlocutoria talis.* Quòd si meritis causæ opponantur, eas statim quampri num oppositæ, Reo, si velit & possit, probare licet. Nam cæteroquin illarum probatio demum post probatam Actoris intentionem à Reo exposcitur, *Umm. disp. 8. n. 64.* Quoniam aliàs Actore non probante Reus absolvendus, *l. 4. C. de Edendo.* Ideo ante Actoris probationem Reus ad probationem suarum exceptionum frustrà & iniquè non adigendus.

Exceptiones, quæ institutæ actioni contradictoriè opponuntur, ante publicationem atte-

74. Singulariter verò hìc notandum, quotiescunque Rei exceptio actioni institutæ est directò contraria, *id est, contradictoria*, toties Reum suam exceptionem probare teneri, priusquam attestationes ab Actore productæ publicentur, *per C. p. 3. t. 19. pr. Clem. ult. de testib. Add. omninò Mynf. 1. O. 41.* Ratio, quia nisi Reus testes suos ante publicationem illarum attestationum examinari curet, ipsos subornare videatur, *Umm. d. n. 64.* Hinc cùm quidam Appellatus attestationibus in Camera jam publicatis articulos exhiberet, eosque ad probandum admitti peteret, pronunciatum fuit 13. Septembris 1504. Si Appellati Procurator juraret

in

in causam & sui Principalis animam, se non didicisse testificata Appellantis, quòd tunc articuli admissi esse deberent, *teste Ante-Maril. O.* 88.

75. Ubi autem Exceptio Rei intentioni Actoris non contraria, sed ab hac diversa est, ita ut utraque simul vera esse possit, illa exceptio etiam post didicita Actoris testificata demum probari potest, quia hic omnis subornationis metus cessat, *Umm. d. n.* 64. Quemadmodum quoque, si Exceptio per Instrumenta aut confessionem probari intenderetur, ejusmodi probatio indistinctè post publicatas attestationes fieri poterit, *Schvv. 1. de Processf. cap.* 54. *n.* 6.

76. Proprium exceptionum est, (1.) Quòd omnes sint perpetuæ, *Umm. disp.* 8. *th.* 11. Quia non est in potestate Rei, ut hoc vel illo tempore conveniatur, quare ei meritò exceptionem opponere liceat, quocunque tempore conveniatur, *Umm. disp.* 8. *n.* 66. *Ubi nonnullas limitationes addit.* (2.) Quòd numero plures etiam contrariæ allegari possint, *Umm. d. th.* 11. Saltem si exceptiones invicem essent directò contrariæ, *id est, vera contradictoria*, ita ut earum altera necessariò sit falsa, utraque allegari nequit, *Umm. d. disp.* 8. *n.* 67.

77. Exceptionum finis in genere est Rei defensio. In specie autem judicii vel ad tempus vel in totum exclusio, *Umm. d. th.* 11.

78. Exceptionum effectus varius est, veluti quòd inducant L. C. quòd exceptio doli ex stricto judicium bonæ fidei reddat, quòd excipiens adversarii intententionem fateri videatur, *Umm. d. th.* 11. *ibique n.* 72.

79. Contraria exceptioni est replicatio, quæ dicitur exceptionis exclusio, *in l.* 2. §. 1. *de Except.* Nam sicuti exceptio actionem, ita replicatio exceptionem excludit. Hinc Paulus in l. 22. §. fin. de Except ait: *Replicatio est contraria exceptio, quasi exceptionis exceptio.* Denique quemadmodum exceptio replicationem, sic rursus duplicatio replicationem excludit, *Umm. disp.* 8. *n. ult.* Ultra Duplicas verò hodie in Camera regulariter non proceditur, *Add. suprà tit.* 63. *n.* 19.

stationum ab Actore productarum probanda. Reliqua etiam post illam publicationem probari possunt. Exceptionum proprium. Exceptionum Finis Et Effectus. Exceptioni contraria est Replicatio. Replicationi verò rursus duplicatio.

TIT. LXX.
DE CAUTIONIBUS.

1. Cum sæpè contingat, ut in principio judicii cautionis præstatio in modum exceptionis exigatur, ideo absolutis exceptionibus de illa quædam hìc adducere atque eandem Processus Cameralis actum septimum facere, non abs re erit. Cautio tamen non præstanda, nisi exacta fuerit, Nam vel tacito vel expresso partium consensu omitti potest, atque sic non est de substantia judicii.

2. Cautio autem est actus, quo aliquem de iis, quæ occasione judicii dubium vocantur, securum reddimus. Ejus species sunt satisdatio, pignoris constitutio & promissio, eaque vel juratoria vel nuda, *Umm. d. disp.* 9. *th.* 1.

3. Personæ, quæ cautionem in judicio præstare tenentur, sunt vel principales vel accessoriæ. Principales sunt Judex, Actor & Reus.

4. Judex de rectè judicando juramento cavet, ne si contra faciat actioni malè

Processus Cameralis actus septimus est Cautionis præstatio. Cautionis definitio & divisio. Quinam cautionem hanc præstare tenentur.

Judex de recte judicando juratò cavet

se judicati obstringatur, *Umm. disp. 9. th. 9.* Olim quidem ad quasvis causas Judex datus id juramentum præstabat, sed hodie, ex quo ordinarii Magistratus ipsi judicare cœperunt, id semel tantùm in initio suscepti officii præstatur, *Umm. disp. 9. n. 7.* Quomodo id etiam præstant Judex, Præsides & Assessores Cameræ, *C. p. 1. tit. 71.* Revisores causarum in Camera decisarum illud etiam præstare tenentur, *C. p. 3. tit. pen. §. pen.* Commissarii à Camera ad examinandos testes juramentum non præstant, sed Notarii illis adjuncti istud præstare coguntur, *docente praxi.*

Aliquando etiam cavet de salvo conductu.

5. Aliquando etiamsi citatus ad locum Judicii Cameralis tutò venire nequeat, ei Judex Cameræ de salvo conductu Cavere solet. Ita fieri debet, si suspectus de pacifragio ad se juramento purgandum citatur, *C. p. 2. tit. 11. §. 1.* Salvus conductus autem à Judice Cameræ non datur, nisi in casibus, quando ipsa ordinatio dat zum rechten/ *id est, ad ventilandam causam suam in Judicio Camerali*, sed quando Judex suo officio functus est, non amplius potest parti dare salvum conductũ. Nec etiam quando quis bannitus esset propter contumaciam fortè, datur ei salvus conductus, sed si velit se componere cum adversario in hoc consentiente, vel se purgare, adhuc potest salvum conductum impetrare, *Gylm. voc. Salvus conductus.*

Qui salvus conductus solùm concessus intelligitur de violentia facti.

6. Quando autem alicui datur salvus conductus, tunc ille intelligitur concessus solùm de violentia, quæ de facto contra jus infertur, *R.* 1570. *§.* Wir wollen auch. *rc.* 72. *Mynf. 1. O. 82.* Deinde Salvus conductus non solummodò ad accessum, sed etiam ad recessum extenditur, quia securitas veniendi includit securitatem recedendi, *Gail. 1. O. 52. n. 5.* Quod tamen ita accipe, si citatus delicti convictus, aut id confessus non fuerit, nam aliàs impetrato salvo conductu ampliùs non gaudet, *Umm. disp. 9. n. 9. in fin. ubi plura de salvo conductu tradit.* Denique addendum & hoc, Salvum conductum decerni in forma vel communi vel optima. Hæc est, quæ sub pœna Banni: Illa verò, quæ sub indignatione Imperatoris & Imperii decernitur. *Hujus Formula habetur in Suppl. Cam. tit. 8. n. 91. versic.* Dann unser. *Atque tit. 18. num. 24. Formulas supplicandi pro salvo conductu habes in d. tit. 18. n. 12. usque 24.*

Actor de jure communi quomodo caveat.

7. Actor de jure communi cavere solet primò, quòd velit intra duos menses à tempore porrecti Libelli litem cum Reo contestari. Deinde quòd velit usque ad finem Judicii in lite permanere. Tertiò, si contingat ipsum succumbere, quòd expensas refundere velit, *Schneidevv. ad instit. de satisdat. num. 6.* Duæ priores cautiones hodie non amplius in usu sunt, sed duntaxat ultima, *Umm. Processf. Judic. disput. 9. num. 10. 11. & 12.* In causa Merode contra Vercken, 30. Januar. 1661. Actori injunctum, ut cautionem de Judicio sisti & Judicatum solvi præstaret, *Sent. Cam. n. 721.*

Item quomodo reus caveat.

8. Denique Reus cavere tenetur judicatum solvi, *l. 46. §. 2. de Procurat.* Hac cautione tamen de jure novo levatur, si caverit judicio sisti, & se ad finem usque in lite permansurum ac sententiæ ferendæ ad futurum, *§. 2. Instit. de satisdat.* Quod intellige, si ipse suo nomine compareat, nam si per Procuratorem comparet, indistinctè tenetur satisdare judicatum solvi, *§. 4. eod. & O. C. Ratisbon.* 1507. *Art.* Wie sich *Procuratores.* 8. *§.* Jndem die. 3. Nisi immobilia possideat, quo casu

casu tantum promittit, *l. pen. Qui satis dar. cog.* Qui autem satisdedit judicatum solvi, ad alteram cautionem judicio sisti non tenetur, *Schneidevv. ad d. t. J. de Satisdat. n.* 8.

Forma cautionis.

9. Forma cautionis, quam Actor & Reus præstant, in eo consistere videtur, quòd regulariter eam per fidejussores & quidem idoneos adimplere teneantur. Idonei verò non solummodò ex facultatibus, sed simul etiam ex facilitate conveniendi existimari debent, *Umm. disp. 9. th.* 5.

10. Nonnunquam tamen alia quàm fidejussoria cautio admittitur. Nam personæ illustres & quæ fidejussorem invenire nequeunt, juratoriam cautionem præstant, uti etiam nudæ repromissioni committuntur Clerici, Monachi, Diaconissa, Monasteria & Rerum immobilium in loco judicii sitarum possessores tam Actores quàm Rei, *Umm. disp. 9. th.6.*

De jure Camerali Actor & Reus quomodo caveant.

11. De jure & Stylo Camerali Actor & Reus, qui semper per Procuratorem comparent, cavent pro se & suis hæredibus, quòd velint omnia per Procuratorem hucusque substitutos in judicio gesta rata habere, Procuratorem cunctis oneribus juris, præsertim satisdationibus judicio sisti & judicatum solvi sublevare ac omninò indemnem præstare, sub hypotheca suorum suisque hæredibus relinquendorum bonorum, quantum ad illud quovis tempore desiderabitur. *vid. formulam generalis procuratorii in C. p. 3. t. 14. adimpressam.*

Actor extraneus Reo idoneam cautionem præstet. In causis ignorationum, arrestorum & de relaxatione quomodo cautio præstanda.

12. Actor extraneus Subditum Imperii in Camera conventurus, Reo convento idoneam cautionem præstet, quemadmodum jura requirunt, quò executione extra Imperium facienda supersederi possit, *C.p. 3. t. 58.§ ult.* Hinc in causa Merode contra Vercken 30. Januar. 1661. Actori extra Imperium habitanti injunctum, ut cautionem de Judicio sisti & Judicatum solvi præstaret, *Sent. Cam. num.* 271.

13. Deinde Actor in restitutione ex causa pignorationis facienda, cautionem non exactam præstare non debet, exactam verò nudâ repromissione præstet, *C. p. 3. t. 42. §. 13.* In causis arrestorum antè relaxationem Actor idoneam ac realem cautionem præstare tenetur, *C. p. 2. t.24. §. pen.* Anne per hypothecam omnium bonorum idoneè cautum videatur, judicis arbitrio relictum est, *d.t.42.§.14.* Reus in Mandatis de relax. capt. super 4. casibus non eodem loci restitui in casum victoriæ, sed judicio tantum sisti cavere tenetur, *d. t. 42. §. 15.*

Advocati, Procuratores & personæ Cancellariæ quomodo in Camera caveant.

14. Accessoriæ personæ sunt Advocati, Procuratores & Personæ Cancellariæ judicii Cameralis. Qui omnes in initio suscepti officii juramento cavent, de officio suo fideliter præstando. *Formulas istorum juramentorum videre licet in C. p. 1. t. 72. & seqq. Addatur. Umm. disp. 9. th. 7. & seqq.*

TIT. LXXI.

DE
LITIS CONTESTATIONE.

Processus Cam. actus octavus est litis contestatio. Quæ per contradictionem Rei introducitur.

1. PErtractatis hucusque iis, quæ Dd. vocant præparatoria judicii, jam ad ipſam litis conteſtationem progredior, quæ itaque Proceſſus Cameralis actus octavus erit.

2. Ubi notandum, quòd lis non conteſtetur per actionem Reo editam eique cognitam, *id eſt, per Libellum Reo inſinuatum,* ſed per actionem in judicio propoſitam ejuſque diffeſſionem & contradictionem à Reo objectam, *Cap. unic. de L. C. unic. C. eod. l.* 14. §. 1. *C. de judic. l.* 2. *princ. C. de jurej. propter. calumn. junct. C. p.* 3. *t.* 15. §. 4. & *t.* 38. §. 14. Nam quamvis per Libellum Reo inſinuatum ei lis mota dicatur, tamen nondum eſt conteſtata, *per text. not. in l.* 25. §. 7. *ne hæred. pet.* Quod poſterius demum fit per contradictionem Rei.

Ad quam contradictionem Reus certum tempus habeat.

3. Ad iſtam verò contradictionem Reo conceditur certum tempus, intra quod poſſit deliberare, utrum cedere an contendere malit. *Auth. offeratur. C. de L. C.* atque ita à parte Rei in dubio litem adeſſe dici poteſt. Cedere verò dicitur, quando actionem fatetur, & tunc inter Actorem & Reum amplius lis eſſe dici nequit. Contendere vero dicitur, quando Actionem diffitetur poſtulatoque Actoris contradicit, & per hanc diffeſſionem atque contradictionem demum lis, *id eſt, controverſia* inter Actorem & Reum oritur, dum quod ille affirmet, iſtud hic neget.

Litis contestatio unde sic dicta.

4. Quæ contradictio ſeu actus contradictorius cùm antiquitus fieri deberet præſentibus teſtibus, exinde lis conteſtari dicta eſt. Quæ teſtium adhibitio diu in deſuetudinem abiit, ſed tamen præmemoratæ contradictioni nomen *Litis conteſtatio* manſit, atque impræſentiarum illa nominari poteſt, quatenus Actor & Reus per oblationem Libelli & reſponſionem ad illam ſimul teſtantur, ſe velle lite contendere. Nam per actionem in judicio propoſitam & reſponſionem ſubſecutam ſeu objectam contradictionem L.C. fit, *cap. unic. d. L.C. l.* 14. §. 1. *C. de judic.*

Litis contestationis definitio.

5. Eſt igitur L.C. actus per narrationem ipſius controverſiæ apud judicem proponendam perficiendus. Per Actum verò tanquam genus L.C. rectè definiri puto, quia L. C. eſt Actus ſubſtantialis judiciarii proceſſus, *Gail.* 1. *O.* 75. *n.* 1. Reliqua verba loco ſpeciei ponuntur, ac formam L. C. deſignant, quæ conſiſtit in affirmatione Actoris & negatione Rei, dum ſc. Actor rem narrat atque eam veram eſſe affirmat, è contra verò Reus illud negat. Atque ita illam rem per ſuas contrarias narrationes controverſam faciunt. Iſtam verò narrationem apud judicem eſſe proponendam expreſſè requirit *Cap. unic. de L.C. & L. unic. C. eod.* Judex verò pro Tribunali ſedere debet, *Umm. diſp.* 12. *n.* 9.

Dividitur I. in affirmativam & Negativam.

6. Litis conteſtatio autem dividitur; I. in affirmativam & negativam, diviſione indè ſumpta, quòd Actor ſua Narrata eſſe vera affirmet, Reus autem econtrà neget. Aſt cùm ex Actoris affirmatione & Rei negatione atque ita ex contradictio-

dictione demum Lis conſtituatur, non minus abſurdè Litis conteſtatio quàm contradictio in affirmativam & negativam dividitur. Quoniam verò hæc diviſio in praxi per multa ſecula obtinuit, eam cum aliis erroribus difficillimè jam tollendis retineri oportet.

7. II. In directam & indirectam, Illa eſt, quando Reus ſimpliciter & directò intentionem Actoris negat, hæc quando Reus intentionem quidem fatetur, ſed tamen illam per Exceptionem elidere conatur atque ita eandem indirectò negat. *II. In directam & indirectam.*

8. III. In veram & quaſi. Hæc eſt primus actus contradictorius Merita cauſæ concernens in cauſis, in quibus non eſt opus L.C. *Umm. Proceſſ. Judic. diſp.* 12. *th.* 6. *n.* 24. *ubi n.* 12. *ejuſmodi cauſas enumerat.* Vera L. C. eſt, quæ illi opponitur. Utraque verò eoſdem habet effectus, *d. th.* 6. *III. In veram & Quaſi L.C.*

9. IV. In generalem & ſpecialem. Illa eſt, quando Reus in genere actionem diffitetur, cujus formula eſt hæc, **In Sachen ꝛc. bin ich der Klage nicht geſtändig / bitt mich von derſelben mit Abtrag Koſten und Schaden zu erledigen** / *C. p.* 3. *t.* 15. §. 4. Specialis verò, quando Reus ſingulatim ad ſingula capita Actionis reſpondet. Quod fit (1.) Si reus reſpondeat ad articulos poſitionales. *vid infrà t.* 73. *n.* 2. (2) Si Reus ad quævis puncta in Libello Summario contenta ſingulatim reſpondeat, & in quo Factum alter quàm ab Actore narratum, ſit comparatum in ſpecie oſtendat. *Add praced. t.* 69. *n.* 52. Patet itaque generalem L.C. ſemper ſpecialem præcedere. *IV. In generalem & ſpecialem.*

10. Generalis porrò ſubdividitur (1.) in expreſſam & tacitam, *per d.* §. 4. Illa eſt, quæ fit hiſce expreſſis verbis: *Animo litem conteſtandi.* Hæc quæ abſque expreſſione iſtorum verborum fit per ſimplicem negationem. Et hanc Ordinatio Cameralis tantùm requirit, *d.* §. 4. Neque expreſſa de jure communi neceſſario requiritur, quia per Libelli oblationem & reſponſionem ad illum ſemper præſumitur animus litem conteſtandi, etiamſi ejus nulla expreſſa mentio fiat, niſi de contrario animo appareat, veluti ſi Reus dicat, ſe non animo litem conteſtandi ſed duntaxat judicem informandi gratia reſpondere, *Umm. diſp.* 12. *n.* 15. Quæ proteſtatio valet atque L. C. impedit, *Mynſ.* 3. *O.* 74. *n.* 7. *Generalis L.C ſubdividitur (1.) in expreſſam & tacitam.*

11. Non obſtat, quod vulgo dicitur, proteſtationem Facto contrariam nihil valere ſeu nihil operari, quoniam illa Theorica procedit, quando proteſtatio ordinatur ad Factum tollendum: nam facta pro infectis haberi nequeunt, *per l.* 12. §. 2. *de cap. & poſtlim.* Sed ſi proteſtatio ordinatur ad mentem tollendam Facto ſeu actui, tunc bene operatur, *Mynſ. ibid. n.* 10. 11. & 12. Hinc ſi poſteà ſimpliciter reſpondeat, lis pro conteſtata habetur, quia proteſtatio Actui contraria tollit proteſtationis effectum, *Gail.* 1. *O.* 73. *n.* 5. 6. & 7. Nec proteſtatio quicquam operatur, ſi Judex L.C. injunxerit, quia ſumus in caſu neceſſario, *Mynſ.* 3. *O.* 31. Aut ex aliis circumſtantiis Reum animum mutaſſe & animo litem conteſtandi reſpondiſſe appareat, *Umm. d. n.* 15. *Proteſt. in facto contraria quatenus valeat.*

12. (2.) Aparte Rei ſubdividitur in puram & eventualem. Hæc eſt, ſi Reus conteſtetur litem in eum eventum, ut ſi exceptiones litis ingreſſum impedientes ab ipſo objectæ à judice rejiciantur, quòd tunc lis demum pro conteſtata habenda *(2.) In puram & eventualem.*

sit. Pura est, quando Reus simpliciter respondet negando Narrata, prout narrantur, petitque ab instituta actione se absolvi. Reus verò purè condestari litem tenetur, si nullas fore declinatorias, dilatorias vel alias exceptiones litis ingressum impedientes habeat, *C.p.3.t.15.princ.* Alioquin eventualiter eam contestatur, *d. t.* 15.§.7. & 8. Quòd si Reus habeat solùm exceptiones contra libellum, tunc lite pure contestata, eventualiter ad libellum respondere debet, *R.*1570.§. Setzen demnach. 89. & 4. *seqq.*

Quis litem contestari possit. In Camera necessariò est contestanda.

13. Litem contestari potest non solum ipsa pars sed & ejus procurator, *Umm. disp.* 12. *n.* 5. Lis verò in Camera necessario contestanda, quia est fundamentum Judicii & de ipsa ordinis judiciatii substantia, quare nec partium consensu neque Judicis authoritate omitti potest, sed omissa vitiat processum & sententiam latam reddit ipso jure nullam, *Gail.*1.*O.* 75.*n.*1.*Mynf.*3.*O.*74.*n.*1.& 3.*seqq.* Idque in Camerali judicio indistinctè procedit, nam ibi in omni causa tam S.Q. quàm appellationum lis necessario est contestanda, etiam tum quando ab interlocutoria simplici appellatum, *C.p.*3.*t.*38.§.6.

Quanquam si in prima instantia non sit contestata id in Camera non attenditur. Modò postea in Camera contestetur.

14. Quòd si lis in prima instantia non sit contestata sed omissa, dummodo aliàs de Meritis causæ principalis ex Actis prioribus judici planè constare possit, Judex Cameræ talem sententiam confirmare vel reformare potest, *Gail.d.O.*75.*num.*5. Ratio quia omnes nullitates in priori instantia commissæ causæ principali non præjudicantes, sed tantummodo figuram solennitatemque judiciorum respicientes, siquidem in Camera reparabiles, ab hac non attenduntur, *per C.p.*3.*t.*40. §. 1. *Add. supra tit.* 56. *n.* 21. & 2. *seqq.*

15. Deinde quanquam de Jure communi in causis appellationum à definitiva non requiratur L. C. si hæc inpriori instantia sit facta, quia effectus L.C. in prima instantia factæ ad causam appellationis porrigitur atque extenditur. Ratio quoniam licet Appellationis causa diversa sit instantia, tamen eadem causa est, *Gail.* 1. *O.*76.*n.*1. Id tamen secus in Camera obtinet, ubi etiam in causis appellationum, sive lis in prima instantia sit contestata sive non, necessario est contestanda. Atque si per incuriam procuratorum lite non contestata in causa appellationis sit conclusum, Judex ex officio factam conclusionem rescindit, & L. C. injungit, *Gail.* 1. *O.* 76. *n.* 2. Sin verò Reus litem contestari tergiversetur Judex L. C. sub comminatione litis pro contestata aliàs accipienda injungit.

Tempus litis contestandæ præfixum est terminus primus.

16. Tempus liti in Camera contestandæ præfixum antiquitus erat terminus secundus, *C.p.* 3.*t.* 15.*pr.* & *t.* 38.§. 3. Hodie est terminus primus, nam in hoc termino Reus suas Exceptiones sub via præclusionis proponere cogitur, *supra tit.* 69. *num.* 42. & 61. Illis Exceptionibus verò semper L. C. est annectenda, *R.* 1570.§. Demnach setzen. 89. *R.* 1594. §. Setzen demnach. 63. & *seq.* Idque vel purè vel eventualiter, *juxta distinctionem traditam præced. n.* 12.

Objectum L. C. est res in judicium deducta, & id quod controversum est.

17. Objectum L. C. in genere est quævis res controversa, de qua judicium suscipitur. In specie autem lis contestanda est super eo, quod inter partes principaliter controversum est, *Umm. Processf Judic. disp.* 12. *th.* 4.

18. Et quanquam regulariter lis in quacunque causa contestanda sit, tamen hæc

hæc Regula in nonnullis causis limitatur, & quidem in omnibus causis, in quibus libellus non requiritur, *quas vid. praeced. t. 68. n. 27. & 28.* In iis nec L. C. opus est, *Gail. 1. O. 46. n. 4. Plures causas recenset Umm. disp. 12. n. 12.* *In quibus causis L. C. non sit necessaria.*

19. Forma L. C. substantialis in congrua unius affirmatione, & alterius negatione consistit. Accidentalis autem forma in eo, quod omnis litis contestatio modo directo, modo purè, modo in eventum fiat, ponenda videtur, *Umm. disp. 12. th. 5.* *Forma litem contestandi.*

20. Ad formam accidentalem quoque spectat, quòd lis ab Advocato in scriptis, à Procuratore autem nomine Rei comparente oretenus contestanda sit, *R.* 1570. §. Demnach setzen. 89. *& 5. seqq. C. p. 3. t. 15. §. 4. atque t. 38, §. 14. in quo §. 4. & 14. formulæ oralis L. G. traduntur.*

21. Finis litis contestationis est, ut judex intelligat, super quo ipsi judicandum sit, & partes sciant, in quo lis consistat, & quid ab ipsis probari vel impugnari debeat, *Umm. disp. 12. th. 6.* *Litis contestationis Finis.*

22. Effectus varius & multiplex. Alius enim est à parte Judicis, alius à parte actoris, alius à parte Rei, alius denique promiscuus seu communis, *Umm. d. th. 6.* *Effectus.*

23. Ad contraria spectat, quod litis contestationi partes renunciare, vel Judex etiam cum partium consensu eam tollere nequeat, *Umm. disp. 12. th. 8.* *Et contraria.*

TIT. LXXII.

DE

JURAMENTO CALUMNIÆ.

1. Lite jam contestata deinceps ordo juris requirit, ut Juramentum Calumniæ præstetur, *Umm. Process. Judic. disp. 12. thes. 8.* Quæ præstatio itaque erit Processus Cameralis actus nonus. *Processus Cam. actus nonus est præstatio juramenti calumniæ.*

2. Juramentum Calumniæ (Der Eyd für Gefährde) est nihil aliud quam Juramentum à litigantibus super causa bona fide suscepta & deinceps prosequenda præstandum, *Umm. praalleg. th. 8.* *Ejus definitio.*

3. Hujus Juramenti præstationem exigere possunt omnes, qui in Judicio sive suo sive alieno nomine comparent, *Umm. disp. 12. th. 10.* Eandem quoque Judex ex officio injungere potest, *R.* 1654. §. Uber dieses. 43. Utrumque verò post L. C. in quacunque parte Judicii fieri licet, *C. p. 3. t. 15. §. 1. & d. §. 43.* Ab alterutra parte autem exactum non ante præstandum, quam si Judex id permittat, *d. §. 43. vers.* Und der Richter es darauff erkennet. *Præstationem juramenti calumniæ exigere possunt litigantes & Judex.*

4. Illud Juramentum verò exigendum oretenus, nam si tantummodò in scriptis exigatur ac desuper in causa procedatur, à Judice præteriri potest, *d. t. 15. §. 2.* Oretenus autem exactum de substantia Judicii est, adeò ut ejus omissio vitiet processum & sententiam latam nullam reddat, *Gail. 1. O. 48. n. 1.* Proinde si in Camera Juramento oretenus exacto eoque non præstito, hinc inde in causa conclusum sit, facta conclusio ex officio rescinditur, & parti, ut petitum juramentum sub pœ- *Oretenus verò exigendum est.*

Juramentum Calumniæ in prima instantia exactum licet non sit præstitum, ob id Processus in Camera non annullantur.

na legali præstet, per interlocutoriam injungitur. Quia Judex etiam post conclusionem causæ juramentum calumniæ exigere potest, *Gail. d. O. 84. n. 6.*

5. Quod si in prima instantia juramentum calumniæ à parte exactum non sit præstitum, ob id Processus in Camera non annullatur, sed eo non obstante in causa principali pronuntiatur, maximè eo casu, quo pars, quæ tale Juramentum exegit, Judice ad ulteriora procedenre non appellaverit, sed causam ad conclusionem usque prosecuta sit, *Gail. 1. O. 84. n. 3.* Nam quoties alias Judici Cameræ de Meritis causæ ex Actis plenè constar, toties ejusmodi nullitates non attendit, *C. p. 3. t. 40. §. 1.*

Juramentum Calumniæ regulariter omnes litigantes præstent.

6. Hoc Juramentum præstant regulariter omnes litigantes sive suo sive alieno nomine judicium suscipiunt, excepti sunt Parens, Patronus, Dominus, Vasallus & Pares Curiæ, *Umm. disp. 12. th. 9.*

In Camera verò non solum ipsi litigantes sed etiam horum Advocati & Procuratores illud præstare coguntur.

7. In Camera verò non solum ipsi litigantes, sed etiam ipsorum tum Advocati tum Procuratores Juramentum Calumniæ præstare coguntur, *C p. 1. t. 87. princ. G. B. 28. Januar. 1657. §. 1. Add. Sentent. Cam. num. 177. 221. 941. & 952. Atque ibidem in Mantiss. n. 35. & 87.* Et quidem Procurarores semper illud in persona in propriam animam, in quantum ipsis causa cognita, præstant, *d. §. 1. vid. Sent. Cam. num. 221. 240. 316. 528. 607. 941. 961, 967. & 975.* Litigantes aliquando etiam in persona, ut plurimum verò, sed Advocati semper per Procuratores speciali Mandato (*cujus formula habetur in C. pag. 3 tit. 38. circa finem.*) instructos id præstant. *Vid. Sentent. Cam, num. 177. 221. 291. 326. & in Mantiss. num. 35. & 87.*

Illud juramentum alieno nomine præstans speciali mandato ad id instructus esse debet.

8. Speciali autem Mandato opus est, quia generale Mandatum ad juramentum non sufficit, quia juramenti præstandi nuncupatim mentio fieri debet, per rationem, quod in generali Mandato ad jurandum non veniat delictum & generalitas illa de justis causis intelligenda sit. Unde si Procurator vigore ejusmodi generalis Mandati in causa injusta pro Domino juramentum calumniæ præstaret, Dominus non obligaretur & per consequens in perjurium non incideret, sed pro non jurato haberetur, *Gail. 1. O. 83. n. 2.*

9. Et licet nonnulli velint causæ etiam, super qua jurandum de calumnia, in Mandato mentionem fieri debere, per rationem prædictam quod Mandatum ad jurandum de calumnia simpliciter datum intelligendum foret de causis justis, & sic Dominum ratione perjurii non obligaret, attamen id in Camera tam strictè non observatur, ibi enim sufficit si in isto Mandato mentio tantum fiat de præstando juramento Calumniæ, *Gail. d. O. 83. n. 3. Add. ejusdem juramenti formula in C. p. 3. t. 38. pag. 255.*

Ut autem in eo Mandato causæ super qua jurandum, exprimatur, necesse non est.

10. Deinde quanquam vigore generalis Procuratorii ad præsentes & futuras causas concepti, si hoc expresse mentionem faciat de juramento Calumniæ præstando, tale juramentum in omnibus causis per procuratorem taliter constitutum præstari posse & sic habere communem observantiam doceat Gail. *d. O. 83. n. 4.* Tamen illa observantia in Camera hodiè non obtinet, nam licet in generali Procuratorio mentio fiat de juramento Calumniæ præstando, *vid. C. p. 3. t. 14. pag. 226.* Ta-

226. Tamen ſemper ſpeciale Mandatum ad præſtandum illud juramentum requiritur.

11. Hoc autem ideo fit, ut jurans in ſpecie, quid jurare teneatur, & ſibi à perjurio ejuſque pœnis eo melius poſſit cavere, ſciat. Quapropter certa formula ſpecialis Procuratorii compilata, eique tenor juramenti inſertus eſt, quod Procuratorium à jurante propriâ manu, vel ſi iſte artis ſcribendi ſit expers, ipſo præſente ad ſuam inſtantiam & ſuo nomine, hujus expreſsâ mentione adjectâ, à Magiſtratu loci aliave perſona publica, aut etiam hac deficiente à duobus honeſtis viris ſubſcribatur, atque in primo termino producatur, ac juramentum ſuper tota cauſa præſtetur, *R.* 1654. §. Uber dieſes. 43. Ubi tamen notandum, quod illud Procuratorium non ſtatim in primo termino ſed poſtea, quando juramentum præſtandum eſt, produci ſoleat.

12. Pœnas non-jurantium quod attinet, ſiquidem Actor fuerit, ab inſtituta actione cadit, Reus verò pro confeſſo habetur, declaratoria tamen judicis ſententia utroque caſu requiritur, quæ priori caſu abſolutoria, poſteriori autem condemnatoria eſt, *Gail.* 1. *O.* 86. *n.* 1.

13. Pars tamen contumax in non-jurando ante declaratoriam ſententiam moram purgare ac petitum juramentum præſtare poteſt, (1.) quia moræ purgatio admittitur, ſi res ſit integra & jus Adverſarii non ſit effectum deterius, *Gail. d. O.* 86. *num.* 2. Jam autem illud jus non eſt factum deterius eo quod pœna non jurantis ſententiam declaratoriam requirat, ergo mora purgari poteſt, *ibid. n.* 4. (2.) Per Regulam, quod in pœnis legalibus mora purgari poſſit ante ſententiam declaratoriam, *ibid. n.* 3.

14. An autem iſta pœna non-jurantis de calumnia contra hæredem tranſeat, caſu quo recuſans jurare ante declaratoriam ſententiam deceſſiſſet, ita ut hæres virtute tacitæ ſeu fictæ confeſſionis queat à judicio repelli aut condemnari probabiliter dubitari poſſet. Sed breviter Dicendum quod non, per regulam generalem, quod pœna nunquam ad hæredes tranſeat, ubicunque ex diſpoſitione legis vel ſtatuti ob contumaciam quis pro confeſſo habeatur. Licet aliàs regulariter pœna à lege ipſo jure impoſita ad hæredes tranſeat, *Gail.* 1. *O.* 86. *n. ult.* Contumacia autem in non-jurando ficta & non vera eſt. *ibid. n.* 4.

15. Advocati & Procuratores jurare nolentes pœna pecuniaria in Camera puniuntur, *Gail.* 1. *O.* 89. *n.* 4. Ubi addit, etſi Procurator rectè & probè faciat, ſi recuſet jurare, quando intelligit in quacunque parte Judicii ſuum Principalem fovere cauſam iniquam, tamen quia temerem lite conteſtatus atque ſic Dominus litis factus ſit, meritò ejus negligentiam aliquâ pœna coerceri. Quod tamen non aliter procedere puto, quàm ſi procurator ante L. C. ſciverit ſuum Principalem malam cauſam fovere & nihilominus litem conteſtatus ſit.

16. Præſtatione autem Juramenti Calumniæ non opus eſt, ſi id exactum non ſit, *Umm. diſp.* 12. *n.* 43. *Quòd confirmat* B. R. 27. *Januar.* 1657. §. 1. *verſic.* auff Erfordern. Nam illud tacitè remitti poteſt, licet hoc expreſſè fieri nequeat, quia tale pactum calumniis viam aperiret, & ſic per conſequens turpitudinem contineret, unde reprobatum eſt, *Gail.* 1. *O.* 85. *n.* 2.

17. De-

Licet clauſula de jurando calumnia præſtando generali Procuratorio ſit inſerta, tamen hodie in Camera inſuper ſpeciale Mandatum requiritur.

Hujus requiſitionis ratio.

Partium non juranttium pœna.

Hæc pœna ante ſententiam declaratoriam purgari poteſt.

An hæc pœna ad hæredes tranſeat.

Advocatorum & Procuratorum non-jurantium pœna.

Præſtatio juramenti tacitè non verò expreſſe remitti poteſt.

Procurator ex officio datus quatenus a praestatione Juramenti immunis sit.

17. Deinde Procurator ex officio datus, si Juramentum Calumniæ ab eo exigatur, non est cogendus ad illius præstationem, quod Merita vel justitiam seu injustitiam causæ attinet, quia nihil ei imputari potest, qui Judicis Mandato morem gerit. Nec videtur Calumniari, qui jussu Magistratus obtemperat, cum parere necesse habeat, *Gail.* 1.*O.*88.*n.*4. Quoad alia verò hujus juramenti Requisita ad Processum Judiciarium duntaxat pertinentia, v.g. quòd causam calumniosè protrahere nolit petendo superfluas calumniosasque dilationes, cùm ista nudum officium Procuratoris concernant, illud Juramentum meritò præstare cogitur, *Gail. d. O.* 88. *n.* 9.

Juramentum Calumniæ non præstet Procurator & Advocatus Fisci Cæsarei.

18. Procuratori Fisci Cæsarei hoc Juramentum remittitur, quia Cæsaris & Imperii nomine ex generali Mandato Constitutionum Imperii causas peragit ac in Judicium deducit. Ejusmodi igitur Juramento ob Majestatem mandantis gravari non debet. Et alias Calumniari non præsumitur, quem officii necessitas excusat, *Gail.* 1. *O.* 90. *num.* 4. Idem dic de Advocato Fisci, *docente experientia.*

Idem Statuum Consiliarii Jurati & Actuales in causis suos Dominos concernentibus.

19. Quartò & denique à præstatione Juramenti Calumniæ etiam immunes sunt Statuum Consiliatii, quatenus munere Advocatorum in causis suos Dominos concernentibus funguntur, *R.* 1654. §. Uber dieses. 43. Hæc immunitas autem solummodò obtinet in Statuum Consiliariis Juratis &, Actualibus, (in den verpflichten würcklichen Räthen /) *d.* §. 43. Secus itaque erit in Consiliariis honorariis, quos vulgò nominamus Räthe von Hauß auß. Atque hinc in causa Waldeck contra Ostfrießland 7. Jul. 1665. Consiliariis actualibus præstatio Juramenti remissa; Honorariis verò injuncta est, *Sentent. Cam. in Mantiss. n.* 35.

Hujus immunitatis ratio.

20. Illius verè immunitatis ratio forsan non incommodè hæc reddi potest, quoniam isti Consiliarii omnia ex jussu suorum Superiorum & ex officio agere cogantur, ideò cum ob hanc rationem quivis etiam Fiscalis à juramento calumniæ sit immunis, iidem Consiliarii valdè iniquum Putabant, si quis ipsos ad istius juramenti præstationem adigere vellet, & sic pejoris conditionis facere, quàm alium quemvis Fiscalem.

Objectum juramenti Calumniæ.

21. Objectum juramenti Calumniæ in genere est omnis causa de qua in judicio agitur, *Umm. disp.* 12. *th.* 11. Exceptis quibusdam causis, *quas vide ibid. n.*46. *&* 3. *seqq.* Illud juramentum verò præstari debet tam in prima quàm in secunda instantia, licet jam in prima sit præstitum, *Umm. disp.* 12. *n.* 41.

Forma juramenti Calumniæ in eo consistit ut præstetur idoneo tempore.

22. Forma juramenti Calumniæ in eo consistit, ut idoneo tempore, loco & modo præstetur, *Umm.* 12. *th.* 12. Tempus est, quòd sit præstandum post L. C. adeo ut si de Facto contra fiat, sententia lata non subsistat, tamen si illud post L. C. repetetur, vitium nullitatis tolletur, *Umm. disp.* 12. *n.* 50. *Add. praeced. n.* 3. Hoc juramentum enim ad totam causam pertinet, causa verò demum post L. C. propriè in judicium deducta esse censetur, *Gail.* 1. *O.* 85. *n.* 1. Super punctis emergentibus, v. g. Super Exceptione dilatoria, tam ante quàm post L. C. rectè præstatur, *Umm. & Gail. d. loc.*

Loco.

23. Locum præstandi juramenti quod attinet, illud præstandum coram judice, quando

quando is coram Tribunali ſedet, *Umm.diſp.*12.*n.*51. Quod etiam in Camera obtinet. Olim juramentum Calumniæ in Ordine Novarum præſtabatur, *C.p.*3.*t.*7. §. 3. In quo ordine etiam præſtabatur juramentum Appellationis, ac reliqua juramenta, *d.* §. 3. Sed hodiè finito ordine reproductionis ante initium Ordinis Novarum tam juramentum Calumniæ quàm reliqua juramenta præſtantur.

24. Modus præſtandi juramentum eſt, quòd primum Protonotarius formulam juramenti, *quam vid.C.p.3.t.30.pag.*253. prælegat, quô factô Procurator jurans è ſuo loco Tribunal accedens, ſceptrum judicis tribus prioribus digitis tangit, poſteà Procuratore ſublevata manu erectis illis digitis, coram judice ſtante, judex Procuratori recitat hæc verba: Wie mir iſt vorgeleſen und ich wol verſtanden habe/ dem iſt alſo / und wil ihm alſo nachkommen / ſo wahr mir Gott helff und ſein heilig Evangelium. Atque ſic Procurator recitata verba clarè repetens jurat. *& modo.*

25. Finis Juramenti Calumniæ eſt, ut metu conſcientiæ litigantes à falſa & iniqua actionis dictatione aut exceptione, inutilibus item dilationibus & probationibus non neceſſariis deterreat, *Umm. diſp.* 12. *th. ult.* *Juramenti Calumniæ finis.*

26. Effectus eſt, quod deinceps Calumniæ ſuſpicionem ceſſare faciat, *Umm. d. theſ. ult.* uſque dum evidenter de calumnia appareat, *Umm. diſp.* 12. *num.penult.* Nonnulli etiam ad effectum referunt, quod jurans de calumnia à refuſione expenſarum liberetur, ſed contrarium rectius docet, *Umm. ibid. n. ult.* *Et Effectus.*

TIT. LXXIII.
DE
PROBATIONIBUS.

1. LIte conteſtata & juramento Calumniæ præſtitò proximum eſt, ut ad ipſam probationem deveniatur, quæ igitur Proceſſus Cameralis actus decimus evadit. De jure communi probatio ita vulgò inſtitui ſolet, ut primò Actor ipſam litem articulatim quaſi ponat vel libellum articulatum loco poſitionum exhibeat, & Reus ad ſingulas poſitiones factas reſpondeat, ut ex reſponſiones colligatur, quid per confeſſionem Rei agnitum, & quid probandum reſtet, *Umm. Proceſſ. Judic. diſp.* 13. *princ.* *Proceſſus Cam. actus decimus eſt probatio.*

2. De jure Camerali antiquo probatio ita inſtituebatur, primo Actor poſt L. C. & præſtitum juramentum Calumniæ ſuum Libellum articulatum ante L. C. exhibitum loco poſitionum repetebat, *C. p.* 3. *t.* 15. §. 3. & 4. Atque deinde Reus ad ſingulas poſitiones ſeu articulos reſpondebat, & poſt præſtitum juramentum dandorum ac reſpondendorum Actor ſuos articulos atque Reus ſuas reſponſiones repetebat, *C.p.*3.*t.*16. Articulis negatis Actor ſe ad probationem offerebat, *C. p.* 3 *t.* 19. §. *ult.* *Probatio quomodo de Jure Camerali antiquo inſtituenda ſit.*

3. Hodiè quanquam abrogato antiquo articulandi modo Actor ex Libello ſummario quaſdam poſitiones (*quas poſitionales nominamus*) & Reus ex ſuis Exceptionibus itidem nonnullus poſitiones (*quibus nomen defenſionales ſeu peremptoria-* *Et quomodo de iure noviſſimo inſtitui debeat.*

ptoriales induuntur,) extrahere ac deſuper reſponſiones expoſcere liceat, *R.*1654. §. Dieweil aber. 41. & §. Zu welchem End. 49. *Add. ſupra t.* 68. *num.* 8. *uſque* 12. Tamen modus ejusmodi poſitiones extrahendi atque has reſpondendi uſu nondum receptus. Quapropter de illo modo amplius hic agere ſuperſedeo, præſertim cùm in eo circa poſitiones, reſponſiones & confeſſiones quidpiam de jure communi diverſum non diſpoſitum reperiatur. *De his omnibus videri poteſt. Umm. Diſp.* 13. *th.* 1. *uſque* 13.

Differentia inter articulos poſitionales, Defenſionales & Probatoriales.

4. Hic obiter obſervatu non adeò indignum, quòd in præalleg. §. 41. & 49. Item in §. Dieſem nechſt. 34. eod. iſti poſitionales ac defenſionales abuſivè vocentur articuli probatoriales. Nam poſitionales ac defenſionales ſunt articuli propter veritatem ab Adverſario eliciendam propoſiti, quæ veritas ex adverſarii Cathegoricâ reſponſione ad iſtos articulos ſub pœna confeſſatorum neceſſariò reddendâ apparebit. Probatoriales verò dicunt Dd. qui non ad reſpondendum, ſed ad teſtes deſuper examinandos proponuntur, *ſuprà t.* 68. *n.* 13. & 2. *ſeqq.*

Probatoriales articuli hodie in Camera ſoli in uſu ſunt.

5. Atque hi articuli probatoriales ſoli impræſentiarum in Camera in uſu ſunt. Nam poſtquam Reus Narrata ſummarii Libelli vel actor Exceptiones Rei negaverit, negata Actor ex ſuo Libello & Reus ex ſuis Exceptionibus extracta in articulos redigit, & ſuper iis vel teſtes examinari petit vel etiam Inſtrumenta producit, atque ſic ſuos articulos probat.

De Juramento litis deciſorio remiſſive.

6. Quòd ſi articulans de ſuorum articulorum probatione diffidit, vel ut eò citius controverſiæ finem imponat, poſthabitis veris probationibus Adverſario Juramentum deferre ſolet, ut ſi ſub conditione delatâ juret, omninò cauſæ victoriam reportet, quapropter antequam ad ipſam probationem fuiſſem progreſſus, hic aliquid de juramento litis deciſorio præmittere debuiſſem, ſed cum hujus juramenti materia latè ac eleganter ab Ummio Proceſſ. Judic. diſp. 14. ſit pertractata, ad eum brevitatis ergò benevolum lectorem remitto.

Probationis Definitio & Diviſio.

7. Probatio eſt ejus, quod in controverſiam vocatur, legitima judici facta demonſtratio. Ejus ſpecies ſunt duplices, nam à cauſa efficiente in artificialem & inartificialem: ab effectu in plenam ac ſemiplenam probationem diſtinguitur, *Umm. Proceſſ. Judic. diſp.* 15. *th.* 1. De plena probatione, ut & de præſumptionibus, vide eund. d. diſp. 15. per tot. Semiplenam perſtringit idem diſp. 18. th. 1. uſque 5. utraque perficitur vel per teſtes vel inſtrumenta. De illis præalleg. Ummius diſp. 16. de his diſp. 17. agit.

Circa probationem in O.C. nihil diverſum à jure communi conſtitutum eſt.

8. Et cum quoad hæc omnia in O. C. nihil quicquam à jure communi diverſum ſeu peculiare ſit conſtitutum, iſtaque Ummius in alleg. loc. pro juvenibus Practicis ad debitam ſufficientiam pulchrè pertractaverit, ad illum hos remiſſos volo, qui & alioquin dignus, ut à dictis practicis in ſuccum & ſanguinem, uti vulgò loqui ſolemus, totus vertatur. Cùm autem laudatus ill. Ummius duntaxat Proceſſum prioris inſtantiæ ſcripſerit, ei quoad proceſſum ſecundæ inſtantiæ adjungi poteſt Scarcias in eleganti ſuo tractatu de Appellationibus. Utroque perfecto præ omnibus Gilm... Adberti Judiciariæ praxis civilis & Criminalis manus non ſine parvâ utilitate admoveri poſſe arbitror.

9. Por-

9. Porrò quanquam aliàs ipse Judex testes examinare & Instrumenta probatoria transumere debeat, Judex Cameræ tamen utrumque suis delegatis committit, qui inde moderno tempore *Commissarii*, & actus committendi *Commissio* nuncupatur. De utroque amplum & pulchrum tractatum scripsit Rutgerus Rulandus, qui dignus est, ut legatur. Mihi hic in primis tantum est animus adducendi illa, quæ de Commissariis & Commissionibus in O. C. peculiariter sancita reperiuntur.

Ipse Judex testes examinare & instrumenta probatoria transumere debet sed Judex Cameræ suis delegatis utrumque committit.

10. Antequam autem Judex Cameræ suis delegatis negotium examinandi testes & instrumenta transumendi committit, illi prius à parte probante nominandi sunt ac peti debet, tales ordinentur, *C. p. 3. t. 19. §. ult. & t. seq. princ.* Aliquando tamen etiam Judex Cameræ Commissarios nominat atque ordinat, *Rulant. de Commiss. p. 1. l. 2. c. 6. n. 11.*

Sed tamen à parte probante peti & nominari debent idque vel in scriptis vel oretenus.

11. Commissarii ordinari petuntur vel in scriptis per supplicam, vel oretenus per Recessum. Posteriori casu nomina Commissariorum in schedula specificè designata exhiberi oportet, ne posteà in expeditione Commissionum circa nomina erretur, *C. p. 3. t. 20. §. 2.*

12. Quòd si duo pluresve Commissarii simul nominati sunt, illi semper cum clausula: Sampt und sonders: in Camera ordinantur. Hinc cum in causa W. contra H.C. 5. Maji 1658. extrajudicialiter Commissio ad duos sine hujus Clausulæ insertione decreta sed unus Commissariorum in ea suscipienda impeditus esset, 27. Augusti 1659. Rescriptum & extensio hujus Commissionis cum insertione illius clausulæ petit & obtenta fuit, *teste Roding. lib. 3. tit. 14. num. 18. vers. Imò propter hanc.*

Plures nominati cum clausula: Sampt und sonders. *ordinantur.*

13. Istius autem clausulæ effectus est, ut non solùm omnes, sed etiam singuli ordinati intelligantur & unus ex illis solus commissionem perficiens nullitatem non committat, *Ruland. p. 1. lib. 2. cap. 24. n. 4.* Hinc etiam est, ut alter alterum delegare possit, licet pars adversa contradicat, quia, ut dixi, Commissio aliàs ab uno perfici potest, sin verò unus tantùm sit ordinatus, ille partibus invitis alium sub delegare non potest. *Mynf. 3. O. 41.*

Illius clausulæ effectus.

14. Cum autem non minor qualitas in Commissariis, qui nonnunquam à judice Cameræ ordinantur, quàm in ipso judice requiratur, sancitum ut nemo commissarius ordinetur, qui non idoneus & legalis habitus sit, *C. p. 3. t. 20. §. 7.*

Commissarius debet esse persona idonea & legalis.

15. Procuratores judicii Cameralis, Protonotarii, Notarii, lectores, aliæve similes personæ, ne à suis officiis detrahantur, Commissarii non nominandi, *C. p. 3. tit. 20. §. 10.* Quod tamen intellige, si testes examinandi alienæ jurisdictioni subjacent, nam si jurisdictioni Camerali subsunt, licet alius Commissarius nominatus, tamen ille non admittitur, sed Proto-vel Notarius Cameræ Commissarius ordinatur.

Personæ Camerales commissarii nequeunt nominari posse.

16. Hinc in causa Evæ Simon Müllers Wittib contra Hans Eselhausens Sohn 1 April. 1568. tale decretum datum: Wie gebetten abgeschlagen/ (*sc. quoniam pars Commissarium nostra jurisdictioni non subjectum nominabat, commissionem & tempus pro dilatione petebat*, sondern ist auff vorbracht invocatorias Lr.

Præjudicium.

P. K. dieses Keyserl. Cammergerichts Protonotarius zum Commissarien verordnet. Neque *ex officio* dicimus, quoniam officialis Confluentini implorationem principaliter rejiciebamus, ad cujus, non ad partis ineptam petitionem Commissarium ordinavimus, *Gylm. voc. literæ mutui passus. in fin.*

Quando testes Cameræ subjectus per literas mutui compassus examinentur.

17. Literas mutui compassus autem judici Cameræ ad examinandum testes jurisdictioni Cametali subjectos transmissas solet dictus judex pedello tradere & testi examinando legendas per eundem mittere ac jubere, ut in causa illa testimonium veritati perhibeat, *Gylm. voc. literæ mutui passus pr.* Deinde judex Commissarium ex officio absque concessa dilatione per decretum deputat. Et quoniam non moris est ex Cancellaria commissionem extrahere, idcirco nec ea decernitur, sed hoc casu decretum, cui Commissio implicitè inest, ejus instar est, quo ostenso testes deponunt. Atque si tam judex quàm testes in loco sunt, & hi testimonium nolunt perhibere, judex oretenus jubet, ut in causa deponunt, *Gylm. ibid.* §. 1.

Literæ mutui compassus quid sint.

18. Literæ mutui compassus dicuntur, quibus judex de causa cognoscens, aliusve cui id muneris commissum est, ad alium & alterius territorii judicem scribit, ut propter scribentis deficientem jurisdictionem iste alius judex subsidium in administranda justitia quoad illam causam ferre velit. Aliàs vocantur literæ subsidiales, remissoriales, requisitoriales, invocatoriæ, imploratoriæ, Compaß-Brieffe / Hülffs Brieffe.

Quando hæ literæ locum habeant.

19. Hæ literæ verò locum habent, (1.) Si Reus citandus alterius jurisdictioni subsit, quô casu judex de casu cognoscens judicem Reicitandi requirit, ut istum Reum coram judice cognoscente ad certum terminum comparere jubeat. (2.) Si Bona, in quibus executio facienda, extra territorium judicis exequentis sita sint, Tunc enim ab hoc Judex bonorum sitorum ad faciendam executionem requiritur. Sic à Camera Subsidiales decernuntur in causa fractæ pacis, si executio in bona banniti extra Imperium sita fieri debeat, *Gail. 2. de P.P. cap. 17. n. 35.* (3.) Si testes examinandi examinatoris jurisdictioni non sunt subjecti, tunc examinator judicem, cujus jurisdictioni testes subsunt, requirit ut illos coram examinatore ad dicendum testimonium comparere jubeat, vel etiam ipse eos examinet.

Si testis mediatè imperio subjectus, non Camera sed Commissarius ab ea datus literas mutui compassus emittit. Testes contumaces commissarius à Camera quidem in pœnam declarare potest.

20. Atque in hoc ultimo casu, si testis mediatè Imperio subjectus, tunc non Camera sed Commissarius ab ea datus literas mutui compassus ad judicem illius testis emittit. Sed quid si iste judex ejusmodi literis obtemperare nolit? ℞ Ex capite denegatæ justitiæ per Mandata pœnalia ad obtemperantiam illum à Camera compelli posse existimo.

21. Quod testes contumaces attinet, si illi à Commissario citati in termino præfixo non comparent, Commissarius iterum illos sub pœna pecuniaria citat, in quam durante contumacia per Commissarium declarantur, postea in Camera ad partis producentis vel Commissarii porrectam Supplicationem contra testes refractarios & jam in pœnam pecuniariam declaratos decernuntur. Executoriales ratione dictæ pœnæ, ac simul Mandata sub pœna Banni, (quia Commissarius nec exequi, neque in Bannum declarare potest,) ut intra terminum Mandatis insertum se coram Commissario sistant & testimonium perhibeant, eisque in contumacia

macia perseverantibus in Bannum à Camera declarentur, *Gail.* 1. *O.* 100. *n.* 10. & 2. *seqq. Ante-Marsl. O.* 22. *Magenb. ad O. C. p.* 3. *t.* 16. *vers. Sed jam quæro.* Illa verò Mandata in causis pendentibus judicialiter petenda, in reliquis extrajudicialiter, *Tennag. Class.* 2. *cap.* 12. *num. ult.*

22. Aliquando etiam testes contumaces in Camera in pœnam pecuniariam condemnantur, iisque injungitur, ut adhuc sub pœna Banni coram Commissario compareant, & in causa testificentur, *Magenb. d. vers. Sed jam quæro.* Cum quidam testis à Commissario citatus deponere recusaret, & denuo sub pœna 100. fl. citatus contumax esset, in Camera extracta citatio ad vidend. se declarari in dictam pœnam juncto Mandato sub pœna 2. Marc. aur. ut ipse nochmahls si citetur à Commissario, compareat, ac præstito juramento deponat, *referente Gylm. voc. testis §. testis mediate.*

Aliquando ipsa Camera illos in pœnam declarat.

23. Quod si Commissarius à judice inferiori datus est, distinguendum inter testes immediatè ac mediatè Imperio subjectos. Illi ad instantiam Commissarii vel partis producentis ad testimonium dicendum à Camera per Mandata pœnalia compelli debent, potest etiam nova commissio in Camera impetrari, *Gail. d. O.* 98. *num.* 1. Habetque hæc via plus civilitatis, maximè contra Principem, cui utique grave est examinari à Commissario vel inferiori judice, *Tennag. d. cap.* 12. *num.* 2.

24. Quod attinet testes Imperio mediatè subjectos contra illos in Camera talia Mandata non decernuntur, *Gylm. voc. Mandata jurisdict. §. Mandata. Schvv. O.* 125. *n.* 13. Sed si judici committenti subsint, à Commissario ad testificandum cogi posse arbitror, *prout suprà num.* 21. *de Commissario à Camera dato traditum.* Ratio est, quia Commissarius repræsentat committentem ejusque potestate quoad hunc actum gaudet, *Gail d. O.* 100. *n.* 11. Sin verò testes alterius judicis jurisdictioni sint subjecti, & illi ad prævias literas mutui compassus non compareant, à suo ordinario judice ad comparitionem per Mandata pœnalia compelli debent, *arg. tradit. num. proxime praced.*

Quoad commissarium à judice inferiori datum distinguendum inter testes Imperio mediatè & immediatè subjectos.

25. Porrò cum non minor qualitas in Commissariis quam in ipso judice requiratur, hinc uti contra judicem tanquam suspectum excipere permissum est, ita etiam adversus Commissarios excipere licet, in Scriptis verò excipiendum, & quidem non in genere, quod parti adversæ sint conjuncti, sed cum speciali indigitationi causarum revelantium, earumque evestigio legitimè probatarum, *C. p.* 3. *t.* 20. §. 4. Idque sub pœna Ordinationis, *Consult.* 1583. *Dub.* 19.

Contra Commissarios in scriptis excipiendum.

26. Exceptiones verò contra Commissarios coram Deputato & intra terminum legalem à die petitorum Commissariorum numerandum exhiberi debent, contraque has Exceptiones ibidem intra terminum legalem replicandum & in hoc puncto submittendum, *d. t.* 20. §. 3. Submissionibus factis judex Cameræ, ne partibus per mortem testium damnum emergat, maturè interloquatur, ac pro suo arbitrio parti probanti tempus ad probandum præfigat, *d. t.* 20. §. 5.

Et quidem coram Deputato intra Terminum legalem.

27. Deinde termino ad nominandos Commissarios ac petendam commissionem, sub comminatione præclusionis viæ probandi præfixo sed purificato, petita

Termino ad petendam Commissionem

effluxo via probandi est praeclusa.

probatio denegatur & terminus ad concludendum præfigitur. Poteſt tamen nihilominus ille, cui probario denegata, ſub prætextu concluſionis ſua literaria documenta animo concludendi in vim probationis producere, Judicisque cognitioni ſubmittere, & licet Adverſarius conrradicat, petens ut hæc documenta rejiciantur, tamen illa contradictio in tam favorabili puncto non attenditur, ſed Adverſario pura ac ſimplex concluſio injungitur, *Gylm. voc. comminationes. §. ult.*

Exceptionibus contra Commissarios oppositis, quomodo procedendum.

28. Exceptionibus contra Commiſſarios objectis, judex ex officio non facilè longè diſſitos Commmiſſarios ordinet, *d. t.* 20. §. 8. Si Exceptiones revelantes non adverſus omnes Commiſſarios oppoſitæ, ſed unus ex illis omni exceptione major & idoneus repertus fuerit, iſte deputandus eſt, & ſi propter ſingulares cauſas neceſſarium videatur, vel ipſe principalis alios cum iſto uno nominandi tempus petat, non comminatio præcluſionis viæ probandi, ſed hujus unius deputandi annectenda, *C. p.* 3. *t.* 20. §. 9.

Quid obtineat si contra commissarios ad perpetuam rei memoriam excipiatur.

29. Si contra Commiſſarios in Commiſſ. ad futur. rei mem. coram Deputatis petitos adverſarius excipere velit, ei oblatæ petitionis Copia communicanda & terminus 14. dierum vel longiſſimnm 4. ſeptim. ſine omni prorogatione ſuas Exceptiones coram Deputatis producendi præjudicialiter concedendus, & quia in hoc caſu periculum in mora, Procuratores ſub pœna ſevera longiorem terminum neque admittant nec petant, ſalva tamen judicis poteſtate terminum pro qualitate rei longiorem concedendi, *C. p.* 3. *t.* 20. §. 15. Sin verò præſens periculum in mora, ejuſmodi commiſſiones, ſiquidem eæ alias in Senatu extrajudicialiter, etiam altera parte abſente & non audita decernantur, quam celerrimè decernendæ, *d. t.* 20. §. 16. Hodie terminum legalem, uti in reliquis Actibus, ſic etiam in hoc Actu excipiendi obſervandum eſſe puto.

Si ab ejusmodi commissario appelletur, hoc non attento ille commissionem ad finem perducat.

30. Si quis tempore productionis teſtium contra Commiſſarium ad perpetuam memoriam tanquam ſuſpectum excipiat, & ad judicem committentem appellet, Commiſſarius non attentâ iſtâ appellatione examen teſtium, prout decet, ad finem perducendi poteſtatem habeat, *d. t.* 20 §. 19. Idem obtinet in cauſis litigioſæ poſſeſſionis, quia in iis teſtes duntaxat ad informationem judicis examinantur, *d. t.* 20. §. 20.

Commissione expedita protocolla & Rotulus consignata ad Cameram transmittantur.

31. Commiſſione ad rei memoriam expedita, Commiſſarius utriusque Notarii protocolla in ipſorum præſentia obſignare, & cum obſignato Rotulo ad Cameram reſervanda tranſmittere debet, quæ omnia d. Commiſſioni in Cancellaria inſerenda, ne dicta Teſtium partibus ſine cognitione ex Protocollis fortaſſe poſteà innoteſcant, *d. t.* 20. §. 21.

Commissione extrajudicialiter impetrata, Rotulus quoque extra

32. Rotulus verò ſi Commiſſio extrajudicialiter impetrata, non in judicio, ſed Lectoribus, ut in Lectoria aſſervetur aeregiſtretur, exhibendus, atque ab iſtis legitimum documentum eſt extradendum, *d. t.* 20. §. *pen.* Sin verò d. Rotulus ex Lectoria per Supplicam repetatur, ad nuda narrata non reſtituendus, ſed ſupplicans ad præcavendam calumniam hoc caſu forſan obventuram à judice, coram quo

cauſa

causa pendet, documentum, quod Rotulo indigeatur, producendum, vel quod pars adversa in hanc restitutionem consentiat, *d. t.* 20. §. *ult.*

judicialiter exhibendus.

33. In expeditione Commissionum inter alia quoque Commissariis mandandum, ut parti adversæ laxum tempus determinent, ei nomina testium transmittant, hoc debita industria super traditis articulis ac interrogatoriis admissibilibus examinent, Notariis sub præstito juramento injungant, ne dicta testium ante publicatas attestationes propalent, neque ipsi id faciant, *d. t.* 20. §. 18.

Commissionibus quæ specialiter inserenda.

34. Commissio est processus, quo alicui vel pluribus probatio cujusdam litigantis recipienda injungitur. Vulgò vocatur ein Commission, *C. p.* 3. *t.* 20. *pr.* item ein Commission zu Abhörung der Zeugen. *d.* §. 18. Estque vel ordinaria vel extraordinaria. Hæc (quæ communiter Commissio ad futuram rei memoriam appellatur *C. p.* 3. *t.* 20. §. 14. Commissio ad rei memoriam, *d. t.* 20. §. 15. & 16. Commissio ad memoriam, *d. t.* 20. *lit. K.* & *O.* Commissio ad perpetuam rei memoriam, *d. t.* 20. §. *pen.* Commissio ad perpetuam memoriam. *d. t.* 20. §. 19.) est, quæ extra ordinem, quando nimirum ordo processus probationem nondum efflagitat, sed in futurum fortasse eam efflagitaturus esset, postulatur ac decernitur. Illa huic opponitur.

Commissio est vel ordinaria, vel extraordinaria.

35. Commissio autem ordinaria tantum judicialiter peti potest, Idque vel in ordinaria Audientia vel coram Deputatis. *vid. supra t.* 60. *n.* 25. Commissio autem ad perpet. rei memoriam petitur vel lite pendente, vel ea nondum pendente. Posteriori casu semper extrajudicialiter in Senatu impetrari debet. Priori autem casu in potestate partis commissionem petentis est, utrum eam extrajudicialiter aut judicialiter petere velit, *stylo ita dictante. Vid. Supplic. Cam. tit.* 14. *à n.* 1. *usque* 21. Tamen 17. Januar. 1661. in causa Lemgow contra S. Marien Kloster daselbsten / Supplicans ad Judicium remissus est, *dict. tit.* 14. *num.* 6. Idem factum 17. Maji 1661. in causa Minden contra Vogeler / Item 7. Febr. 1662. in causa Rechheim contra Rechheim; nec non 17. Aug. 1660. in causa Zaremsky contra Guttentfleger zu Speyr / *dict. tit.* 14. *num.* 7. 8. & 9.

Commissio ordinaria tantum judicialiter, extraordinaria verò pro lubitu extra & judicialiter peti potest.

36. Sin verò extrajudicialiter eandem Commissionem petat, in narratis Supplicationis semper claris verbis post acceptam sufficientem informationem narrare debet, quod nominati Commissarii suis principalibus nullis Servitiis, Consiliis, obligationibus, juramentis, subjectionibus, aut Landsassiatu aut alio quocunque modo, qui suspicioni causam dare posset, non sit astrictus, quò facto nominati Commissarii periculo partis impetrantis (quemadmodum adversarius non præsens neque auditus,) ordinari commissioque decerni potest, *C. p.* 3. *tit.* 20 §. 17. *Add. Supplic. Cam. tit.* 14. *num.* 1. 2. 3. & 4. *Item num.* 14 Si quis commissionem ad rei mem judicialiter petere velit illud non in ordinaria Audientia, sed coram Deputatis per Supplicam fieri debet, *d. tit.* 20. §. 14. Deinde Supplicans quoque Articulos probatoriales & nomina testium Supplicationi adjungere tenetur, *vid. dict. tit.* 14. *num.* 3. & 14. *utrobique in fin.*

Quæ Supplicans pro commissione ad perpet. rei mem. observare tenentur.

37. Utra-

Utrique commissioni inseritur clausula: salva adjunctione Notarii. Exceptis tribus casibus.

37. Utraque verò Commissio semper decernitur cum clausula, dem Gegentheil einen unpartheyischen Notarium der Verhör zu adjungiren vorbehalten Exceptio est, (1.) Quando Commissio in Communi forma decernitur, *Gylm. voc. Commissio, §. in Commissione.* Hodiè tamen præmemorata clausula etiam commissioni in communi forma adjungi solet, *vid. Sent. Cam. num.* 282. 339. 657. & 841. (2.) In causis litigiosæ possessionis, quia hujus possessionis processus est quædam quasi inquisitio judicis ex officio, *Gylm ibid.* (3.) Si parte adversa non comparente Commissio in contumaciam decernenda, parti contumaci impartialem Notarium examini adjungendi potestas non reservanda sed in sententia omittenda, *C.p.3.t.20.§.13.* Ex rationibus adductis in Conf. 1595. Dub. 112. Attamen Commissarii partem contumacem ad actum productionis testium citare, & si ipsa adjunctum nominat, illum admittere tenetur, *d. §. 13. & Consult.* 1595. *dub.* 113.

Utraque subdividitur in Commissionem in communi & in Commissionem in optima forma.

38. Utraque subdividitur in Commissionem in communi forma, & Commissionem in optima forma. Illa est, quando aut testes duntaxat examinantur, aut etiam ocularis inspectio (Einnehmung deß Augenscheins/) permittitur, *Gylm. voc. Commissio in Communi forma, §. 1. Gail. 1, O. 94. n. 1.* Idem dicendum puto, siquidem nullus testis examinandus, sed sola ocularis inspectio perficienda, quoniam hæc sub communi forma comprehenditur, *Gail. 1. O.96. n. 2.* Dicitur verò ocularis inspectio perfici, (den Augenschein einnehmen/) quando Commissarius, si negotii qualitas id requirat, in rem præsentem it, eamque oculis subjicit, *d. n. 2.* Commissio in optima forma est, quæ decernitur & ad testes examinandos, & ad documenta transumenda, *d. n. 2.*

Ad Documenta transsumenda commissio in meliori forma decerni debet.

39. Quanquam enim regulariter Originalia Documentorum in judicio exhibenda sint, cum tamen sæpè in illorum transmissione periculum subsit, præsertim si litigantes à Camerali judicio longè sint dissiti, ideò sancitum, ut judex Cameræ in hoc & aliis specialibus casibus, in quibus jus commune & stylus Commissiones in meliori forma admittit, v. g. Si libri Censuales & feudales aut alia documenta ex publico Archivo, quæ inspici debent, producenda sunt, vel si sigilla & manus per testes, quando nolunt recognosci, probanda, & quæ similes sunt circumstantiæ, in favorem partis probantis petitas Commissiones in meliori forma decernat, modò tamen Procurator ejusmodi Commissiones petens in sua petitione supra memoratos ac similes casus causasque alleget, alias denegandæ, *C. p. 3. t. 20. §. 11. Add. infrà num. 42. & 43.*

In hac transsumptione quæ observanda.

40. In Transumptione documentorum autem hæc sunt observanda, (1.) tenor nominum Scribi debet integraliter. (2.) wie es mit den Sigeln beschaffen/ ob sie gantz / verschnitten / zu brochen/ abgerissen / ob verisimilia vestigia davon vorhanden gewesen oder nicht / (3.) soll allweg post finem Copiæ das Sigel abgerissen werden per pictorem juratum, mit Vermeldung / was das Wachs / Schnur/ Proffel vor ein Gestalt habe. (4.) sollen auch die Sigel / so gleichförmig zu seyn gemeint werden / mit dem Zirckel abgerissen werden / *Gylm. voc. Transumptio. §, Nota. & seqq.*

Quomodo Do-

41. Documentorum probatoriorum transportatione ab una causa ad aliam per-

permissa, illorum specialis designatio apud Acta deponenda Cancellariæ citò exhibeatur, ne Referens in Relatione impediatur, *C. p. 3. t. 22. §. pen.* Quòd si quis adversus unum plures causas habeat & in una transportatio permittatur, in altera denegetur, in permissa transportatione omnia sua documenta, quibus ad probandum indigere putat, una vice transumi ac posteà suis expensis ad quamlibet causam registrari curare potest, *Gylm. voc. commissio §. denegata.* *Documenta ab una ad aliam causam transumenda.*

42. Sed quæritur, si Commissio ad documenta (**Befelch zu Auffnehmung Brieflicher Urkunden**/) transumenda duntaxat petatur, utrum illa sit Commissio in communi, an optima forma? Commissionem in communi esse scribit Gylm. *voc. Commissio in communi forma. §. sic. apparet.* Ubi & hoc tradit inter commissionem in communi forma sc. ad examinandos testes cum annexa clausula transumendi documenta, (**Brieffli de Urkunden zu transumiren**/ & commissionem in optima forma absque illa clausula hanc differentiam ab Assessoribus factam esse, quod in illa Commissarius duntaxat possit transumere documenta partibus ultrò producta, non verò cogere partem adversam vel tertium, qui non est in lite ad editionem documentorum ab ipso transumendorum. In hac verò tertium ad sua documenta edenda compellere possit, *alleg. loc.* Non verò partem adversam, *d. voc. Commissio in optima forma.* *An Commissio ad transumenda documenta sit commissio in communi, an verò in optima.*

43. Verum postea in Conf. 1590. Dub. 23. Senat. 1. & Conf. 1595. Dub. 111. Assessoribus per majora placuit, ut Commissioni in Communi forma clausula transumendi documenta annecti non posset, sed si annecteretur, hæc illam in Commissionem in meliori seu optima forma mutaret, quare etiam si Commissio ad transumenda documenta solum generaliter peteretur, illa non aliter quam in meliori forma esset decernenda. Quoniam illa clausula non commissioni in communi, sed tantum in meliori seu optima forma conveniret, neque obstaret, quod sub commissione in optima forma tacitè comprehenderetur ea clausula, quare si expresse adjiceretur, id absurdi sequeretur, quod idem bis diceretur, quoniam Commissionibus in optima forma absque hac clausula decretis, non censeretur data potestas compellendi alios (*id est. tam partem adversam, quàm tertium, ut ego opinor,*) ad sua documenta edenda, utpotè quòd nonnisi ordinario judici competeret, quare in specie peti decernique deberet. Deinde si causa, ob quam originalia documenta transumenda in Camera produci nequeant, sit exprimenda, *per C. p. 3. t. 20. §. 11.* multò magis alia & gravior causa, quare pars adversa ad sua documenta edenda compelli debeat, exprimenda foret. Per majora itaque conclusum Commissionem ad transumenda documenta in meliori forma decernendam, & duntaxat illa documenta, quæ partes spontè producerent, per Commissarium prævia illorum recognitione à parte adversa facienda, vigore *d. §. 11.* transumi posse, & hanc opinionem Status Imperii approbarunt *in Deput. 2600. §.* **Wir erklären** 128. *C. p. 3. t. 20. §. 12.* *Posterius per majora placuit.*

44. Sed quæritur, anne differant Commissio in forma meliori & commissio in forma optima? pro eadem sumuntur *in C. p. 3. t. 20. lit. F. & d. Dub. 23.* item à Gail. 1. *O. 94. n. 1. & passim à Dd.* Atque vocantur etiam Commissio in pleniori forma *An Commissio in optima & meliori forma differant.*

in d. lit. F. & Gail. 1. O. 96. num. 3. Ast si mihi esse audaci liceret, Commissionem dividerem in eam, quæ in communi & eam quæ in pleniori forma emanat. Illa si decernatur, intelligerem duntaxat esse testes examinandos, & hoc omnes concedunt. Hanc subdividerem in eam, quæ dicitur in meliori, & eam, quæ in optima forma. Illa si decernatur, duntaxat documenta posse transumi. Hac verò decreta & testes recipi & documenta transumi posse putarem, in neutra verò Commissarium habere potestatem compellendi aut partes aut tertium ad edenda sua documenta, ut transumantur, nisi id expresse eidem insertum sit.

An sub commissione in optima forma simpliciter petita continentur clausula transumendi Documenta & rem controversam oculis subjiciendi.

45. Atque ita intelligendum puto Gylm. voc. Commissio in optima forma §. Wann man 2c. Ubi tradit, quod quando petitur simpliciter Commissio in optima forma, sub ea non comprehendantur clausulæ documenta transumendi, & rem controversam oculis subjiciendi, sed utramque esse in specie petendam ac commissioni inserendam, atque si hoc à Procuratore ex adverso per generalia contradicatur, desuper submitti possit. Ubi & prætereà addit, in Supplicatione pro secunda dilatione postulari posse, ut illæ clausulæ d. dilationi inserantur. Sic in causa Holstein contra Lübeck S. Q. ad Supplicam. 18. Mart. 1594. exhibitam, 26. April. eod. Anno per sententiam decretum, ut clausulæ documenta transumendi & rem controversam oculis subjiciendi secundæ dilationi inserantur. Commissioni in communi forma verò nulla clausula nisi rem controversam oculis subjiciendi duntaxat inseri potest, *Conf. 1595. Dub.* 111.

Commissio ad perpetuam rei memoriam duntaxat in communi forma decernitur

46. Commissio ad perpetuam rei memoriam regulariter duntaxat in communi forma decernitur, hoc est, decernitur duntaxat ad examinandos testes, non autem ad transumenda instrumenta, quia videlicet ejusmodi Commissio decerni non debet, nisi vel ob ætatem vel valetudinem adversam diuturnamve absentiam testium, sed in transumendis instrumentis nullum subest periculum interitus, diligenter enim custodiri debent & postulante necessitate quandocunque produci possunt, *Gail. 1. O. 94. n.* 1.

Aliquando tamen cum clausula Documenta transumendi & rem controversam oculis subjiciendi.

47. Commissioni tamen ad perpetuam rei memoriam annecti solet clausula Briefliche Urkunden zu transumiren, quando propter bella imminentia facilè surripi, seponi, amitti damnumque pati, aut ob alia impedimenta moveri nequeunt, vel etiam periculum adsit, ne mora pereant, *Gylm. voc. Commissio ad perpetuam rei memoriam. §. Commissioni. pag.* 84. Eadem commissio rarò etiam decernitur cum clausula den Augenschein einzunehmen/ si tamen narratur, commissionem aliter non expediri, nec testes tanquam in Facto obscuro, quod maximam partem in oculari inspectione consisteret, facilè testificari posse, cum d. clausula decernitur, *Gylm. ibid. pag. 85. in med.* Præjudicium, ubi cum utraque clausula decreta fuit, habet Gylm. *tom. 1. part. 2. pag. 180. & seq.*

Commissio ad perpet. rei mem. à quo judice petenda sit

48. Commissio ad perpetuam rei memoriam autem peti debet ab eo judice, qui futurus discussor causæ principalis, sive eam petat Actor, sive Reus *Gail. 1. O. 93. n.* 1. Quod si ille eam decernere nolit, tunc modò denegatio doceatur, Camera rectè adiri potest, *Magenh. O.* 45.

49. Por-

49. Porrò cum ob nimiam multitudinem causarum, judiciales processus in Camera valdè tardi reddantur, ac legitigantes ad suas necessarias probationes inprimis ad examinationem testium in multis annis pervenire nequeant, interim verò contingere possit, ut testes Senes, decrepiti ac valetudinarii diem obeant, quorum morte litigantes alias justam causam foventes, ejus jacturam metuere habent, quare sancitum, ut si quis ejusmodi testes producere velit, ille etiam lite jam instituta & pendente, non attento quòd postea via ordinaria ad probationem pervenlri queat, pro Commissione ad perpetuam rei memoriam cum nominatione commissariorum suspicionis labe carentium ac alioquin qualificatorum, ut & exhibitione articulorum probatorialium, nominum, ætatis, valetudinis aliorum requisitorum in testibus in ejusmodi & alias in jure specialiter permissis casibus necessariorum supplicare liceat, *C. p. 3. t. 20. §. 14.* Utrum verò decernenda, arbitrio judicis relictum, *Deput.* 1600. §. Es sollen auch. 125. *Pendente lite etiam in Camera commissio a.d perpet. rei memor. peti potest.*

50. Non sufficit verò in genere ponere, testes esse decrepitos, admodum Senes, &c. Sed omninò necesse est in specie ad latus testis cujusque describi numerum annorum, aliàs processus denegantur, *Mazenh. O. 12.* Et quidem ferè hisce formalibus: wofern Supplicant der Zeugen Alter anzeigen wird / soll ferner ergehen was recht ist. *Præjudicium habes in Supplic. Cam. tit. 14. n. 3. in fin.* *Ætas testium in specie exprimenda.*

51. In hac receptione testium ad perpetuam rei memoriam observanda est differentia inter Actorem & Reum. Ad hoc enim ut Actor eam obtinere possit, tria requiruntur, (1.) quod testes sint senes, (2.) valetudinarii ita ut mortis subsit periculum, aut (3.) diu absfuturi, quia mors & longa absentia æquiparantur. Proinde in supplicatione ad perpetuam rei memoriam hæc requisita conjunctim aut singulatim exprimenda & articuli, super quibus testes examinandi unà cum designatione testium & eorum ætate exhibendi sunt, ad hoc ut Judex ex narratis supplicationis cognoscat, utrum Supplicans futurus sit Actor aut Reus, & an periculum ob ætatem, diuturnam & inopinatam absentiam testium sit in mora; Item an articuli tales sint, qui ad probandum admitti debeant, *Gail. 1. O. 92. n. 3.* Concessa autem Commissione ac testibus ritè examinatis quarto loco est necesse, ut actor intra annum actionem instituat. Hic verò annus ab initio utilis est, *id est*, non currit nisi à tempore, quo agere potuit, *ibid. n. 4. & 5.* *Circa impetrandam commissionem ad perpet. rei mem. differentia inter Actorem & Reum.*

5. Qui autem dicantur senes Dd. variant, sed communiter placuit, illud arbitrio judicis relinquendum esse. In Camera quinquagenarii pro senibus reputantur & pro testibus ad perpetuam Rei memoriam admittuntur, qui infra quinquaginta annos sunt, plerumque rejiciuntur, tametsi tempore pestis senii ratio non tam accurata habeatur, ob necessitatem enim præsentem à Regulis juris rectè disceditur, *Gail. 1. O. 92. n. 7. Add. Supplic. Cam. tit. 14. num. 5.* *Quinam testes dicantur senes.*

53 Quòd Reum attinet, is indifferenter & sine discrimine ætatis, valetudinis aut absentiæ non modo senes aut valetudinarios, sed quoslibet producere poterit. Ratio diversitatis est, quia in ipsius potestate non est positum, quando conveniatur & ratione istius incertitudinis, ne ei probationes pereant, hujusmodi receptio *Si Reus commissionem ad perp. rei mem potat. ibi ætas, valetudo, aut*

absentia testium non consideratur. prio testium indistinctè valet, *Gail. d. O. 92. n. 8. & 9.* Idem obtinet, quando versamur in casu, ubi utraque pars & Actor & Reus esse potest, uti in interdicto retinendæ possessionis, *Gylm. voc. Commissio ad perpetuam. §. in interdicto.* Aliisque juribus incorporalibus, *Gylm. Tom. 1. part. pag. 174.*

Quod limitatur. 54. Quòd autem à Reo testes sine discrimine ætatis, valetudinis aut absentiæ produci queant, illud singulariter limitatur, si exceptio Reo competat per modum actionis, veluti in exceptione de non-numerata pecunia, quia tunc idem est quod in Actore, ut sc. intra annum agat, cum sit in potestate Rei, quod illam opponat, secus si non habeat vim actionis, ut est propriè natura omnium exceptionum, *Gail. 1. O. 92. n. 11.* Deinde etiam Actor ante L. C. testes ad perpetuam Rei memoriam producere potest, si Reus compareat & exceptionem L. C. impedientem opponat, quia cum talis exceptio inducat moram, perinde est ac si Actor non haberet potestatem agendi. Et hoc maximè in Camera obtinet, ubi ob multitudinem causarum decisio super hujusmodi exceptionibus ad aliquot annos extrahi posset, *Gail. d. O. 92. n. 12.*

Commissio ad perp. rei mem. peti potest, sive actio sit nata, sive nascitur. 55. Commissio ad perpetuam Rei memoriam decernenda, sive quis natam actionem jam habeat, eam tamen non vult proponere ante Commissionis petitionem, sive illa adhuc sit nascitura, quoniam petenti ejusmodi commissionem ad d. actionem proponendam, postquam ille agendi facultatem nactus, annus est præfixus, *Consult. 1590. Dub. 22. Sen. 1. Denais Tit. 81. §. pen. junct. Gail. 1. O. 92. n. 4.* Talis Commissio etiam appellanti, qui fatalia labi est passus. & restitutionem in integrum petenti, in causa principali decerni debet, *Gail. 1. O. 143. n. 5.*

Commissionem petens simul quoque dilationem probandi petere debet. 56. Porrò ne parti probare volenti pro suo lubitu probationem sæpissimè cum maximo detrimento ac damno adversarii differre liceret, legibus provisum, ut commissionem petens simul quoque certum tempus, intra quod istam commissionem & probationem perfici curare velit, postulare debeat, quod tempus vulgò dilationem probandi vocant. *C. p. 3. 19. §. ult, & ibidem tit. seq. in princ.*

Quæ dilatio peremptoria est, & regulariter nonnisi semel datur. 57. Hoc tempus judex commissionem decernens vel admittit, vel si nimis longum petitum, illud abbreviat, *Umm. disp. 7. n. 20.* Quod tempus tamen regulariter nonnisi semel datur, *l. 7. & fin. defer. & dilat.* Quare dilatio probatoria dicitur esse peremptoria, *Gail. 1. O. 91. n. 1.* Cum verò multa contingere possint, ut commissio intra illud tempus perfici nequeat, tam de jure communi quam Camerali dispositum, ut idem tempus ob justas causas ac legitima impedimenta aliquoties rogare liceret, *per d. l. 7. & C. p. 3. t. 22. princ. Gail. 1. O. 91. num. 4. Mynſ. 1. O. 71.* Ubi aliquot casus recenset, quibus dilatio probatoria plus quàm semel dari potest.

Ob legitima tamen impedimenta olim in Camera dabatur quater. 58. Quoties autem dilatio probatoria concedi debeat, inter Dd. juris communis controversum est. In puncto istius juris verissimum esse illam dilationem toties dandam, quoties ob impedimentum concessa dilatione uti non liceat, sed eandem ultra quartam non concedi consuetudine invaluisse docet Umm. *disp. 7. n. 15.* Quæ consuetudo de Jure Camerali antiquo approbata, *per C. p. 3. t. 21. §. 4. 10. 11. & 12.* Hinc cum quidam in Camera quartam dilationem obtinuisset ac præstito

sto juramento fuisset mortuus, ejus hæredi quinta dilatio denegata, sed tamen nova absque iterato juramento concessa fuit, *teste Mynſ. 1. O. 73. Add. Umm. d. num. 15.*

59. De Jure Camerali novissimo quartâ dilatione abrogata tres duntaxat dilationes concedunt, & quæ olim in secunda & tertia observabantur, hodiè in sola secunda, & quæ in quarta, hodiè in tertia observanda sunt, *per R. 1654. §.* Den *punctum probationum. 50. in fin.* Quare semel pro semper notari potest, quòd licet cum ego in sequentibus de tertia dilatione tracto, allegati textus & scriptores loquantur de quarta, discrepantia inter nos juxta hodiernam suprà traditam mutationem concilianda sit. *De Jure Camerali novissimo duntaxat tres necessariæ Dilatio probandi*

60. Circa has tres dilationes hodiè in Camerali Judicio usitatas in genere notandum, I. quòd illæ pro qualitate ac circumstântia causarum partiumque sint moderandæ, *C. p. 3. t. 21 princ.* Æqualitas tamen inter Actorem & Reum servanda, ut quantum temporis Actori concessum, tantundem & Reo, si petat, concedatur, cujus partes etiam sunt favorabiliores, *Gail. 1. O. 91. n. 13.* Et aliàs in judiciis æqualitas servanda, judicium enim claudicare non debet, *Gail. ibid. n. 14.* *Circa dilationes probandi in genere observanda.*

61. II. Quòd Procuratores, quantum in illis est, omnem diligentiam adhibere debeant, quò intra decretas dilationes probationes suorum Principalium ad finem perducantur, *C. p. 3. t. 21. §. 2.* Quapropter Procuratores ejusmodi dilationes, uti & decretas Commissiones, maturè ex Cancellaria redimant, *d. §. 2.* Et ne Judex Cameræ necesse habeat semper investigare, quando ista redemptio facta, ac aliàs inutilibus submissionibus parcatur, Protonotarii ac Notarii, quando Commissiones ac dilationes expeditæ sint, in margine Protocolli semper annotare debent, *d. t. 21. §. 3.*

63. Quòd si Procurator in dilatione nullam diligentiam adhibeat ac posteà veniat petens ulteriorem dilationem, dilatio quidem concedi solet, sed Procurator arbitrariè punitur, *Magenb. ad O. C. part. 3. t. 16. verſ. Sed quid si.* Sin autem Facto Commissarii vel partis adversæ producens impediatur examen in prima dilatione inchoare aut perficere, puta si Commissarius nolit Commissionis officium suscipere, aut pars adversa subterfugia quærat, vel exceptiones coram Commissario ad impediendum examen opponat, non secunda dilatio dari, sed prima reintegrari debet, *Gail. 1. 5. 91. n. 7.* Et ille absque nova dilatione tantummodò ad tempus omissum restitui, *Magenb. ad d. t. 16. verſ. sed jam. quæro. in fin.*

64. III. Quòd ad maturandam probationem nullius præterquam tertiæ dilationis prorogatio, in qua solennitates juris communis observandæ, peti debeat, *d. t. 21. §. 5. R. 1654. §.* Vill *punctum probationum. 50. in fin.*

65. IV. Quòd si accidat, ut dilationibus seu termino ad producendum Rotulum præfixo elapsis testes demum jurent, ejusmodi examen propter suam notoriam nullitatem non attendendum. Sin verò dilatione durante, præsertim quando nulla ulterior dilatio locum habet, testes jurarunt, sed illâ effluxâ demum examinati sint, examen pro valido habendum, *d. t. 21. §. 6.*

66. V. Quòd clausula. *Exclusis feriis:* quæ dilationibus adjici solet, duntaxat

taxat de feriis majoribus, quando per totam ſeptimanam vel longius tempus nulla juridica celebratur, intelligenda ſit, *d. t.* 21. §. 7.

67. VI. Quòd ſi pars poſt impetratam primam vel etiam ſecundam dilationem teſtium productioni in ſuam utilitatem calumnioſè (vorthellhafftiger Weiſe) renunciet, in pœnam litis temerè retardatæ etiam ex officio condemnanda, *d.t.*21.§.8

68. VII. Quòd eodem modo, ſi procurator poſt lapſum primæ dilationis tempus ad producendum Rotulum petierit vel obtinuerit, poſteà verò ſecundam dilationem, vel poſt lapſum ſecundæ, tertiam rogare conaretur, ille arbitrariè puniendus, ſuumque petitum denegandum, *d. t.* 21. §. 9.

69. VIII. Quòd dilationibus durantibus uſque ad productionem atteſtationum ſeu Rotuli nulla Scripta ſine Judicis ex prægnantibus cauſis moti permiſſu ſint intereà temporis exhibenda, *d. t.* 21. §. *pen.*

70. IX. Quòd Commiſſarius finitâ aliquâ dilatione poſſit procedere, ſi modo ſibi conſtet aliam dilationem aut prorogationem in Camerâ eſſe conceſſam, etiamſi illa ſibi nondum tradita ſit. Et contra adverſarii proteſtationem Commiſſarius ſe ſemper referre poteſt ad Protocollum Judicii Cameræ, *Magenh. ad O. C. p.* 3. *t.* 16. *verſ. ſed jam quæro.*

71. X. Quòd dilatione primâ vel ſecundâ impetratâ, iiſque ac tanto inſuper temporis intervallo, quantum dilationibus cæteris ſuffecerat, elapſo, nulla ulterius dilatio probatoria, ſed producendi duntaxat rotuli terminus indulgeatur, *Conſult.* 1590. *Sen.* 1. *Dub.* 625. *in princ. Denais. t.* 123. §. 10.

72. XI. Quòd dilatio ſecunda & deinceps, etiam mortuo adverſæ partis Procuratore petantur decernanturque. Ac eadem ratio primæ dilationis ſed illo vivo petitæ ſit, *d. t.* 21. §. 4. *&* *Deput.* 1600. §. Alldieweil ferners. 127.

73. XII. Quòd hæ dilationes in omnibus Commiſſionibus locum habeant, extra quàm in Commiſſionibus ad perpetuam rei memoriam, ubi nulla certa dilatio probandi ſupplicanti datur, eo quod dilationem juris habeat, nimir. ſi ſit futurus actor annum: ſi verò reus quod pro ſuo arbitrio quandocunque velit, teſtes poſſit producere, quod ſi interim teſtes moriantur, mora ipſi imputabitur. Deinde ad evitandam nullitatem certa dilatio dari nequit, nam ſi intra terminum examen abſolvi nequeat, ſecunda vel tertia dilatio in Camera dari non conſuevit, *teſt. Gail.* 1. *O.* 94. *n.* 3.

Circa primam dilationem in ſpecie notanda. 74. Circa primam dilationem probandi verò in ſpecie conſiderandum, I. Quòd ea cum ipſa commiſſione peti decernique debeat, *C. p.* 3. *t.* 19. §. *ult. & t.* 20. *pr. Ruland. de Commiſſ. part.* 1. *lib.* 2. *c.* 8. *n.* 1. *Vid. Sent. Cam. nu.* 186. 242. 339. 633. 657. 689. *&* 841.

75. XIII Quòd illa quidem abſque aliqua impedimenti allegatione decerni, ſed tamen Judex eam decernens prius cognoſcere debeat, utrum probatio ſit impertinens, impoſſibilis an neceſſaria, & quantum temporis illi præfigendum, *Ruland. d. c.* 8. *n.* 2. *& Umm. diſp.* 7. *n.* 17. Nam ad probandum nihil admitti debet, quod impertinens, non neceſſarium eſt ac ſuper quo partes in facto non diſcrepant, *R*, 1654. §. Den *punctum probationum.* 50.

76. III.

76. III. Quòd aliquando ita constituatur, ut nullam ulterioris dilationis sequturmæ spem relinquat, veluti si terminus certus & unicus vel unica dilatio pro omni constituatur, *Ruland. de Commiss. dict. cap.* 8.*n.* 1. Hinc cum in Mandatis sine clausula quoad exceptiones non ordinaria via probandi admittenda sed si res per testes deducenda sit, una & præterea brevior dilatio pro omni indulgenda, sit tamen hoc moderamen penes judicem, *Gylm. voc. Exceptiones.§. Exceptionum in Mandatis,* Hæc autem unica dilatio pro omni non ad cujusvis voluntatem in præjudicium alterius sed secundum jura, Ordinationem Cameralem veteremque Stylum decernenda neque in eo unus præ altero gravandus, *C.p.* 3.*t.* 21.§. 13.*ibique lit. I.* In causa Isaac und Samuel Juden zu Speyr contra Saulheim 7. Nov. 1660. secundâ dilatione denegata, 6. hebdomadæ pro omni dilatione probandi ex officio præfixæ sunt, *Sent. Cam. num.* 679, Sed quæritur utrum hac unica dilatione elapsa de jure alia dari possit? Negatur per Dd. in tit. de dilationib. Ejusdem vero nondum elapsæ prorogationem peti posse in quadam causa per majora conclusum esse refert Gylm. *voc. dilatio §. Dilatio.*

77. IV. Quòd hujus primæ dilationis initium incipiat currere, quô illa ex Cancellaria redempta est, de quo tempore Judex petitâ secundâ dilatione inquirat. *Visit.* 1564. §. Wir setzen/ordnen. 33.

78. V. Quòd quando in puncto Commissionis ac primæ dilationis probandi procuratoribus viventibus plenè submissum, ipsa, quamvis procurator ex adverso diem obeat, superstiti, qui illam petiit, decernenda: Eadem quoque, uti & sequentes dilationes ac prorogatio tertiæ non minus ac si Procurator ex adverso adhuc viveret, currere & peti, admitti atque præfidi debeat, *d. t.* 21. §. 4.

79. Circa secundam dilationem probandi nondum, I. quod illa non aliter quàm cum causæ cognitione decernenda, *C.p.* 3.*t.* 21.*pr.R.* 1654.§. Den *punctum probationum.* 50 *in fin. Add. Sent. Cam. num.* 260.972. & *in Mantiss.n.* 55. Cum enim omnis dilatio probatoria sit peremptoria, *præced. n.* 57. non debet post primam alia dari absque causæ cognitione, ne lites fiant immortales, & causa plus æquo extrahatur, *Gail.* 1. *O.* 91.*n.* 4. *Circa secundam dilationem probandi peculiariter notanda.*

80. Ista vero causæ cognitio consistit in eo, ut judex consisteret, (1.) utrum secundam dilationem postulans sufficientem diligentiam in Commissione intra primam dilationem expedienda adhibuerit, sed impeditus illam expedire nequiverit, (2.) Utrum causæ & impedimenta à postulante allegata sint legitima ac relevantia, hanc enim dilationem petens causas justas (redliche Ursachen) habere debet, *C.p.* 3.*t.* 9.§. 5.

81. II. Quòd sit petenda cum indicatione adhibitæ sufficientis diligentiæ ac speciali expressione impedimenti, quo facto si ante effluxum primæ dilationis petatur, etiamsi impedimentum non probetur, tamen decerni debeat. Sed ejusmodi generalis indicatio & communis causa, quod nimirum Comissio ultra omnem adhibitam diligentiam in prima dilatione expediri nequiverit, ac similis pro sufficienti non habenda, attamen hoc casu duntaxat Recessus tanquam informis cum

arbi-

arbitraria pœna Procuratoris rejiciendus, via autem probandi seu ulterior dilatonon præscindenda, *d. t.* 21. *princ.* Hinc in causa Holstein contra Lübeck S. Q. 21. Octobr. 1594. & 1. April. 1595. bis denegata tertia dilatione, (*cujus hodie vicem secunda obtinet,*) 20. Junii eod. An. quarta dilatio cum legali solennitate concessa fuit.

82. Sin verò secunda dilatio post lapsum primæ petatur, illa absque probatione fide digna adhibitæ sufficientis diligentiæ ac obventi impedimenti non decernenda, *d. t.* 21. §. 1. Hoc impedimentum verò juramento petentis secundam dilationem probari potest, *Gail.* 1 *O.* 91 *n.* 5. *Add. Umm. disp.* 7. *n.* 18. Et potest judex hanc secundam dilationem post lapsum primæ petitam quoque adversario renitente & invito concedere, *Meichsn. tom.* 2 *lib.* 2 *decis.* 2. *n.* 2. Dummodò adversario in suis probationibus nihil pereat & quoad eum res sit integra, *ibid. n.* 1.

Circa tertiam Dilationem specialiter observanda.

83. Circa tertiam dilationem observandum, I. Quòd in ea petenda dispositio juris communis observari debeat, *C. p.* 3. *t.* 21. §. 5. *R.* 1654. §. Den *punctum probationum*. 50. id est, ut debita solennitate juris petatur, *d. t.* 21. *lit. C. & H.* Quæ solennitas est hæc, ut illam dilationem petens se offerat ad præstandum juramentum, quòd scil. examen testium intra priores dilationes ultra omnem suam adhibitam diligentiam absolvi nequiverit, ac judice postea eum ad illius præstationem admittenre, istud præstet. *Vid. Sent. Cam. n.* 338. 430. 968. & 992.

84. II. Quod eam alieno nomine petens simul sufficiens speciale Mandatum ad præstandum juramentum tertiæ dilationis, si suo generali Procuratorio ejusmodi clausula non sit inserta, sub rejectione Recessus ac pœna ordinationis incontinenti producere debeat, *d. t.* 21. §. 12.

85. Ubi observari oportet, quamvis in allegat. §. 12. sancitum, quando generali Procuratorio clausula de præstando juramento tertiæ dilationis sit inserta, quòd tunc non indigeatur speciali Procuratorio, quod tamen impræsentiarum, licet hodiernæ formulæ generalis procuratorii clausula de præstando juramento tertiæ dilationis, ejusdemque prorogationis inserta sit. *Vid. C. p.* 3. *t.* 14. *pag.* 226. Nihilominus in tertia dilatione ejusque prorogatione Judex speciale Procuratorium ad jurandum exposcat, *docente praxi.* Neque ad illius productionem speciale tempus petere, multò minus alternativè tempus ad producendum Rotulum vel in eventum ad speciale Procuratorium exhibendum, sed vel si examen testium jam absolutum, duntaxat tempus ad producendum Rotulum, vel si nondum sit absolutum, tertiam dilationem & se ad juramentum admitti rogare liceat, *d. t.* 21. §. 11. & 12.

86. III. Quòd ea peti debeat intra secundam dilationem, vel si hac elapsa demum petatur, tum de sufficienti adhibita diligentia oporteat doceri, cæteroquin Recessus cum pœna arbitraria rejiciatur, *d. t.* 21. §. 10. Cùm in causa Minuitz contra Schwerd Procurator tertiam dilationem intra secundam non peteret, ille 7. Jul. 1663. arbitrariè punitus ac novus terminus pro secunda dilatione probandi ex officio præfixus, *Sent. Cam. n.* 935. Et posteà 12. Febr. 1664. tertia dilatio concessa est, *ibid. num.* 968.

87. IV.

87. IV. Quòd ejus solius prorogatio peti queat, *d.t.* 21. §. 5. Circa quam prorogationem etiam præced. n. 83. memorata solennitas legalis observanda est. *Gail.* 1. *O.* 91. *n.* 16. & 18. *Plura de dilationibus probandi vide apud Umm. disp.* 7. *n.* 11. *usque.* 25.

88. Prætereà Commissarii, postquam testes super omnibus articulis ac interrogatoriis juxta ordinem examinaverint, suum Rotulum seu Relationes super dictis testium adjuvantibus Adjunctis seu Notariis quolibet tempore sic conscribant, ut cuivis articulo omnium ac singulorum testium dicta in suo ordine eisdem verbis, quibus unusquisque testis usus est, contiguè subnectant. Et quando sic articulo primo omnium ac singulorum testium dicta subnexa sunt, jam sequatur articulus secundus, huicque eodem modo omnium ac singulorum testium depositiones verbotenus ordinatimque subjiciantur, & in tali ordine per omnes articulos atque ad eos data Interrogatoria procedatur, quò Judex omnium testium dicta ad quemvis articulum statim ob oculos habeat, & longâ inquisitione seu molesta exceptione supersedere possit, *R.* 1654. §. Im übrigen. 52. *Rotulus seu Dicta testium quomodo hodie conscribenda.*

89. Si lis circa confinia, jus compascui, jus venandi, &c. atque oculari inspectione opus sit, ad meliorem judicis informationem utraque pars justam delineationem loci controversi quoque producere tenetur, *R.* 1654. §. Wann es umb. 51. Quæ delineatio per pictorem speciali juramento ad hoc astrictum depingi debet. *Ejus juramenti formulam vide C.p.* 1. *t.* 97. *Si lis circa confinia delineatio loci controversi quoque producenda.*

90. Quòd verò dictum, etiam interrogatoriis omnium ac singulorum testium dicta ordinatim esse subnectenda, id solummodò intelligi oportet de Interrogatoriis specialibus. Nam quod generalia attinet, in illis antiquus modus adhuc observatur. Ratio diversitatis est, quia Referens generalia Interrogatoria non perlegit neque attendit, nisi expresse contra illa exceptum, quô casu Referens ferè nullo negotio illa interrogatoria, contra quæ exceptum, evolvere potest. *Dicta testium ad interrogatoria generalia antiquo modo adhuc conscribuntur.*

91. Interrogatoria autem generalia ferè hæc esse solent, (1.) Cujus ætatis, conditionis, ac divitiarum testis sit (2.) Utrum testis in Banno Cæsareo demoretur aut alicujus publici Criminis convictus sit. (3.) Utrum cognatio, affinitas, vicinitas, consilium auxiliumve inter testem & producentem intervenerit, (4.) Utrum testis parti adversæ inimicus. (5.) An corruptio ulla dando promittendove intervenerit, (6.) Utra pars foveat meliorem causam, (7.) Cui parti optet victoriam causæ. (8.) An concordarit cum reliquis testibus, (9.) Quæ sit causa productionis, &c. *Interrogatoria generalia quænam sint.*

92. Specialia interrogatoria dicuntur, quæ pars, contra quam testes producuntur, ad articulos probatoriales horum melioris explicationis ergo dare solet. Hæc autem non decent esse criminosa & turpitudinem testis respondentis continere, aliàs talia dans arbitrariè puniatur, testis verò super iis minimè examinetur, *R.* 1654. §. Es sollen aber. 53. *Item specialia.*

93. Porrò Rotulus appellatur Codex relationem Commissarii, tenorem Commissionis, citationes testium, dicta testium, (*alioqnin nominata attestationes.* Zeugen Außsag/) ac reliqua in actu examinis in universum gesta continens. Sic dictus à Ro- *Rotuli definitio & Etymologia.*

à Rota, sine dubio ideò, quia forsan olim ille Codex instar Rotæ in suos orbes convolutus fuerit.

Rotulus legitimè non confectus rejicitur, sed novus ex examine testium.

94. Sed quid si Rotulus modo præced. n. 88. præscripto non sit compilatus? Resp. Examen testium quidem subsistit, Rotulus tamen rejicitur, ac novus juxta modum hic præscriptum conficiendus est. Sic prior Rotulus rejectus, sed de novo confectus & correctus receptus fuit in causa Lieden contra Oleden / 13. Febr. 1661.

Et Commissarius arbitrariè punitur.

95. Sed quæritur anne Commissarius etiam mulctandus? Resp. licet in prædicta causa non sit factum, aliàs tamen puto quòd sic, & quidem arbitrariè. Uti etiam, si quis dicta Testium negligenter conscripserit, puniri debet, *per C. 11. de probat.* Hinc 29. Novemb. 1560. in duas Marcas auri puri quendam punitum esse testatur, Gail. 1. *O.* 134. *n.* 14.

Commissarii eique Adjuncto suum salarium.

96. Quemadmodum verò Commissarius, si commissionem non rectè perfecerit, punitur: sic econtrà Commissione legitimè peractâ ipsi Salarium debetur. Et quidem Commissariis, dum absunt, dumque Rotulos conferunt, diurni; & præterea in singulos testes singuli floreni: tum pro denunciatione, certificatione, Testium citatione, Rotulique subscriptione simul sigilloque florenus ubique unus solvatur, *Tax. Vid.* 1585. *t.* 4. *Denais. t.* 86.

97. Instrumento transumpto semiflorenus: Aliis rebus transumptis, in singula folia octoni: descriptis, quaterni: denique pro diei ad memoriam consignatione quini cruciati præbeantur, *praalleg. t.* 4. & 86.

98. Examine in mundum redacto pro foliorum ratione Cruciati bini vel terni, pro colligatione nihil taxetur. Notario adjuncto æstimationis istius dimidium: cæteris, qui ultrò adhibiti fuerint, & scribis nihil adjudicetur, *pracit. loc.*

Rotulum in Camera producendum.

99. Hoc Salario exsoluto Commissarius confectum Rotulum clausum ac suo sigillo munitum testes producenti edit, hic illum Spiram versus suo Procuratori in Camera exhibendum transmittit. Procurator acceptum Rotulum in Judicio Camerali exhibet, Sigilli recognitionem, Rotuli publicationem ac communicationem petens. Posteà si Procuratori ex adverso contra Rotulum specialiter in scriptis agere non videtur necessarium, videlicet quòd forsan putet nullitatem in examine testium esse Commissam, vel Commissionem intra concessas dilationes probandi non esse absolutam, &c. Et ita Rotulum esse nullum, seu eum nimis serò produci, tunc hic Procurator Rotulo per generalia contradicere potest, *C. p.* 3. *t.* 23. *pr. R.* 1654. §. Nach Verschreibung. 54. Atque hoc casu nec Sigillum Rotuli recognoscere, nec in ejus publicationem ac communicationem consentire tenetur.

Rotuli publicatio & communicatio.

100. Sin autem Procurator adversæ partis non statim Rotulo Generalia opponere potest, tunc Sigillum Rotuli recognoscere & in ejus publicationem ac communicationem uno verbò consentire cogitur, *arg.* G.B. 12. *Januarii* 1660. §. 1. & *Stylo.* Ubi notandum, licet adversa pars sigilla recognoscat, in Rotuli publicationem ac communicationem consentiat, tamen Rotulum aperiri non solere, antequam Judex per sententiam publicationem ac communicationem admittat

tat. *Secus est* in Actis prioribus, quæ quamprimum modo facta ab adversa parte recognitio sigillorum, à Lectoribus ad privatam instantiam unius vel alterius partis aperiri assolent, atque illorum inspectio concedi.

101. Judex concedens Rotuli publicationem & communicationem simul etiam parti, contra quam Rotulus productus, terminum pro magnitudine Rotuli vel pro qualitate causæ moderandum atque à die copiæ ad assiduam instantiam ex Cancellaria communicatæ numerandum ad excipiendum contra Rotulum præfigit. *R.* 1654. §. Und demnach. 56. *C.p.*3.*t.*23.§.1.*vid.Sent. Cam.n.*100.234.405. 516.595.631.727.822.*&*896. Quod tamen interdum non factum, *vid. Sent. Cam. n.* 60.638. *& in Mantiss.n.*9.

Terminus contra Rotulum excipiendi à Judice præfigitur.

102. Ut verò sciatur, quando & quoties copiæ per Procuratores sollicitatæ & quo die expeditæ eaque expeditio Procuratoribus indicata, ac d. copiæ traditæ sint, Præfectus Cancellariæ hæc omnia originalibus Rotulorum inscribi curabit, ut ex eo tam Judex quàm pars sine longa inquisitione se informare possint *d.t.*23. §.*pen.* Quare procuratores diem communicatæ copiæ in judicio indicare prohibentur, *d t.* 23. § *ult.*

Et à die communicatæ copiæ numeratur.

103. Contra memoratas exceptiones in sequenti termino testes producens sub præjudicio præclusionis replicare tenetur, annexâ conclusione tam scriptâ quàm orali, salvo tamen judicis arbitrio, uti Parti juxta circumstantias causæ ultimum Scriptum concedendum, R. 1654. §. Ebenmässig auff solche. 57. In istis Replicis verò nova haud sunt deducenda, nisi illa nunc primùm comperta idque Replicans juramento obtinuerit, *C. p.* 3. *t.* 24.

Contra has exceptiones in sequenti termino replicatur.

104. Contra has replicas antiquitus duplicare licebat, *C.p.*3. *t.*25. *princ.* Nam tunc temporis post publicatum Rotulum adhuc quatuor Scripta, nimirum duo à producente Rotulum, utpote deductio probationis (ein Probation-Schrifft) & replica. Atque duo à parte adversa, sc. exceptio & duplica produci poterant, *C. p.*3.*tit.*23.*pr.* Verùm hodie abrogatis duobus nim. d. deductione probationis & duplicâ, tantum exceptio & replica permissæ sunt, *R.* 1654 §. Und demnach 56. *& seq.*

In processu Rotuli deductiones probationum & Duplicæ abrogatæ sunt.

105. Sed dicis, adhuc. hodiè experientia testante in Camera aliquando exhibentur deductiones probationum, nonnunquam quoque duplicæ? Resp. distingu. inter Rotulos veteres & illos, qui post Recessum Imperii de Anno 1654. & juxta jus normam conscripti sunt. In veteribus Deductiones & Duplicæ admittuntur, secus est in his. *Vid. quoad illos Sent. Cam.n.*24.316.531.*&* 651.*quoad hoc verò petita admissio ad exhibendam deductionem rejecta & parti adversæ injunctum ut adversus Rotulum exciperet, ibid, n.* 518. Deductio probationis autem dicitur Scriptum, in quo producens testes & instrumenta ostendit à se allegata per istos testes & instrumenta esse probata.

Quod intelligitur de Rotulis post Annum 1654. confectis.

TIT. LXXIV.

DE CONCLUSIONE CAUSÆ.

Processus Cam. actus undecimus est causa conclusio.

1. POstquam res controversa seu lis tam in facto quam jure à partibus satis discussa, ventilata & instructa est, illa judicis cognitioni ac decisioni submittitur, quæ submissio ut plurimum *conclusio causæ* vocatur, estque Processus Cameralis actus undecimus.

Qua de jure Camer. est de substantia Processus Cameralis.

2. An verò conclusio causæ sit substantialis actus Processus juris communis, de eo non unanimis Dd. sententia est, *Adde Umm. Process. Judic. disp.* 19. *n.* 1. In Camera tamen nulla sententia publicatur, ne interlocutoria quidem, nisi in causa legitimè conclusum sit. Alterutra verò parte concludere nolente Judex ea invita in contumaciam causam ex officio pro conclusa acceptare & in principali pronuntiare poterit, modò parti ad concludendum sufficientes dilationes anteà concessæ sint, *Gail.* 1. *O.* 107. *n.* 2.

Conclusio causæ est vel pura vel conditionalis.

3. Conclusio causæ dividi solet in puram & conditionalem, *Umm. disp.* 19. *th.* 1. *Ubi insuper alias duas divisiones tradit.* In Camera autem pura solummodo locum habet, conditionalis verò prohibita est, G. B. 21. *Jun.* 1625. 10. *Octobr.* 1642. 13. *Decembr.* 1659. §. 5. *in fin.*

Puræ conclusioni clausulam cum oblatione, si quid facti, annectere utile est.

4. Puræ tamen conclusioni adjicere usitatam clausulam. *Cum oblatione, si quid facti*, Subintellige, *adhuc melius probandum, restet*, utile est; quia vigore hujus clausulæ sæpè conclusiones in Camera rescinduntur & ulterior probatio facti injungitur, cum virtute clausulæ illius officium judicis imploratum censetur, unde illud meritò impartiri debet, *Gail.* 1. *O.* 107. *n.* 9.

Quod secus obtinet in clausula: Salva productione scripturarum. Et in clausula: Si nihil novi.

5. Quòd si conclusio facta sit cum clausula: *Salva productione scripturarum.* Illa clausula reservatoria in Camera non attenditur nec Scripturæ post conclusionem exhibitæ ad probandum admittuntur, quia illas si quis easdem producere cupit, juxta Ordinationis Præscriptum suo ordine & loco exhibere debet, *Gail. d. O.* 106. *n. ult.* Deinde nec clausula: *Si nihil novi. sc. à parte adversa posthac opponetur*, in Camera ullam utilitatem habet, quia illud novum absque prævio juramento opponentis non admittetur, eo autem admisso, etiam altera pars non attentâ conclusione absque ejusmodi clausula facta quoque admittenda.

Pura conclusio subdividitur in scriptam & oralem.

6. Pura conclusio subdividitur in scriptam & oralem. Illa est, quæ ultimo scripto in quovis puncto exhibendo ab Advocato causæ annecti debet. Hæc est, quam Procurator vel illud scriptum exhibens vel etiam aliàs citiùs vivâ voce facit.

Quinam concludere possunt.

7. Concludere possunt omnes, qui jus agendi habent, *Umm. disp.* 19. *th.* 2. Quod extra dubium est in iis, qui proprio nomine litem in judicio administrant. Procuratores verò concludere nequeunt, nisi ad id speciali Mandato sint instructi, seu illa clausula eorum generali Mandato inserta sit, *Umm. disp.* 19. *n.* 6. Hinc de ju-

de jure Camerali expresse sancitum, ne definitivè concludatur, antequam uterque Procurator sufficienti Mandato se ad causam legitimaverit, *C. p.* 3. *tit.* 26. §. *pen.* Idem Statutum in submissione super declinatoriis & dilatoriis, *C. p.* 3, *tit.* 29. §. *pen.*

Tempus conclu. dendi.

8. Tempus concludendi quod attinet, conclusiones scriptæ semper ultimo scripto ab utraque parte exhibendo annecti debent, *vid. C. p.* 3. *tit.* 21. §. *ult. t.* 22. §. *ult. t.* 24. & 25. *princ.* Post has scriptas conclusiones antiquitus vel statim, vel demum in proximo termino, ad orales verò vel statim vel longissimum proxima Audientia oretenus concludi debeat. *vid. C. p.* 3. *t.* 26. *princ.* §. 1. & 2. nec tempus ad hujusmodi oralem conclusionem sub pœna arbitraria petendum atque si non ita concludebatur, causa pro conclusa acceptanda actaque ad complendum danda, *d. t.* 26. §. 4. & tunc desuper maturè cum expressa mentione purificati præjudicii pronunciandum erat, *C. p.* 3. *t.* 49. §. *pen.*

Hodie quodammodo mutatum est. Pars in vita ad concludendum compelli potest.

9. Et quanquam *in R.* 1654. §. Wie auch in diesem. 55. adhuc sancitum reperiatur, quod utraque pars post exhibitas scriptas conclusiones in proximo termino concludere possit, tamen illud hodie non amplius observatur, sed quævis pars suas scriptas conclusiones exhibens, statim in eodem termino simul oretenus concludit, *stylo dictante.* Aut si hoc non factum, longissimum in termino, in quo posterior scripta conclusio exhibetur, utraque pars oretenus concludere tenetur, *per R.* 1654. §. Ebenmässig. 57.

10. Quòd si alterutra pars, quæ suas sufficientes dilationes ad concludendum habuit, oretenus concludere tergiversetur, judex sub comminatione, quòd nisi in hac vel proxima Audientia oraliter concludat, causa pro conclusa acceptata sit, conclusionem injungit. Cui Sententiæ sine ulteriori dilatione parendum, *C. p.* 3. *t.* 26. §. 3. Alioquin causa pro conclusa acceptatur.

Si quid novi post conclusionem acciderit, hujus rescissionem petere licet.

11. Deinde si quid novi in causa ante vel post has orales conclusiones acciderit, idque pars juramento suo obtinuerit, illud in scriptis producere & si conclusum, rescissionem conclusionis petere liberum sit, ac desuper per judicem Cameræ decernendum, quod juris est, *d. t.* 26. §. 7.

Una parte oraliter concludente, altera evestigio quoque concludat.

12. Porrò cuique parti, quando per adversarium nihil novi proponitur, evestigio oretenus concludere licet, ad hanc verò conclusionem adversarius similiter sine ulteriori termino oretenus concludere tenetur, nisi quid novi, quod juramento affirmare posset, acciderit, *d. t.* 26. §. 8.

Neutra tamen pars alteram celeri conclusione premat.

13. Extra illud verò, si una pars alteram celeri conclusione premere conetur, istud non permittendum, sed in eo ordinatio Cameralis sequenda, *d. t.* 26. §. 9. nec meritis causæ nondum discussis & agitatis, ita facilè oretenus concludendum, *d. t.* 26. §. 10. Si post orales conclusiones ulteriores Recessus habentur in his illarum conclusionum expressa mentio fieri debet, *d. t.* 26. §. *ult.*

Conclusionis objectum.

14. Objectum conclusionis generaliter est omnis causa, quæ in judicio controvertitur, *Umm. disp.* 19. *th.* 3. Sive illa causa sit principalis sive incidens aut emergens, *Umm. disp.* 19. *n.* 10. Quod confirmatur *per C. p.* 3. *t.* 26. §. *pen.* & *t.* 29. § *pen.*

15. For-

Forma. 15. Forma concluſionis cauſæ eſt, ut probationibus allegationibusque renuntietur, & ſimul cauſa judicis cognitioni ſubmittatur, *Umm. d. th.* 3. Deinde quod concluſio fieri debeat abſque ſpeciali repetitione jam ante hac deductorum, vel de novo deducendorum, hiſce circiter paucis verbis: In Sachen ꝛc. ſag ich wider deß Gegentheils Handlung gemeine Einred / und erhole mein vorige Handlung / ſetz die Sach zur Erkantnuß / *C. p. 3. t. 26. §. 6.*

16. Loco ejuſmodi verò concluſionum oralium ſcripta concluſio ſub ſeria pœna non exhibenda *d. tit.* 26. §. 5. nec iiſdem antehac non deducta immiſceri, ſed illa in ſcriptis concipi ac partem adverſam adverſus illa agere admitti oportet, *d. t.* 26. §. 9.

Finis & Effectus. 17. Finis eſt Sententia judicis obtinenda, Effectus denique, quòd partibus, ut loquuntur Dd. os claudat ſeu ulteriorem probationem & allegationem excludat, *Umm. præalleg. theſ. 3. quem effectum tamen octodecies limitat. idem Umm. ibid. n.* 13.

TIT. LXXV.

DE SENTENTIA.

Processus Cameralis actus duodecimus eſt Sententia, eaque eſt. Cauſa jam concluſa, reſtat ut judex eam cognoſcat ac decidat. Quod cùm faciat per ſententiam, hæc erit Proceſſus Cameralis actus duodecimus & ultimus, de quo igitur nunc quoque aliquid diſſeri oportet.

2. Sententia eſt pronunciatio judicis cauſæ controverſæ deciſionem continens. Germanicè ein Urtheil / ein Beſcheid. Diſtinguitur in definitivam & interlocutoriam, End- und Bey-Urtheil / *Umm. Proceſſ. Judic. diſp.* 19 *th.* 4.

Vel Definitiva, vel Interlocutoria. 3. Sententia definitiva eſt, quæ principalem controverſiam definit, *Umm. diſp.* 19. *th.* 6. Sententia interlocutoria eſt, quæ ſuper emergentibus & incidentibus fertur, *Umm. Ibid. th.* 5. Sic dicta quòd eam judex interim loquatur, dum definitiva fuerit dicta. Reſpectu tamen ejus articuli, quem definit, etiam definitiva dici poteſt, *Gail.* 1. *O.* 129. *in fin.* Ubi & hoc notandum, licet nomina *Emergens & Incidens* quoad veritatem juris non differant, tamen à Dd. ita diſtinguantur, ut *Incidens* ſit illud, quod ante L. C. ortum habuit, *Emergens* verò, quod demum poſt L. C. ſubvenit, *Umm. diſp.* 19 *n.* 16.

Interlocutoria ſubdiſtinguitur in ſimplicem & vim Definitivæ habentem. 4. Sententia interlocutoria ſubdiſtinguitur in interlocutoriam ſimplicem & vim definitivæ habentem. Hæc eſt, I. per quam non definitur integrè cauſa principalis ſed per indirectam tangitur, ac determinatur articulus, qui ad definitivam ſpectat. II. per quam expirat officium judicis. III. Poſtquam non alia ſperatur Sententia. IV. quæ continet aliquid dari vel fieri, *Gail.* 1. *O. n.* 6. Et talis interlocutoria quoad effectus juris per omnia definitivæ comparatur, *Gail.* 1. *O.* 132. *n.* 3.

5. Interlocutoriæ vim definitivæ habentis species sunt, (1.) omnis Sententia post definitivam lata, *Gylm- voc. Sententia definitiva. princ.* Hinc omnis paritoria est Sententia vim definitivæ habens, (2.) Attentatorum revocatoria, *Gail. 1. O. 130. num. 8.* Idque verum quoad expressionem gravaminum seu interponendam appellationem, nam quoad decernendam inhibitionem pro mera interlocutoria habetur, *Gylm. voc. Sententia definitiva. §. nota.* (3.) Absolutoria ab observatione judicii seu instantia, *Gail. d. num. 8.* Ab actione instituta absolutio autem est definitiva, *Gylm. voc. Sententia interlocutoria §. absolutoria. & §. item si post.* (4.) Incompetentiæ, *Gail. 1. O. 130. num. 9. & Magenh. O. 25.* Huc pertinet & remissio causæ, *Gylm. voc. Sententia interlocutoria. §. Sententia qua quis.* Item ea, quæ fertur super remissione causæ. Quod tamen verum est quoad judicem inferiorem, non quoad partem, *ibid. §. Sententia, qua fertur.* Sententia competentiæ autem est mera interlocutoria, *Gail. & Magenh. d. l.* Aliquot tamen limitationes tradit Gylm. *voc. Sententia competentiæ.* Mera interlocutoria est etiam, quâ judex recusatus se competentem & non suspectum pronunciat, *Gylm. voc. recusatio judicis. §. ult.* (5.) Impositiones perpetui Silentii in L. Diffamari, *Gail. 1. O. 132. num. 1.* (6.) Sententia de procedendo in causa. (7.) Exceptionem peremptoriam obstare vel non: probatam esse vel non, *Mynf. 3. O. 88. n. 3.* (8) Sententia relaxationis juramenti ad effectum agendi, *Gylm. voc. Sententia interlocutoria §. Sententia relaxationis.* (9.) Quando pronunciatur non esse respondendum Libello tanquam inepto, *Gylm. ibid. § seq.* (10.) Sententia desertionis, intellige si à definitiva sit appellatum, nam alias est simplex interlocutoria, *Gail. 1. O. 138. n. 1.* — *Species interlocutoriæ sententiæ vim Definitivæ habentis.*

6. Interlocutoriæ simplices sunt (1.) Sententia, quæ indicia sint legitima & quòd Reus torqueri possit. (2.) Sententia sequestrationis. (3.) Sententia rejiciens Exceptiones, quæ opponuntur contra processum. (4.) Sententia fidejussores esse idoneos. (5.) Si copia actorum denegetur. (6.) Si tutoris legitima excusatio non admittatur. (7.) Si judex admittat ineptum Libellum. (8.) Si cautio injungatur, &c. *Gylm. voc. Sententia interlocutoria. §. qua Sententia. & seqq.* — *Species interlocutoriarum simplicium.*

7. Deinceps Sententia interlocutoria dividitur in actoriam & paritoriam. Illa est, quando Judex nondum sufficienter informatus litigantibus injungit, ut ulterius agant, **Wann der Richter denen Partheyen Handlung oder zu handeln aufferlegt.** Hæc dicitur, quando pars Sententiæ latæ seu Mandato insinuato inobediens jubetur illi Sententiæ seu Mandato obedire. Subdividitur in paritoriam plenam & non-plenam. *Vid. suprà tit. 34. n. 180.* — *Deinde Interlocutoria subdividitur in Actoriam & Paritoriam.*

8. Ad interlocutorias quoque pertinent Decreta extrajudicialia, uti citatio, Mandatum, aliive Processus. Quæ tamen nunquam vocantur **ein Urtheil**/ sed semper **ein Bescheid.** — *Interlocutoria quoque sunt Decreta extrajudicialia.*

9. Sententiam ferre debet, qui super causa cognovit, *Umm. disp. 19. th. 6.* In Camera non ipse Judex Sententias pronuntiat, sed cum Assessoribus pro Tribunali sedens eas per Protonotarium ex Scripto recitari curat. Quod vulgò vocatur *Sententias publicare.* **Urtheil publiciren Bescheide geben.** — *Quis sententiam ferre possit.*

10. Cum

Acta complere quid denotet.

11. Cùm verò Sententiæ ex Scripto ita recitandæ ex Actis judicialibus, eisque conformiter ab Assessoribus concipi debeant, prævia Actorum completio, distributio & relatio necessaria est. Acta complere autem est nihil aliud, quàm Recessus à Procuratoribus habitos ex Protocollo judiciali Actorum Protocollo inscribere, huicque Scripta una alterave vice exhibita sub certo numero cuidam quadrangulo incluso apponere. Hæc completio fit à Notariis & Lectoribus. *Vid. suprà t.* 14. *&* 15.

Acta completa judex ipse distribuere tenetur.

11. Acta sic completa judici Cameræ porriguntur, quo ea inter Assessores ad referendum distribuat, nam Assessores nulla Acta ad referendum ipsi sumere, poscere aut sibi distribui petere debent, *C. p.* 1 *tit.* 20. *pr. prout. latius dictum suprà. tit.* 7.

12. Olim antequam Acta ad referendum tradebantur, eorum præcipua Scripta in quintuplo describenda erant, *de quo vid.* G. B. 17. *Maji* 1605. *atque C. p.* 1. *tit.* 23. §. 23. *& seqq.* Verum illud hodiè non observatur, nec unquam usu receptum fuit.

Et æqualiter inter omnes Assessores.

13. Acta causarum fiscalium præscitu & ex jussu judicis per Notarium Fisci distribuantur. Sed reliquorum Actorum distributio ab ipso judice fiat, *C. p.* 1. *tit.* 12. §. 7. Acta verò judicis propria per Præsidem distribuantur, *d. tit.* 12. §. 8. Deinde Acta inter Assessores æqualiter distribuenda, *d. tit.* 12. *pr. &* §. 2. In hac autem distributione causæ veteriores aut aliàs privilegiatæ reliquis præferantur, *d. t.* 12. §. 3. Observato tamen hoc discrimine, ut veteribus causis per aliquot annos non sollicitatis novæ præferantur, *d. t.* 12. §. 4. Neque uni Assessori cuncta novarum, alteri Veterum causarum Acta tradenda, *d. t.* 12. §. 9. Nec uni ultra 2. 3. vel 4. definitivè & 3. 4. vel 5. interlocutoriè conclusa Acta referendum dentur, *d. t.* 12. §. 10. & qui illa interlocutoriè retulit, eidem quoque ad definitivè referendum assignentur, *d. t.* 12. §. 11. Idem observetur, si in puncto executionis submissum sit, *d. t.* §. 12.

Acta causarum connexarum uni Referenti distribuuntur.

14. Porrò Acta connexitatem causæ habentia, non diversis sed uni Referenti ascribantur, *C. p.* 1. *t.* 12. §. 13. Neque Acta novarum causarum inter absentes aut ægrotantes sed præsentes distribuantur, *d. t.* 12. §. 14. Acta verò suspiciosis ex affectione vel interesse causæ haud assignanda, *d. t.* 12. §. 15. Acta definitivè vel super gravi interlocutoria conclusa duobus assessoribus ad referendum distribuenda, *d. t.* 12. §. 16. Inter quos unus ex inferiori, alter ex Superiori Germania ortus sit, sed Acta Correferente haud indigentia ejusdem nationis Referentis assignentur, *d. t.* 12. §. 17. Semel relata sine causa prægnanti ad ulterius referendum non distribuantur, *d. t.* 12. §. 19.

Nomen Relatio & votum, ambigua & definitio.

15. Acta distributa deinde ab Assessoribus referenda sunt. Nomen Relatio (*sc. Actorum seu causæ,*) sumitur autem (1.) latè, quatenus etiam votum comprehendit. (2.) Strictè quatenus voto opponitur. Nomen *Votum* itidem accipitur (1.) latè, quatenus Relationem strictè dictam complectitur. (2.) Quatenus huic opponitur. Relatio strictè dicta nihil aliud est quàm enarratio Facti in Actis deducti & ad illud juris applicatio. Votum, *quod Latini suffragium appellant*, dicitur

tur vox, qua quis suam voluntatem declarat, quid & quomodo in causa jam decidenda pronuntiandum sit.

16. Antequam verò ea, quæ in O.C. circa Relationes concipiendas habendasque ac vota dicenda præscripta sunt, proponam, in gratiam Juvenum Practicorum quendam rudi minervâ compilatum modum referendi hic præmittere necessarium visum fuit, ubi scire oportet Acta esse literas gesta in judicio continentes, *suprà t. 63. n. 12.* Quapropter nisi gesta sint valida, satis apparet, Acta nullius momenti esse, nec sententiam ex illis concipiendam quicquam valere posse, idcircò omnium primò perspiciendum, an in judicio gesta de jure valeant. Valent verò si gesta sint à personis ad legitimum judicium constituendum habilibus, quales sunt Actor, Reus & Judex. *Generalis modus referendi rudi Minerva compilatus.*

17. Actor & Reus verò habiles dicuntur, si legitimam personam standi in judicia habeant, *id est*, si suo nomine agere & se defendere non prohibeantur, *de quibus vid. Umm. disp. 1. th. 4. & 5.* Sin alieno nomine compareant, videndum (1.) utrum à talibus constituti sint, qui Procuratores constituere queant. (2.) An ipsi Procuratores constitui non prohibeantur, utrosque recenset Umm. *Process. Judic. disp. 3. th. 3. & 4.* (3.) An ita constitui sufficiens Procuratorium exhibuerint, nam aliàs illi dicuntur falsi Procuratores, *Gail. 1. O. 47. n. 1.* *Primò observari debet personæ habilitas tum Actoris & Rei.*

18. Exceptio enim falsi Procuratoris quandocunque etiam post sententiam opponi potest, quia judicium ex tribus personis Actore, Reo & Judice consistit, deficiente ergò unâ personâ, judicium retrò nullum est, & per consequens neque L.C. aut conclusio facta valet. Proinde si hujusmodi exceptio post sententiam opponatur, censetur initio & ante L.C. opposita esse, *Gail. d. O. 47. n. 2.* Hinc Referens Acta ad manus sumens omnium primò diligenter exhibita Procuratoria considerare debet, utrum illa sint sufficientia nec ne. *De his add. supra tit. 67. n. 7. & seqq.*

19. Judex habilis ad constituendam tertiam personam judicii dicitur, si ille quo ad causam jam decidendam fundatus sit in jurisdictione. Nam judex dicitur, qui juris dicendi potestatem habet, qua deficiente ille pro privato habetur, sententiaque ab eo lata est nulla. Quapropter post Procuratoria considerata judicis personæ quoque omninò consideranda venit. Ubi animadverti debet, (1.) An ille de jure non prohibeatur esse Judex, *de quo vid. Umm. disp. 1. th. 8. & seqq.* (2.) Si non prohibeatur, anne etiam in præsenti causa jam decidenda possit esse judex. *Tum Judicis.*

20. Nam si causa esset spiritualis, eam Judex secularis decidere prohibetur, *prout suprà tit. 43. n. 19. & seqq. latius dictum*, Item in causis appellationum, si has desertas vel non-devolutas esse ex actis appareat, Judex superior easdem desertas seu non-devolutas pronuntiare tenetur, nec propter defectum jurisdictionis causam principalem decidere ipsi licet. Proinde instrumenta appellationis, Documenta requisitionis Actorum præstitorumque Solennium, summam appellabilem & alia ad punctum desertionis ac non-devolutionis spectantia in causis appellationum ante omnia probè ponderabit.

21. Habilitate personarum judicium constituentium deprehensâ Referens perpendat, utrum processus legitimo an inverso ordine institutus sit, aliove vitio circa *Secundo an processus legitime sit institutus.*

 sub-

substantialia laboret. Circa quæ substantialia animadvertendum, (1.) An reus legitimè sit citatus. (2.) An Libellus ritè conceptus in judicio sit productus ac desuper lis contestata. (3.) An debito modo in causa conclusum. Atque in genere an exhibitorum probatoriarum aliorumque documentorum recognitio facta, aliàs prius hæc injungi debet, antequam ad alias sententias descendatur.

Tertio & ultimo merita causa. Circa hæc

(1.) species facti ex Actis breviter & dilucidè enarranda.

22. Si Processus etiam legitimè observatus est, & à vitio insanabilis nullitatis defendi poterit, tunc Referens ad merita causæ se accingens integra Acta ad referendum sibi tradita à Capite ad calcem summâ cum attentione perlegat, atque I. Ex iis perlectis universam facti speciem seu causam, super quo Sententia ferri debet, extrahat & quantum fieri potest, dilucidè ac breviter scripto complectatur. Nam ex facti specie seu casu jus decidendi sumendum ac nisi casus bene à Referente intelligatur, fieri nequit, quin sententia injusta ac iniqua decernatur. Ita verò facti species, ut dixi, ex integris actis præcipuè autem ex conclusione Libelli investiganda.

(2.) Instituta Actio investiganda

23. II. Post enarrationem speciei facti Referens investiget, quænam actio sit instituta. Nam juxta illam sententia formari debet. Circa eam verò indagandam inspici oportet petitum Libelli atque si in eo certa actio non sit expressa aut inde elici nequeat, & ita sit dubium, quænam actio instituta sit, ex narratis verò Libelli seu aliunde constet, actorem diversis actionibus agere potuisse, illa est eligenda, quæ dictis narratis convenientior & actori utilior erit.

(3.) An instituta Actio sit probata.

24. III. Videndum, utrum institutæ actionis omnia Requisita non solùm adsint sed etiam an sufficienter & quomodo sint probata. Nam Requisito etiam unico deficiente vel omnium Requisitorum unico non sufficienter probato, Reus ab instituta actione absolvendus erit.

(4.) An per Exceptiones Rei elisa.

25. IV. Considerari oportet, an actio sic probata per Exceptiones Rei elisa sit. Ad quam elisionem requiritur, (1.) ut Exceptio sit revelans, *id est*, ut habeat in se vim removendi actionem. (2.) ut sit sufficienter probata. Atque hoc casu Referens Actoris & Rei rationes, probationes juriumque allegationes seu partium disputationes diligenter conferre ac prudenter perpendere debet, uter eorum melioribus firmioribusque rationibus nitatur.

(5.) Quæ sententia ferenda.

26. V. Referens dicat, quid in causa pronunciandum & quomodo formula sententiæ concipienda.

(6.) An Expensæ compensandæ vel non.

27. VI. Ac postremò Referens memoret, utrum expensæ ex justis causis compensandæ, an verò alterutra pars in eas condemnanda sit. Atque hæc sunt, quæ in concipiendis relationibus in genere ac præcipuè observari oportet. Cætera Referentis legalitas supplebit.

Acta quo ordine.

28. Hoc generali modo Referendi paucis præmisso, ad ea, quæ in O. C. circa Relationes concipiendas habendasque ac Vota danda præscripta sunt, revertor. Ubi notandum, quòd Acta causarum prius conclusarum prius referenda atque expedienda sint, *C.p.1.t.11.§.6.* & *p.3.t.56.§.2.* Et quidem eo ordine, quo Referenti distributa sunt, *d.t.11.§.8.* nisi causa spolium concernat, vel aliàs privilegiata, aut ex causis Collegio approbatis cæteris præferenda sit, *d.t.11.§.9*, aut periculum sit in

fit in mora *C.p.*1.*t.*23.§.2. Ad cauſas privilegiatas quoque pertinent cauſæ fractæ pacis & executionis, quæ præ cæteris maturandæ veniunt, *præall. eg.* §.2. Graves cauſæ Exemptionum quoque ante omnes expediendæ, leviores verò atque aliæ fiſcales, in quibus interlocutoriè ſubmiſſum, ante cauſas privatas quovis die Sabbathi expediri debent, *C.p.*2.*t.*12.§.5. Quod etiam obtineat in cauſis collectarum Imperii atque contributionum Turcicarum, *d.t.*12 §.6.

29 Et generaliter omnes cauſæ, in quibus definitive ſeu interlocutoriè ſubmiſſum debito tempore per ſententiam expediantur, *præcit.* §.2. Et quidem Acta, in quibus levis ſubmiſſiones factæ, ſtatim poſt eas factas expediantur, *C.p.*1.*t.*23. *pr.* id eſt, ad proximam Audientiam, *O C.p.*1.*t.*13.§ *pen.* Interlocutoriæ verò in quibus non ſolùm inſpectione judicialis Protocolli ſed Actorum totorum, vel illorum partis opus, poſt eorundem acceptationem ultra 8. vel 14 dies, aut longiſſimum 1. Menſem Aſſeſſores penes ſe non retineant, niſi cauſas judici indicent, quare relatio intra d. tempus fieri nequeat, *d.t.*23.§.1. Si gravis interlocutoria ſubmiſſio in Senatu interlocutoriarum, in quo ordo referendi tardè circumvolvitur, referenda. levis ſubmiſſio interea incidens ad maturandam cauſam in Sabbathinis expedienda, *d.t.*23.§.2. Definitivas quod concernit, quanquam cauſæ diſſimiles inque iis per omnia certum tempus præfigi commodè nequeat, tamen quantum quovis modo fieri poteſt, quælibet cauſa intra 6. Menſ. poſt factam concluſionem expedienda, *d.t.*23.§.3. *Re[illegible] quo tempore [illegible].*

30. Referens Protocollationem actorum ita feſtinet, ut illa Acta Correferenti maturè, & quidem minimùm intra menſem uſque ad initium Relationis ſuperſtitem tradantur, *C.p.*3.*t.*23.§.13. *R.* 1654. Dieſem nechſt. 145. Referens de ſuo Correferente ante tempus non inquirat, *d.t.*23.§.14. Relationem conceptam jam habiturus cauſam, quam referre intendit, prius judici manifeſtet, *ibid.* §.15. Non ex ipſis actis ſed ſuo Actorum extractu ſeu Protocollo referat, *d.t.*23.§.16 *R.* 1654. §. Den *modum referendi.* 143. *& ſeq.* Relationem inchoaturus paucis verbis præmittat, ſuper quo ſubmiſſum, & quid ſint merita cauſæ, *d.t.*23.§.17. *& alleg.*§.143. hiſque annexa, *d.t.*23.§.8. *Referens circa Relat[illegible] [illegible] quæ [illegible] debe[illegible].*

31. Relationes & vota ordine ac induſtria habeantur, poſthabita omni ſuperfluitate ac inutili protelatione maturentur, *C.p.*1 *t.*11.§.1. *R.* 1654.§. In allewege. 146. Nec interloquendo, circumambulando, legendo, ſcribendo aut alia negotia tractando impediantur, *R.p.*1.*t.*23.§19. Neque relationibus definitivarum interlocutoriæ aut Supplicationes immiſceantur, *d.t.*23.§.20. Nec denique reliqui Aſſeſſores, qui relationibus interſunt, Acta, diſputationes & allegationes deſcribendo eas impediant, ſed neceſſaria ex iis inter referendum & legendum annotent, *ibid.*§.21. Neuter ex Senatu ante finem Relationum, & antequam ſententia conſcripta, inſcripta, prælecta atque à Referentibus ſubſcripta, diſcedat, *ibid.* §.22. *Relationes & vota quomodo habenda.*

23. Relationes ſemel cœptæ uno contextu finiantur, nec aliæ intermiſceantur. *C.p.*1.*t.*11.§.10. ob impedimenta ſic non finitæ, illis ſublatis continuentur, *ibid.*§.11. Si relatione finitâ novi procuratores ſe legitiment, & tempus ad ſe in cauſa infor- *Relationes uno contextu [illegible].*

formandum petant, in tempore autem obtento nihil agant, priores conclusiones pro repetitis habeantur, ac concepta sententia publicetur, *C.p.* 1.*t.*23.§.12.

Vota non sunt suspendenda.

33. Relatione jam peractâ Referens statim suum votum det, aliàs judex in præsentia duorum Assessorum eum desuper interpellet inque eundem, prout decet, animadvertat, *C.p.*1.*tit.*24.*pr.* *R.*1654.§. Jn alle Wege. 146. nec reliqui Assessores sua vota suspendant, *C.p.*1.*t.*11.§16. *& prealleg.* §.146. Vota verò danda sunt in præsentia Proto-vel Notarii, qui in ipso consessu annotet, quis Referens, quinam Assessores relationi interfuere, quæ substantialia & principalia causæ fundamenta, quid conclusum & quæ major fuere, *d.t.*24.§.1. In votando prolixitas vitetur, præsertim amplæ allegationes juris vulgarium regularum, repetitiones Actorum atque fusæ disputationes, *d. tit.* 24.§.2. *R.*1654.§. Denen Referenten. 147.

34. Referens vota non dictet, sed conclusiones in quovis puncto, & quid Proto-vel Notarius inter votandum quoad merita causæ vel principalia fundamenta percipere poterit, breviter in Protocollo annotari curet, *d.t.*24.§.3. *& prealleg.* §.147. Relationes cum voto propria manu subscriptæ clausæ & obsignatæ judici ad asservandum in certa cista in lectoria posita tradantur, *d. tit.*24.§.4. *&* 5. *R.*1654.§. Vorgehend dieses. 150. Quod etiam obtineat, si Correferens & reliqui Assessores omnes vel per majora cum Referente non consentiant, *d.t.*24.§.6.

Non dictanda, neque latè deducenda

35. Referens suum votum non latè deducat, *d.t.*24.§.7. *&* d.§.147. Si votans cum Referente vel Correferente consentiat, id per verbum; *placet*; indicet, vel suum votum circiter formet, ipsum consentire cum Referente, velle cum illo concludere, *d.t.*24.§.8. Si habeat motiva per Re-& Correferentem non adductas, eas proponere ipsi liceat *d.t.*24.§.9. *R.*1654.§. Würde dann. 148. Sin verò planè diversæ opinionis sit, eam cum narratione Motivarum & necessariorum fundamentorum juri sproponat, *d.t.*24.§.10. Suprà præscriptum modum in votando non observans, remotione ab officio puniatur vel visitatoribus indicetur, *d.t.*24.§. *ult.* Postremò votis semel collectis secunda collectio non fiat, nisi justa causa subsit, *C.p.*1.*t.*11.§.13.

Quot Assessores conceptioni sententiarum interesse debeant.

36. In conceptione sententiarum definitivarum cum Præside non pauciores quam 6. vel 7. Interlocutoriarum, 3.4. vel. 5. In taxatione expensarum 2. vel 3. atque in expeditione supplicationum 3. Assessores sint præsentes, sin verò aliquid dubii vel difficultatis incidat, vel si illi de sententia ferenda inter se non conveniant, tunc reliqui etiam advocentur atque horum consilio concludatur, & quicquid jam dicto modo factum atque decretum, non secus ac si ab omnibus Assessoribus pronuntiatum publicatumque esset, firmum sit, ac ratum habeatur omnimodo, *C.p.*3.*t.*56.*pr.* *& p.*1.*t.*25 §.1.2. *&* 3.

Quid fieri debeat, si Assessorum opiniones sint diversæ.

37. Quòd si Assessorum opiniones fuerint pares, vel ex octo tres diversum justis de causis senserint, res ad Judicem & reliquos Assessores deferatur, quorum arbitrio vel à pluribus Assessoribus, vel alio Senatu, vel denique in pleno sub incudem revocetur atque ex integro deliberetur ac certum quid decidatur, quod ultimum ratum sit, *C.p.*1.*t.*25.§.3.

38. Omni

38. Omnium verò Assessorum votis paribus existentibus, illa sententia prævaleat, cui Judex assenserit, *O. C.* 1495. *art.* Wie das Cammergericht. 1. *vers* Und ob sie (*sc. Assessores*) vännig und auff jeglichen Theil gleich wären/ welchen dann der Richter einen Beyfall thut/ dabey soll es auch bleiben. Hunc assensum pro voto habet Magenh. *ad O. C. p.* 1. *t.* 9 Quod verum puto, quia hoc casu assensus judicis Majora facit. *Omnium Assessorum votis paribus, judex majora facit.*

39. Porrò sententiæ in præsentia eorum Assessorum, religioni interfuere, statim concipiendæ, prælegendæ verbisque ita claris concipiendis, ut in iis omnis obscuritas evitetur, *C. p.* 1. *tit.* 25. §. 7. Prælectis sententiis Referentes antequam ad alia divertantur, manu propria se subscribant, *d. t.* 25. §. 6. *R.* 1654. §. Wann nun. 149. *Sententia quomodo concipienda.*

45. Concepta sententia porrò publicari debet. Contra quem, quando & in quo loco publicanda sit, docet Umm. *disp.* 19. *th.* 7. De Jure & Stylo Camerali sententia publicatur non in Procuratorem, licet hic apud Acta existat & Dominus litis sit, sed in ipsum Principalem, *Gail.* 1. *O.* 111. *n.* 2. In Procuratorem tamen fertur, (1.) Si principalis sit mortuus, & hæredum nomina Judici nondum sint indicata, *C. p.* 3. *t.* 14. §. 11, *R.* 1654. §. Damit auch. 99. Sic 13. April. 1660. factum in causa Fischer contra Schultzen / *Sent. Cam. n.* 635. Quòd si mors Principalis ignoretur & contra illum feratur sententia, ea in hæredes transfertur. Sic in causa Lutterbrod contra Sylms sententia contra defunctum Lutterbrod 7. Jul. 1658. lata, in ejus viduam 25. Octobr. 1659. translata est, *vid. Sent. Cam. num.* 406. & 585. (2) In causis injuriarum, idque ad evitandam infamiam, *Gail. d. O.* 111. *n.* 3. Executio tamen fit in partem & Procuratori ad avisandam partem terminus præfigitur, *Gylm. voc. Procuratores.* §. *quando Procurator.* In causa Dhalberg contra Hörner tamen 6. Jul. 1664. ipsi Reo revocatio injuriarum injuncta est, *Sent. Cam. num.* 984. *Et concepta quomodo publicanda.*

41. Antiquitus singulis diebus Juridicis horâ primâ pomeridianâ sententiæ conceptæ erant publicandæ, *C. p.* 3. *t.* 1. *pr.* Quod impræsentiarum non ita observatur, sed duntaxat certis diebus Juridicis pro arbitrio Collegii Cameralis electis publicari solent, sententiæ verò publicandæ ante publicationem prius in Senatu prælegi debent, *C. p.* 1. *t.* 21. §. 7. *Quibus diebus,*

42. Huic publicationi olim Judex & eo absente Præses cum dimidia parte Assessorum interesse debebat, *C. p.* 3, *t.* 1. *princ.* Hodiè Judex, Præsides atque Assessores dictæ publicationi intersunt, quicunque sunt præsentes, nihilominus tamen Judice aut etiam Præsidibus absentibus, Assessores sententias publicare possunt. Nam his, modò prædicto numero adsint, sententias concipiendi, publicandi ac in jure agendi potestas concessa, ac si omnes adessent, *C. p.* 3. *t.* 56. §. 1. Contra principem tamen sententia publicanda si veniat, absentis Judicis Vicarius minimùm sit Comes vel Baro, *C. p.* 1. *t.* 18. *princ.* *Et coram quot Assessoribus sententia publicentur.*

43. Quòd si sententia Banni declaratoria publicanda sit, quò hæc declaratio apud omnes majorem authoritatem habeat, atque terrorem incutiat, sancitum ut omnes *De publicatione sententiæ Banni.*

omnes Præsides atque Assessores in Judicio comparere, atque de hinc foras ad consuetum locum sub dio ad publicationem Banni descendere debeant, *d. tit.* 56. §. *pen.* Cum hisce descendentibus eandem ob causam omnes Procuratores simul ex Audientia descendant, *d. tit.* 56. §. *ult.* *Add. suprà tit.* 29. *num.* 186. *& seqq.*

Objectum sententiæ est res controversa.

44. Objectum sententiæ est res in judicio controversa, quæ autem ea sit, potissimum ex libello æstimandum est. Aliquando tamen aliud in condemnationem venire solet. Veluti, si dolo aut culpâ victi res sive deperdita, sive deteriorata sit, aut si victus, quod facere debuit, non fecerit. Ibi enim æstimatio rei petitæ; hic id, quod interest, in condemnationem venit, *Umm. Processf. Judic. disp.* 19. *th.* 8.

De rei controversæ ejusque accessionum æstimatione

45. Æstimatio autem illa plerumque victoris juramento in litem constitui solet, *de quo vid. Umm. dict. Processf. disp.* 20. *per tot.* Non solum verò ipsius rei sed etiam ejus accessionum, præsertim si petitæ sint, ratio habenda. Illæ accessiones verò sunt fructus, usuræ, id quod interest, *de cunctis tractat. Umm. disp.* 21. *per tot.* Ad accessiones quoque spectant expensæ tam in rem ipsam quàm litem factæ. *Has perstringit Umm. disp.* 22. *per tot.*

Expensæ litis maturè taxandæ.

46. Circa expensas litis verò in O. C. peculiariter dispositum, quòd Judex & Assessores Cameræ in causis decisis & executionum singularem diligentiam adhibeant, ut expensæ properè taxentur, quo litigantes taxatarum Expensarum exsolutionem minori sumptu & uno Executoriali consequantur, latæque definitivæ maturè executio fiat, *C. p.* 3. *t.* 59. *pr.* Ut verò superfluo labori ac sumptibus parcatur, propter expensas nova citatio non impetranda, *d. t.* 59. §. 1.

Super taxatis expensis jurandum.

47. Procurator volens præstare juramentum expensarum, vel desuper quietae, id non solummodò medio speciali Procuratorio & jussu, sed etiam à suo Principali separatâ informatione acceptâ faciat, *d. tit.* 59. §. 2. Hoc speciali Mandato hodiè non indigetur, quoniam clausula de illo juramento præstando generali Procuratorio inserta.

Expensarum Designationes quomodo computandæ

48. Expensarum designationes ad rationem florenorum Rhenanorum & crucigerorum computatæ exhibeantur, neque in hoc puncto sine prægnanti causa replicetur, *d. tit.* 59. §. 3. Hodie istas designationes ad rationem florenorum & crucigerorum Cameralium computatæ exhiberi oportet, alioquin rejiciuntur. *Præjudicia habes in Sent. Cam. n.* 536. 645. 709. *&* 742.

Expensæ in quo judicio solvi debeant

49. Expensæ verò taxatæ in Judicio Camerali sunt solvendæ idque sententiis expresse inserendum, *d. t.* 59. §. 4. In causis appellationum ad Cameram devolutatum utriusque instantiæ Expensæ ibidem taxentur & exequantur. *d. tit.* 59. §. 5. Sin verò Appellationes sint vel non-devolutævel desertæ, Expensarum in Camera factarum taxatio & executio à Camera fiat, expensas verò prioris instantiæ ejusdem judex taxet & exequatur, *d. t.* 59. §. 6.

Interlocutoriis condemnatus quomodo ex-

50. Interlocutoriis condemnatus etiam ideò, ut & propter litem retardatam, ut juris est, in expensas & damna condemnetur, & si hoc ex frivolis Exceptionibus, culpa, desidia vel imperitia procuratorum contigisse notoriè deprehendatur, Procura-

curatores has Expensas sine detrimento suorum Principalium ex propria crumena exsolvant, *d. t.* 59. §.7.

51. Intaxatione Expensarum simul quoque Advocatorum & Procuratorum Scripta, opera atque labores taxentur, & taxa in sententia Expensarum exprimatur, ideò ante taxam Expensarum sub pœna 20. flor. indicare debent, quidnam à partibus ad istam causam pro arrha & salario acceperint, *d. tit.* 59. §. 8. *Add. suprà tit.* 10. *num.* 71.

Advocatorum & Procuratorum labores taxandi & in sententia exprimendi.

52. Expensæ pro qualitate causæ majoris taxentur quàm hactenus factum, nec similiter sine sufficienti causa compensentur, *d. t.* 59. §. 9. Quamvis si pars appellata in Camera succumbat, Expensæ compensari soleant, tamen in causa Brand contra Haußmann Appellata in expensas utriusque Instantiæ 7. Jul. 1658. condemnata est, *Sentent. Camer. n.* 413. Idem factum 7. Jul. 1664. in causa Meyer contra Plurens, *Sent. Cam. n.* 985. Atque 17. Mart. 1654. in causa Brett contra Bremen, *ibid. n.* 10. Nec non 9. Mart. 1655. in causa Boudier contra de Lima, *ibid. n.* 44.

Expensæ pro qualitate causæ taxandæ.

53. Expensæ per duos vel tres Assessores taxentur, nisi illæ adeò magnæ aut causa adeo prægnans, ut Judici visum fuerit plures Assessores adjungere, *d. tit.* 59. §. *pen.*

Et quidem per 2. vel 3. Assessores.

54. Taxatæ summæ expensarum Referentes se semper subscribant, *d. tit.* 59. §. *ult.* Sententiæ, in quibus Summa expensarum moderata & taxata est, reperiuntur in Sent. Cam. *num.* 249. 329. 360. 376. 532. & 550. *nec non in Mantiss. nu.* 6. & 42.

Qui se taxationi subscribant.

55. Denique notari potest, licet ordinarius Judex suam sententiam declarare possit, quòd tamen in Camera declarationes sententiæ raro fiant, *teste Gylm. voc. sententiarum interpretatio. princ.* Ubi tria præjudicia allegat & quantum, *voc. sententia.* §. *sententia dubia.* Addit, in quibus sententias declaratas esse refert. Ratio autem, quare sententiarum declarationes in Camera admodum raræ sint, hæc est, ne detur occasio cavillationibus & novis disputationibus, tum etiam quia sententia ex Actis recipit interpretationem, quæ notorium inducunt, *Gail.* 1. *Obser.* 116. *num.* 8. Ubi attestatur suo tempore declarationes sententiarum sæpè petitas, nunquam verò factas, sed esse rejectas se meminisse. In causa Wallich contra Orßlar 25 Januar. 1661. Judicialis Sententia per extrajudiciale Decretum declarata, *Supplic. Cam. tit.* 18. *n.* 56. *Add. ibid. n.* 57.

Declarationes sententiarum in Camera admodum raro fiunt.

56. Postremò & hoc notatu non indignum, quod quidem sententia interlocutoria à judice revocari queat, *Umm. disp.* 19. *num.* 21. Id verò secus sit in sententia definitiva, *Umm. d. disp.* 19. *n. ult.* In cujus fine tamen 7. casus recenset, in quibus etiam Judici definitivam revocare liceat. *Plura de sententiis tradit idem Umm. d. disp.* 19. *th.* 9. & *seqq.*

Quatenus Judex suam sententiam revocare possit.

TIT.

TIT. LXXVI.

DE
TERMINIS.

Forma Processus Cam. præcipue in Terminis consistit.

1. ABſolutis hucuſque actibus, quos tanquam partes, ex quibus Proceſſus Cameralis componatur, hujus materiam feci, præced. tit. 64. & ſeqq. nunc quoque de Proceſſus Cameralis formâ quædam ſubjungi oportet. Forma hæc verò conſiſtit in Terminis, qui illis actibus legitimâ ſerie expediendis præfiniti ſunt. Sicuti enim forma ædificii in apta collocatione partim conſiſtit, nam ſi v. g. Tectum locum parietum & parietes locum tecti occuparent, non domus ſed alia informis ſtructura vocanda veniret. Sic etiam ſi ſententia citationem, concluſio litis conteſtationem, probatio libellum, &c. antecedat, & unum alterius termino aſſignetur, illud non proceſſus, ſed mera confuſio erit. Nam Proceſſus eſt legitima actuum ad litis diſceptationem neceſſariorum ſeries, *ſuprà t. 1. n. 11.* Proinde formam Proceſſus Cameralis in aſſignatione terminorum cuivis actui debita inprimis conſiſtere non valdè dubito & mecum ſentiunt Profeſſores Argentoratenſes in ſuo Collegio *lib. 5. t. 1. n.* 173. De his igitur terminis jam porrò videndum.

Terminus quid ſit.

2. Terminus verò eſt nihil aliud quàm certum temporis ſpatium ad agendum præſtitutum. Sed cùm totalis uno actu finiri nequeat, diſceptationi litigantium ut plures actus concedantur neceſſe eſt, quorum cuivis ſuus certus terminus ſit præfixus. Hinc terminus duplici reſpectu venit conſiderandus quatenus nimirum vel certum aliquem actum, vel totam litis diſceptationem reſpicit. Poſteriori modo conſideratus perſtringetur infrà n. 34. & ſeqq. Priori modo conſideratus eſt vel legis vel arbitrarius.

Terminus Legis.

3. Terminus legis dicitur, quem & cujus quantitatem ordinatio Cameralis præfigit; Qualis eſt decendium interponendæ appellationis, triginta dies requirendorum Actorum, quadrimeſtre inſinuandæ & ſemeſtre introducendæ appellationis. Quod ſemeſtre ſi Judex inferior conſtringat brevioremque terminum ad introducendam appellationem præfigat, *per C. p. 2. t. 33. princ.* Ille terminus vocatur terminus hominis, *C. p. 3. t. 34. §. 11.*

Terminus hominis.

Terminus arbitrarius.

4. Terminus arbitrarius dicitur, cujus quantitas arbitrio perſonarum in judicio principaliter verſantium conſtituitur, habita nimirum ratione loci, cauſæ, puncti, in quo præfigendus, cæterarumque circumſtantiarum. Conſtituitur autem vel à Judice vel à litigantibus.

Terminus ex officio.

5. A Judice conſtituitur, quoties Judicii Stylus aut Judicis officium id requirit. Uti eſt (1.) deſignatio terminorum ad comparendum in omnibus citationibus. Ubi advertendum licet terminus legalis (*de quo infrà n. 22.*) citationibus ac reliquis proceſſibus etiam inſeratur & à judice pro diſtantia loci modò coarctetur,

modò

modò extendatur, quòd is tamen ad in judicio procedendum, non verò ad comparendum pertineat, *G.B.9.Jan.*1660.§.5.

6. (2.) Si judex terminum per sententiam (*his solis verbis*: von Ampts wegen angesetzt/) ex officio præfigat. Inde *præfixus* appellari assolet, *G. B.*3. *Martii* 1651. §.3. *verb. per sententiam* angesetzt/ G. B. 30.*Octobris* 1655.§.5. *Terminus præfixus.*

7. (3.) Si parte adversa petitum terminum non admittente, factâque ad istam petitionem submissione, judex præfatum terminum aut in totum concedendo, aut pro parte coarctando, his verbis. Ist die gebetene Zeit/ oder sein 6. Wochen zugelassen und angesetzt: interloqui soleat. Nominari consuevit *Terminus admissus*, *prealleg.* §.5.& §.3. *verb.* zugelassene Termin. Quod si petitus terminus jam elapsus, & judex terminum concedere velit, illum omissis verbis: zugelassen: ex officio præfigere tenetur. *Terminus admissus.*

8. (4.) Si judex terminum probatorium seu dilationem probandi præfigat, *de quo actum præced. tit.* 73. *n.* 56. *& seqq.* *Terminus probatorius.*

9. A litigantibus terminus constituitur altera parte vel tacente & altera per se ipsum colligente, quod plerumque fit, si quis cavet, se intra certum tempus Procuratorium esse producturum. A quo iste terminus appellari solet *collectus*. Colligere verò terminum nihil aliud est, quàm sibi ipse sumere, unde aliquando *terminus sumptus vel assumptus* vocatur, *C. p.*3. *t.*7. *Lit.D.* Vel non tacente sed petitum terminum concedente aut in totum, ut si quis petat terminum 3. Mensium & alter concedat, atque hic vocatur *Terminus concessus*, *d.* §.3. *verb.* bewilligter Termin. Aut pro parte, ut si quis petat 4. Mens. alter verò duntaxat duos concedat & ille acceptet. Inde huic termino nomen *Acceptati* inditum, *d.* §. 3. *verb.* angenommene Termin. *Terminus collectus, sumptus, assumptus, concessus, & acceptatus.*

10. Porrò notandum, (1.) hos terminos arbitrarios non semper adeò accuratè, prout suprà traditum, distingui sed modo strictè, modo latius sumi, modo pro se invicem poni. Ideo illorum significatum vel ex contextu, vel aliunde eruendum esse. (2.) Quemvis jam memoratorum terminorum generali verbo *obtentum* vocari, quatenus ipse à judice aut parte obtinetur. (3.) Terminum concessum, acceptatum & admissum, ubi terminus legalis locum habere potest, non ampliùs in usu esse, secus verò est, si legalis vel alterius termini prorogatio, aut etiam planè novus terminus petatur. (4.) Hodiè quemvis terminum in Camera esse præjudicialem seu peremptorium, *C.p.*3.*t.*10.§.2.4.& 10 *Nonnulla notanda.* *Terminus obtentus.*

11. Antiquitus quidem termini ad agendum non fuere peremptorii sed tum si quis agere tenebatur, & judex terminum non præfixerat, ille (1.) terminum ordinationis (*vid.præced.t.*61.*n.*10.) ad agendum habebat, ipso intra istum terminum nihil agente, ejus contumaciam pars adversa accusabat, ille verò excusationes, quare non egisset, proponens (2.) alium terminum petebat, atque si in hoc etiam non agebat, nec excusationes, quare non egisset, afferebat, pœna ordinationis puniebatur, & super submissione ulterioris dilationis ergò utrimque factâ judex interloquebatur. Quòd si judex (3.) petitum terminum concedebat, contumax verò iterum in eo nihil agebat nec justas causas, quare non egisset, allegabat, *Terminus ordinationis.*

Terminus finalis. tum (4.) tempus pro termino finali præfigebatur. Aſt nec hoc termino obſervato demum (5.) tempus ſub comminatione ſoliti præjudicii atque ita terminus præjudicialis præfigebatur, *d. t.* 10. §. 1.

Terminus præjudicialis. 12. Sed cum ex his variis dilationibus tum in Cancellaria & Lectoria, tum in Senatu & Audientiis expeditiones cauſarum valdè impedirentur, *prealleg.* §. 1. Anno 1570. ſancitum ut tribus prioribus terminis ſublatis, terminus ordinationis ſtatim eſſet finalis, eumque è veſtigio inſequi deberet terminus præjudicialis, *R.* 1570. §. Weldhermaſſen. 86. Cum verò terminus ordinationis ſuum ſtatum temporis ſpatium haberet, *vid. praced. t.* 61. *n.* 10. & 11. poſteà Anno 1577. placuit, ut ſublato termino ordinationis & quoad hunc etiam termino finali, iſtorum loco Procuratores certum terminum pro diſtantia loci, ac qualitate cauſæ peterent, qui eſſet præjudicialis, *d. t* 10. §. 2. *junct. ſuprà t.* 61. *n.* 16. Sic dictus à præjudicio, *id eſt*, damno, quod ex ejus lapſu litigantibus emergit.

Exempla præjudicii. 13. Illud verò damnum ſeu præjudicium pro varietate caſuum quoque varium eſt, nam ſi quis, cui terminus ad Libello reſpondendum præfixus, intra iſtum terminum non reſpondeat, præjudicium eſt, quòd Libellus pro confeſſato accipiatur atque via defenſionales opponendi ſit præcluſa. Item ſi quis, cui per ſententiam paritio ſub eventuali declaratione pœnæ injuncta eſt, intra præſtitutum tempus non pareat, etiamſi poſteà parere paratus ſit, vel etiam pareat, tamen illud præjudicium adeſt, quòd per hanc paritionem nimis ſeram comminatam pœnam evitare nequeat. Item ſi quis jurare juſſus, intra præfixum terminum non juret, etiamſi poſteà jurare paratus ſit, tamen illud præjudicium adſit, ut pœnam non jurantium effugere nequeat. Item ſi quis agere ſub comminatione, quòd alias cauſa pro concluſa acceptari debeat, juſſus intra conſtitutum tempus non agat, præjudicium adeſt, ut poſtea agere volens, ampliùs non admittatur, ſed cauſa pro concluſa acceptetur. Et in genere quotieſcunque aliquis intra certum tempus aliquid facere tenetur, & intra iſtud tempus illud non faciat, ſtatim præjudicium illud adeſt, quod ad idem faciendum non admittatur, vel etiamſi faciat, tamen nullum effectum habeat. Quare etiam, cùm eo effluxo alius terminus non concedatur, dicitur peremptorius, *C. p.* 3. *t.* 10. §. 2. *in fin.* Atque hic terminus tam in cauſis Fiſcalibus quàm aliis obtineat, G. B. 7. *Julii* 1636.

Terminus peremptorius.

Omnis terminus in Camera eſt præjudicialis. 14. Sed ei, quòd dictum, hodiè omnem terminum eſſe præjudicialem, valdè refragatur, *C. p.* 3. *t.* 46. & 48. Ubi ſancitum ut Procurator terminum aut planè aut debito modo non obſervans vel informiter agens, pœnâ ordinationis duntaxat ſit mulctandus, ille verò nihilominus, ſi ad evitandam nullitatem, ejuſmodi terminum corrigere ac repetere velit, illud non quidem nova exhibitione priorum productorum facere debeat, ſed paucis verbis Terminum debitè vel planè non obſervatum de novo ordinationi Cameræ conformiter obſervare, & ſic in eo termino formiter acta nudis verbis repetere, renovare, confirmare, atque tunc in cauſa, prout decet, concludere poſſit. Verum Reſp. Hæc de jure Camerali antiquo procedebant, *vid. O. C. p.* 3. *t.* 37. & 39. qui duo tituli quoad integra verba poſtea à compilatoribus per errorem in renovatam *O. C. d. t.* 46. & 48. ſunt tranſcripti.

15. De-

15. Deinde regula, quemvis terminum in Camera esse præjudicialem, *id est*, quod ultimo momento termini istius elapso statim, si quis agere potest & non agit, illud præjudicium adesse, ut postea agere nequeat, limitatur (1.) quod terminum ad procuratorium producendum collectum, quia termino præterlapso nihilominus illud procuratorium absque ulla pœna aut præjudicio produci potest, donec judex ad instantiam adversarii proclama decernat, aliamve pœnam ob non productum procuratorium imponat. ***Hæc regula limitatur duobus modis.***

16. (2.) Quoad terminum citationis. Cujus termini postremo die præsente adhuc per 6. juridicas terminus & citatio salva manent, illis vero præteritis demum citatio evanescit, extinguiturque terminus, qui ita extinctus vulgo circumductus vocatur. *Add. supra t.66. n. 8. usque 21.* ***Terminus circumductus***

17. Cùm vero præter hos duos casus omnis terminus sit præjudicialis & peremptorius, ut nonnisi semel detur, quotidiè autem contingat, ut propter legitima impedimenta agenda peragere impossibile sit, ne igitur litigantibus absque sua culpa irreparabile damnum & præjudicium per lapsum præmemorati termini statim inferretur, sancitum ut hujus termini extensionem seu prolongationem petere liceret, quam prologationem judex postea concedens terminum prorogare dicitur. ***Terminus prorogatus.***

18. Litigantes verò si intra hunc terminum præjudicialem sive primum sive prorogatum non agant, sed illum planè negligant, Terminus ille dicitur purificati, quia is semper hanc expressam vel tacitam in se continet conditionem, ut nisi intra istum agatur, quod tunc via agendi præclusa esse debeat. proinde cum elapso termino illa conditio expiret, terminus antea conditionalis jam fit purus, indeque purificatus nuncupari consuevit. ***Terminus purificatus.***

19. Sin vero litigantes ante illius Termini præjudicialis ultimum diem agant, terminum anticipare dicuntur, quæ anticipatio Termini licita est, *C.p.3.t.46.* Imo procuratores agere valentes sub fide juramenti ac pœna termini purificati agere tenentur, *C.p.5.t.10.§.17.* Solum vero terminum citationis anticipare non licet, *G. B. 6. Julii* 1579. Nam eo anticipato reproductio citationis adeo nulla est, ut ne quidem in ipso reproductionis termino per verbalem repetitionem reproductionis antehac realiter factæ validari queat, quapropter terminum circumduci oportet atque hinc vel Rescriptum citationis vel restitutio in integrum peti debet, *juxta traditam distinctionem praced. t.66.§.35.& 2. seqq.* Præterea Procurator terminum citationis anticipans hancque citius reproducens, arbitrariè punitur ac petitum proclama contra Reum non comparentem denegatur, *uti factum* 8. *Februarii* 1658. *in causa* Wildenberger *contra* Jüngen/ *Sent. Camer. n.*359. ***Terminus anticipatus.***

20. Porro cum sæpissimè dictus Terminus sit præjudicialis, proinde tam pro ipso, quam pro ipsius prorogatione tempus amplum ac legitimum pro qualitate causæ, puncti, rerum agendarum, distantia loci, aliisque circumstantiis olim peti debebat, *G. B. 3 Junii* 1577. Primo enim id tempus, & deinde ejus prorogatio petenda erat, & quanquam Procuratores in suis considerationibus Visitatoribus Anno 1580. exhibitis maturationi causarum utile putarent, ut duplicato tempore ***Tempus pro termino ejusque prorogatione simul olim peti debuit.***

 una

una vice cum termino præjudiciali ejus prorogatio postularetur, tamen Visitatoribus in Anno 1581. diversum placuit, *C.p.*3.*t.*10. *lit. E.* Sed sequenti Anno à Collegio Camerali ad evitandas varias submissiones ac interlocutorias per commune decretum sancitum, ut Procuratores una vice pro termino ac ejus prorogatione certum tempus pro qualitate causæ ac distantia loci ad agendum præjudicialiter peterent, sibique invicem sub pœna ordinationis concederent, *d.t.*10.§.4.

Illius temporis spatium.

21. Tempus verò illud ultra 4. Menses non facilè extendendum erat, *R.* 1654 §. Die bißhero. 84. Procuratoribus verò de tempore, inprimis si lis esset circa unum vel duos Menses, quod in ulteriori prorogatione, si opus, concedi posset, supervacaneè disputare aut submittere erat prohibitum, *d. t.* 10. §.6. Sin verò ex justis causis de tempore convenire non poterant ac desuper submittebant, ne quis de nimia abbreviatione Temporis justè conqueri posset, Judex similiter pro qualitate causæ, magnitudine ac multitudine productorum & distantia loci amplum terminum præfigere, idemque etiam in ejus prorogatione observare tenebatur, *d.t.*10. §.7. In causis extraordinariis, privilegiatis ac summariis, quæ moram non patiuntur, Tempus circiter dimidium, quòd aliàs in ordinariis in similibus punctis pro qualitate circumstantiarum admitti solebat, præfigi concedique debebat, *d. tit.* 10. §. 8.

Terminus legalis.

22. Verùm ad evitandas istas frequentes petitiones ac præfixiones terminorum, supervacaneas disputationes atque submissiones, hodiè sancitum, ut semper in supplicationibus pro processibus, simul quoque pro præfixione certi termini utrique parti communis, quem LEGALEM vocare placuit, ad illa quæ post Exceptiones in primo termino exhibitas contra has ac subsequentia ex adverso producta opponi debent seu possunt, in judicio agenda instaretur atque illum terminum Processibus insertum per totam litis disceptationem in omnibus jam memoratis oporteret observari, ac partibus præjudicialiter currere, quamdiu Judex alium terminum non præfigeret. *Add. supra t.*64. *n.*53. & 54.

Termini satis ampli præfigi debent.

23. Judex autem terminum tam legalem in Processibus quàm alium in progressu causæ ex officio præfigens utrumque pro qualitate ac necessitate causæ agendorum ac litigantium distantia loci moderare tenetur, *C.p.*3.*t.*47. & G.B. 13. *Decembr.* 1659. §. 4. Procuratores verò de neutro termino inter se colludant, aut post ejus lapsum producta ipsi propria authoritate admittant, *d. t.*10.§.5.

Terminorum prorogatio non nisi ex justis causis petenda.

24. Porrò quamvis prout præced. n. 17. dictum, quod si quis intra terminum sic cum suprà memorata prorogatione simul obtentum agere injunctaque præstare nequeat, ejus termini ulteriorem prorogationem petere liceret, hoc tamen non aliter procedat, quàm si causæ, ob quas petitur, sint relevantes ac simul probentur, *d.t.*10.§.9. *R.*1654. §. In dem auch. 97. Nam licet post terminum demum probentur, tamen, etiamsi sint revelantes, non prosunt, nec attenduntur, atque si causæ sint irrelevantes, procuratores insuper puniuntur, *d.t.*10.§.9.

Et quidem intra terminum.

25. Intra terminum verò ejus prorogatio petenda, *d. t.*10. §. 19. & *dict.* §. 97. *verb.* vor Außfliessung deß *Præjudicial*-Termins. Nam isto effluxo eam petere haud licet, quia id, quod amplius non est, extendi nequit. Post terminum verò

puniti-

purificatum tempus pro novo termino postulare prohibitum est, cum adversæ parti per lapsum termini jus atque præjudicium jam quæsitum, quod ei inauditæ absque causæ cognitione ac citra remedium restitutionis in integrum haud addimendum, *d. t.* 10. §. 10. Sed parti negligenti damnosum esse debet, *praalleg.* §. In dem auch. 97. *Add. supra t.* 33. *n.* 175. *& seq.* Prorogatio autem coram Deputato petenda est. *supra t.* 60. *n.* 31.

26. Quod si Procuratore adhuc vivente terminus effluat, sed ille antequam facultatem agendi nanciscatur, diem obeat, novo Procuratori alius brevis terminus, intra quem se ad agendum præparare possit, concedendus, *d. tit.* 10. §. 11. Sed si in causa vel ejus aliquo puncto submissum, quoad factas submissiones ulterior terminus sub pœna arbitraria non petendus, sed duntaxat priores submissiones repetendæ, *d. t.* 10. §. 12. E contra verò Procuratori terminus ad agendum obtentus, si intra illum adversarius vita fungatur, nihilominus currat, ita ut quamprimum ex adverso alius se legitimaverit, ille in suo ordine sub solito præjudicio agere teneatur, ac propterea terminum novum sub pœna ordinationis petere abstineat *d. t.* 10. §. 20. *Quid obtineat si Procurator facultatem agendi non habens elapso termino moriatur.*

27. Prorogatione vero semel obtentâ, ulteriorem prorogationem petere regulariter non licet, *R.* 1654. §. Zum achten. 103. Dictum: *Regulariter*: Ex quo colligere licet, Regulam in alleg. §. 103, esse positam, quod sc. prorogationis prorogationem petere non sit admittendum, habere suas exceptiones, & sic illius petitio nec hodiè in totum prohibita sit, sed permissa, si quis justas causas adducere easque legitimè incontinenti probare possit, judexque easdem pro relevantibus habeat, uti jam anteà constitutum, *in R.* 1594. §. Solten sich aber 52. *& seq.* Quod procedit, modo illa petitio fiat intra terminum prorogatum, nam eo elapso neque prorogationem nec novum terminum licet petere, *praced. n.* 25. Prorogationes vero prorogationum Procuratores sibi invicem propria authoritate non concedant, sed illas judicis arbitrio committant, *d. t.* 10. §. 13. *Prorogationis prorogationem petere regulariter non licet.*

28. Si causæ ad impetrandam prorogationem prioris prorogationis non sunt verisimiles vel suspectæ, Judex secundam prorogationem vel deneget, vel Procuratori ut ad proximam istas causas aliquo indicio probet, injungat, vel aliquando ei juramentum, quod istæ causæ sint veræ, deferat, *d. t.* 10. § 14. Si judex ulteriorem prorogationem denegat, in sententia præjudicium semper exprimat, *d. t.* 10. § 15. v. g. quod lis pro contestata; libellus pro confessato, ac responsiones pro sufficienti &c. acceptari debeant, *d. t.* 10. *lit. H.* Ista vero expressione non est opus, si termino priori adhuc durante, petita prorogatio denegetur, *d. t.* 10. §. 16. *Praesertim si causa non sint verisimiles.*

29. Si Procurator adversam partem ratione purificati termini contumaciæ accuset, accusans Procurator in suo Recessu diem, quo Procurator ex adverso ordinem adque facultatem agendi habuerit, non vero egerit, evestigio simul indicare tenetur, *d. t.* 10 §. 18. *Procurator contumaciam accusans diem purificati termini specificet.*

30. Termini eorumque prorogationes utiliter sunt accipiendi, quod nimirum Procuratores ultimo die obtenti & præfixi termini propter defectum ordinis agere non valentes, in proximo suo ordine posteà agere queant, quare significatio, *Terminorum, prorogationes utiliter accipiendi.*

 se ef-

ſe eſſe ad agendum inſtructos & in proximo ſuo ordine agere paratos, Procuratoribus ſub pœna arbitraria prohibita eſt, *d.t.*10. §.19.

Terminus primus à die habiti Receſſus, ſed prorogatus à fine primi computetur.

31. Quoties ratione termini primi ſubmiſſum, ille terminus à die habiti Receſſus currat, ſive Judex intra illum, ſive ante ejus lapſum planè non interloquatur, *d. tit.* 10. §. 21. Idem jus ſit circa petitam ſed non conceſſam prorogationem, *d. tit.* 10. §. 22. Iſta prorogatio autem non à die habiti Receſſus vel interlocutoriæ deſuper latæ numeranda, ſed immediatè cum primo termino continuanda, *d. tit.* 10. §.23.

Pro quovis menſe 30. computanda. Tabulæ duæ perpetui Calendarii.

32. Pro quovis menſe 30. dies computandæ, *d.t.*10.§.*ult.* In Camera autem termini juxta Vetus Calendarium aſſignantur & computantur, *praced. tit.*62. *n.*4. Quæ computatio autem ut eò exactius & abſque hallucinatione expediri poſſit, duas Tabulas in Judicio Camerali uſu receptas, ſecundum quas terminos computare facilè eſt, hic ſubnectam.

33. Tabula prima &c.

TABU-

TABULA PRIMA.
PERPETUUM CALENDARIUM
JUDICIALE ANNI COMMUNIS.

JANUARIUS. Habet d. XXXI.	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	JANUARIUS.
FEBR. XXVIII.	31	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	1	FEBRUAR.
MART. XXXI.	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	31	MARTIUS.
APRIL. XXX.	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	APRILIS.
MAJUS XXXI.	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	MAJUS.
JUNIUS XXX.	31	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	JUNIUS.
JULIUS XXXI	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	JULIUS.
AUG. XXXI.	30	31	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	AUGUSTUS
SEPT. XXX.	29	30	31	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	SEPTEMBER.
OCT. XXXI.	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	OCTOBER.
NOV. XXX.	28	29	30	31	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	NOVEMBER.
DEC. XXXI.	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	DECEMBER.
	27	28	29	30	31	|	|	|	|	|	|	|	|	|	|	|	|	|	|	|	|	|	|	|	|	|	|	|	|	|	
INDEX.	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	INDEX.

Hæc prima Tabula in annis communibus, so kein Schaltjahr seyn / locum obtinet.

Et computatio ità est ineunda, ut numeratio è proximo diei subscripto numero, quo recessus est habitus, vel sententia publicata, aut terminus prioris temporis exit, recta deorsum inchoetur & continuetur. Hoc modo: Pone, Cajum 8. Januarii ad agendum quatuor menses obtinuisse. Computatio igitur à diei habiti recessus *recta deorsum* subscripto numero qui est septimus dies mensis Februarii, incipienda est, & unum constituit mensem (singuli enim saltus recta deorsum facti, singulos efficiunt menses) & sic ulterius deinceps pergendum, donec mensem quartum attigeris: atque ita terminus erit 8. Maji. Idem in reliquis observandum.

TABULA SECUNDA.
CALENDARIUM JUDICIALE
INTERCALARE ANNI BISSEXTILIS.

JANUARIUS.	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	JANUARIUS.
FEBRUAR.	31	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	FEBRUAR.
MARTIUS.	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	MARTIUS.
APRILIS.	31	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	APRILIS.
MAJUS.	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	MAJUS.
JUNIUS.	30	31	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	JUNIUS.
JULIUS.	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	JULIUS.
AUGUSTUS.	29	30	31	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	AUGUSTUS.
SEPTEMBER.	28	29	30	31	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	SEPTEMBER.
OCTOBER.	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	OCTOBER.
NOVEMBER.	27	28	29	30	31	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	NOVEMBER.
DECEMBER.	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	DECEMBER.
	26	27	28	29	30	31	/	/	/	/	/	/	/	/	/	/	/	/	/	/	/	/	/	/	/	/	/	/	/	/	
INDEX.	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	INDEX.

Quæ diximus de priori tabula, etiam in hac secunda tabula locum sibi vendicant, nisi quod hæc una Februarii die sit aucta, & in annis bissextilibus, in den Schalt-Jahren / solum locum habeat.

Observandum tamen est, Indicem in utraque tabula, lineæ posteriori adscriptum, superiorem numerum saltem demonstrare, nec per se, sed cum superiori numero *signati mensis Januarii* conjunctum mensem demum conficere.

Planè saltus deorsum computati, Niederwerts / singulos constituunt menses. Recta numerati, Stracks hinaus / *juxta numerum*, dies faciunt.

34. Terminus respectu totius litis disceptationis consideratus alius est primus, alius secundus, alius tertius, alius quartus, alius quintus, alius deniq; sextus, intellige juxta R. 1654. §. Beneben bleibt. 35. *usq; ad.* §. Ebenmässig auff solche 57. quatenus in eo undecim termini in *O.C.p.3.t.12.& 10.seqq.* vel octo in *C.p.3.t. 11.& 14. seqq.* recensiti hodiè ad sex sunt coarctati, nam alioquin pro diversitate causarum & varietate circumstantiarum modo plures, modò pauciores & olim requisitos esse & hodie ad alicujus litis disceptationem requiri notum est.

35. Olim verò multò plures requisiti sunt propter articulatos libellos, Defensionales, Elisivos atque responsiones ad illos, uti & exceptiones contra illas responsiones, aliasque varias tergiversationes, quare cassato isto malè usitato modo articulandi & ad articulos respondendi, termini ad illum requisiti quoque sublati sunt.

Terminus respectu totius litis consideratus est sexuplex.

36. In his terminis agendorum quædam in uno istorum duntaxat quædam in pluribus perfici possunt, posteriora iterum & in eorundem quocunque vel in pleri que terminis perficere licet.

Olim plures fuère termini.

37. In quocunque termino (1.) ex adverso productis per generalia potest contradici. *Add. præced. t. 69. n. 16. & seqq.* (2.) juramentum calumniæ offerri ac deferri potest, *præced. t. 72. n 3.* (3.) Sigilla, manus ac signeta Notariorum recognosci vel diffiteri debent, sc. in illo termino, in quo oblata sunt, *vid. supra t. 63. n. 47.*

In illis fere Termini Agendorum divisio.

38. In plerisque Terminis, v. g. in primo, secundo, tertio, quarto, &c. prout tempus & res præsens probationem efflagitat, commissionem & dilationem probandi rogare, *C. p. 3. t. 19. §. ult.* Item documenta probatoria produci possunt.

39. In uno termino peragenda consideraturus de primo inchoabo. Sumitur verò primus terminus duplici modo, (1.) quatenus opponitur in judiciali disceptatione secundo, tertio, ac reliquis. (2.) Quatenus opponitur termino prorogato, *C. p. 3. t. 10. §. 17.* Priori modo hic sumitur.

Termini primi Homonymia.

40. Hic terminus vocatur (1.) primus, quatenus secundo & reliquis sequentibus opponitur. (2.) Terminus citationis, *C. p. 3. t. 12. §. 5.* quia in citatione præstituitur, *d. t. 12. §. 13.* (3.) Terminus comparitionis, *d. t. 12 §. 6. & 14.* Terminus comparendi, *C. p. 3. t. 34. §. 7.* Erscheinungs Termin / *R.* 1654. §. Es soll auch. 37. quia citatus in eo coram judice comparere jussus est. (4.) Terminus reproductionis, *d.* §. 37. Terminus reproducendi citationem, *R.* 1570. §. Ob auch wol. 81. quoniam in eo processus citato insinuati sunt reproducendi, G. B. 30. *Oct.* 1655. §. 2. (5.) Emphaticè primus reproductionis terminus, G. B. 13. *Decembr.* 1659. §. 2.

Et Synonymia.

41. Quoad agenda vero in hoc primo termino distinguendæ sunt causæ S. Q. & appellationum, Causæ S. Q. considerandæ iterum vel in genere vel in specie. De posteriori modo vide infrà n. ult. Priori modo consideratis quædam ab Actore, quædam in à Reo observanda, quæ singulatim nunc perstringam.

In primo termino agendorum divisio.

42. In prima itaque juridica seu primo termino in emissa citatione præstituto Actor I. Si alieno nomine comparet, quod ut plurimum fit, Procuratorium sufficiens

In primo termino in causis S. Q. Agenda à parte Actoris.

sufficiens ad legitimandam suam personam producere tenetur, *C.p.3.t.11.* Quoniam aliàs per illum tanquam falsum Procuratorem gesta sunt omnia nulla, atque contra principalem Actorem tanquam non-comparentem in contumaciam procedi potest, *de quo latius suprà tit. 66.* Et quanquam in alleg. t. 11. actor jubeatur ipse vel per Procuratorem comparere, & ita quoque citari soleat, tamen Actor nunquam ipse nisi sit Procurator Cameræ sed semper per Procuratorem comparet, *teste experientia.* Fiscalis nomine Fisci agens procuratorium non producit, quia ille Cæsaris & Imperii nomine ex generali Mandato constitutionum Imperii caussas in Judicio peragit.

43. II. Prævia ejusmodi legitimatione insinuatos Processus cum sua insinuatione, non tamen nominato eo, qui illos insinuavit, brevibus verbis reproducere tenetur, *d.t.11.R.*1654. §. Beneben bleibt. 35. *Add. supra tit. 63.n.41.* & 42. Reproducendi verò sunt Processus per eum Procuratorem, qui illos impetravit, G.B. 10. *Octobr.* 1642.

44. Insinuati autem Processus ideò in judicio sunt reproducendi, quoniam illi seu potius in specie citatio est principium & fundamentum Judicii, *Gail. 1. O. 48. n.1.* Et ut judici constare possit, de Reis citatis atque de causa, ob quam sunt citati.

45. Eorum verò insinuatio, quæ vulgò vocatur *Relatio Nuncii vel Notarii* simul producenda, quò Judex ex ea animadvertere queat, (1) An citatio Reo legitimè sit insinuata, nam aliàs contra eum non-comparentem in contumaciam procedi nequiret. (2) An reproductio justo tempore facta. Illud verò tempus est dies 60. vel 30. ab insinuatione factâ proximus.

46. III. Libellum, si nimirum à Supplicatione pro Processibus fuerit separatim exhibitus, atque ita Reo insinuatus, reproducit, 1654. §. Beneben bleibt. 35. *C.p.3.t.11. ibi.* deßgleichen seine Klage. Sin verò Libellus Supplicationi fuerit insertus ac in decretam citationem transcriptus, ejusdem citationis Narrata loco Libelli sunt repetenda, *vid. supra t.64.n.52.*

47. IV. Lis affirmativè est contestanda. Quæ L. C. perficitur, si actor contra negativam L. C. repetat Narrata sui Libelli loco affirmativæ L. C. dicendo ejus Narrata esse vera & pronunciandum juxta petita. Hujusmodi enim Libelli repetitionem affirmativam L. C. vocat Gail. 1. *O.73 num.2. Add.C.p.3.t.15.§.4. & t. 38.§.14.*

48. Cùm aliquando dubitatum, an hac repetitione seu L. C. affirmativa indigeatur, obtinuisse absque repetitione illâ sufficere negativam L. C. hoc est, die Widersprechung der Klage/ restatur Gail. 1. *O.73.n.3.* Quò facit d. §. 4. Ubi expressè dicitur, quòd per verba Rei, Er sey der Klage nicht geständig/ lis contestata censeri debeat, repetitio autem Libelli, quæ in d. §. 4. requiritur, non ad implendam L. C. sed ideò fit, quia Petitum Libelli post L. C. necessariò repeti oportet, cùm Actor ante L. C. non petiisse sed petere voluisse censeatur, *per notab. text. l.15 rem rat. hab.* Quapropter hanc voluntatem post L. C. adhuc durare seu perpetuari expressâ declaratione opus est.

49. V. Documenta probatoria Reo insinuata sunt reproducenda, eaque quemadmo-

admodum & illa, quæ quidem Reo non sunt insinuata, sed in hoc termino producuntur, in vim probationis repetenda, *R.* 1654. §. Benebeu bleibt. 35. *in fin.* Quæ repetitio necessariò requiritur, quia instrumentum ante L. C. productum, nisi post eam in vim probandi repetatur, nihil probat, *Mynf.* 2.*O.* 53.

50. Reus in hoc primo termino I. Comparens alieno nomine generale Procuratorium procedere vel si ob aliquod impedimentum illud producere impossibile sit, se idem intra 1. 2. aut 3. Menses producturum esse cavere tenetur, G. B. 13. *Decembr.* 1659. §. 2. Producendum verò antequam in declinatoriis vel dilatoriis submittatur, *C.p.*3.*t.*29.§. *pen.* Et quidem non per singularem Recessum sed eum aliis posteà necessariò Agendis, *C.p.*3.*t.* 14.§.*pen.* *In primo termino Agenda à parte Rei.*

51. II. Suas Exceptiones fori declinatorias, si quas habet, sub præjudicio viæ præclusionis istas posthac proponendi, proponere debet, easdemque vel solas absque eventualium annexione, vel pro libitu etiam cum eventualibus, utroque tamen casu adjunctâ eventuali L. C. idque sub comminatione, quòd cæteroquin lis in contumaciam pro contestata acceptari debeat, *R.* 1594. §. So viel dann. 59. *cum* §.*seqq.junct.* *R.*1654.§. Es soll auch. 37.& §. Und hat der Beklagte. 40. In declinatoriis vero proceditur eodem modo uti in dilatoriis, *C.p.* 3. *t.*15.§.6. Proinde quoad Processum dicta de his, de illis quoque dicta intelligantur.

52. III. Litem contestari cogitur, idque vel eventualiter pure, uti mox tradetur. Ad istam factam L. C. Actor statim oretenus suum Libellum repetere debet, *C. q.* 3.*t.*15.§. 3. & 4. Cui bono sit ista repetitio, dixi præced. n. 48.

53. IV. Suas Exceptiones dilatorias atque peremptorias in vim dilatoriarum proponendas cum eventuali L. C. ac Eventualibus, ubique sub præjudicio præclusionis exhibere cogitur, *C.p.* 3. *t.* 27.*pr.* &§.1.*R.*1594. In *Appellation*-Sachen 64. *R.* 1654. Es soll auch. 37.& §. Und hat der Beklagte.40. G.B.13.*Decembr.* 1659. §.4.*verf.* oder *existente irrelevantia.* Hic obiter notari potest, quod vox *Peremptoriè* in præcitato §. 37. posita non de peremptoriis exceptionibus eventualiter sed de in vim dilatoriarum proponendis intelligi debeat.

54. Porrò quanquam Reus, prout suis exceptionibus dilatoriis confidit, suo periculo Eventualia annectere vel omittere possit, nec illæ Ecceptiones ob nonannexionem Eventualium rejiciendæ sint, tamen si dictæ dilatoriæ solæ oppositæ reperiantur irrelevantes, consueta præjudicia suum effectum sortiantur, *C. p.*3. *t.* 38. §. 10. Illisque exceptionibus rejectis, in contumaciam non-agentis in causa principali procedatur, *d. verf.* oder *existente irrelevantia.*

55. Processus verò in contumaciam non-agentis respectu Rei ad Libellum non-respondentis est hic, quòd actor petat, ut Judex litem pro contestata, Libellum pro confessato accipiat ac Reo viam defensionales proponendi præcludat, idque in contumaciam non-agentis. Nonnunquam Actor etiam sed ad ulteriora, *id est*, ad probandum Libellum admitti postulat. Quòd si Reus intereà temporis donec Judex interloquatur, litem non contestetur, Libello non respondeat ac defensionales proponat, Judex litem pro contestata, Libellum pro Confessato accipit,

cipit, Reo viam defensionales proponendi præcludit, Actoremque ad ulteriora admittit.

56. Quô factô Actor commissionem petit vel aliâ viâ suum Libellum pro confessato acceptatum, *id est*, *fictè duntaxat probatum*, verè, *id est*, *per testes, documenta aliove modo* probat ac deinceps submittit. Si Actor se ad ulteriora admitti non petierit, tunc nec judex in sententia expresse illum admittit, est tamen in potestate Actoris, utrum statim submittere, an suæ actioni jam pro confessata acceptatæ, *id est*, fictè probatæ, veram probationem superaddere velit.

57. Quod posterius hanc utilitatem habet, ut reus postea non audiatur. Nam si Actor confestim submittat, Reus deinceps etiam post sententiam ex ista ficta probatione pro actore latam contrarium seu potiùs contradictorium probare victorque evadere potest. *Add Schvv.* 1. *Process.cap.*43.*num.*23. Ratio est, primò quòd sententia ex fictis probationibus lata nunquam transeat in rem judicatam, *Schvv. d.num.*23. Proinde quovis tempore revocari potest, *Umm.disp.*19.*num.ult. in fin.* Secundò, quia fictæ probationi vera probatio præfertur, cùm veritati omnis conjectura & præsumptio cedant, illæ contrariâ probatione tollantur, *Meichsn. tom.*1. *lib.* 1.*decis.*7.*n* 6.

58. V. Exceptiones contra Libellum, videlicet illum esse ineptum, nimis generalem, obscurum, &c. opponere potest, idque vel purè vel eventualiter, prout lis vel purè vel eventualiter contestata est, *Add. suprà t.*71.*n.*12.

59. VI. Si præmemoratarum exceptionum nullas opponere habet, lite purè contestatâ Libello actoris purè respondet, *R.* 1594. Setzen wir nach. 63.*junct. C. p.*3.*t.*15.*princ.& R.*1654.§. Es sollen auch. 37. Id est, suas defensiones seu Exceptiones peremptorias Merita causæ concernentes, non sub conditione, sed simpliciter adversus actionem in Libello actoris contentam proponit. Sin verò duntaxat habet Exceptiones contra Libellum, litem purè contestari, sed ad Libellum eventualiter respondere tenetur, *R.*1570.§. Demnach soll. 89.

60. VII. Ad documenta probatoria simul cum processibus ipsi insinuata respondere cogitur, *d.*§.37.

61. VIII. Sua documenta probatoria producere potest, *R.* 1654. §. Im fall. 46.

62. IX. Potest etiam reconventionem, si quam habere putat, instituere. Hæc autem reconventio, si ante L. C. aut post eam ad proximam vel secundam instituatur, in illa & conventione simultaneè procedi & termini alternativè observari debent. Sin ista verò demum posteà, etiamsi fiat ante conclusionem causæ, instituatur, in utraque causa conventionis & reconventionis separatim juxta O. C. procedi oportet, *C.p.*3.*t.*33.

In causis Appellationum in primo termino ab Appellante observandi.

63. Appellantis nomine in primo termino Procurator comparens, I. Procuratorium generale, prout suprà *num.* 42. de Procuratore Actoris traditum exhibere tenetur, *C.p.*3.*t.*34.*pr* & §. 3. Non tamen sub præjudicio circumductionis termini sed absolutionis à citatione, G. B. 13.*Decembr.*1659 §.2. Nam circumductio termini in causis appellationum locum non habet, *d t.*34.§.4.

64. Ra-

64. Ratio differentiæ est, quoniam in causis S. Q. Termino citationis circumducto, atq; sic citatione extincta actio non perit, sed salva manet, & ex integro litigari novaque citatio impetrari potest, *per eleg. Text. l. 73. §. 2. de Judic.* In causis verò appellationum citatione prima semel extincta vel cassata, nova impetrari nequit, quoniam appellatio ob Fatalia ipsius vel insinuandæ vel reproducendæ jam elapsa vel mox elabenda deserta est reddita, quo casu appellans tota causa cadit.

65. Itaque ob magnum præjudicium jacturæ totius causæ sancitum, ut in causis appellationum circumductio termini locum non habeat, *id est*, ut terminus in Processibus appellationis præfixus statim post effluxas 6. Juridicas à dicto termino proximas, suam efficaciam non amittat, nec per consequens Processuum reproductio postea facta sit invalida ac nullius momenti sed terminus salvus maneat usque ad ultimum momentum Fatalium introducendæ appellationis, quibus effluxis cùm appellatio jam sit reddita deserta, etiam terminus atque citatio cadit, hujusque reproductio est nulla.

66. Verùm licet terminus citationem reproducendi usque ad finem d. Fatalium salvus maneat, uti dixi, in ipso tamen termino Appellante non comparente, Appellatus comparere ac proclama petere, eoque decreto & sex Juridicis elapsis absolutionem à citatione postulare potest, *C.p. 3. t. 53. §. 1.* e. g. quidam 1. Febr. appellavit, Processus appellationis 3. Martii Appellato insinuari curavit, Terminus citationis, qui 60. dierum, est 2. Maji. Finis verò d. Fatalium est ultim. August. Hoc casu terminus citationem reproducendi salvus manet per integros tres menses nimirum à 2. Maji usque ad ultimum Augusti. Hinc licet Appellans in præfixo termino non compareat, potest tamen adhuc intra d. tres menses quocunque tempore comparere atque suam citationem reproducere. Appellante verò non comparente intra eosdem menses appellatus comparere ac citationem sibi insinuatam reproducere proclamaque petere, eoque decreto ac effluxis sex Juridicis absolutionem à citatione, utpote quæ adhuc valida propter Fatalia introducendæ nondum elapsa existit, efflagitare potest, per supra tradita.

67. Sed quæritur si Appellans post decretum proclama ac petitam quidem nondum tamen decretam absolutionem adhuc intra Fatalia compareat, utrum illam absolutionem impedire queat? Resp. disting. aut enim causas relevantes & justas, quare citiùs non comparuerit, allegare potest, aut non. Priori, non verò posteriori casu absolutionem impedire poterit, *arg C.p. 3. t. 12. §. 21.*

68. II. Processus appellationis, videlicet citatio, inhibitio & compulsoriales, (*si & hæc duo posteriora emanarunt*,) cum insinuatoris relatione absque istius tamen nomine reproducendi sunt, *C.p. 3. t. 34. princ. junct. R. 1654. §.* In *Appellation*-Sach n. 58. *prout præced. n. 43. de reproductione Processuum causarum S. Q. traditum, d. t. 34 §. 3.* Et quidem post causæ intitulaturam hisce brevibus verbis; In Sachen Mævii contra Cajum übergib ich diesen *Reproductions*-Receß / sammt darin vermeldten Kayserl. Processibus und darzu gehörigen Beylagen / wie auch einen General- und ad jurandum Special-Gewalt lit. vel num.

N.N. handele und bitte wie darin / auch (nemine comparente) ruffen / ſonſten aber der Gewälter und Beylagen ſub lit. vel num. N. N. recognitionem, G. B. 13. *Decembr.* 1659. §. 3.

Formula Receſſus Reproductionis. 69. Præmemoratus Receſſus reproductionis propter ſuam amplitudinem in ſcriptis exhiberi debet, G. B. 9. *Januarii* 1660. §. 1. Ac hiſce ferè formalibus concipi ſolet:

Durchleuchtiſter Fürſt / Römiſcher Käyſerlichen Mäjeſtät Cammer-Richter / Gnädigſter Herr.

Krafft Original gemeinen Gewalts ſub lit. A. reproducire ich außgangen und verkündte völlige Appellations-Proceß originaliter cum retro ſcripta Nuncii relatione, wil termino lapſo erſcheinen vernehmen.

Ubergib darauff pro juſtificatione Formalium Inſtrumentum appellationis ſub lit. B. documentum requiſitionis Actorum intra triceſimum ſub lit. C. nec non ipſa Acta priora clauſa & ſigillata. In puncto ſolennium, weiln nach Außweiſung Documenti præſtitorum ſolennium ſub lit. D. die Appellanten denſelben coram Domino inferiori Judice ein Gnügen gethan / ſo producire wegen deß Advocati cauſæ dieſen Special-Gewalt ad præſtandum juramentum de non frivolè appellando ſub lit. E. bin ſolches alſobald abzuſtatten erbietig.

In puncto cauſæ principalis exhibire dieſen Libellum ſummarium ſub lit F. bitt Inhalts deſſelben / wie imgleichen der Gewälte / Documentorum atque Actorum recognitionem, reſpectivè publicationem & communicationem, zuförderſt aber viſa executione ruffen in contumaciam.

Hierüber Eur Fürſtliche Durchleucht Hoch-Adelich mildrichterlich Ampt unterthänigſten Fleiſſes anruffend.

Euer Fürſtl. Durchl.

Unterthänigſter

N. N. Dr.

Formalia Appellationis juſtificare qui a debeat. 70. III. Formalia Appellationis juſtificare tenetur, *d.* §. 58. Et quidem ſub præjudicio abſolutionis à citatione *d. t.* 34. §. *ult.* Quænam iſta Formalia ſint, ſuprà t. 48. traditum. Eadem verò juſtificare nihil aliud eſt, quam docere & probare Formalia eſſe juſta, *id eſt*, eſſe obſervata eo modo, prout jura ſeu leges præſcribunt. Nam juſtum eſſe dicitur, quod in jure, à quo vox; *Juſtum*: Grammaticè derivatur, ſed præſcriptum.

Illa duplici modo juſtificantur. 71. Cùm verò duplici modo appellatio interponi ſoleat, nimirum vivâ voce & in ſcriptis, etiam duplici modo Formalia Appellationis juſtificantur, *C. p. 3. t.* 4. §. *ult.* (1.) Per productionem Actorum priorum, *d.* §. 58. Si viva voce appellatum, ſimulque Acta requiſita. Atque ſi Judicis privilegium de non appellando id requirat, oblatio ad præſtanda ſolemnia facta & ipſa præſtatio ſit ſubſecuta. Cùm enim hi Actus apud Acta fiant, in Protocollo Judiciali annotari ſolent, quare ut

iſti

isti Actus probentur, ad Acta priora, si à Judice edita sint, in judicio Cameræ producta fit relatio, dum videlicet Procurator dicit, sese ratione justificationis Formalium ad Acta priora referre. Sin vero judex inferior Acta nondum ediderit, solet extractus Protocolli istorum Actorum à Judice isto peti, ad illumque in Judicio productum fieri relatio. (2.) Si in scriptis appellatum, per productionem tum schedulæ seu instrumenti Appellationis, tum documenti requisitionis Actorum prioris instantiæ, *d. t.* §.58.

Requisitio Actorum quomodo probetur.

72. Cùm verò requisitio Actorum plerumque fiat per Notarium Appellationem Judici inferiori insinuantem, atque illa requisitiò Instrumento Appellationis inseratur, etiam dicta requisitio per hoc Instrumentum sufficienter probata censetur, si forsan Judex inferior præfatum documentum edere detrectet. Sin autem Judex illud Notario requirenti edat, solet is suo Instrumento ut plurimum verbotenus istud inserere. hoc Instrumentum vero necessario sub præjudicio ab solutionis à citatione in primo termino reproducendum, *Deput.* 1600. §. Wan die 99. & *Conf.* 1595. *Dub.* 82. *d. t.* 34. §. *ult. R.* 1654. §. In *Appellation.* Sachen. 58.

73. Sed quæritur, utrum ista insertione facta, opus adhuc sit, ut illius originale in Camera producatur? R. Cùm aliàs documentum per Notarium suo Instrumento insertum nihil probet, sed pro nuda copia habeatur, *supra thes.* 63. *n.* 38. originalis productione opus esse videtur. Ast contrarium verius, ea sc. non opus esse, quoniam, uti num. proximè præced. dictum, sæpe dicta requisitio sufficienter probata per instrumentum Appellationis censeatur, ideò ulteriori probatione non indigetur, neque dicta insertio ullius momenti est.

Judex intra præfixum tempus Acta non edens ulterius requiri debet.

74. Porrò Judex debito tempore ac modo requisitus in suo documento factæ requisitionis semper certum tempus ad Acta edenda præfigit, sin verò Acta intra præfixum tempus non edat, Appellans isthæc eodem tempore adhuc durante secunda vice requirere, atque hujus ulterioris requisitionis documentum sub pœna allegationis (*intellige à citatione*) in hoc primo termino producere cogitur, *R.* 1654. §. Daben gleichwol 63.

75. Quod præjudicium olim in primo documento requisitionis obtinebat, *C. p.* 3. *t.* 35. *pr. in fin.* Hinc dicendum puto, quæ olim de isto primo documento in O. C. tradita sunt, hodie in prædicto ulteriori documento obtinere. Ex quo concludo absolutionem à citatione non ex officio sed tantùm ad implorationem partis comparentis esse decernendam, *per d. t.* 35. §. 4. & 6. Etiamsi ista pars non in primo termino, sed demum post illum compareat, *d. t.* 35. §. 3. Sin verò prima vice comparens de non-producto in primo termino ulteriori documento haud excipiat, sed in causa procedens hunc defectum posteà animadvertat atque de eo excipiat, hæc exceptio tanquam nimis sero objecta non admittenda, nec absolutio concedenda sit, *d. t.* 35. §. 5.

76. IV. Tenetur præstare juramentum de non frivolè appellando in animam tam Principalis quam Advocati causæ, mediante ad illud præstandū speciali procuratorio

de & quibus praestandum. ratorio utriusque nomine à Procuratore producendo, *R.* 1654. §. Zumaln aber 118. Et quidem quod concernit Advocatum, sub pœna non-Jurantium, videl. Marcæ auri puri, quod verò Principalem attinet, sub præjudicio desertionis, G. B. 28. *Febr.* 1657. §. *pen. in fin.* Licet Appellatus non comparuerit, G. B. 13. *Decembr.* 1659. §. 3. *verʃ.* Darauff auch. Vel comparens Exceptiones desertionis ac non-devolutionis opposuerit, sive non, G. B. 9. *Jan.* 1660. §. 2. *Add. supra tit.* 48. *n.* 42. *& seqq.*

Quomodo procedatur in puncto Inhibit. 77. V. Proceditur in puncto inhibitionis & attentatorum, *R.* 1654. §. In *Appellation*-Sachen. 58. *C. p.* 3. *t.* 37. §. 3. In puncto inhibitionis dicitur procedi, si contra insinuatam inhibitionem attentatum sit, & agatur ad declarationem pœnæ prærnemoratæ inhibitioni insertæ. In puncto autem attentatorum dicitur procedi, si planè nulla inhibitio emanarit, sed tamen sit attentatum, vel si inhibitio emanata tempore attentatorum nondum fuerit insinuata & petatur, ut commissa attentata revocentur, *per d.* §. 58. *in fin. junct. C. p.* 3. *t.* 37. *&* 3. *&* 5. In utroque puncto autem celeriter & absque L.C. implorato duntaxat officio judicis procedendum *d. tit.* 37. §. 4. *&* 5. In scriptis tamen, *d.* §. 3. *&* 5.

Item in puncto Compulsorialium. 78. VI. Agit in puncto Compulsorialium, *d.* §. 58 *junct. C. p.* 3. *tit.* 35. § 9. Et quidem si Acta mutilata & manca sint edita, ulteriores Compulsoriales ad complenda Acta petit, sin verò Judex à quo Acta edere recuset, efflagitat arctiores Compulsoriales, adjuncta petitione ut Judex citetur ad vid. se incidisse in pœnam simplicium. Judex autem Cameræ horum loco plerumque duntaxat ulteriores ex officio decernit, prout suprà tit. 52. latius traditum.

Acta priora quomodo in Camera producenda. 79. VII. Si Acta debito modo sunt edita, illa exhibet, *C. p.* 3. *tit.* 34. *princ. & tit.* 35. §. 11. Et quidem clausa ac sigillata, *R.* 1654. §. So dann sollen. 62. Illorum sigilli recognitionem, Actorum verò ipsorum publicationem & communicationem petens. Et quidem publicationem petit ideò, ut Acta aperiantur, communicationem verò ut illi concedantur ad inspiciendum, vel si opus, illorum copia communicatur. Olim si Procurator Appellantis ante terminum reproductionis Acta clausa accipiebat, illa sic clausa ad Judicem deferebat, quo facto ab uno vel pluribus Deputatis in præsentia Proto-vel Notarii sine læsione sigillorum aperiebantur ac Procuratori restituebantur, quò suum libellum in primo termino producere posset, *C. p.* 3. *tit.* 35. §. *pen.* Ast illud hodie non ampliùs obtinet, postquam sancitum, ut libellus unà cum supplicatione pro Processibus exhiberi debeat, *per R.* 1654. §. Zu Beförderung. 64. Quare etiam d. 35. §. ult. hodie simul abrogatus est.

80. Si Judex promisit se velle Acta edere, tempore verò reproductionis propter quædam impedimenta nondum sint edita, Procurator petit certum terminum ad Acta producenda, *stylo ita obtinente.* Illa verò non per singularem Recessum, sed cum aliis posteà necessariò Agendis oportet produci, G. B. 6. *Julii* 1579. Olim Appellato ad suam instantiam Acta in Camera producta ad exscribendum communicabantur, atque tempus ad illa reproducenda præfigebatur, *C. p.* 1.

p.1.t.36.§.pen. Verùm id hodie in desuetudinem abiit. Quare nec d. t.36. §.ult. amplius obtinet.

81. VIII. Reproducendus est libellus appellationis, *C. p. 3. t. 34. pr.* & quidem sub præjudicio absolutionis à citatione, G.B.13.*Decembr.*1593.*pr.R.*1654. §. Wolte er aber. 65. Ubi tamen distinguendum inter appellationem ab interlocutoria simplici, & appellationem à definitiva ejusve vim habente. In illa libellum exhibere prohibitum est, sed ejus loco instrumentum vel schedula appellationis in scriptis vel oretenus in solito præjudicio (*intellige, præmemoratæ absolutionis à citatione*,) repetendum, R. 1654. §. In *Appellation*-Sachen 58. Ratio quoniam istam appellationem ex dicto instrumento seu schedula appellationis & Actis prioribus duntaxat justificari oportet, *C. p. 3. t. 36. pr.* Non verò ex aliis causis in d. instrumento seu schedula non expressis, *C. p. 2. t. 32. §. 3. in fin.* Rationis ratio est, ut evitetur prolixitas Processus *Deput.* 1695. §. Nachdem al. 113. Dictæ repetitioni autem, ut ea sit instar integri libelli, petitio est annectenda, ut judex pronunciet nulliter vel malè judicatum, ac bene appellatum esse, *d. t.36. pr.* Quoties verò ejusmodi appellatio reproducitur, causa in specie, quod sit appellatio ab interlocutoria, est intitulanda, *C. p.3. t.34. §.1.* — *Modus libellandi in causis appellationum.*

82. In Appellatione à definitiva ejusve vim habente libellus appellationis summariè vel punctatim, non vero articulatim, conceptus est reproducendus, *C. p.3. t.34. pr. junct. R.* 1654. §. Zu Beförderung. 64. Vel Acta priora loco libelli pro lubitu aut oretenus aut in scriptis sunt repetenda, *C. p.3. t.13. §.1. & 2. junct. R.* 1654. §. Wolte er aber 65. Ubique tamen eodem libellandi modo, quem Appellans tempore exhibitæ supplicationis pro Processibus elegit, observato: nam uno libellandi modo semel electo variatio prohibita, *C. p.3. t.13. §.3.* Hinc in causa Montz contra Montz, 13. Mart. 1657. libellus post factam submissionem exhibitus rejectus est, *Sent. Cam. n.* 230. Quòd si ex illa Supplicatione non sat constet, utrum Supplicans libello inhærere, an ad Acta priora submittere velit, ei injungi solet, ut se desuper declaret, sic factum 2. Oct. 1661. in causa Groutars contra S. Mauris, *Supplic. Cam. t.15. n.13.* Item 14. Nov. 1661. in causa Zulchen contra Ruchenheimb / *d. t.15. n.19.*

83. Sin vero quis terminum libellandi obtinuerit, quod hodie contingit, si quis ex justa causa impeditus, libellum simul cum supplicatione pro Processibus exhibere nequeat, & dilationem illum producendi usque ad primum vel etiam pro qualitate causæ, ulteriorem terminum impetraverit, *per* R. 1654. §. wofern aber. 66. Ille potest in termino ad libellandum obtento vel libellum exhibere, vel pro suo lubitu Acta priora loco libelli repetere, *C. p. 3. t. 36. §. 2.* Sin verò prorogatio termini ad libellandum ita obtenti sine probatione impedimenti petatur, & in eventum Acta loco libelli repetantur, sed libellus termino jam elapso (*intra tamen terminum prorogatum*) exhibeatur, isto libello tanquam frustraneo (*utpote propter Acta jam repetita, vel ob prorogationem absq; probatione petitam, quæ nulla*,) rejecto, repetitio loco libelli retinenda est, *d. t.36. §.3.* Licet in causa Xantem contra Willich Appellans ad Acta priora submisisset, tamen eo non attento 5. Oct.

1660. ei injunctum, ut punctatum Libellum produceret, *Sent. Cam. num.* 685.

84. Non solum autem libello inserenda petitio, ut Judex pronunciet nulliter vel male judicatum ac benè appellatum, *C p.* 3. *t.* 36. §. 1. Sed etiam repetitioni Actorum dicta petitio annectenda, *per suprà n. praced. tradita.* Et si à definitiva appellatum, insuper petendum, ut Judex Adversarium juxta suum petitum in priori instantia propositum condemnet, *d.* §. 1. Si Appellans post exhibitum Libellum ulteriorem deductionem Gravaminum exhibeat, illa rejicitur, uti 12. Dec. 1656. factum in causa Baumberg contra Borcken / *Sent. Cam. n.* 193. Item 20. Octob. eod. Anno in causa Berlu contra Altroggen / *ibid. n.* 183.

In primo termino Agenda ab Appellato.

85. Appellati Procurator in hoc primo termino I. producit procuratorium vel in causa impossibilitatis cavet de eo intra 1. 2. vel 3. menses importando G. B. 13. *Decemb.* 1659. §. 3. *vers.* Wo auff der *Citi*: *te.* Prout supra n. 50. in prima instantia de Procuratore Rei traditum.

86. II. Si Formalia Appellationis impugnate intendit, suam exceptionem desertionis, deinde si Materiale appellationis, videl. summam appellabilem deesse putat, Exceptionem non-devolutionis & tertio si alias Exceptiones dilatorias proponere habet, illas omnes sub præjudicio præclusionis opponere tenetur, *R.* 1654. §. Würde aber. 69. *R.* 1594. §. In *Appellation*-Sachen. 64. Et quidem in scriptis, *Cp.* 3 *t.* 38. *pr.* Vel etiam oretenus, modo id brevib. in specie fieri queat, & illæ Exceptiones sint notoriæ aut se ad Acta seu Instrumenta referant, *d. t.* 38. §. 1. & *alleg.* §. 69.

87. In iis verò Exceptionibus causam principalem disputare prohibitum est, *d. t.* 38. §. 2. Tamen hæc causa illis in eventum sub præjudicio præclusionis est annectenda, *C. p.* 3. *t.* 15. §. *ult. junct. duob.* §§. *ibidem praced. ibique alleg. texx.* Processus vero in exceptionibus desertionis & non-devolutioni-idem observandus, qui in dilatoriis, *d.* §. 69. & *d. pr.*

88. Formalia verò appellationis non verbis conditionibus, si nim. illa adsint, se velle litem contestari, impugnanda, sed in specie illorum defectus ostendendus, ne Judex Cameræ supervacanea inspectione Actorum oneretur, *d. t.* 38. §. 3

89. Dixi *num.* 86. Exceptiones desertionis & non devolutionis sub præjudicio præclusionis in primo termino esse proponendas, verùm cum utramque Exceptionem tam desertionis quam non-devolutionis, etiamsi à parte non opponantur, Judicem exofficio attendere oporteat, *Gail.* 1. *O.* 123: *n.* 2. & *O* 137. *nn.* 1. Dictarum Exceptionum on issio non adeò magnum incommodum afferre posse videtur. Verum Resp. Distinguendum est hic, nam de desertione & non devolutione aut constat ex Actis prioribus, Instrumento Appellationis, documento requisitionis Actorum, item non legitimè præstitorum solennium, aliisve, quæ ante d. Exceptiones exhibenda sunt, aut non constat. Priori casu Judex eam ex officio attendere debet, no verò posteriori.

90. III. Si vel omnes vel quasdam suprà memoratarum exceptionum habet opponere, illis annectenda eventualis L.C. & quidem in scriptis, *C. p.* 3, *t.* 38. §. 4. Etiam tum quando à simplici interlocutoria appellatum, *d. t.* 38. §. 6. Sin verò harum

hatum exceptionum nullas proponere habet, lis pure est contestanda, *d.t.* 38.§.13. & *R.* 1570.§. Da aber vor.93. Formula litem contestandi traditur in d.t.38.§.14.

92. IV. Exceptiones contra libellum appellationis seu gravaminum, si quas habet, vel eventualiter vel purè juxta distinctionem in n. præced. traditam opponere cogitur, *R.* 1654.§. Wann auch. 70. *verb.* Seine Außzüge gegen solche *Gravamina*.

92. V. Libello appellationis respondere tenetur, *R.* 1654.§. Wann aber. 70. idque vel eventualiter, si Exceptiones desertionis, non-devolutionis, aut alias dilatorias & Exceptiones contra libellum opponere habet, vel purè, si earum planè nullas habet, *R.* 1654.§. Wann auch bey 70. *junct. C.p.*3.*t.*38.§.4. & 5. Si appellatum ab interlocutoria simplici & appellatus d. exceptionum quasdam habeat, simul quoque eventualia annectere tenetur, *R.* 1654.§. Wann auch 70. *in fin.* ubi verba: In der Hauptsach: non accipienda sunt de ipsa causa principali sed de gravaminibus in instrumento appellationis deductis, *Add.prac.n.*81. Nam ipsa causa ante discussionem appellationis ab interlocutoria simplici ventilanda non est.

93. VI. Si Appellans Acta priora loco libelli seu gravaminum repetierit, atque ita submiserit, Appellatus in hoc eodem termino ad eadem Acta, nisi nova deducenda habeat, submittere tenetur, *R.* 1654.§. Auch in Fällen. 71. Sin verò nova deducenda habeat, illa in primo termino proponere & prout suprà *n.* 76. de Appellante traditum, simul juramentum Novorum deducendorum vel appellationis præstare tenetur, *R.* 1654.§. Wie ebenmässig. 73. *in fin.* In novis deducendis & melius probandis eodem modo, suprà *n.* 50. & *seqq.* in prima instantia traditum, procedendum, *C.p.*3.*t.*39.§.2. & 3. Id est, excipi, replicari ac duplicari concludique, item ad probationem in Negatis procedi potest.

94. Quod reliqua attinet, quæ tam ab Appellante, quàm ab Appellato non solùm in hoc primo, sed etiam cæteris terminis observanda sunt, illa coincidunt cum iis, quæ in causis S. Q. observari præcipiuntur.

95. In secundo Termino Actor, I. Exceptiones declinatorias & dilatorias vel negat, vel omissa negatione in iis replicat atque submittit eodem modo, uti mox replicatione in causa principali dicam, *per C.p.*3.*tit.*28. *ibique praced. tit. annot.* *In secundo termino Agenda ab Actore.*

96. II. Si in causa principali se ad probandum non obtulit, vel Judex ex Processu & deductis animadvertit, ulteriori probatione haud opus esse, ipse adversus Exceptiones Rei suas replicas ac reliqua, quæ ulterius in hac causa deducenda habet, producere, evestigioque in iisdem replicis submittere tenetur, *R.* 1654. §. Im übrigen verbleibts. 52. *versic.* *Item* so fern Circa quem versiculum notandum, quòd post verba: In diesem Termin: omissa sint verba: Seine Nachschrifft/ dergleichen alles was er weiters in der Sachen fürzubringen/ gerichtlich übergeben/ auch alsbald in derselben Schrifft: posita in O. C. p. 3. t. 16. §. ult. & *C.p.* 3.*t.* 21.§. *ult.* unde d. versiculus desumptus est.

97. Procurator verò has replicas scriptamque submissionem seu conclusionem in judicio exhibens, statim quoque oretenus concludere debet, *observantia sic ferente.* Nam quamvis non solùm vigore, *C.p.*3.*t.*22.§.*ult.junct.t.*26.*princ.* Sed

 etiam

etiam *R.* 1654. §. Wie auch in diesem. 55. Actori suam verbalem conclusionem vel usque ad productionem duplicarum ac scriptæ conclusionis Rei, vel etiam usque an terminum ab hac productione proximum differre licebat, tamen illa licentia per hodiernam contrariam observantiam in desuetudinem abiit, prout suprà *tit.* 74. *n.* 8. & *seqq.* dictum.

98. Actor verò replicas & quæ alioquin contra exceptiones peremptorias Rei opponere habet, in scriptis exhibere debet, *C. p.* 3. *t.* 31. *princ.* Neque iis exceptionibus non perspectis neque consideratis per generalia contradicendo submittere, sed eas diligenter perpendere tenetur, utrum in specie contra easdem agere necessarium fuerit, ne postea judex ad meliorem informationem in specie agere cum causæ retardatione jubere cogatur *d. t.* 31. §. *fin.*

99. III. Narrata libelli à Reo in suis exceptionibus negata probare debet. Idem obtinet in documentis probatoriis cum libello simul insinuatis, sed à Reo in primo termino negatis. Cùm autem probatio regulariter instituenda sit, vel per documenta vel per testes; proinde Actor si documenta habet, per quæ Negata probare cupit, tunc illa si in primo termino forsan non sint producta, *potest enim horum productionem ad hunc terminum differre*, *R.* 1654. §. Beneben soll'n. 35. Isthæc omnia producit, eorundemque recognitionem, quando & quatenus opus, efflagitat, & quoad cætera causam & Factum ulterius in scriptis deducit, *R.* 1654. §. Wann nun der Beklagte. 45. Sin verò per vivas attestationes Negata probare intendit, Commissarios nominare, commissionem ac dilationem probandi rogare debet, *R.* 1654. §. Daher und wann. 47. *junct. C. p.* 3. *tit.* 19. §. *ult. de quo latiùs actum suprà tit.* 73. *per tot.*

100. IV. Documentis probatoriis à Reo in primo termino productis respondet, *R.* 1654. §. Im fall aber. 46.

101. V. Contra reconventionem à Reo in primo termino propositam excipit, *d.* §. 46.

In tertio termino à Reo peragenda.

102. In tertio Termino Reus I. si ejus Exceptiones declinatoriæ, desertionis, non-devolutionis aut aliæ dilatoriæ ab Actore in secundo termino negatæ fuere, & relevantes sint, ad illarum probationem admittendus, inque iis procedendum, prout in causa principali præced. n. 99. traditum, *C. p.* 3. *tit.* 29 *pr.* Sin verò illæ Exceptiones non fuere negatæ, sed adversus easdem replicatum, Reus duplicat ac submittit eodem modo, uti statim de causa principali memorabo.

103. Hac submissione facta quod declinatorias attinet, si illæ sint relevantes, Judex citatum à citatione absolvit. Sin autem irrelevantes, tunc aut illis annexa sunt Eventualia, & Judex declinatoriis rejectis illa Eventualia, si in iis submissum, vel submitti debuisset, pro puris acceptat ac definitivè pronuntiat: aut non sunt annexa, hoc casu declinatoriis rejectis, lis si in eventum est contestata pro pura, sin verò planè non est contestata, ex officio in contumaciam pro contestata acceptatur, *d. tit.* 29. §. *ult. R.* 1594. In *Appellation*-Sachen. 64 Atque Reo ut suos defensionales intra certum terminum proponat, injungitur, *C. p.* 3. *t.* 15. §. *pen.* Idque sub via præclusionis eos postea proponendi.

104.

104. Terminus autem, in quo hæc defensionalium productio facienda, erit quartus, & tunc in illo observanda erunt, quæ alias circa causam principalem in primo termino observanda esse suprà dixi, ac deinde in quinto ea, quæ aliàs in secundo, atque sic deinceps.

105. Quod porrò attinet Exceptiones desertionis, non-devolutionis, aliasve dilatorias aut illæ sunt relevantes, & tunc Reus quoad dilatorias itidem à citatione absolvendus venit, quoad Exceptiones desertionis verò & non-devolutionis causa pronuntiatur deserta vel respectivè non-devoluta: aut irrevelantes, & si iis Eventualia annexa inque his submissum, ista pro puris acceptantur ac definitivè pronuntiatur: Sin verò non sunt annexa, hisce Eventualibus proponendis via præcluditur, lis pro contestata ac libellus pro confessato acceptatur, ac porrò in causa proceditur, prout suprà præced. n. 55. traditum.

106. Si in causa principali Actori probatio non injuncta, aut eâ non sit opus, neque Actor peremptorias Exceptiones Rei negaverit, sed replicaverit, submiseritque, Reus duplicare ac submittere tenetur, prout præced. n. 96. de Actore traditum, *C.p.3.t.22.§.ult. R.*1654. §. Wie auch in diesem 55. Contra has duplicas olim triplicare licebat, *C.p.3.t.31.§.pen.* Sed id hodiè abrogatum, *per* G. B. 13. *Decembr.*1659.§.4. *vers.* Die Schrifft-Wechselung.

107. Sed quid si Reus in suis Duplicis nova adduxerit, anne Actor utrinque factâ submissione non attentâ absque interlocutione Judicis super istis novis triplicare possit? Negatur, quia triplicare non licet, nisi Judex per interlocutoriam id injungat, G. B. 13. *Decembr.*1659.§.4. *verb.* Die Schrifft-Wechselung. Procuratores verò vel per extrajudicialem Supplicam, *vid. Supplic. Cam tit.* 18. *num* 38. *usque* 42. vel per Recessum indicare consueverunt, quòd sint nova in duplicis adducta, & petere ut adversus illa triplicatio concedatur, quæ consuetudo tamen non videtur congruere, G. B. 12. *Januarii* 1660. §. 11. Neque dictâ indicatione indigetur, quia Judex si deprehendit nova, aut ulteriori deductione opus esse animadvertit, per se interloqui debet, *vigore* G. B. 9. *Jan.* 1660. §.4. Si verò Actor ita per interlocutoriam ad triplicandum admittitur, simul tacitè Reus ad quadruplicandum admissus videtur, quia utrique parti paria numero Producta concedenda, *C.p.3.t.*47. Ubi etiam constitutum, quòd Judex litigantibus juramentum, quòd necessitas causæ ista ulterius proponenda efflagitet, injungere possit. Verùm illud hodiè rarò observatur.

108. Porrò quæritur, si Reus in Duplicis Replicas Actoris negaverit, utrum Actor non attenta utrinque facta submissione absque interlocutoria judicis in termino sequenti commissionem petere & ad probandas suas Replicas accedere possit? Quod per paulò antè tradita etiam negandum puto. Deinde quoniam causa semel per d. submissionem judici commissa, ideò absque ejus decreto ulterius illa procedi nequit.

109. Si Actor in suis Replicis Exceptiones Rei negaverit, & hæ sint relevantes & admissibiles, Reus ad earum probationem admittitur, *C.p.3.t.31,pr.* Quemadmodum suprà *num.* 99. de Actore traditum.

110. III. Contra documenta ab Actore in ſecundo termino producta excipit adverſusque ulteriùs deducta decentia agit, *R.* 1654. §. Wann nun der Beklagte. 45.

111. IV. Si Actor in ſecundo Termino Commiſſionem petierit, dilationibus probandi jam elapſis, in hoc tertio Termino Atteſtationes ſeu Rotulum in puncto Libelli exhibet, ejus publicationem ac communicationem petens, ut & reliqua ſua jura ac documenta producit. Reus illis omnibus, ſi vult, ſtatim, vel in proximo termino per generalia contradicere poteſt, *R.*1654.§. Nach Verſcheinung. 54. *C. p.* 3. *t.* 22. *pr.* Aliàs in Rotuli publicationem ac communicationem conſentit, ſin verò & ipſe in puncto Exceptionum Rotulum producere velit ſimul petit ut Adverſarii Rotulus uſque ad productionem ſui Rotuli in Lectoria clauſus reſervetur. Aliquando etiam ipſe Actor, ne Reus dicta teſtium ab Actore producta ante ſui Rotuli productionem addiſcat, petit ut ſuus Rotulus tamdiu clauſus reſervetur.

112. Sin verò Procurator Atteſtationibus nondum publicatis contra dicta Teſtium, tanquam judicialiter publicatæ eſſent, agat, quoniam illud ſine ope Commiſſariorum vel adjunctorum Notariorum fieri nequit, adverſus hos utroſque condigna pœna ſtatuatur, *C. p.* 3. *t.* 22. §. 2.

113. Si unus Rotulus in pluribus cauſis ſit confectus, ad unam ponatur ejus Originale, ad reliquas verò Copiæ, quibus inſcribatur cauſa, apud quam invenitur Originale, *d. t.* 22. §. 3. Probatoriorum ab una cauſa ad aliam tranſportandorum ſpecialis deſignatio in Cancellaria citò exhibenda, ne Referens in relatione impediatur, *d. t.* 22. § *pen.*

In quarto termino Agenda. 114. In quarto Termino I. Actor, ſi Reus in ſuis duplicis Replicas illius negaverit, ad iſtarum probationem admittitur, ac proceditur, prout ſupra traditum, *C.p.*3.*t.*29 §.1.*&* *t.*32.§.1.

115. II. Rotulo Actoris in puncto Libelli in tertio termino producto, & poſteà publicato ac communicato, Reus contra illum intra terminum, à judice pro magnitudine Rotuli, vel pro qualitate cauſæ moderandum atque à die Copiæ ad aſſiduam inſtantiam ex Cancellaria communicatæ enumerandum, qui hoc caſu erit quartus, excipere atque omnia producere debet, *R.*1654.§. Und demnach 56. *C.p.*3.*t.*23.§.1.

116. III. Reus ſi in puncto exceptionum Commiſſionem petierit, Rotulum producit, atque procedirur, prout ſuprà *num.* 111. *&* *ſeqq.* traditum.

117. IV. In puncto reconventionis duplicat, vel alio modo procedit, prout ſuprà *num.* 102. *&* *ſeqq.* de Reo dictum.

In quinto termino. 118. In quinto Termino I. Actor ſi in puncto Replicarum Commiſſionem petierit, Rotulum producit, atque proceditur, quemadmodum *præced. num.* 111. *&* *ſeqq.* traditum.

119. II. Contra Rotulum in puncto Exceptionum à Reo propoſitarum in quarto termino productum excipit, prout *præced. num.* 115. dictum.

120. III.

120. III. In Exceptionibus contra Rotulum in puncto Libelli ac cæteris productis replicat ac concludit. Ubi notandum, quod si duo Rotuli unus in puncto Libelli, alter in puncto Exceptionum sint exhibiti ac simul communicati, quod producta in utroque puncto exhibenda separari non oporteat, *C.p.3.t.32. §.ult.*

121. In sexto Termino I. Reus contra Rotulum in puncto Replicarum excipit, contra quas exceptiones in seq. termino actor replicat, proceditorque prout suprà dictum. *In 6. Termino.*

122. II. Contra Rotulum in puncto Exceptionum replicat, ac concludit, quemadmodum dictum, *R.1654.* §. Ebenmässig auff solche. 57.

123. Atque hæc sunt, quæ in illis sex Terminis, prout istos Recessus Imperii de Anno 1654. numerat, peragi debent. Sciendum tamen tot. terminos ad quamvis litis disceptationem præcisè non requiri, sed pro diversitate causarum ac varietate circumstantiarum ad illam disputationem perficiendam modo plures modo pauciores terminos necessarios esse, ac proinde nec Agenda in quovis termino, uti supra ostensum, adeò præcisè proponi debere, sed sæpe in alium terminum incidere.

TIT. LXXVII.

DE

EXECUTIONE REI JUDICATÆ.

1. PErtractata nunc quoque formâ Processus Cameralis tandem ad ejus finem & effectum me converto. Finis Processus Cameralis est, ut lites in judicio Camerali pendentes terminentur, atque jus suum unicuique publica authoritate ibidem reddatur, *arg.l.1. de re judic. & c.1. de Sent. & re judic.in 6.* Effectus est res in judicio Camerali judicata. Hæc vero nihil aliud est quam res controversa Sententia Judicis Cameræ decisa. *Processus Cam. Finis & Effectus.*

2. Cùm verò per hanc decisionem jus suum cuique attributum sit,& sæpe contingat, ut pars condemnata ei decisioni sponte parere nolit, pars victrix verò sibi ipsi manus auxiliatrices præbere prohibeatur, ne igitur decisio judicis, atque sic totus Processus reddatur elusorius, necessitas efflagitat, ut res Sententia judicis decisa executioni mandetur, cum verò ea, quæ circa hanc executionem de jure communi disposita sunt, pulchrè pertractaverit Umm. *Process Judic. disp.ult. per tot.* Ego hic duntaxat circa eandem in O.C. peculialiter sancita, vel quæ alias in Judicio Camerali observantur, paucis delibabo. *Res judicata executioni mandanda.*

3. Quô autem quilibet sui juris in Camera obtenti maturiorem executionem consequatur, Consilio atque consensu Statuum Imperator olim sanxit, ut cuivis victori adversus victum Executoriales sub certa pœna juxta qualitatem causæ pro dimidia parte Fisco & pro altera dimidia victori solvenda à Judicio Camerali decernerentur ad Sententiæ post d. Executorialium insinuationem properrimè paren- *Quod olim per Executoriales fiebat.*

parendum, annexa citatione ad in destinato termino comparendum, iisdem executorialibus paritum esse docendum, *C. p. 3. t. 57. princ.* Hæ executoriales verò judicialiter petendæ sunt, hinc in causa Eche contra Osiländer pro iis extrajudicialiter Supplicans 3. Octobr. 1661. ad Judicium remittebatur *Supplic. Cam. t. 11. nu.* 35. Illarum verò Rescriptum extrajudicialiter impetrari potest, *vid. dict. t. 11. n.* 22.

His Executorialibus si non parebatur, arctiores Executoriales decernebantur.

4. Executorialibus insinuatis, condemnatus in præfixo termino indicare tenebatur, utrum istis paritum esset nec ne, neque ei ulterior dilatio concedenda erat, atque si hoc non faceret, eum Judex Cameræ ad implorationem victoris in pœnam iisdem insertam (*quæ hodie* 10. *Marc. auri puri constitui consuevit,*) cum refusione expensarum & damnorum declararet atque arctiores Executoriales sub pœna Banni decerneret, ac in iis condemnato mandaret executionem priorum executorialium & exsolutionem declaratæ pœnæ, insuper quoque ad certum diem citaret ad docendum de paritione vel videndum & audiendum se declarari in Bannum vel allegandum causas, quare id fieri non sit æquum, *d. t.* 57. §. 1. Sin vero procurator ex adverso non est apud Acta, ante declarationem pœnæ & Arctiores Proclama priùs petendum, *supra t. 66. n.* 32.

Formula appendicis, quæ hodie loco Executorialium Sententiis annecti solet.

5. Verum moderno tempore loco supra dictarum Executorialium vigore *R.* 1654. §. Damit auch 159. Sententiæ definitivæ annecti consuevere sequentia formalia: So dan seynd berührtem Beklagten zu würcklicher Execution und Volziehung jetzt ergangener Urtheil Zeit N. Monat pro termino & Prorogatione von Ambts wegen angesetzt / mit dem Anhang wo er solchem also nicht nachkommen wird / daß er jetzt alsdan und dan als jetzt / in die Straff zehen Marck Löhtiges Golds / halb dem Kayserl. Fisco, und zum andern halben Theil dem Kläger unnachlässig zu bezahlen erkläret werden / auch der Real-Execution halber auff ferner Anruffen ergehen soll / was recht ist. *Add. Sent. Cam. n.* 32.

Et certus terminus præfigitur, intra quem parendum vel excipiendum.

6. Terminus pro distantia loci, ubi litigantes habitant, & magnitudine causæ sat amplius ad faciendam paritionem & ad docendum de facta paritione præfigendus est, *alleg.* §. 159. ut plurimum verò 2. vel 3. Menses præfigi solent. In præfixo autem termino condemnatus, utrum paruerit nec ne, docere cogitur nec ei ulterius tempus concedendm, *R.* 1654. §. In welchem Termin. 160. Sæpè verò Reus in præstituto termino non de paritione docet, sed excipere solet allegando causas, quamobrem latæ Sententiæ eique annexis Executorialibus parere vel non teneatur vel non possit, quo casu si hæ causæ Judici Cameræ relevantes videntur, contra eas victori vel statim vel in proxima Audientia suas Exceptiones in scriptis opponere liceat ac sine ulteriori scripto vel oralibus Recessibus desuper decernatur, quod juris est, nisi Judex Cameræ ex prægnantibus causis ulteriora scripta admittat, *C. p. 3. t. 57.* §. 2.

Contra has exceptiones ulterior replicatio non facile injungitur.

7. Non facile tamen Adversario ad agendum in specie contra ejusmodi causas & scriptas Exceptiones à victo oppositas actis non sat ponderatis injungatur, atque sic novo dilatorio Processui ansa præbeatur, sed in primis Merita causæ & quic-

quicquid contra hæc proponitur, prudenter perpendatur ac tum an istæ novæ exceptiones adversus inchoatam executionem admittendæ nec ne decidatur, *d. t.* 57. §. 1. Advocati verò Merita causæ ad retardandam executionem de novo calumniosè disputantes scriptis rejectis reservatâ pœnâ plectantur, & pars victa exceptionibus irrelevantibus deprehensis in pœnam Executorialibus insertam & expensas damnaque declaretur, *d. t.* 57. §. 5.

8. Quòd si Reus intra terminum latæ sententiæ non pareat nec excipiat, vel irrelevantes exceptiones proponat, Actor termino elapso implorat judicem, ut reum ob non doctam nec factam paritionem in pœnam dictæ Sententiæ insertam declaret ac Mandatum de exequendo tam causam principalem quàm præfatam pœnam ad Rei Magistratum, si ille est mediatus Imperii, vel si immediatus ad Directorem circuli, sub quo Reus Domicilium aut bona sita habet, decernat, atque ex Cancellaria sine ulteriori imploratione concedat, cum Refusione expensarum, damnorum & interesse, *R.* 1654. In welchem Termin. 160. *junct.* §. Belangend die *Mandata*, 76. *in fin.* Quô factô Judex quidem Reum eventualiter in pœnam declarat sed purè in expensas & damna condemnat, Mandatumque de exequendo impræsentiarum denegat, sed demum præmissis aliquot paritoriis concedit, *quemadmodum suprà tit.* 34. *num.* 181. & 3. *seqq. latiùs in Mandatis S.C. perdocui.* Aliquando Camera Declaratione pœnæ Executorialibus insertæ denegatâ, duntaxat Mandatum de exequendo decernit, uti factum 9. Martt. 1655. in causa Engelbrecht contra Budier / *Sent. Cam. n.* 45. Atque 13. Martt. 1657. in causa Kramer contra Berghausen / *ibid. num.* 217.

Quod si Exceptiones sint frivola, Reus in pœnam declaratur.

9. Olim quidem loco prædicti Mandati de Exequendo arctiores Executoriales sub pœna Banni decernebantur, *d. t.* 57. §. 5. Verùm illæ hodie in totum abrogatæ sunt, *per præalleg.* §. 160. Hoc tamen limitatur, (1) in causis Mandatorum S.C. in quibus Actori alternativè vel arctiores Executoriales seu arctius Mandatum sub pœna Banni adversus Reum, vel Mandatum de Exequendo adversus Magistratum seu Directorem circuli præfato modo petere licet, G. B. 28. *Januarii* 1657. §. *ult.* (2) In Mandatis de exequendo & administranda justitia tam C. quàm S. C. decretis. Nam si his Executor aut judex non pareat, uterque in pœnam illis insertam, quæ communiter decem Marc. aur. pur. esse solet, ad implorationem partis impetrantis declaratur & contra executorem Mandatum arctius de exequendo sub pœna Banni & contra judicem arctius Mandatum de administranda justitia sub eadem pœna decernitur proceditur que, uti mox de arctioribus executorialibus latiùs dicetur.

Hodiè loco arctiorum Executorialium Mandatum de Exeq. plerumque peti debet.

10. Quòd si Actor in Mandatis S. C. viam arctioris Mandati seu arctiorum Executorialium elegerit, tunc Reus Exceptionibus irrelevantibus inventis in pœnam Mandato simplici insertam & expensas damnaque declaretur, simul quoque arctiores Executoriales sub pœna Banni adversus illum Reum decernantur, *C. p.* 3. *t.* 57. §. 5. Atque ad majorem coercitionem partis inobedientis properè procedatur, *d. t.* 57. §. 6. Quòd si tamen Reus post decretas simplices Executoriales ante paritionem moriatur, contra ejus hæredes Arctiores non sub pœna Banni sed

Reus arctioribus Executorialibus non parens in Bannum declaretur.

ſub pœna pecuniaria decernuntur, *Gail.* 1. *Obſ.* 113. *n.* 117. Hinc in cauſa Lubeck & Hamburg contra Sachſen Lauenburg 6. Julii, 1655. arctiores Executoriales ſub pœna 20. marc. Aur. pur. decretæ ſunt, *Sent. Camer. numer.* 87. Et licet Reus jam in Bannum declaratus ſit tamen illâ declaratione planè poſthabitâ, arctiores Executoriales ſub pœna pecuniaria adverſus hæredes decernuntur, *Mynſ.* 2. *Obſ.* 8. Quomodo autem Executoriales & Mandatum executoriale ſeu de exequendo differant, tradit Gail. *d. Et. obſ.* 113. *n.* 13. *Add. ſuprà tit.* 34. *n.* 86.

Atque Actor in bona banniti immittatur.

11. Parte victa ob ſuam contumaciam in Bannum declaratâ ejus bona in judicio Camerali ſpecificandi, inque ita ſe immitti petendi poteſtatem habeat Victor, quem etiam Judex Cameræ per judiciale decretum in ſpecificata bona immittat, *d. t.* 57. §. 7. Sic 8. Febr. 1658. factum in cauſa Hodiſter contra Linden/ *Sent. Cam. num.* 350. Proinde Victor pro Mandato executoriali ſeu immiſſoriali judicialiter ſupplicare ac ſimul ſpecificam deſignationem bonorum Banniti exhibere ſolet, in quibus immiſſio & executio fieri vult, & ſub hujus juriſdictione bona ſita ſunt, an ſint allodialia vel feudalia mobilia vel immobilia, *Gail.* 2. *de P.P. c.* 17. *n.* 3. Quod ſi hoc Mandatum extrajudicialiter petatur, decerni conſuevit: Wofern Supplicant, wie ſichs vermöge der Ordnung gebühret/ judicialiter anruffen wird/ ſoll darauff ergehen/ was recht iſt/ *Gylm. tom.* 2. *part.* 3. *pag.* 62. *Supplic. Cam. t.* 11. *n.* 36. Specialis autem deſignatio bonorum ideò requiritur, quia executio certa eſſe debet, *d. c.* 17. *n.* 2.

Qui immiſſio Magiſtratui bonorum ſitorum per Mandatum executoriale injungi debet.

12. Atque ſi inſuper victor indicet iſta bona ſub certa Magiſtratu ſita eſſe, eumque executorem ſibi dari petat, Camera eundem det, ac ei mandet, ut ſententiam commiſſam pœnam & Bannum exequatur, *d. t.* 57. §. 8. Quapropter nominatus executor per ſententiam deputatur immiſſio executioque decernitur juxta formulam traditam à Gailio *d. cap.* 17. *num.* 8. *atque in Sent. Camer. num.* 350. Poſtea Mandatum executoriale in Cancellaria expeditur, quô Deputato executori ſub pœna pecuniaria, (*qua hodiè regulariter decem Marcarum auri puri eſt,*) cum clauſula juſtificatoria mandatur, ut immiſſonem & executionem in bona Banniti faciat, idque intra tempus judicati, quod in Camera conſuevit eſſe 6. ſeptim. & 3 dier. licet de jure communi ſit quadrimeſtre, *Gail. dict. cap.* 17. *n.* 13.

Hoc Mandatum à C.C. decernenda.

13. Illud verò Mandatum decernitur ſub certa pœna, quoniam Executores pœnalibus Mandatis ad faciendam executionem demandatam compelli poſſunt, munus enim executionis eſt publicum & neceſſarium, ad quod quis compelli poteſt, *Gail. d. cap.* 17. *num.* 25. Deinde decernitur cum Clauſula juſtificatoria, ne Executori ſe ab hoc onere Executionis excuſandi juſtæ cauſæ adimantur, hinc Deputato Magiſtratui conceſſum, ut intra menſem poſt inſinuationem prædicti Mandati proximum Cameræ reſpondeat, ut hæc certo ſciat, utrum ille parere velit nec ne, *dict. t.* 57. §. 9. Quod ſi Magiſtratus exequi velit, victori bona victi concedat, iſtum in eo minimè impediat ſed potius tueatur ac defendat, bonorum feudalium vero annui fructus ultra neceſſaria impenſa reſtantes Victo-

Victori à Domino feudi porrigantur, donec Bannitus in banno perseverabit, *praalleg.* § 8.

14. Sin verò Magistratus per literas sub suo Sigillo ad Cameram missas, intra præstitutum tempus se excuset, quod absque maximo discrimine ex gravissimis causis, quas in d. literis Camerali Judicio indicare tenetur, contra victum executionem facere nequiret, id solus præstare non cogatur, *d. t.* 57. §.10. Atque tunc Victor, si ei ita visum fuerit, Ducem Circuli, sub quo d. Magistratus habitat, pro executione imploret, qui cum suis Adjunctis quamprimùm per conditionem causæ fieri poterit, celerem opem juxta constitutionem super fracta pace impertiatur, *ibid.* §.11.

Magistratus impotentiam exequendi allegans audiatur.

15. Quòd si ducibus & Adjunctis unius aut plurium Circulorum, vel deinceps 6. Electoribus, deputatis Principibus atque Statibus, vel etiam Cæsareæ Majestati ad Victoris implorationem utile visum fuerit, ut ad ejusmodi Executionem Excommunicatio Ecclesiastca contra Victum adhibeatur, tunc illa ad pœnam & coercitionem inobedientis quam celerrimè communicetur, attamen Victoris, qui bannum consecutus sit, arbitrio relictum, utrum d. Executores, an excommunicationem petere, atque Cæsarem vel Cameram pro ulteriori auxilio executionis conjunctim aut separatim implorare velit. Cæsar verò à Papa impetrare promisit, ut d. Excommunicatio juxta Bullam Raimundi desuper antehac promulgatam per judicien & Assessores Cameræ, qui essent Ecclesiastici, decernatur, *d.t.* 57. §.12.

Excommunicatio ad Bannitum coercendum quando locum habeat.

16. Si Executor demandatam Executionem facere obstinatè recuset, aut in mora sit, nullasque legitimi impedimenti causas in præfixo termino alleget, petente Actore in dictam pœnam eventualiter declaratur, atque contra eum arctius Mandatum sub pœna Banni itidem eventualiter decernitur, *Gail. d.cap.* 17. *num.* 24. Hodiè verò ad nudam insinuationem Mandati de exequendo non statim ad declarationem pœnæ & arctius proceditur, sed Actor Executorem ad faciendam executionem quoque requirere tenetur. *per R. J.* 1654. §. In welchem Termin. 160. *verb.* Auff solchen deß Kammer-Gerichts Bescheid und obsiegens den Theils gebührliches Ansuchen Hinc in causa Haßlang contra Dalberg 12. Decembr. 1662. Actori injunctum, ut doceret se Executorem ad faciendam executionem legitimè requisivisse, *Sent. Cam. num.* 902. Quod si præmissa eventuali declaratione pœnæ & arctioni Executor porrò contumax, sequitur pura declaratio & Mandatum arctius pure decernitur, quo ipsi ulterius mandatur executio, & solutio pœnæ declaratæ sub pœna Banni, juncta citatione ad docendum de paritione aut vidend. se declarari in Bannum. Si non paret, in Bannum declaratur & Adversus ipsum, uti aliàs contra Bannitum ob contumaciam proceditur.

Quid obtineat, si Executor sine justis causis exequi nolit.

17. Quemadmodum Sententiam exequendam esse suprà num. 12. dixi, si pars victa sub certo Magistratu habitet, eodem modo etiam adversus Bannitos, qui ob fractam pacem vel transgressionem constitutionis super fracta pace in Bannum

Quomodo Bannitus ob pacis fragium exequendus.

declarati, & sub certo Magistratu habitant, excepta immissione in bona Banni qua hoc casu non opus est, executio instituenda, ita ut iste Magistratus Bannum & Commissam pœnam adversus pacifragum vel transgressorum d. constitutionis, si ille adhuc præsens in suo territorio adversus illius corpus & Bona, sin vero extra illud fuerit, adversus illius bona exequatur, hisce tamen appendicibus, nimir. suismet impensis absque detrimento & gravamine Victoris, ut etiam Camerale Judicium illi Magistratui ad implorationem Victoris sub certa pœna pecuniaria pro conditione personæ & causarum per prælaudatum Judicium Cameræ moderanda mandare teneatur publicatam Sententiam, Bannum atque commissam pœnam exequi. Sin vero d. Magistratus fuerit inobediens, Camera ad Victoris vel Fiscalis implorationem contra istum ratione d. pœnæ in jure prout decet, procedat ac nihilominus Duci atque Adjunctis istius circuli, sub quo inobediens Magistratus residet, executionem evestigio mandet, qui eam quoque, quemadmodum dicta constitutio super fracta pace ipsis injungit, facere teneantur. Attamen si quid ultra executionem Sententiæ, exsolutionem factatum atque moderatarum Expensarum, consecutamque pœnam de bonis Banniti restaret, illud Executor occupet atque utatur fruatur donec Bannitus absolutionem à Banno impetraverit atque impensas in executionem factas legitimè refuderit, *C.p.3.t.38.pr.*

Quibus casibus Executor se ab onere executionis excusare possit.

18. Porrò quanquam supra num. 14. cautum, ut si Magistratus sub Sigillo se excusaverit, quod sine maximo detrimento executionem facere nequiret, ab ea liberari debeat, tamen id duntaxat in duobus diversis casibus locum habere constituere placuit. (1) Si executio contra Civitatem aut communitatem alicui Magistratui subjectam sit facienda, quæ adeo potens, ut isti Magistratui adversus eandem Bannum exequi sit impossibile. (2) Si Bannitus quidem si persona privata, ejusmodi tamen fortalitium possideat, quod non sine maximis impensis expugnari, nec etiam eæ impensæ à Bannito extorqueri possent: In his duobus casibus Magistratui, cui Executio incumbit, ea per se solum facienda remittatur, atque per Judicium Cameræ uni vel pluribus Circuli Imperii committatur, uti mox dicetur, *d.t.*38.§.1.

19. His duobus casibus additus quoque tertius, si nimir. Executio contra Electorem, Principem aut Statum Imperii vel contra potentem communitatem (*intellige, quæ Imperio immediatè subjecta,*) vel aliquem, qui extra Imperium commoratur, Imperio tamen subjectus foret, qui executioni se opponeret, sit facienda, Judicium Cameræ Executionem Duci proximi Circuli committat, qui cum suis Adjunctis ampliùs duos Duces vicinorum circulorum conscribat, hi inter se deliberent, quomodo executio cum utilitate suscipienda sit, ad hos tres Duces & Adjunctos, sicubi necesse sit, alios duos Duces atque Adjunctos convocare licet, ad apud ipsos certo die comparendum atque consultandum, quâ viâ ac ratione Executio perfici queat, & si ultra istos 5. Circulos ulteriori auxilio opus, negotium 6. Electoribus, deputatis Principibus ac Statibus denunciandum, quò se ordinationi Executionis conformes præbeant, *d. tit.* 58. §. 2. Hinc in causa Lüg[illegible]burg contra

contra Königsberg Camera 11. Febr. 1659. Executori injunxit, ut unum alterumve Circulum sibi adjungeret atque si exequendus Executioni se opponeret, id Fiscali indicaret, *Sent. Cam. n.* 479.

20. Ordo autem executionis in jure communi, *nimir. l.* 15. *de re judic.* præscriptus in executione contra Bannitum non observatur, sed juxta designationis schedulam tam in allodialibus quàm feudalibus, & in universum in omnibus bonis fit executio, quoniam omnia bona per sententiam Banni declaratoriam Victori & cujuslibet direptioni exponuntur, *Gail.* 2. *de P. P. cap* 17. *n. ult.* Si Bannitus nón habeat bona in Imperio saltem ad executionem faciendam sufficientia, sed præcipua bona sita sint extra Imperium sub jurisdictione Principis Imperium non recognoscentis, tunc Cæsar vel Camera Imperialis per literas mutui compassus vel subsidiales requirat istum Principem vel Dominum, sub quo talia bona sita, ut executionem in illis faciat, *d. cap.* 17. *n.* 31. *&* 35. *Quinam ordo in Executione observandus.*

21. Executio antehac contra partes non Imperio sed alii jurisdictioni subjectas decreta contra membra Imperii propter participationem non exercecatur antequam à Cæsare generale Edictum promulgatum, ut illa se cum suis bonis ex isto loco, contra quem Processus decreti sunt, intra certum tempus amoveant. Camera verò contra personas extra Imperium demorantes sine consensu Cæsaris in posterum Processus non decernat, *d. tit.* 57. §. *ult.* *Executio contra partes extra Imperium sitas quomodo facienda.*

22. Sed cùm Clerici etiam non solùm habere possint bona patrimonialia, *id est,* ex patrimonio vel aliunde quàm ex bonis Ecclesiæ quæsita vel quasi patrimonialia, *id est,* quæ illi quidem ut tales, sed intuitu sui laboris veluti concionando, sacra faciendo, Confessiones audiendo, &c. sibi acquisiverunt, quorum illi veri sunt Domini, *Zoes. ad Jus Can. de pecul. Cleric. n.* 2. & in iis ab intestato hæredes succedunt, *C. Episcopi. XII. q.* 1. sed & fructuum ex bonis Ecclesiæ perceptorum Dominium penes illos sit, *Zoes. d. l. n.* 3. Hinc quæritur, si Clericus omnibus beneficiis privatur. utrum actor petere possit se immitti in dictos fructus & bona istius Clerici? Resp. Quòd sic, quia Clericus quoad ista bona laicus censetur nec d. fructus sint bona Ecclesiæ, ideò potest Camera judici sive sit Sæcularis, sive Ecclesiasticus, sub quo illa bona & fructus sita sunt, executionem & immissionem mandare, *Gylm. voc. Executio.* §. *Sententia. & seqq.* *Quatenus in bona Clericorum executio fieri possit.*

23. Si tertius tempore executionis possideat bona Banniti jure obligationis vel quolibet titulo justo vel injusto, cùm executio contra illum non citatum neque in judicio nominatum fieri nequeat, & aliàs tertius pro suo interesse rei judicatæ executionem ratione suæ hypothecæ impedire possit, contra illum in Camera Mandata de restituenda re possessa cum Clausula justificatoria decernuntur, idque etiam in eo casu, quo possessor mediatè Imperio subjectus est, ne continentia causæ dividatur. Clausula autem ideò Mandato adjicitur, quia tertius sine causæ cognitione sua possessione non privandus, & si fiat, tanquam spoliatus ante omnia restituendus est, *Gail. d. cap.* 17. *n.* 10. *&* 3. *seqq.* Illa Mandata verò judicialiter sunt petenda, *Tennag. Class.* 1. *cap.* 21. *in fin.* *Quomodo Executio contra possessorem bonorum Banniti instituenda.*

24. Bona feudalia tam antiqua quàm nova quod attinet, Vasallo Bannito illorum *Vasallo*

rum

Bannitus quid obtineat in bonis feudalibus. rum annuum fructum Dominus Feudi, quantus hujus fructus ultra impensas necessarias in colendis istis bonis faciendas restabit, actori reddat, quamdiu Bannitus in Banno perseverat, *C.p.3.tit.57.§.8.* Has vero impensas Judex Cameræ æstimet, *C.p.2.t.10.§.2.* Landfried. 1548. *art.* die Peen der Friedbrecher. 3.*princ.* Re inter Bannitum & offensum transacta, Dominus feudi Bannito feuda restituat, Bannito autem in Banno moriente, si sui hæredes feudorum capaces cum offenso transegerint, Dominus illos ad petitionem juxta cujusvis loci consuetudinem infeudet, feudaque reddat, Agnatorum tam jure in hoc casu salvo, *d. art.3.§.1.*

25. Sed quæritur, si Vasallus in Banno moriatur, utrum istius delictum filii & Agnatis nocumento sit, ita ut feudo privari possint? Quoad filios distinguendum, aut enim tertius à patre offensus est, aut ipsa persona Domini. Priori casu, patris in Banno mortui hæredes feudorum capaces (seines Leibes lehenfähige Erben) postquam cum offenso transegerint, Dominus feudi ad illorum petitionem juxta cujusque loci consuetudinem infeudare feudaque restituere tenetur, salvo tamen Agnatorum in hoc casu jure feudi, *praalleg.* §. 1.

26. Ast quæritur quodnam illud jus agnatorum sit? Puto esse, quòd Agnati quemadmodum filii cum offenso non teneantur transigere, quia non ex persona Banniti, sed ex proprio jure succedunt. Idem quoque putat Gail. 2. *de P. P. cap.* 14. *n.*8. Neque Dominus si ad illum feudum revertitur, cum offenso transigere tenetur, quia delictum Vasalli Domino nocere haud debet, *Gail.d.cap.*14.*n.*2. Proinde si Filii non ex persona patris, sed ex proprio jure succedunt, *cujus exempla vid. d. cap.*14.*n.*7. *& ibid. cap.* 13. *n.* 25. *& seq.* idem dicendum puto.

27. Posteriori casu observanda est dispositio juris feudalis, *d.*§.1. quòd nim. filii feudo priventur, quia filii censentur esse pars corporis patris & eadem persona cum eo, adeoq; præsumptio sit contra eos, quòd futuri sint similes patri, *Gail. d. c.* 12.*n.*21.*&* 22. Delictum filii verò patri in feudo minimè nocet, *Gail.d.c.*13.*n.*33.

28. Quoad agnatos distinguendum inter feudum novum & antiquum ex facto & providentia. Priori casu feudum ad Dominum revertitur, quoniam quoque extra casum delicti vel Banni jura feudalia sic disponunt, *d.cap.* 13.*n.*2. Posteriori casu subdistingui solet, aut enim delictum commissum est contra tertium, aut contra Dominum. Illo casu delictum Vasalli Banniti Agnatis nihil nocet, quia hi jure sanguinis, jure proprio & ex propria persona succedunt, *Gail. d. cap.* 13. *n.*6. *&* 7. Hoc casu Dd. inter se dissentiunt, communior tamen opinio est, quòd delictum Vasalli Banniti Agnatis quoad successionem Feudi noceat, illudque omnibus istis exclusis ad Dominum revertatur, *teste Gail. d. cap.* 13. *n.* 10. *&* 12. *in fin.* Qui tamen ibid. n. 14. existimat hanc communiorem opinionem non de qualibet injuria Domino facta sed tantum de gravioribus & enormibus delictis accipiendam esse, eamque in num. seqq. tribus modis limitat.

29. Deinde quæritur, utrum deficientibus descendentibus & Agnatis, Vasallo Bannito feudum fisco applicandum? Negatur, sed ad Dominum revertitur, (1) quia delictum Vasalli Domino nocere non debet. (2) quia quæ non transeunt in hæredem extraneum, nunquam in publicationem bonorum veniunt, jam verò fiscus

ſecus loco extranei hæredis & ſucceſſoris habetur, *Gail. 2. de P.P. c. 14. n. 1. & 3. ſeqq.*

30. E contra quoque delictum Domini Vaſallo nocere haud debet, quapropter Domino Bannito Vaſallus feudum retinet ac à ſervitiis ac fidelitatis vinculo liberatur, quia conſtitutio omnes obligationes tollit, & cum Bannitis conſervari vetat. Proinde Domino, etiamſi velit nullum ſervitium aut auxilium exhibere poteſt, *Gail. 2. de P.P. n. 1. 5. & 2.* Obligatio verò ſervitiorum non in totum extinguitur, ſed tantum ſuſpenditur, quamdiu Dominus in Banno manet, eo autem legitimè Cæſaris & partis conſenſu à Banno abſoluto, jure quodam poſtliminii omnia jura omiſſa recuperat, *Gail. d. c. 15. n. 6.* Atque ob hanc rationem nec Vaſallus durante Banno Domini feudum alienare poteſt, *ibid. n. 7. 8. & 9.* Quod ob eandem rationem etiam in bonis allodialibus obtinebit. Domino autem in Banno moriente, ejus filiis vel agnatis ſervitia & obſequia præſtare debet Vaſallus, quoniam crimina morte extinguuntur, *Gail. d. c. 15. n. 6.*

Et quid de delicto Domini feudi Bannito.

31. Et hæc procedunt, ſi Dominus contra tertium deliquit, ſi verò ipſum Vaſallum contra conſtitutionem de pace publica vi armata & hoſtiliter offendat, iſte non ſolum ad pœnam Banni, ſed etiam ad privationem Directi Domini in Camera agere & procedere poteſt, *d. c. 15. n. 10.* Et Vaſallus hoc caſu à ſervitiis Banniti Domini & ſucceſſorum ſuorum liberatur, feudum tamen alienare non poteſt, ſed à Cæſare & Imperio, quibus illud applicatur, recognoſcere & inveſtituram petere, atque ex integro Cæſareæ Majeſtati ac Sacro Imperio fidem jurato dare & debita ſervitia præſtare debet, *ibid. n. ult.* Quid marito Bannito circa dotem aliaq; bona uxoris, ut ejus alimenta obtineat, tradit Gail. 2 *de P.P. c. 16.*

32. Facta executione bonisq; Banniti occupatis, Executores confeſtim Victori obtentam ſententiã ac jus exequantur, eum immittant vel inquerulam conſtituant cum refuſione expenſarum adjudicatarum atque commiſſæ pœnæ, in quibus omnibus Victorem magiſtratus tueri, iſtique nullas impenſas executionem factas computare debet, *d. t. 58. §. 3.* Sed illas ab exequendis repetere, *Sent. Cam. nu. 224. & 479. Nec non in Mantiſſ. n. 31.* Quare omnia reliqua Banniti bona mobilia & immobilia (*intellige, quæ ſuperſunt, poſtquam Actori ſatisfactum,*) executoribus ad ſe recipere iisque uti frui licet, tantiſper donec Bannitus abſolutionem à Banno legitimè conſecutus ſit, pœnam impoſitam planè ſolverit, Executoribus omnes, quantum fuerit poſſibile, expenſas hujus executionis ergò factas refuderit, *d. t. 58. §. 4.* Idque procedit in bonis allodialibus, nam bona feudalia omnia cedunt Domino feudi, *per tradita præced. n. 24.*

Victori executio bonorum danda vel alio modo inquerulam reddendus.

33. Caſu autem, quo prædicti Banniti bona ad exſolutionem ſumptuum in executionem factorum non ſufficerent, vel ultra id, quod Victori debeatur, nihil amplius reſtaret, omnes circuli ad requiſitionem eorum, qui executionem fecerunt ſuos ad eosdem mittere, ac ſuper ſumptibus à Bannito minimè conſequendis convenire teneantur, qui ſumptus inter cunctos Circulos æqualiter dividendi, ne unus Status præ alio gravetur, *d. t. 58. §. 5. Add. Sent. Cam. n. 479.* Quos ſumptus Circuli abſque recuſatione refundant, atque contra moroſum per Fiſcalem pro juſta ſolutione facienda procedatur, *d. §. 5.*

Sumptus Executionis ſi à Bannito recuperari nequeant, ab omnibus Circulis æqualiter refundendi ſunt.

34. Si

Si Circuli exequi nolint, Camera id Cæsari indicet.

34. Si accidat, ut unus, plures vel omnes Circuli (quod tamenfieri non debet,) executionem ſuſcipere detrectent, Collegium Camerale id Imperatori legitimam in eo proviſionem facturo protinus ſignificet, *d. t.* 58. §. *pen.*

Bannitus nonniſi conſentiente Adverſario à Banno abſolvendus.

35. Porrò cum uti præced. n. 32. dixi, Actori & executori occupatis bonis Banniti tamdiu uti frui liceat, tantiſper donec Bannitus abſolutionem à Banno legitimè conſecutus ſit, quapropter nonnulla de hac abſolutione hic ſubjungere non utile viſum eſt, ſciendum igitur, quis ob violationem pacis publicæ Bannitus quod ille à Camera aut imperatore poſt relationem à Camera acceptam non aliter quàm adverſario conſentiente abſolvi debeat, niſi abſolutionem jure judicioque evincat, nimir. per modum, juſtitiæ, ſi Bannitus poſt latam ſententiam innocentiæ offerat probationem, eamque poſtea probet, *C.p.*2.*t.*19.*pr. Myns.*5.*O.*11.*n.*2. Ubi in fine dicit abſolutionem ſine præſcitu Cameræ ab Imperatore fieri non poſſe. Quod intellige, ſi Bannum à Camera eſt impoſitum, *arg. C.p.*2.*t.pen.*

Si Bannitus cum adverſario amicabiliter tranſigere nequeat, Camera arbitrium ſuum interponat.

36. Si & is, qui ob violationem pacis publicæ vel alia delicta Bannitus ad tranſactionem ſe offerens cum Adverſario amicabiliter tranſigere nequeat, atque poſthæc pro adipiſcenda abſolutione inſtet, Cæſar vel Camera, uter proſcripſerit, cognoſcat, an & quomodo ille à Banno abſolvendus, item quomodo ratione ſui delicti, damnorum acceptorum, expenſarum, intereſſe atque aliarum petitionum parti adverſæ ac Fiſco Cæſareo ſatisfacere teneatur, *d. t.*19. § 1.

Offenſus deſignationem expenſarum ac damnorum exhibere tenetur.

37. Exhibet vero offenſus deſignationem expenſarum, damnorum & intereſſe, contra hanc Reus excipit & facta utrinque ſubmiſſione judex pro qualitate perſonarum & delicti magnitudine illa moderatur & taxat, pronunciatque, quantum offenſo refundendum ſit, *Gail.* 2.*de P.P.*18.*n.*3. Si offenſus non eſt præſens, à Bannito citandus ad producendum d. deſignationem: Item ad videndum Reum à Banno abſolvi. Quæ citatio judicialiter petenda, *Tennag. Claſſ.*1. *c.*2.

Alioquin Judex Reo injungit, ut det fidejuſſores de judicato ſolvi.

38. Quòd ſi offenſus præſens & prænemoratæ deſignationis exhibitionem detrectat, ſolet judex injugere Reo, ut det fidejuſſores, quod ſc. tantum exſolvere velit, quantum Camera per ſententiam definiret ac declararet, *Magenh. ad O.C. p.*2.*t.*18. Quod etiam in Bannito contumaciæ obtinet, *Gail. d.c.*18.*n.*15. An verò Reus, ſi fidejuſſores non habeat, vel ob paupertatem non ſolvendo ſit, ad juratoriam cautionem de ſolvendo, quatenus ad meliorem fortunam pervenerit, ſit admittendus, vide remiſſive Gail. *d. c.*18. *n.*4.

Bannitus ſi per ſententiam injuncta præſtet, à Banno abſolvatur.

39. Cognitione deſuper factâ, Bannitus ſi per ſententiam injuncta præſtet, tunc & non ante à Banno abſolvatur, de ejus bonis allodialibus & feudalibus jus commune & conſtitutio fractæ pacis ſervetur. In magnis verò arduis violationibus pacis publicæ, ex quibus forſan majora pericula exoriri poſſent, ad conſervandam Cæſareæ Majeſtatis reputationem abſolutionem aliter quàm Cæſare ſciente ac volente Camera non properet, *d. t.*19. §. *fin.*

Quomodo Bannitus ob contumaciam, illam purgare teneatur.

40. Bannitus ob contumaciam cum Adverſario tranſigere paratus ſi cum eo amicabiliter tranſigere nequeat, Judex Cameræ quomodo illa contumacia purgandam æſtimabit, *C. p.*3. *t.*55. §.2. Si contumax per ſententiam Judicis injunctis ſatisfaciat, à Banno abſolvendus eique omne quicquid occaſione Banni occupatum

patum, eâ æstimatione ac pretio, quo tempore illo (*nimirum occupationis* (fuit, exceptis tamen fructibus perceptis, restituendum, *d. t.* 55. §. 3. Cum fisco autem transigere non tenetur, nisi ei peculiariter in aliquam pœnam condemnatus sit, *d. t.* 55. §. *ult.*

41. Pacifragis bannitis transigere vel se purgare volentibus, cum consensu Adversarii salvus conductus est concedendus, & si habeant plures adversarios, ille consensus ab omnibus impetrandus. His verò non consentientibus nihilominus pacifrago ad ejusmodi tractationem veniendi & discedendi salvus conductus dandus., Landfr. 1548. *art.* Friedbrecher 16. §. Wir wollen. 1. *Pacifragis bannitis transigere volentibus salvus conductus est concedendus.*

42. Ita quoque Bannito ob contumaciam à Camera salvus conductus datur, si velit componere cum Adversario in hoc consentiente vel se purgare, *Gylm. voc. salvus conductus.* Contrarium tamen attestatur Magenh. *O. C. p.* 2. *t.* 18. dicens se vidisse sæpiùs, quod Banniti Cameræ scripserint, se eo pervenire & absolutionem juxta ordinationem impetrare velle ideò petentes ipsis salvum conductum impartiri, tamen hoc iis denegatum esse. Si hoc verum, puto hanc esse rationem, quia hæc per Procuratorem expediri possunt, *vid. Umm. disp.* 9. *n.* 9. *Vi & Bannitis ob contumaciam.*

43. In Actu absolutionis autem Bannitus personaliter comparere & absolutionem Banni publicè accipere debet, ut qui publicè pacem publicam violavit, publicè etiam absolutionem consequatur, nam manifesta peccata occulta correctione non sunt purganda, *Gail.* 2- *de P. P.* 18. *n.* 25. Formulam sententiæ Banni absolutoriæ habet *Gail. ibid. n.* 23. *Habetur quoque in Sentent. Cam. n.* 425. Hac sententia publicatâ, Bannitus in publica Audientia Camerali (In der Audientz-Stub) ad genua ante pedes Judicis pro tribunali procumbit, quo sic procumbente ipse Judex sedens recitat absolutionem Banni, *Gail. ibid. n.* 24. *ubi in fin. d. absolutionis formulam habet. Et extat etiam in Sent. Cam. n.* 425. *in fin.* *Bannitus personaliter absolutionem à Banno accipere tenetur.*

44. A personali comparitione verò Bannitus axcusatur, si ob adversam valetudinem vel ingravescentem ætatem, vel aliud justum impedimentum venire nequeat, *d. cap.* 18. *n.* 26. Atque hinc in causa Sievers contra Wülffen Appellationis, dicti Wülffen 20. Octobr. 1658. per Notarium comparuerunt, *Vid. Sent. Cam. n.* 425. Hoc casu autem simplici assertioni allegantis impedimentum non creditur, sed ut de eo Judici fidem faciat, Instrumento publico vel attestatione Magistratus loci, ubi impedimentum accidit, opus est, *d. cap.* 18. *num.* 27. Probatio ita impedimento Procurator cum Mandato speciali ad petendam absolutionem admittitur, & fit absolutio Procuratore ante pedes judicis publicè modo prædicto procumbente mutatis mutandis, *Gail. d. cap.* 18. *n.* 27. Ille verò Procurator debet esse extraneus, & non Procurator Cameræ juratus, *stylo ita obtinente.* Atque hæc omnia sic observata sunt in allegata causa Sievers contra Wülffen. *vid. dict. num.* 425. *Quod limitatur.*

45. Sed quæritur, si Imperator à Bannito scienter fidelitatem ac servitia recipiat, illum suæ majestatis atque Imperii charum & fidelem in literis vocet, imò privilegia concedat, anne à Banno eum absolvisse videatur? Cum suprà num. 35. dictum, Imperatorem Bannitum sine consensu offensi à Banno absolvere non pos- *Imperator bannitum sine consensu offensi à Banno absolvere nequit.*

 se, ea

se, ea Imperatoris absolutio offenso nihil præjudicat. Quod verò extraneos & nullum interesse habentes attinet, illis quoad publicam persecutionem & offendend licentiam præjudicat, cùm enim horum nullum interesse versetur sed ex ira & permissione Imperatoris Bannitum offendendi potestatem saltem habeant, meritò cum irâ Imperatoris etiam hæc licentia evanescit. Læso autem, cum illi jus ex offensione quæsitum sit, id Imperator sine ejus consensu auferre nequit, *Mind. de Processf. c. 27. n. 5.*

Absolutus bonis & honoribus restituitur.

46. Quid si offensus cum bannito familiariter versetur, edat, bibat, &c. anne hic absolutus videtur? affirmat. *Mind. d. cap. 27. n. ult.*

47. Ita absolutus à Banno non solum bonis sed etiam famæ & honoribus restituitur, *Gail. 2. P. P. cap. ult. n. 1*, quia tantum reddit absolutio, quantum abstulit condemnatio, *ib. n. 2.* quod tamen non procedit quoad honores vel dignitates ante absolutionem vel restitutionem aliis collatas *d. cap. ult. n. 3. & 27.* quia restitutio non trahitur ad jus alteri quæsitum, quod princeps suo rescripto adimere velle non præsumitur, *ib. n. 4.* Quod verò bona attinet, sive quis sit Bannitus ob contumaciam sive ob pacifragium, omnia tam alienata quàm non alienata restituenda sunt, quia vigore ordinationis Cameralis & ex sententia Banni tantum permittitur illorum immissio & occupatio, minimè autem alienatio, *Gail. d. c. ult. n. 26. & 31.*

Non tamen fructibus consumptis.

48. Restituenda verò sunt eâ æstimatione ac pretio, quo fuerunt tempore immissionis & occupationis, *C. p. 3. t. 55. §. pen.* Fructus tamen medio tempore perceptos restitutus non recuperat, *d. §. pen.* Sed immissus suos facit, quia immissio fit authoritate Cæsaris, & qui authore Cæsare possidet, justè possidet, *Gail. d. cap. ult. num. 28.*

Quod verò secus in fructibus adhuc extantibus.

49. Et hoc in fructibus perceptis & consumptis maximè procedit, *Gail. ib. n. 29.* Sin verò post moræ purgationem atque absolutionem banni extent, licet rei vindicatione repeti nequeant, quia missus in possessionem à Cæsare tanquam justus & b. f. possessor perceptione fructus suos facit, tamen illos extantes præsertim quoad Bannitum ob contumaciam, siquidem ibi eâ purgatâ Actoris amplius non intersit, nemoque cum alterius jactura locupletari debeat, officio Judicis repeti posse putat idem Gail. *dict. cap. ult. n. 30.*

Sententiis negat. vis pœna quidem non cautionis præstatio annectitur.

50. Et hactenus tradita procedunt, si sententia aliquam realem executionem requirat, nam quod attinet causas, quæ cum sententia solummodò ad omittendum vel non faciendum directa, nulli alii executioni subjectæ, quam ut pars victa à certo aliquo facto abstineat, cui in eventum contraventionis similiter certa pœna, (*qua itidem 10. Marc. aur. pur. esse consuevit.*) constituatur atque si latæ sententiæ contravenerit non tantum in comminatam pœnam declaretur sed etiam brevis terminus ad præstandam cautionem de non amplius turbando, impediendo, excedendo, attentando, offendendo, &c. præfigatur, simulque executio ratione declaratæ pœnæ prædicto modo per Mandata executorialia ad ipsius Magistratum vel Directores Circuli decernatur, *R. 1654. §. In Fällen. 162.* Hinc in causa Buir contra Scherpenstein cenant Pfeil/ 7. Octobr. 1661. parti victæ exactio collectarum sub pœna 10. Marc. aur. pur. inhibita est, additâ hac comminatione

ut in

ut in casum contraventionis contra ipsam juxta jam allegatum recessum Imperii procedi deberet, *Sentent. Cam. n.* 890.

51. Sed quæritur, quare Judex non statim primæ sententiæ annectit, ut pars victa intra certum terminum cautionem præstet de non contraveniendo? Resp. Hoc ideò fit, quia in Factis negativis præsumitur pars victa acquiescere sententiæ donec contraventio probetur, proinde hac cessante, cautione non opus est, cum sententia semetipsam per se exequi videatur. Quam ob causam etiamsi pars victrix confestim post latam sententiam talem cautionem petat, à Judice denegatur, *Gylm. pignoratio.* §. *An per silentium.* Ubi addit exceptionem esse in interdicto uti possideris. Ast rationem differentiæ nescit. *Add. Umm. disp.* 9. *num.* 17. *& disp. ult. num.* 23. *Ratio.*

52. Quòd si postea pars prædicto modo in pœnam declarata executioni se opponat vel etiam injunctam cautionem intra præstitutum terminum non præstet, in pœnam Banni incidat, adversusque eum juxta constitutiones Imperii, Ordinationem Cameræ atque executionis modo paulò ante tradito procedatur, *praall.* §. 162. *Sententiis illis contravenien cautionem præstare tenetur.*

TIT. LXXVIII.

DE RESTITUTIONE IN INTEGRUM ADVERSUS SENTENTIAS CAMERALES.

1. CUm prout superiori titulo traditum, sententia in Judicio Camerali legitimè lata meritò exequenda sit, ne elusoria reddatur, adeò ut etiam omnis appellatio & supplicatio à sententia Camerali interponi prohibita reperiatur, *C. p.* 3. *t.* 61. Ne autem quis se per sententiam à Camera latam gravatum forsan ex justis causis putans omni juris remedio destitutus iniqua executione contra æquitatem premeretur, ei duo remedia in O. C. concessa sunt, nimirum restitutio in integrum & revisio, *per d. t.* 61. *&* 2. *seqq.* *Adversus sententias Camerales restitutio & revisio peti potest.*

2. Restitutio in integrum adversus sententiam Cameralem est Actus, quo Judex Cameræ partem illa sententia gravatam restituit ad eum statum causæ, in quo ante latam sententiam fuit. *Restitutio in integr. adv. sent. quid sit.*

3. Hanc restitutionem verò per Notarium, uti in revisione petenda requiritur, peti non oportet, sed eam constitutus Procurator causæ petere tenetur. Hinc cum quidam Notarius 16. Maji 1658. ejusmodi restitutionem peteret, ipsius petitio 20. Maji 1659. per sententiam cum reservatione dimidiæ Marc. argenti rejecta, ac Procuratori causæ certus terminus ad docendum de paritione præfixus est. Cum verò hic Procurator vigore generalis Procuratorii quoq; ad petendam restitutionem *Hanc restitutionem per Procuratorem causæ peti oportet.*

nem constitutus sit, *vid. C. p. 3. t. 14. p. 226.* Ideo speciali Mandato non opus est *Add. tamen Mynſ. 2. O. 26.*

Quinam Judex in integrum restituere possit.

4. Deinceps quanquam de jure communi non tantum idem Judex, qui sententiam tulit, contra propriam sententiam restituere possit, sed etiam Judex superior, *suprà t. 57. n. 5.* tamen restitutio in integrum contra sententiam in Camera latam non à Revisoribus sed à Judice Cameræ petenda est, nam si à Revisoribus tanquam Judicibus superioribus peteretur, ista petitio species appellationis esset *per tradita d. tit. 57. num. 2.* A Judice autem Cameræ appellatio prohibita est, *C. p. 3. tit. 61.*

Tempus petendæ restitutionis.

5. Porrò tempus petendæ restitutionis in integrum est quadriennium continuum. *vid. supra d. t. 57. n. 6. & 7.* Quod verò attinet restitutiones adversus sententias desertorias ob lapsum fatalium aut termini præjudicialis, illarum petitiones instituendæ sunt intra tantundem temporis, quantum antehac re adhuc integra petens habuit, *C. p. 3. t. 26. §. ult.*

Restitutio ex justis causis petenda.

6 Deinde Restitutio (*sc. adversus sententiam in causa principali latam*) non calumniosè vel ex causis antehac in Actis deductis aut alioquin ex novis illegitimis ac irrelevantibus causis petenda, alioquin hac petita restitutione non attenta in executione, prout de jure decet, procedatur & Procurator seu pars, uter ex iis in culpa, in expensas condemnetur, *d. tit. 62 princ. Add. suprà tit. 57. n. 9. & 10.*

Hæc petitio summariè conscepta exhiberi debet, ac simul Juramentum præstandum.

7. Eadem petitio olim, si ex legitimis causis fiebat, articulatim erat proponenda, *d. t. 62. §. 1.* Idque procedebat in petitione restitutionis contra sententiam definitivam, nam adversus interlocutoriam vel summariè vel articulatim illa petitio proponi poterat, salvo tamen Judicis arbitrio, utrum parti articulata petitio injungi debeat, *d. t 62. §. 2.* Verum hodiè sæpe d. petitio indiscriminatim summariè proponenda, *secundum tradita præced. tit. 63. n. 22.* Quando autem ista petitio proponitur, Procuratores simul in eodem termino speciale Mandatum ad præstandum Juramentum calumniæ de non frivolè petendo restitutionem à Principale & Advocato causæ subscriptum producere, atque in illorum, ut & propriam animam præmemoratum Juramentum præstare tenentur, G. B. 7. *Jul.* 1669. & B. G. 7. *Jul.* 1671.

Restitutio fit vel brevi manu, vel altera parte audita. Prior vel extrajudicialiter, vel judicialiter decernitur.

8. Denique restitutio petitur vel judicialiter vel extrajudicialiter & utraque conceditur vel altera parte non audita, vel ut desuper pars adversa audiatur. Restitutio priori modo concessa dicitur fieri brevi manu. Atque ita implorans contra lapsum Fatalium restituitur, idque vel Judicialiter, vel Extrajudicialiter. Judicialis restitutio fit aliquando parte præsente, *vid. Sent. Cam. num. 449.* Aliquando ea etiam absente, *ibid. n. 915.*

9. Restitutio autem brevi manu extrajudicialiter duntaxat in unico casu fieri potest, si nimirum contra lapsum fatalium insinuandorum processuum appellationis restitutio petatur & causæ restitutionis relevantes allegentur, ex quibus evidenter appareat, quòd Appellans ejusque Procurator semetipsos nimium non arctarint, G. B. 28. *Jan.* 1657. §. 2. *Add. suprà tit. 49. n. 26. & 27.*

Si pars

Posterior petitur ac decernitur vel absq; praevia citatione, vel parte citata necnon vel judicialiter vel extrajudicialiter.

10. Si pars adversa super causis restitutionis audienda, tunc illa vel procuratorem habet apud Acta vel non. Priori casu citatio non requiritur, sed dicta pars ad exhibitam Implorationem restitutionem petentis tenetur respondere, idque non solum si restitutio adversus Interlocutorias, *de quibus solis loquitur C.p.3.t.62.* §. 2. Sed etiam si adversus Definitivas & Lapsum Fatalium petatur, *Stylo ita attestante.* Posteriori casu Pars adversa citanda ad vidend. se restitui, eaque citatio petitur ac decernitur vel judicialiter, *vid. Sent. Cam. num.* 101. 527. 583. 642. 647. & 864. Vel extrajudicialiter, *vid. Supplic. Cam. tit.* 15. *n.*47. *usque* 52.

Quaestio.

11. Postremò lubet hic quaerere, si quis adversus desertoriam ob causas relevantes veniat restituendus, anne simul & in puncto restitutionis & in causa principali pronunciari possit? Negatur, quia omne quod in Camera actum, cùm coram incompetenti actum sit, est invalidum, ideò prius ferenda sententia super restitutione & eâ latâ partibus deinde Acta omnia breviter repetenda ac concludendum, *Ante-Maril.* 27.

TIT. LXXIX.

DE
REVISIONE ET SYNDICATU.

Revisionis & Syndicatus Origo.

1. POstremò quamquam Judicii Cameralis Constitutores nimir. Maximil. I. & Status Imperii tantam confidentiam atque spem de illorum, quos isti Judicio praefecturi essent, singulari pietate, explorata justitia, integritate vitae, magna juris peritia, Germanicarum consuetudinum gnaritate, multarum rerum experientia in causis referendis idoneitate ac denique prudenti in judicando dexteritate habuerint, hancque ob causam pro sapientia & luce dignitatis suae non aliter esse judicaturos quàm ipsi forent judicaturi, *ut loquitur Charisius in l. unic. §. fin. de offic. praefect. praetor.* Et deinde cùm aliàs publicè interesse videatur finem litibus imponi, maximè hoc fieri debere per hoc supremum Imperii tribunal existimaverint, atque ideò ut sententias ab illis probatas omninò firmas ac ratas manere iisque omnino acquiescendum esse voluerint, *O.C.* 1495. *art.* 1. *vers.* Und was. Denegata omni appellatione, *R.* 1530. §. Dieweil nun. 77.

2. Attamen cùm postea partes in Camerali judicio succumbentes de sententiarum ibi latarum nullitate ac iniquitate non solùm coram Camera, ejusve Visitatoribus sed etiam in Comitiis penes Status Imperii conquererentur, *arg. R.* 1532. *art.* 3. §. Und sollen. 17. Judex & Assessores Camerae putantes, cùm divinum potius sit quàm humanum omnibus horis aequè sapere, justum ab injusto discernere, nec unquam ad dextram vel sinistram declinare, ideò se propter humanam imbecillitatem à vero scopo posse aberrare, ex tam variis & diversis Doctorum opinionibus non semper veriorem vel aequiorem arripere, suae existimationis conceptum pondus, ne ulli detrimento esset, illorum querelis praeferri maluerunt, admonentes in

tes in suis dubiis per Visitatores Imperatorem & Status Imperii, ut de remedio jam dictis querelis inveniendo deliberarent, *d. art.* 3. §. F. rner. 15.

3. Hinc & quò Judex atque Assessores metu futuræ revisionis in causis decidendis majorem adhiberent diligentiam, neque ullus per sententias Camerales injuriâ aliquâ afficeretur, Imperator & Status Imperii conceptam istam confidentiam quodammodò limitantes, partibus à Camera se iniquè gravatas existimantibus, Judicem & Assessores secundum jura Cæsarea Syndicatus peragere concesserunt, *d art.* 3. §. Und damit 16. Cùm verò hoc remedium sit valdè periculosum, ei aliud mitius sc. Revisio est addita, Anno 1548. & 1555. *O. C. p.* 3. *t.* 53.

Revisionis definitio.

4. Revisio autem est provocatio, qua Revisores ad sententiam à Camera latam in melius formandam & corrigendam implorantur.

Qui Revisores constituantur.

5. Revisores verò à Cæsare & Statibus Imperii, quos ordo tangit, deputantur. Ordinem verò extraordinariarum revisionum adhuc instituendarum ostendit Schema in Calce Recessus Imperii de Anno 1654. adjectum. In illis Revisionibus verò novum Schema ordinariarum Revisionum compilabitur, *R.* 1654. §. Nachdem nun. 132.

Revisores quales esse debeant.

6. Cæsar autem & Status Revisores deputare debent suos excellentes, peritos idoneos, doctos ac juratos Consiliarios, *C. p.* 1. *t.* 64. §. 7. *& p.* 3. *t. pen. pr.* eosque Actuales vel minimum ad actum revisionis juramento astrictos, qui jurium & Processus probè gnari atque in causis revidendis advocando vel sententias ferendo operam non dederint, nec eorum aliàs intersit, *R.* 1654. §. Damit dann auch. 130. Et intra annum Judicio Camerali non obligati fuere. *præalleg.* §. 7.

Revisores recusari possunt.

7. Quòd si Deputati Revisores tales esse non deprehendantur, admitti non debent. *d.* §. 7. *in fin.* Imò admissi à partibus recusari possunt, *d.* §. 7. *& 2. seqq.* Hinc nomina Revisorum ad instantiam partium in Camera iis communicanda, quò contra illos possint excipere, *Gylm. voc. Revisio.* §. *nomina*

Qui Revisionem petere possint.

8. Revisionem petere possunt omnes, qui per iniquas vel nullas sententias à Camera se gravatos putant ac propterea ad reformationem ejusmodi sententiarum aut pœnam judicum malè judicantium agere volunt, *d. t. pen. pr.*

In quibus causis Revisio peti queat.

9. Deinde Revisio peti potest in omnibus causis, in quibus sententia à Camera lata est. Quod tamen limitatur, (1.) in Casibus, ubi de jure communi appellatio prohibita est, *R.* 1654. In Fällen da. 125. Hos autem casus vid. apud. Dd *ad ff. de App. recip. vel non.* (2.) Si summa Revisionis sit in infra 2000. Imperiales sortis absque usuris, *R.* 1654. §. Zu Abkürtzung 127. (3.) In causis, de quibus à Judice inferiori ad Cameram appellari nequit, sed perviam S. Q. eò devolutis, *præall.* §. 127. *in fin.*

10. Circa quam ultimam limitationem non exigua occurrit dubitatio, utrum illa de appellatione ratione juris communis an ratione privilegii de non appellando prohibita intelligi debeat. Verum enim verò cùm prima limitatio de appellatione ratione juris communis prohibita jam egerit, ultima limitatio sine dubio de appellatione ratione privilegii de non appellando verita accipienda erit. Nam cæteroquin legislator in præall. §. 125. & 127. sine necessitate idem jus bis sanxisset ac deinde omisisset casum d. ult. limitationis, quod utrumque suo vitio laboraret.

11. Sed

11. Sed quæritur, si ratione privilegii à Judice inferiori appellari potuisset, sed summa petita non esset 2000. Imperial. an tum, si causa per modum S. Q. ad Cameram esset devoluta, Revisio locum habeat? Negatur, quoniam juxta secundam limitationem præc. n. 9. traditam, summa revisibilis 2000. Imperial. esse debet. Proinde ultima limitatio accipienda de talibus privilegiis, quæ summam 2000. Imper. transcendunt, uti sunt illimitata privilegia de non appellando tam quoad omnes quam quoad certas causas, *de quibus actum suprà t. 46. n. 32.*

12. Porrò quæritur, quando causæ ad Cameram per viam S. Q. devolvi dicuntur, an hoc etiam intelligendum de causis pacis religiosæ & profanæ, litigiosæ possessionis, pignorationis, &c. Resp. quod non, quia hæ causæ statim ad Cameram pertinent. Prædicta autem ultima limitatio agit de causis, quæ coram Judice inferiori prius disceptandæ erant, sed ob alias circumstantias statim in Camera recipiuntur, v. g. Propter causæ continentiam, recusationem suspecti Judicis, denegatam vel protractam justitiam, &c.

13. Deinceps revisio apud Electorem Mogunt. tanquam Archi-Cancellarium Imperii loco Cæsareæ Majest. in scriptis interponenda est, *d. t. pen. pr. Formulas interponendæ Revisionis habes in Supplic. Camer. 18. num. 1. & 2.* Sin verò Moguntinus in suis vel sui Archi-Episcopatus causis revisionem petere velit aut pars adversa eandem petat, Archi-Episcopus Trevirensis vices Moguntini gerat, *d. t. pen. §. 1.* *Revisio apud Moguntinum interponenda.*

14. Tempus interponendæ Revisionis olim erat hoc, quod illa peti debebat tres menses ante 1. Maji, *praall. princ.* sin verò tempore latæ sententiæ usque ad 1. Maji 3. Menses non supererant, tunc illa denuntiatio circiter tres Menses ante 1. Maji sequenti Anno fiebat, *d. tit. pen. §. 2.* Ast hodiè Revisio sub pœna desertionis intra 4. Menses à die latæ sententiæ proximos non solum Moguntino vel si hujus interfit, Trevirensi denuntiari sed denuntiata etiam in Camera reproduci debet, *R.* 1654. §. In Fällen. 125. *Tempus interponendæ Revisionis.*

15. Hæc autem denuntiatio & reproductio hoc modo fit, nimir. revisionem petens ad Moguntinum supplicat narrans primum se tali vel tali sententia Camerali gravatum esse ideoque beneficio revisionis uti coactum. Deinde Moguntinum implorat, ut ipsius revisionem interpositam Cæsareæ Majestati ac futuris revisoribus indicare haud dedignari, eamque judicio Camerali quamprimum notificare velit. Cui implorationi Moguntinus indistinctè deferre tenetur nec ad eum spectat cognitio, utrum revisio bene an malè interposita sit. Camera circa Formalia revisionis tamen cognoscit, G. B. 1619. Et etiam circa Non-devolutionem, *de quo egi praced. n. 9. Add. Sent. Cam. num. 30. 261, 328. 362. 409. & in Mantiss. num. 38.* *Modus Revisionem interponendi.*

16. Proinde Moguntinus documentum interpositæ revisionis, quod vulgò denuntiations-Schreiben vocant, Cameræ insinuandum edit. Hoc documentum posteà revisionem petens in Judicio Camerali per Procuratorem Camerali jurisdictioni non subjectum produci curat, & quidem judicialiter in Ordine Novarum, atque si illud extrajudicialiter exhibeatur, ad judicium fit remissio. *Et in Camera introducendi*

17. Pro-

Juramentum revisorium à quibus & quando præstandum.

17. Procurator verò denuntiatam Reviſionem producens ſimul quoque præter Procuratorium ſuper hoc actu conceptum etiam ſpeciale Mandatum tam à Principale quàm ab Advocato cauſæ ſubſcriptum exhibere atque ſe ad præſtationem juramenti Reviſorii tam in animam principalis, quàm Advocati admitti intra præmemoratos 4. Menſes ſub præjudicio deſertionis petere debet, *d. prealleg.* §. 125. Quod verò Advocatum cauſæ attinet, ſi ille productionem Mandati ad jurandum detrectat, propterea Reviſio non redditur deſerta, ſed Advocato productio Mandati injungitur, atque ſi id facere recuſat, in pœnam non-Jurantium declaratur. Deinde in alleg. §. 125. in fine verb. **Procuratorn etaen Schwerns halben** : quidem dicitur, quòd Procuratores juxta hactenus obſervatam conſuetudinem in propriam animam illud juramentum præſtare debeant. Verum neque olim Procuratores illud juramentum in propriam animam jurarunt neque hodiè jurant. Judæus Reviſionem petens, vel in perſona vel per alium Judæum ad id ſpeciali mandato inſtructum Juramentum reviſorium præſtare tenetur, atque ſic quidam Judæus pro ſe & conſort. nomine 17. Marr. 1654. juravit, *Sent. Cam. num.* 4.

Gravamina Revisoria petens Revisionem exhibere vel omittere potest.

18. Deinde intra eoſdem quatuor Menſes Reviſionem petens ſua gravamina Reviſoria, ſi quæ producere velit, Summariter, breviter ac diſtinctè concepta exhibeat, vel ſi in eo legitimè impeditus, mediante impedimenti probatione ulteriorem terminum à Judicè Cameræ petat, *d.* §. 125. idque ſub præjudicio præcluſionis viæ illa gravamina poſthac opponendi, non verò deſertæ Reviſionis. Nam ſicuti in cauſis Appellationum in poteſtatn appellantium eſt, utrum gravamina appellationis exhibere, an ad Acta priora ſubmittere velint, ita quoque Reviſionem petens pro ſuo arbitratu gravamina Reviſoria producere vel hiſce omiſſis ſolam reviſionem Actorum petere poteſt. Novi verò aliquid in iſtis gravaminibus deducere minimè licet, *dict. tit. pen.* §. 10, quia aliàs non eſſet Reviſio ſed potius additio & novatio Actorum ſuper qua judices non eſſent auditi, *Gail.* 1. *O.* 154. *num.* 2. Illa Gravamina verò ſolent clauſa exhiberi, ne Collegio Camerali & parti, antequam Judicium reviſorium inſtituitur, innoteſcant, inſtituto autem Judicio Reviſores illa aperiunt & parti adverſæ communicant, *Stylo ita dictante.*

Revisio hodiè Executionem non suspendit, modo bona petens cautionem præstet.

19. Reviſione prædicto modo legitimè denunciata ac reproducta, exploſo effectu executionis ſuſpenſivo hodiè devolutivus duntaxat locum habet, pars victrix verò executionem petens idoneam cautionem de reſtituendo in caſu, ſi ipſa in judicio Reviſorio ſuccubitura foret, præſtare renetur, quæ cautionis præſtatio parti reviſionem petenti in ſcriptis ad ſui certitudinem & maturam declarationem communicanda. Si pars victa ejuſmodi cautionem inſufficientem reputet ac contra illam excipiat, judex Cameræ ſuum arbitrium interponat, atque ſi de Victricis partis facultatibus, ut & oblata cautione, utrum illa ſufficiens vel in eadem aliquid deſideretur, non ſatis informatus ſit, tunc ſine ulterioribus ſcriptis ſtatim apud Directores circuli, Magiſtratum loci vel per Commiſſionem, prout ei utile & ad maturationem Proceſſus proficuum videbitur, in hujus rei veritatem probè inquirat

atque

atque tum desuper pronunciet, attamen si Judex arbitrabitur, partes ultra præmemoratas informationes in quodam scripto audiendas esse, hoc ipsis concedatur. Ulteriora scripta vero prohibita sint. Permissa scripta autem intra tempus duorum Mensium exhibeantur *R.* 1654. §. nach Berathschlagung. 124.

20. Utrum & quomodo Electores, Principes & Status Imperii hoc casu cavere debeant, & an illis hactenus concessa scripta cautio concedenda sit & an pauper ad juratoriam cautionem admittendus, planè judicis arbitrio relictum est, *d.* §. 124. In causa Bönninghausen contra Bönninghausen / 7. Febr. 1662. scripta cautio pro sufficienti accepta est, *Sent. Cam. n.* 800. De juratoria cautione vid. Bender. *Conclus.* 7. Statuum Imperii scripta cautio autem est oppignoratio omnium bonorum, quæ Procuratorio circa fidem inseri solet, cum vero illorum Statuum inprimis Principum omnia bona sæpe sint pura feudalia seu aliàs præstita cautioni insufficientia, ideo judicis arbitrio relictum dejudicare, utrum scripta cautio admittenda necne.

Quomodo Status Imperii & pauperes cavere debeant.

21. Atque interim dum de puncto cautionis disceptantur, ob interpositam Revisionem executio suspenditur, modò illa legitimè sit interposita ejusque Formalia ritè observata, nam aliàs Revisione tanquam non interposita nulla habita à Judice Cameræ rejecta, sententia simpliciter (*sc. absque ulla cautione*) vim rei judicatæ assecuta executioni mandetur, *R.* 1654. §. In Fällen. 125.

Si Revisio deserta reddita, executioni op. est.

22. Porrò quod dixi præced. n. 19. hodie interpositam Revisionem executionem non suspendere, illud intelligi debet de Revisionibus post promulgatum Recessum Imperii de Anno 1654. interpositis, exceptis tamen causis religionis & spiritualibus, *R.* 1654. §. nach Berathschlagung. 124. Cujus ratio sine dubio hæc est, quia in hisce causis Executio periculum animarum & irreparabile damnum parti victi afferret, quare executio usque ad finitam Revisionem merito suspenditur. Idem adhuc quoque in aliis causis, in quibus per executionem parti victæ irreparabile præjudicium inferetur, obtinere puto, *per* G. B. 11. *Mart.* 1613. *Add. supra t.* 56. *n.* 30. In illis tamen causis si liquidatione opus est, in ejus puncto pars victrix Revisione non obstante procedere potest, *Deput.* 1600. §. Als auch Streit. 144. Hinc in causa Schwartzenburg contra Ness/rath 19. Febr. 1658. salva Revisione in puncto liquidationis procedere permissum est, *Sent. Cam. num.* 266. Reliqua de Revisionibus ante prænominatum Recessum interpositis circa suspensionem executionis disposita *vid. C. p.* 3. *t. pen.* §. 5. & 6. *junct.* G. B. *de Anno* 1619. *Add. Bender. de Revision conclus.* 20.

In causis Religionum & spiritualibus revisio suspendit executionem.

23. Sed cùm in allegat. §. 125. reperiantur verba; Religions- oder Geistliche Sachen. Quæritur utrum hæc verba easdem causas denotent? R. Quod non, & puto verbum, Religions Sachen / accipiendum esse de causis, in quibus controvertitur de turbata religione & doctrina fidei, atque verum, Geistliche Sachen / intelligi debere de rebus spiritualibus, uti sunt decimæ, jus patronatus, jus Advocatiæ, &c. ac licet causæ spirituales in petitorio ad Judicem Ecclesiasticum pertineant, earum tamen possessorium in Camera disceptari potest, *Gail.* 1. *O.* 38. *n.* 1. & 2. *Add. suprà t.* 43. *n.* 19. & *seqq.*

Moguntinus Revisionem Cæsari & statibus denuntiare debet.

24. Porrò Moguntinus revisionem ipsi denuntiatam 3. Menses ante Calend. Maji. Cæsareæ Majestati ac Statibus Imperii ad annuam Visitationem deputatis significare debet cum requisitione, ut suos præstantes ac doctos Consiliarios ad hanc Revisionem mittant, *d. t. pen. princ. Add. Bender. de Revis. Conclus.* 3. Absentibus Assessoribus, qui conceptioni sententiæ, de qua revisio petita est interfuerunt, Collegium Camerale diem constitutum quoque denuntiet, *d. t. pen.* §. 3.

Revisionem petens certam summam pecuniæ deponere tenetur.

25. Deinde ut in petenda Revisione partium calumniis ac temeritati, quia Revisione magis Judicium Camerale turbando quam gravamen aliquod removendo forsan utantur, occurratur ac debito modo puniatur, pars Revisionem petens antequam hæc instituatur, summam pecuniæ, quæ pro conditione personarum ac qualitate causarum per Revisores moderanda, casu quo sententia justa reperiatur, Fysco Cæsareo ad sustentationem Cameræ loco pœnæ & ad exsolutionem sumptuum in ejusmodi revisionem impensorum deponat proque ea sufficienter caveat, *d. t. pen.* §. 7. *R.* 1654. §. Damit dan auch. 126. *Add. Bender. de Revis. conclus.* 6. *n.* 1. *usque* 50.

Quare illa summa à Revisoribus constituenda.

26. Moderatio autem illius summæ arbitrio Revisorum necessario fuit relinquenda, (1.) propter diversam conditionem personarum. Nam major summa à divite deponenda quàm à paupere, eò quod illius temeritas paritate etiam causarum data tali summa coerceri nequeat, qua pauperis, *Bender. de Revis. Conclus.* 5. *n.* 13. (2.) ob diversam qualitatem causarum, quo enim causa gravior & difficilior, eò diutius in ea expedienda Revisores occupatos esse majoresque sumptus fieri necesse est, *Bender. d. Conclus.* 5. *n.* 17.

Quando eadem summa deponenda.

26. Illa pecunia autem non statim, quando Revisio petitur, sed demum post moderationem à Revisoribus factam in Lectoria Judicii Cameralis deponenda est. Acta verò veterum Revisionum per Assessores usque ad moderationem Revisorum taxanda ac partibus suas interpositas Revisiones prosequi volentibus significandum, taxata tamen summa non prius in Lectoria quam si Acta ad manus sumantur, deponatur, *prealleg.* §. 126. Quæ taxatio tamen ab Assessoribus nondum facta.

Sex septimanis ante instituendam revisionem ab hac parti ut absque pœna desistere liceat.

28. Quòd si partes à denuntiata Revisione desistere volentes 6. septimanas ante instituendam Revisionem, ei in Cancellaria Moguntiaca, ut convocatis Revisoribus, ut & Collegio Camerali desistentia manifestetur, renuntient atque simul sumptus in denuntiationem renuntiationemque & aliàs factos statim quoque refundant, illis absque pœna à Revisione desistere liceat, *d. t. pen.* §. 8. Sin autem renuntiatio ante istas 6. hebdomadas non fiat & Revisio calumniose petita judicetur, petentes condignâ pœnâ plectantur cum refusione expensarum propterea factarum *d. t. pen.* §. 9. Ita Anno 1556. ob nimis seram renuntiationem duarum Revisionum uterque renuntians pœnâ 400. flor. à quolibet solvendorum à Revisoribus mulctatus ac hujus pœnæ exactio Fiscali demandata est, *Relat. Visit. eodem Anno* §. Als dan auch.

19 Non.

29. Non solum verò ipsi Principales sed etiam eorum Advocati pro magnitudine temeritatis ac delicti gravi pœna pecuniaria ad sustentationem Cameræ solvenda & in casu impossibilitatis pœna corporali arbitrariè puniantur, *praalleg.* §. 126.

Tam Advocati quam Partes frivolè revisionem petentes puniantur.

30. Processus autem in Judicio Revisorio sequenti modo instituatur, primo si pars Revisionem petens tempore Revisionis in Camera reproductæ gravamina exhibuerit, illa aperiantur ac parti Adversæ communicentur, quæ contra hæc gravamina suas Exceptiones in unico scripto absque ulla admixtione novorum producat, nulli parti vero ulteriora Scripta concedantur, *d. t. pen.* §. 10. *& ex Stylo. Add. supra n.* 18. *in fin.*

Processus in Judicio Revisorio observandus.

31. Posthæc Commissarii Cæsarei ac Deputati Consiliarii cum Assessoribus, qui sententiam tulerunt, mediantibus suis juramentis, quæ illi in susceptione suorum officiorum præstiterunt, dicti Commissarii verò & Consiliarii de novo ad istam causam præstare debent, omnia & singula Acta istius causæ cum omni diligentia revideant ac ponderent, & Assessores, qui sententiam tulerunt, in illorum præsentia causas ac fundamenta, ex quibus ejusmodi sententia hausta indicent, ac deinceps Consiliarii soli remotis Assessoribus desuper cognoscant, *d. t. pen.* §. 11. *Formulam juramenti Revisorum vid. d. t. pen.* §. 17.

32. Quòd Revisores sententiam à Camera latam justam deprehendant, eam confirment: Sin vero quicquam ab Assessoribus omissum & erratum vel ista sententia alias nulla aut juri incongrua sit, eandem reforment. Et hoc casu parti deposita pecunia restituatur atque eum executione in Judicio Camerali procedatur, *d. t. pen.* §. 12. Sententia verò confirmata eam quoque Camera exequatur, pecunia deposita autem in sumptuum reparationem pœnamque temeritatis cedat, *d. t. pen.* §. 15. Et sic Camera non solum suam sententiam confirmatam sed & reformatam exequi tenetur.

33. Atque si ejusmodi nullitas vel iniquitas sententiæ à Camera latæ, non ex fraude aut dolo sed solummodo ex culpa, negligentia, imperitia aut errore Procuratorum vel Assessorum orta fuerit, contra nocentes per Revisores viâ ordinationis & juris procedatur. Sententiæ verò intuitu Assessores eodem loco parique causa cum inferioribus judicibus, à quibus appellatum esset, sint, *dict. tit. pen.* §. 13. Sin corruptio aut dolus Assessorum vel prævaricatio Procuratorum intervenerit, adversus Assessores Syndicatus instituatur ac insuper contra eosdem coram Cæsare procedatur, Procuratores verò ob sua delicta in Camera conveniantur, *d. t. pen.* §. 14.

34. Quòd si Revisores vel ad diem constitutum non convenerint vel Acta non relegerint, Camera sine longiori cessatione sententiam suam executioni demandet, modò tamen constet petentis culpa impedimentum contigisse, cæterum Revisionis beneficium salvum integrumque sit, *d. t. pen.* §. 16. Revisores verò antequam post effluxum tempus Spira decedant, inchoatas Revisiones plenè absolvant, *R.* 1654. §. Es sollen aber. 131.

35. Deinde Revisores inter partes, attamen sine retardatione aliarum causarum,

tum, amicabilem compositionem præcipuè in arduis causis ante omnia tentent. Acta etiam, in quibus metus armorum adest, præ cæteris expediant, Revisionibus verò frivolè interpositis minime deferant, *R.* 1654. §. Wenigers nicht. 133.

36. Olim Revisore etiam uno emanente Revisio in sequentem annum prorogabatur, *C.p.* 1. *t.* 64. §. 5. Verùm hodiè in Revisoris emanentis locum alius in ordine succedens convocatur, *R.* 1654. §. Zum andern seß. 129, De pœna Revisorum emanentium dixi supra tit. 24. Plura de Revisione videri possunt apud Bender. in suo tractatu de Revisione.


In Syndicatu eadè observanda, quæ in Revisione. 37. Ultimo si quædam pars existimaverit vel ex Revisione pateat, ex dolo, fraude, corruptione, affectu, similibusve causis nullam vel iniquam sententiam latam esse, illi parti præter beneficium Revisionis etiam remedio Syndicatus contra Assessores secundum jura experiri liceat. In petendo autem instituendoque Syndicatu eadem, quæ supra de Revisione tradita sunt, serventur, *d. t. pen.* §. *ult.* Si lubet, addi potest Paris de Puteo, in tractatu suo de Syndicatu.

Petitio ad Lectorem. 38. Atque hæc sunt, quæ de Processu Camerali tum meum exile judicium tum ratio temporis pro hac vice conscribere permisit, quæ tu benevole Lector in meliorem partem interpreteris ac me sicubi errantem amicè corrigas.

FINIS.



INDEX



INDEX
RERUM ET VERBORUM IN HOC PROCESSU CAMERALI CONTENTORUM LOCUPLETISSIMUS.

Numerus prior Titulum, posterior verò Numerum Tituli designat.

Ad

Fatale Appellationis prosequendæ.

Fatale Appellationis insinuandæ.

Fatale Appellationis introducendæ.

Fatale Appellationis finiendæ.

Appellationis Formalia.

Appellationis formale primum.

Appel-

Quid

Appellationis Schedula.

Appellationis Solennia.

Appellationis Summa.

Appellationis Privilegia.

Appellationis Processus.

Arbiter.

Audi-

Ban-

hæc

Bul-

Came-

Compe-

Competentia.

Compromissum.

Compulsoriales.

Conceptum.

Conclusio.

Concordi-Gelder.

Condemnatio.

Confessio.

com-

Con-

Decre-

Ultra

Ad

Omnis

Diffe-

Judex inferior pt inhibere 5.4.7. Judex gravamine revocato pt ad ulteriora procedere 58.7.

Juramentum se nolle appellare non attendit... exacti... 44.5.

Juridicæ.

Jurisdictio.

Jus.

Majora non semper obtinent in rebus ...

Mess

Mu-

Ordi-

Atque

Practi-

Privi-

Privilegium.

Probatio.

Probation-Schrifft.

Probatoriales.

Probst.

Proceß-Gerichts-Brieffe.

Pro-

Recusatio Judicis 34. 1. Camerae 25. 11.
Referendi modus 75. 16.
Reformat. XXVIII. 12.
Reformandi ius 28. 36.
a Refutatoriis denuo appellandum 55. 12.

Responsa Juris post conclusionem judicialiter exhibere licitum est. 63. 24.

Retractus citav ad vid. uti [illegible] retractus a. 1697. de [illegible]

S. Sab-

Subditis Mandata de non-offendendo non facile decernuntur. 19. 257.
Quando decernantur processus 34. 70.

Mandata de relaxandis captivis decernunt. 33. 13.

Termi-

Visi-

SOLI DEO HONOR ET GLORIA.

